


VIRTUE LIBERTY AND INDEPENDENCE

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XV.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN DECIMUM QUINTUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1828.

benius a. 1535. dedit *pudica victura*, consentientibus scriptis, quibus usus sum.

§ 9 *Quo vindicaverit filiæ*] *Quo vindicavit filiæ* Lipsiens. et Hav. Vide ad XL. 14. § 10. Posset et videri legendum esse *vindicarit*. Vide ad XXXIV. 32. § 8. *quod vindicaverit filiæ* Flor. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXVI. 33. § 3.

§ 10 *Hæc Virginio vociferanti subclamabat multitudo*] *Nec Virginio vociferanti* Hav. quomodo sæpius scribæ peccaruut. Vide ad XXXII. 20. § 7. *Hæc Vir. vociferante* Gaertu. a m. pr. Ut ita 'Vir. vociferaute' absolute; 'subclamare' autem sine casu ponatur, ut infra XXVI. 22. 'Qnum centuria frequens subclamasset, nihil se mutare sententiæ.' XXI. 18. 'Sub hanc vocem haud minus ferociter, daret, utrum vellet, subclamatum est.' X. 25. 'Ad hoc qunm subclamatum esset, duplici quidem vallo et fossa, et tamen in ingenti metu esse.' Quum tamen et idem ille codex a m. altera et omnes reliqui constanter *vociferanti* præferant, vulgato controversiam non moveo. Nam *Virginio vociferanti* etiam ablativo casu accipi potest. Vide ad VI. 14. § 13. Deinde *succlamabant* Voss. 1. a m. pr. et Leid. 2. quomodo alibi sæpe Livius loqui solitus est. Infra VI. 19. 'Simul multitudo illa non secum certari viderint, et ex advocatis judices facti erunt, et accusatores de plebe, patricium reum intuebuntur, et regni crimen in medio, nulli magis, quam libertati favebunt suæ:' ubi plura vide. An autem ipsi etiam hoc loco idem genus loquendi placuerit, ut dubitem, reliquorum vulgatum servantium auctoritas efficit. Ceteroquin *subclamabant* videtur probare sequens 'defuturos.'

Nec illius dolori, nec suæ libertati] *Nec ullius dolori* Harl. 1. Frequenter librarios voces *illi* et *ulli* in Mss. commutasse, docebo ad XXV. 11. § 3. Mox male *immixtæ turbæ* Voss. 1. Leid. ambo, Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *roguti*, pro *togati*, Lipsiens. et Gaertn. errore librariorum. Vide h. lib. ad c. 26. § 9. Errori caussam dedit similitudo literarum *r* et *t*. Vide ad V. 55. § 3.

Quum eadem illa querendo, docendoque] Prima vox exsulat ab Harl. 2. Port. et Hav. ad quam expuugendam librarii permoti fuisse videntur, quod nescirent quid ei responderet; ideoque supervacuam crederent. Sed optime expedivit, ejusque usum docuit Gronov. ad § seq. Præterea particula *que* deficit in fragm. Hav.

Indigniora potuerint videri, simul profligatam jam rem nunciando] *Potuerunt videri* Leid. 2. *potuere videri* Port. Deinde *profl. rem jam nunc.* alio ordiue edd. vett. usque ad Aldum, qui *jam rem* primus dedit. Et ita omnes scripti, licet quidam in aliis vocibus mutent. Nam *profugatam jam rem nunciantes* Voss. 2. *profugatam* etiam Leid. 2. at *nunciandum* Harl. 1. Paullo ante *quando*, pro *quanto*, Gaertn. quem errorem librarii ob minus distinctam verbi præeuntis pronunciationem facillime committere potuerunt. Vide ad VII. 16. § 3.

§ 11 *Insecutosque, qui*] Non placet eos, qui cum Virginio venerant, narrare, post suum discessum secutos alios, qui Appium desperatione rerum exsilium sibi conscivisse referrent. Credibile est enim, ita illos properasse, ut serius exeuntes assequi priores non possent. Dein cur ipsi illi, qui secuti dicuntur, non loquuntur, sed istis partes suas tradunt? Scripsit immo Livius *insecutique*. Et ita Voss. alter. Duo ait genera hominum perpulisse milites, ut ad arma conclamarent, et Romam contenderent: alterum, qui cum Virginio venerant: hi egerunt tum querendo eadem, quæ Virginius, adjiciendoque non posse verbis exprimi satis mœstam rei faciem, et, quamquam tristissima audirent, multo ta-

men tristiora videntibus fuisse: tum nunciando Romæ turbarum plena omnia, nec imperii compotes, qui essent illic, decemviros: alterum, qui, hos insecuti, auxerunt mendacio rem superjacientes, Appium pene manibus hominum discerptum servili fuga se subduxisse, et exsulatum isse. Particulas 'quum querendo,' 'simul nuntiando' posuit, ut 'quum tum, qua querendo qua nuntiando, et querendo et nuntiando.' *J. F. Gron.* Nondum per omnia Gronovii emendatio Doujatio placere potuit: nulla enim ratione fieri potuisse exstimat, ut Virginius et primi ejus comites actum de decemviris esse nunciarent, quum illis discedentibus Appius pro tribunali sederet armatis septus, nemine adhuc seditionem aperte movente. Existimat igitur etiam copulam *que* tollendam, et posteriorem periodi præcedentis partem ad eosdem, qui insecuti erant, referendam esse, distinctione mutata hoc modo, *quanto visa quam audita indigniora potuerint videri: simul profligatam jam rem nunciando Romæ esse insecuti, qui Appium prope interemtum in exilium abisse dicerent, perpulerunt, &c.* Vel, si conjunctionem retineri placeat, levi, ut credit, mutatione non incommode ita scribi posse opinatur: *simul profligatam jam rem nunciato Romæ esse, insecutisque qui Appium, &c. Nunciato* autem Livio usitata loquendi figura exponit 'quum nunciatum esset.' Tandem etiam vulgatam defendi, atque omnia, quæ hic narrantur, iis adscribi posse arbitratur, qui primi in castra pervenere. Diversis enim temporibus digressos eo simul pervenire potuisse; forte etiam paucos quosdam ea ipsa de caussa insecutos, ut Appii fugam nunciarent, postquam citatis equis postremum agmen præcedentium adsecuti essent, respiraturos ex fatigatione locum aliis dedisse nunciandi per castra, quæ audiissent. Verum non advertit, si insecuti aliis narrare potuerint, quæ post Virginii discessum Romæ acciderunt, eos idem quoque militibus in castris referre potuisse; neque admodum necesse fuisse, ut respirandi ex fatigatione spatium sumerent, et aliis partes suas darent, præsertim in re tanti momenti. Cur autem Doujatius in omnes has partes se verterit, et Gronovii emendationi acquiescere noluerit, ea caussa esse videtur, quod non intellexerit locutionem 'profligatam jam rem esse,' quam exponit 'actum de decemviris esse.' At 'profligare' non est conficere, ad exitum perducere, sed rem cœptam promovere, in ea multum proficere, quod patet ex eleganti gradatione apud scriptores obvia 'committere,' 'profligare,' 'conficere bellum,' 'cœpisse,' 'profligare,' 'perficere rem,' et ex eo, quod jungantur 'profligatum et pene sublatum bellum,' et 'profligata ac pene ad exitum deducta quæstio.' Vide Dukerum ad Flori II. 15. § 2. et quos ibi plures laudavit. Primi itaque, qui cum Virginio profecti erant, nunciabant *rem Romæ jam profligatam esse*, id est, auctoritatem decemvirorum in Urbe plurimum labefactatam, in imperio iis abdicando multum promotum esse. Adde omnia nonnihil aucta fuisse ab iis, qui cum Virginio advenerant, quemadmodum etiam aucta fuerunt ab insecutis, Appium in exsilium abisse nunciantibus. Gronovii itaque conjecturam unius codicis auctoritate firmatam, quam Clericus jam in contextum recepit, servavi. Ceterum omnes hic codd. vulgatum *insecutosque, qui* servant præter unum Klockian. qui præfert *insecutos, qui*. Male. Vide ad Epit. Liv. lib. CI.

In exsilium abisse dicerent, perpulerunt] *In exsilium abiisse* Voss. 1. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 4. § 3. Deinde *perpulere* Leid. 2. et Port.

Ut ad arma conclamaretur] *Clama-*

retur Lipsiens. Sed 'conclamare' in hac re usitatissimum est. Plurima ex Livio exempla, quibus formula 'ad arma' inlustratur, et quorum plerisque verbum 'conclamare' occurrit, conlegit Brisson. de Formul. IV. p. 343. Unicum tantum exstat ibi exemplum, ubi 'clamare ad arma' vel 'clamitare' dictum esse videri potest, quod desumtum est ex Liv. IX. 24. 'Decurrit inde quanto maxime poterat cum tumultu, ad arma, et, pro vestram fidem cives! clamitans, arx ab hostibus capta est, ite, defendite:' verum ibi unus tantum erat, qui *ad arma* clamitaret; hic plures sunt, qui id conclamant, simul clamant. Olim scriptum fuerat *ēclamaretur*, ut præfert Klockian. postea autem inperitus scriba priorem literam omisit.

§ 12 *Decemviri simul iis, quæ videbant, iisque, quæ acta Romæ audierant*] Pal. 1. *sique hisque acta Romæ.* Pal. 3. vero *simulque hiisque acta.* Gebh. *Simul iis, quæ videbant, iisque* sane potest tolerari, et alibi Livio adseremus. Tamen, quia ex duobus melioris notæ scriptis alter *videbant sique hisque acta;* alter *simulque hiisque acta*, videtur scribendum: *Dec. simul his, quæ vid. simul his, quæ acta Rom. aud.* ut I. 41. 'Simul, quæ curando vulneri opus sunt, comparat; simul, si destituat spes, alia præsidia molitur.' V. 10. 'Romæ simul delectu, simul tributo conferendo laboratum est.' VIII. 28. 'Fœneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem.' Et frequenter alibi. *J. F. Gron.* Plerique codd. mei præferunt *Dec. simul his, quæ vid. iisque,* vel *hisque, quæ acta Rom. aud.* de quo loquendi genere videbimus ad Liv. XXXIII. 12. § 2. Sed solus Voss. 2. *Dec. simul his, quæ vid. simulque his, quæ acta Rom. aud.* Unde firmari potest conjectura Gronovii legentis, *Dec. simul his, quæ vid. simul his, quæ acta Rom. aud.* Et ita invenisse in codd. suis videntur librarii Voss. 1. et Leid. 2. qui dederunt *Dec. simul his, quæ acta Rom. aud.* reliquis *quæ videbant, simul his* omissis, cui negligentiæ eorum occasionem illud præbuit, quod τὰ *simul his* bis repetita fuerint. Ea autem tam facile transmittere non potuissent, si scriptum fuisset *simul his, quæ vid. hisque, quæ Romæ acta aud.* Livio autem illa repetitio τοῦ *simul* familiarissima est. Supra I. 9. 'Adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant.' II. 10. 'Simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum, alacritate perfecti operis sublatus, pavore subito inpetum sustinuit.' c. 65. 'Consul increpando simul temeritatem, simul ignaviam, pudore metum excussisset.' III. 33. 'Simul ut pro legatione tam longinqua præmio esset honos, simul peritos legum peregrinarum ad condenda nova jura usui fore credebant.' c. 68. 'Pleni fortunarum gloriæque, simul publicæ, simul privatæ.' IX. 25. 'Ab his simul custodes trucidari cœpti, simul datum signum armatis.' XXI. 33. 'Simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni obpugnabantur.' XXIII. 30. 'Contemta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Pœnos defecit.' XXIV. 12. 'Numidis Hispanisque ad præsidium simul castrorum, simul Capuæ relictis.' c. 21. 'Travecti per Tycham simul ad libertatem, simul ad arma vocantes.' c. 31. 'Quum ipsos simul milites fidos, simul obsides haberent.' XXVII. 3. 'Simul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur, simul metuens, ut suum quoque exercitum, sicut Hannibalis, nimia urbis amœnitate emolliret.' c. 15. 'Canere inde tubæ simul ab arce, simul a portu et ab navibus:' ubi iterum vide Gronov. c. 40. 'Distenderant curas hominum, simul recordantium, quas primus adventus Hannibalis intulisset Italiæ clades, simul, quum illa angeret cura, quos tam propitios urbi atque imperio fore

Deos.' xxviii. 31. 'Simul seditionem civilem in castris Romanis, simul defectionem sociorum in majus verbis extollentes.' xxix. 2. 'In medios invecti hostes simul pedestres acies turbarunt, simul equitibus Hispanorum viam inmittendi equos clauserunt.' xxx. 4. 'Simul ut ab eo, quod parabat, converteret hostium animos, simul ne qua eruptio ex urbe fieret.' Pari modo Virgil. Æneid. ii. 220. 'Ille simul manibus tendit divellere nodos, Perfusus sanie vittas atroque veneno, Clamores simul horrendos ad sidera tollit.' Curtius iv. 10. 'Equitesque præmisit, simul speculatum, simul ut ignem, quo barbari cremaverant vicos, exstinguerent.'

Alius in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt] *Alii in aliam partem* Port. a m. sec. erasa priori lectione. Deinde *discurrit* primæ edd. quas vidi; pro quo Aldus recte *discurrunt* substituit, eam lectionem tuentibus omnibus scriptis meis. Liv. ii. 10. 'Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut prœlium incipiant, circumspectant.' xxii. 7. 'Tamen alius ab alio inpleti rumoribus domos referunt.' xxx. 4. 'Qui, dum in colloquio legati essent, vagi per castra, alius alia, aditus exitusque omnes, situm formamque et universorum castrorum, et partium, specularentur.' Sall. in Cat. c. 6. 'Hi postquam in una mœnia convenere, dispari genere, dissimili lingua, alio more viventes, incredibile memoratu est, quam facile coaluerint:' in Jug. c. 12. 'Reguli interea in loca propinqua thesauris alius alio concessere:' quo utroque loco consulendus est Cortius, et Rivius ad priorem locum, qui et plura ex Curtio hujus locutionis exempla adduxit.

Leniter agentibus responsum non redditur] *Leviter agentibus* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. qui error ob ductuum similitudinem frequens est in libris scriptis. Vide ad xxxvi. 31. § 8. *leniter agere* etiam Livius dixit xxvii. 9. 'Quum absterrere eos a tam detestabili consilio vellent, castigando increpandoque plus, quam leniter agendo, profecturos rati.' xxxix. 25. 'Acerbius leniusve egerunt:' ubi τῷ *lenius* obponitur *acerbius*, ut etiam mox eodem cap. 'Hæc acerbe postremi: quum priores leniter permulsissent iram.' Eidem obponitur etiam *aspere agere* hoc cap. 'Nihil placet aspere agi; quippe ab ipsis datum locum seditionis esse.' Eadem obpositio est ii. 61. 'Ut ex consueta asperitate orationis aliquid leniret atque submitteret.' Similiter 'leniter adloqui et castigare' xxxiii. 38. 'Per legatos, leniter adloquendo castigandoque temeritatem et pertinaciam, spem conabatur facere.'

Imperium si quis inhiberet] Ita restitui, quum in textum passim irrepsisset *imperio*. At nostrum exstat in Pall. tribus, nisi quod eorum duo *juberet*. Grut. *Imperium inhiberet* legendum esse ante Gruterum jam vidit Jan. Gulielm. Quæst. Plaut. in Bacchid. c. 2. qui tamen male Sigonio adscribit, quasi is *imperium*, quod in prioribus fuerat edd. mutaverit in *imperio*, quum ita jam Aldus omnesque fere edd. sequentes exhibuerint usque ad Gruter. Eadem damnata lectio mihi in Hav. Hearnio vero in Oxon. B. obvia fuit. Locutionem 'inhibere imperium' non modo Gulielm. loco laud. sed etiam Gronov. inlustrarunt hoc lib. ad c. 59. § 1. *Juberet*, pro *inhiberet*, perperam etiam Voss. 2. Mox *responderetur* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. Vide ad Liv. xxxix. 42. § 6. at *respondere* habet Port.

§ 13 *Ut quisque obcurrerat*] *Occurrat* Voss. Olim per compendium scriptum fuisse videtur *occurr'at*; postea vero nota addita negligentia librarii omissa esse. Vide ad xl. 14. § 10. Ita mox § 15. *quærent*, pro *quær'ent* sive *quærerent*, iu duobus erat codd. Ceterum paullo ante *Adventinum*, pro

Aventinum, habent Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et Lipsiens. quomodo etiam passim aliis locis in Mss. variis lapsi sunt scribæ: at pejus errat librarius Hav. qui pro *Adventinum*, dedit *adventum*.

Alia vox nulla violenta audita est] *Violentia* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. fragm. Hav. a m. pr. et Gaertn.

§ 14 *Quippe ab ipsis datum locum seditionis esse*] Vide num legendum sit *locum seditioni*, in dandi casu, non in gignendi. *Glar*. Glareanus putat legendum esse *seditioni*. Sed a vulgato non apicem discedunt omnes Pall. Mss. et impressi. *Gebh*. Non video cur hic magis relinqui debeat *seditionis*, quam c. 45. 'locum seditionis quærere:' ubi J. F. Gronovius bene correxit *seditioni*. Cic. pro Balbo c. 6. 'Cujus igitur audita virtus dubitationi locum non daret.' Livius xxv. 40. 'Nullum neque locum, neque tempus cunctationi consiliove dedit Mutines.' *Duk*. In vulgatam lectionem conspirant etiam omnes, quibus utor, codd. eamque adversus Glareanum defendit Corte ad Plin. Epist. II. 1. § 6. Sed vide ad III. 46. § 2.

§ 15 *P. Sulpicius*] Hic *Sulpicius* consularis esse traditur. At in consulatu *Ser. Sulpicius* nominatus est. Ergo et hic *Ser.* etiam *Sulpicius* scribendum. *P.* tamen *Sulpicium* consularem legatum nominat etiam Pedianus pro Cornelio p. 139. Verum reclamant Græci. *Sigon*. In omnibus meis constanter *P. Sulpicius*. Vide hoc lib. ad c. 31. § 8. nisi quod *P. Supplicius* sit in Harl. 2. et Lipsiens. Vide ad III. 10. § 5. Paullo ante, pro *C. Julius*, Harl. 1. præfert *Con. Julius:* Gaertn. autem *Crassus Julius*. Ceterum in priscis edd. tres legati alio ordine memorantur, et *Sp. Tarpeius* in postremum locum, post duos collegas, rejicitur. Ea serie, qua nunc recensentur, primo apud Aldum obcurrunt, cui scripti omnes consentiunt.

Qui quærerent senatus verbis] *Quærent* Voss. 1. scribæ errore. Vide paullo ante ad § 13. Corrupte etiam *quærent senatum verbis* Lipsiens. *quærerent senatum urbis* corruptius Gaertn. 'Quærere senatus verbis,' ut 'denunciare senatus verbis' VI. 17. 'Denunciatum senatus verbis, facesserent propere ex Urbe:' ubi vide.

Quid sibi vellent, qui armati Aventinum obsedissent] *Quod armati* Harl. 2. Vide ad XXXVII. 35. § 4. Deinde *insidunt* Harl. 1. Non sequor. 'Obsidere' enim non tantum est obsidione cingere, sed etiam præsidio occupare, insidere: unde 'præsidio obsidere' Livius dixit XLIV. 35. 'Quum loca non iniqua esse dicerent, præsidiis autem regis obsideri.' Tibull. Eleg. II. 6. 23. 'Prædator cupit inmensos obsidere campos:' ubi alia exempla habet Broekhus. et inter illa etiam hoc Liv. XXXI. 28. 'Filium Persea, puerum admodum, datis ex amicorum numero, qui ætatem ejus regerent, cum parte copiarum ad obsidendas angustias, quæ ad Pelagoniam sunt, mittit.' Adde Cortium ad Sall. Cat. c. 27. § 2. Frontin. I. 5. ex. 19. 'Quum saltum evadere non posset, faucibus ejus obsessis.' *Absedisset* Port. *obsidisset* Harl. 2.

§ 16 *Id modo a multitudine conclamatum est*] Præpositio deest in Voss. 1. et Leid. 2. quam reliqui constanter servant. Deinde inverso ordine *M. Hor. et L. Val.* Port. Vide ad c. 49. § 3. Paullo ante *qui responderetur*, pro *quid responderetur*, Klockian. Vide ad VI. 37. § 8. Deinde *invidia*, pro *invidiæ*, Gaertn. Supra II. 60. 'Huic tantæ concordiæ ducis exercitusque non ausi obferre se Æqui:' ubi quædam vide.

CAP. LI. § 1 *Trepidatum esse, quia sine capite multitudo fuerit*] *Trep. est, quia sine cap. mult. fuerat* Harl. pr. *fuerat* etiam Gaertn.

Responsumque, quamquam non inuti-

liter] Est. in Pall. tribus *responsum quamquam non inutile*, contranitente consensu edd. priscarum. *Gebh.* Conjunctionem *que* nesciunt etiam Leid. 1. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. At facile eam seq. vocis prima syllaba intercipere potuit.

Fortuito tamen magis consensu] *Fortuitu* Harl. 1. Perperam. Vide ad II. 28. § 1. Vox *tamen* exsulat a Leid. 2. Mox alio ordine *comm. esse cons.* Gaertn.

§ 2 *Qui summæ rei præessent*] *Summæ reip. præessent* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. *summæ reipub. præessent* fragm. Hav. in quo tamen voci *pub.* notæ adjectæ sunt a manu 2. quibus aliquid delendum esse vulgo indicari solet. Neque vocem illam agnoscunt ullæ, quas consului, vetustæ edd. Verius itaque videtur, a reliquis codd. hic discedendum, et solum Flor. ac libros typis descriptos veriorem lectionem subgessisse. Litera enim *p*, quæ τῷ *rei* in scriptis adjicitur facile ex prima vocis seq. repeti potuit, quemadmodnm etiam alibi factum est. Vide ad XXVII. 40. § 3. Quos enim sibi præficiebant milites, qui ex Algido in Aventinum transierant, eos 'summæ reipublicæ præesse' Virginius contendere non poterat, quum non modo alter in Sabinis exercitus esset, sed et multi, tum patricii, tum plebeii, adhuc in urbe Roma degerent, et decemviri nondum honore abissent.

Militarique honore tribunos militum appellari] Ita primus edidit Frobenius a. 1531. Omnes autem, quos vidi, vetustiores typis descripti præferunt *appellare:* quod et ipsum in cunctis codd. quibus usus sum, superest: unum excipio Flor. in quo, si excerptis credendum, nihil hic varietatis præferentibus, *appellari* superest. Ejus itaque fide nihil mutandum puto; quamvis etiam haud temere tam concordem aliorum consensum spernendum esse judicari posset. Non enim eam lectionem jure suspectam redderet forma verbi mutata, 'placere creari et adpellare.' Nam id sæpe Livio placuit. Infra XLII. 24. 'Nec novos statuere fines, sed veteres observari, in animo habere.' Vide Oudendorp. ad Front. II. 5. ex. 46. et quæ notantur ad VIII. 34. § 9. et ad IV. 2. § 7. Præterea *tribunos militares* Gaertn. quomodo mox sequitur: 'Ita decem numero tribunos militares creant.' Sed reliqui vulgatum servant, quos audiendos censeo.

§ 3 *Reservate, inquit, ista de me judicia*] *Reservare* Lipsiens. Deinde *de me ista judicia* Port. Paullo ante vocula *is* aberat ab Hav. quemadmodum etiam τὸ *Quum* ab Harl. 1. *primos honos deferretur* habet Lipsiens.

§ 4 *Nec mihi filia in vita honorem ullum jucundum*] Buslidianus codex multo melius *nec mihi filia inulta.* Non enim in omnem vitam honores recusat, quos postea suscepit; sed honorem sibi injucundum dicit, quamdiu vindicta de filiæ injuria nondum potitus fuerit. *Nannius.* Rectius idem liber vetus *Nec mihi filia inulta.* Non enim in omnem vitam honores Virginius recusat, quos postea suscepit; sed honorem sibi injucundum dicit, quamdiu vindictam de filiæ injuria nondum ceperit. *A. Schottus* Obs. III. 38. Non congruit sequentibus, rejectos omnes a Virginio honores. Campanus edidit *Nec mihi filia inulta:* quam lectionem produxit nuper quoque ex vet. libro A. Schottus Obs. l. III. c. 38. *Gebh. In vita*, vel unica voce *invita*, plerique codd. mei. Unus Leid. 2. recte exhibet *inulta:* quod sibi etiam Hearne fatetur inventum esse in codd. quos Oxonii consuluit, L. 1. 2. et N. Error ex similitudine literarum *i* et *l* natus est, unde factum, ut in Mss. passim a librariis confundantur. Vide ad II.

23. § 3. Præterea *jocundum* Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vulgatum verius esse, post Dausquei. de Orthogr. part. II. in voce 'Jucundus,' docuit Broekhus. ad Prop. Eleg. I. 3. 35. auctoritate Cic. de Finib. II. 4. 'Hanc quoque jucunditatem, si vis, transfer in animum, juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum.' Adde Vossium in Etymol. Ling. Latinæ in voce 'Jucundus.'

Nec in perturbata republica eos utile est præesse vobis] *Inperturbata re* prisci excusi. Aldus primus *in pert. rep.* vulgavit, et ita omnes codd.

Qui proximi invidiæ sunt] Pal. 2. *qui proxime.* Sic Plautus in Milit. I. 1. 28. 'indiligenter hic eram.' Vide antiquas nostras. *Gebh.* *Proxime* etiam Port. et Hav. Alibi sæpe adverbium pro adjectivo poni solet. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 11. quemadmodum contra adjectivum pro adverbio. Vide ad XXII. 12. § 7. Hic tamen codicum *proxime* præferentium auctoritas levior est, quam ut tuto eam sequamur.

§ 5 *Si quis usus mei est, nihilo minor ex privato capietur*] *Si quis mei usus est* Port. qui etiam *nihilo minus* præfert. At *Si quis usus mei, ex privato* fragm. Hav. a m. pr. cujus margini, quæ culpa librarii omissa erant, a m. sec. postea adscripta sunt. Præterea *nihil omninor ex privato* Flor. in quo, unica litera expuncta, postea emendatum est *nihil omnino ex privato*, contra sensum Virginii. *Nihil minor rei ex privato* Gaertn.

§ 6 *Neque in Sabinis quievit exercitus*] Pall. 1. ac 3. *quietus exercitus.* Gebh. Ita et Voss. 2. Sed *quietut* Leid. 1. *Neque in Sabinis qui exercitus* Harl. 1. Mox *secessio a decemviris* Gaertn. et vetustiores typis excusi. Aldus demum *ab decemviris* dedit, ut habent reliqui codd. mei; nisi quod *secessio ab decemviri facta* præferat Lipsiens. Sed ultima litera τοῦ *decemviris* ibi intercidit ob similitudinem primæ in voce seq. Vide ad IV. 33. § 11.

§ 7 *Siccii cædis memoria revocata*] Scribendum est *renovata.* Porro quod hic est *renovata,* paullo post dixit *redintegrata* c. 56. 'Redintegrata,' inquit, 'extemplo est omnibus memoria fœdissimæ potestatis.' *Rhen.* Manavit ab Rhenano hæc lectio *memoria renovata,* solum testem nacta Pal. 2. librum ejus fidei, cujus sæpissime memoravi. Reliqui cum Campano *memoria revocata.* Sed quia video, ante duo ferme secula ita placuisse Andreæ, edenti *memoria renovata,* amplecti volupe et verum fuit. Livius XXII. 61. 'Nec postquam is rediit, renovavitque memoriam acceptæ cladis.' Curtius VII. 2. 'Ceterum recruduit separatus dolor: quippe veteris periculi memoriam præsentis cura renovabat.' Livius XXIII. 41. 'Ut antiquam cladium Samnio memoriam renovaret.' Elegantissime XXVIII. 35. 'Robur plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos juventæ faciebat.' Cujus loci venustatem fœde contaminatum ivit Rhenanus. Ita Actius Agamemnonidis: 'Inimicitias Pelopidarum exstincta tam obliteratas renovare memoria.' Plinius Epist. VI. 10. 'Ipse mihi locus optimi illius et maximi viri desiderium non sine dolore renovavit.' Quinctilianus Declam. XI. 'Quoties redierit ille lætus vobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferte vestes, renovate servuli planctus, parate solatia propinqui.' Justinus XVIII. 4. 'Tunc fratrem dolo aggreditur, fingit se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus cupidæ oblivionis gravem luctus imaginem renovaret, neve ultra amara admonitio oculis ejus occurrat.' Græci, ut notum, dicunt ἀνανεοῦν. *Gebh.* Sic ante Rhenanum legebatur, sic Mss. fidi, nec debuit ille supponere *renovata.* Petronius c. 10

'In memoriam revocatus injuriæ.' Livius XXXIII. 33. 'Nec præsens omnium modo effusa lætitia est, sed per multos dies gratis et cogitationibus et sermonibus revocata.' Adde, si tanti est, quæ ad Senecæ Beneficia II. 11. notavimus. *J. F. Gron.* *Renovata* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et N. cum vetustioribus impressis usque ad Aldum, qui *revocata* restituit, suffragantibus ex meorum codd. numero Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. quam eamdem lectionem margini Oxon. N. adscriptam esse, Hearne professus est. Sæpissime hæ voces in Mss. commutari solent. Vide quæ notavi ad Silii Ital. XIV. 112. Adde viros doctos ad Cic. Orat. Philipp. I. 1. et quæ dicuntur ad I. 55. § 1. ut et ad IV. 9. § 1. ad V. 18. § 12. et ad c. 52. § 9. Ita cod. Sangerm. apud Columell. exhibet IV. 21. *Unde vitis anno sequenti revocari debeat:* ubi recte editur *renovari.* Utraque lectio habet, quo se tueri possit. Gronovio itaque, *revocata* restituenti, adversari nolui. 'Revocare in memoriam' dixit Justin. I. 5. 'In memoriam somnii responsique revocatur:' et VII. 1. 'Revocatus in memoriam oraculi, quo jussus erat, ducibus capris imperium quærere:' quod 'reducere in memoriam' dixit Plinius Ep. III. 10. 'Veritus sum, ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam gravissimi luctus reduxissem.' 'Renovare memoriam,' ut 'renovare dolorem' Virgil. Æn. II. 3. 'Infandum, regina, jubes renovare dolorem.'

Quam qui nova fama de virgine adeo fœde ad libidinem petita accenderat] Ego *Virginia* reposui. Juv. 'Virginia formæ:' et Livius paulo post c. 58. 'manes Virginiæ:' rursus 'M. Claudius Virginiæ assertor.' *Sabell.* Docet legendum codex vetustus, *quam quem nova fama de virg. adeo fœde ad lib. pet. acc.* Rhen. Videtur illud *quem* mutandum esse in *quidem*, vel omnino delendum. *Numitorius* vero, quem supra Livius nominat, non is est, qui argenteis et æreis numismatibus *L. NVMITORIVS* dicitur, sed ex ea, ut videtur, familia. *Ursinus.* Pall. 1. ac 3. *quam quæ . . . petita accederat.* Pal. 2. quoque *quam quæ nova fama de virg.* Cui accedit Campanus. Andreas autem *quam qui . . . petita acciderat.* Vulgatam lectionem architectatus est Rhenanus, non adeo inepte, ut opus fuerit conjectura Fulvii Ursini, vel corrigentis *quam quidem*, ad quod alludit prisca, ut notavi, editio; vel omnimodo expellentis. *Gebh.* *q̃q; &c. aciderat* Klockian. *quam quæ, &c. acciderat* Voss. 1. a m. sec. et Leid. 2. *quam quæ . . . accenderat* Leid. 1. Voss. 2. et Harl. 1. *quam quem . . . acciderat* Voss. 1. a m. pr. *quam quem . . . accederat* Hav. *quamquam, &c. accenderat* Gaertn. Etiam Hearne auctor est, se in Oxon. C. *quam quæ*, in cod. vero N. et *quam quæ*, et *quam quem* reperisse: *quam quod . . . aciderat* habet ed. Mediol. a. 1480. *quam quidem* legendum esse, etiam conjecit Latinius. Rhenani lectionem veriorem puto, quam servant Harl. 2. Port. et fragm. Hav. Nec multum abit Lipsiens. qui *quam quem, &c. acendeat* præfert. At in Flor. duplicem lectionem librarius notavit hoc modo, *quam quem, &c. acci accenderat;* ut indicet, vel *acciderat*, vel *accenderat* legendum esse. Quod posterius verum est. 'Accidere' et 'accendere' alibi etiam librarii commutarunt. Vide ad XL. 32. § 2. 'Accendere motum animorum,' ut 'accendere discordiam' II. 29. 'Si alia aliorum sit conditio, accendi magis discordiam, quam sedari:' ubi videnda quæ notavi. Porro *de virgine*, quod Sabellicus mutavit, substituens *de Virginia*, in omnibus meis scriptis constanter supererat. Idem de illis etiam, quos Oxonii consuluit, Hearne testatur. Horum igitur auctoritate

permotus priscam scripturam contextui reddidi, quam sibi etiam præ alia placere Latinius monuit. Sabellici conjecturam jam Veneti annis 1495. et 1506. mox Ascensius, et post eum recentiores receperunt. 'Virginem' tamen et 'Virginiam' nonnumquam commutari, dictum est ad hujus lib. c. 45. § 1. Denique *adeo fedo* Lipsiens.

§ 8 *Ne comitiorum militarium prærogativam urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur*] Nihil mutandum, licet admodum turbent librarii in membranis. *Ne qua miciorum milit. prorogativa urbana iisdem tribunis, &c.* corruptissime Harl. 1. *prærogativa ... sequerentur* Lipsiens. Gaertn. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. et fragm. Hav. *prærogativa ... querentur* Voss. 1. *prærogatiũ ... quererentur* Leid. 2. *prærogativa ... sequeretur* Hav. et Port. a m. sec. qui a m. pr. *prærogata ... sequerentur* præfert. Deinde *urbana comitia id est tribunis plebis creandis* Voss. 2. Denique vox *creandis* deest in Leid. 2. Ex solis Flor. et Klockian. nulla scripturæ varietas notatur, nisi quod *hisdem tribunis* habeant, pro *iisdem tr.* Indoctis autem scribis locum corrumpendi ansam dedit, quod non intelligerent quid Livius *comitiorum militarium prærogativam* vocet. Ei exponendo adcommodatus est locus Asconii ad Cic. Act. I. in Verr. c. 9. 'Prærogativa, præter justum integrumque beneficium, aut dictum aut factum aliquid significat liberalius ab eo, qui nobis bene facturus est. Et rursus, Prærogativæ sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas:' ubi in sequentibus adhuc latius explicat, quænam 'prærogativæ,' quænam 'jure vocatæ tribus' sint, de quibus vide etiam Gronov. Observ. IV. 1. Quum autem centuriarum vel tribuum prærogativarum auctoritatem plerumque jure vocatæ sequerentur, earumque suffragium fere semper probarent; hinc factum est ut 'prærogativa' ponatur pro bono omine, certo signo atque indicio rei eventuræ. Et ita hoc loco capi potest, ac debet. Icilius impedire volebat, ne plebs comitiis tributis omen futuri tribunatus plebis, datum illis, qui suffragio militari in Aventino tribuni militum creati erant, ratum esse, eosdemque illos tribunos plebis jubere posset; id enim si eveniret, ipse ab hoc honore, cui inminebat, exclusus fuisset. Operam itaque dedit, ut in exercitu, in quo militabat, totidem tribuni militum crearentur. Pari sensu vox 'prærogativa' obcurrit apud Liv. XXI. 3. 'In Hasdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua extemplo juvenis Hannibal in prætorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque adsensu adpellatus erat, favor etiam plebis sequeretur.'

§ 9 *Peritus rerum popularium, imminensque etiam potestati*] Antiqua lectio *imm. et pot.* Opinor legendum *imm. ei pot.* Nam ipse postea tribunus plebis electus est, et eam potestatem restitui populo summis viribus urgebat. Sic lib. seq. Livius noster c. 25. 'Interim Romæ principes plebis jam diu nequicquam imminentes spei majoris honoris:' ita enim legendum docebimus ad fidem vetusti codicis. *Rhen. Imminensque ei potestati* est commentum Rhenani. Pall. tres *imminensque potestati.* Primus omnium Campanus corrupit, edita lectione *imm. etiam pot.* hinc subdit acumini Rhenani prurigo. *Gebh. Imminensque potestati* Leid. 1. Voss. 2. Harl. ambo, Hav. et Hearnii Oxon. B. *imm. et pot.* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Port. Sed fragm. Hav. a m. pr. *imminensque et potestati*, a m. altera *imminensque potestati* præfert. Rhenani conjecturam veriorem puto. Alibi enim voculæ *et* atque *ei* commutari solent. Vide ad XLI. 19. § 6. Quin et Rhenano consentire videtur Flor.

ex quo in excerptis nihil notatur. Præterea male *pariter*, pro *peritus*, Leid. 1. *penitus* Harl. 1. Mox autem verba *et ipse prius, quam iretur ad urbem, pari potestate* desunt apud Hearnium in Oxon. B. sed negligentia ac culpa scribæ, cui fraudi fuit vocum *potestati* et *potestate* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

Eumdem numerum ab suis creandum curat] J. Perizonius in marg. Livii *creari* legendum conjicit. Sed codd. dissentiunt; qui nihil mutant, nisi quod *a suis* sit in Gaertn. *creandum erat* a m. pr. in contextu Lipsiens. pro quo tamen *curat* a m. sec. in margine emendatur.

§ 10 *Porta Collina urbem intravere sub signis*] *Per portam Collinam* Leid. 1. Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. quæ lectio ex glossa nata videtur. Alterum Livio frequens est. XXVI. 10. 'Fulvius Flaccus, porta Capena cum exercitu Romam ingressus, media Urbe per Carinas Esquilias contendit.' XXVII. 37. 'Ab æde Apollinis boves feminæ albæ duæ porta Carmentali in Urbem ductæ.' XXXIII. 26. 'Lupus, Esquilina porta ingressus, frequentissima parte Urbis quum in forum decurrisset.' XLI. 9. 'Lupus etiam, Romæ interdiu agitatus, quum Collina porta intrasset, per Esquilinam magno consectantium tumultu evasit.' Ita 'ingredi via,' de quo vide ad X. 35. § 4. Præterea *intraverunt* Lipsiens. Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et Hav. Mox *viginti* abest ab Hearnii Oxon. B.

§ 11 *M. Oppium, Sex. Manilium creant*] Hæc verba omittebantur in Leid. 2. *Sex. Manlium* præfert Hav. solito errore scribarum, qui diversarum gentium nomina 'Manlius' et 'Manilius' passim confuderunt. Vide ad XXXIV. 53. § 2. *Sex. Mantilium* Lipsiens. Præterea vox *creant* non conspicitur in Voss. 2. In sequentibus ordinem mutat librarius Gaertn. præferens *jurg. sæp., quam cons., temp. terunt.*

§ 12 *Et dedecora militiæ objiciebantur*] Τὸ *et* exsulat ab Hav. Male. Non enim Siccii cædes et Appiana libido erant dedecora militiæ. Nam Appii libido in Urbe patuerat; Siccius autem non bello contra hostes, sed insidiis decemvirorum, licet in expeditione, interfectus erat. Per *dedecora militiæ* intelliguntur res infeliciter bello gestæ, 'quod exercitus et ab Sabinis ad Eretum et in Algido ab Æquis fusi erant,' ut Livius supra narrat III. 42. qui cap. seq. 43. 'ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora decemviros belli domique adjecisse' refert. Perperam igitur etiam *decora* Voss. 2. Leid. uterque, Port. a m. pr. et fragm. Hav. Priores duæ ejus vocis literæ duplicandæ erant; quod librarii facere neglexerunt, qui contrario errore mox *neglegebant* pro *negabant* dederunt in Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr.

Quo anno jam ante abissent] Hic alter est locus, qui convincit, recte nos annum tertium decemvirorum in chronologia nostra sejunxisse ab anno, quo L. Valerius et M. Horatius Coss. fuere. Quamquam fieri potuit, ut hic tertius annus, quo in tyrannide fuere decemviri, non fuerit prorsus duodecim mensium, et Valerius Horatiusque citius iniisse magistratum, quam hactenus consuevere, quippe dies sollemnis ineundis magistratibus non fuit idem, ut multis postea locis ostendemus. *Glar.* Vide ad c. 38. hujus lib. § 1. *Quo anno ante ab.* vocula *jam* expuncta, Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *quo anno jam ante abiissent* Voss. 2. et Gaertn. Vide ad II. 4. § 2.

§ 13 *Deposituros imperium se aiebant*] *Depositum imperium* Voss. 1. et Leid. 2. *deposituros se imperium* alio vocabulorum ordine Hav. et Gaertn. Denique *agebant* Leid. 1. et Lipsi-

ens. frequenti scribarum aberratione. Vide ad VIII. 33. § 23.

CAP. LII. § 1 *Per M. Duellium*] Pall. 1. ac 3. *Duilium*. Gebh. Ita et Flor. aliique plures codd. Vide ad II. 58. § 2. Ceterum *Per C. Duilium* Hearne in codd. Oxon. C. et L. 2. *Per M.* vel *C. Duilium* in N. esse auctor est. Vide ad § seq. Mox τὸ *qui* exsulat a Leid. 1. neque fuerat olim in fragm. Hav. sed m. sec. adscriptum est. Ea lectio ferri potest, modo ita distinguas, *Per M. Duilium (tribunus plebis fuerat) certior facta plebs.* Et sane sæpe alibi pronomen hoc ab interpolatoribus additum est; quo ejecto et verbis parentheseωs notis inclusis viri docti Livium emendandum docuerunt. Ita XXII. 46. ' Ventus (Vulturnum incolæ regionis vocant) adversus Romanis coortus multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit :' ad quem locum plura alia exempla videri possunt. Si plures codd. accederent, eam lectionem veriorem esse non dubitarem. Nunc nihil muto. Hinc *contionibus*, pro *contentionibus*, Port. culpa librarii. Vide ad IV. 6. § 4. Denique *transiit*, pro *transit*, Harl. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. CIII.

§ 2 *Adfirmante Duellio*] In exemplari Borbetomagensi legitur *affirmante C. Duellio*. Rhen. Pall. 1. ac 3. *affirmante C. Duilio:* at Pal. 2. *affirmante C. Julio*. Gebh. *Affirmante cum Duilio* Klockian. *affirmante tum Duilio* fragm. Hav. *ut firmante C. Duilio* Harl. 1. *affirmante C. Claudio* Port. *affirmante C. Duilio* Voss. ambo, Leid. 1. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. *affirmante M. Duilio* Leid. 2. sibi quoque *affirmante C.* vel *M. Duilio* in codice N. obvium fuisse, idem Hearne testatur. Omnino non alius videtur indicari Duilius, quam qui modo memoratus est § præc. et tribunus plebis fuisse, cap. autem 54. tribunatum insignem ante decemviros creatos gessisse dicitur. Talem autem antea Livio memoratum non invenio, quam qui vigesimo secundo vel primo anno ante tribunatum adeptus legitur l. II. c. 58. et c. 61. Is autem constanter ibidem *Marci* prænomine adpellatur. Præterea quum Duilius, qui, abrogata decemviris potestate, unus tribunorum plebis creatur, in decemviralibus certaminibus plebi non defuisse dicatur c. 54. a Duilio hic memorato diversus fuisse statui nequit. Ei autem non modo Liv. d. l. verum etiam Dionys. Halic. l. XI. p. 727. *Marci* prænomen tribuunt. Hinc patet, male ei *Caii* prænomen in membranis nonnullis § præc. et in plerisque hoc loco dari. Quin et hic melius quodcumque prænomen in editis et cod. Flor. omitti puto, quoniam id, quod modo memoratum erat, in eadem periodo iterum repeti non adtineret, et Livius eo casu prænomen supprimere solitus sit. Paullo post *priusquam urbem deseri viderant* est in Hav. et Gaertn. *videat* in Harl. 2. *deserui* in Lipsiens.

Curam in animos Patrum descensuram] Formam hanc loquendi, qua res in animum ' descendere ' dicitur, pro eo quod est pervadere, inbibi, penitus infigi, post Ciceronem natam esse, suspicatur ad hunc locum Doujatius. Verum ita jam Ciceroni æqualis locutus est Sallust. in Jug. c. 11. ' Quod verbum in pectus Jugurthæ altius, quam quisquam ratus, descendit.'

Scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant] Codex vet. habet *siturosque*. Malim legere *scituros, quam sine rest. pot.* aut *sciturosque, quam sine rest. pot.* Rhen. *Scituros, quod sine rest. pot.* edidit Andreas. Pall. tres *sciturosque sine.* Ex quo extricandum censet Rhenanus *sciturosque, quam sine.* Sed quoniam sine libris, non probo: amplius Pal. 1. *redigi in concordia res.* Gebh. Illud *scio quod*, auctorum hujus ævi

non esse, subscribo F. Sanctio. Itaque, quia Mss. non modo Rhenani, sed et nostri, *sciturosque sine;* lege *scituros quam sine*, vel *sciturosque quam sine:* quod utrumque jam ille proposuit. Lib. IV. c. 31. 'Documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset:' ubi mirum vexari a Rhenano. Cassius ad Ciceronem ad Famil. XV. 19. 'Scis, Cnæus quam sit fatuus: scis, quomodo crudelitatem virtutem putet: scis, quam se semper a nobis derisum putet.' Valde vellem etiam reperiri alicubi additum *sine restituta tribunicia potestate.* Nisi quia Duilius, qui tribunus fuerat, loquitur, ideo nullam aliam facile intelligi cogitavit. Ut quum IV. 48. ad tribunos dicitur, 'præclarum ipsis potestatique fore.' *J. F. Gron.* *Sciturosque sine restituta* etiam omnes codd. mei, nisi quod in fragm. Hav. a m. sec. emendatum sit *scituros, quod sine restituta:* et *scituros, quam sine restituta* prætulisse Flor. videatur. Magnas turbas inter viros doctos dederunt locutiones 'scio quod,' 'dico quod,' 'respondeo quod,' similesque, utrum Latinæ sint, an vero inter barbaras referri debeant. Eas proscribendas ex Latii sermone judicavit F. Sanctius in Minerv. III. 14. § de conjunctione 'Quod.' Iisdem deinde multis verbis patrocinium pararunt Sciopp. in Auctario Mariang. epist. 6. Ger. Joh. Vossius Gramm. l. VII. capp. 20. et 62. et Vorst. de Latin. falso Susp. c. 24. Contra vero, eos, sed inprimis Scioppium, errare, et locis aut corruptis aut male intellectis pugnare, contendit Gronov. ad Plauti Asin. I. 1. 37. ubi etiam hic *quam*, pro *quod*, legendum esse repetit, et ad Aulul. II. 2. 52. Nuper denique locutionibus illis vindicias paravit Jac. Perizon. in notis ad d. l. Sanctii, cui calculum adjecit Dukerus de Latinit. Juriscons. p. 352. Mihi tamen valde blanditur hoc loco, *scituros, quam sine restituta;* quod, ut dixi, Flor. servat, nisi excerpta optimi hujus codicis fallant. Alibi etiam librarii *quod* et *quam* confundere soliti fuerunt. Vide ad II. 54. § 9. Deinde *sine tribunicia potestate* legendum opinatur Contier. ad marg. Livii. Sed libri scripti in vulgatum conspirant. Ita cap. præc. in multis codd. legitur 'Peritus rerum popularium inminensque potestati:' ubi voce *potestati* tribuniciam potestatem intelligi inde patet, quod verbis proximis 'tribunorum plebis' mentio facta sit. Pro eo tamen hodie ex Rhenani conjectura *inminensque ei potestati* non male editur. Denique *dirigi in concordiam* Harl. 2. perperam transpositis literis. Vide ad XLI. 23. § 17. *Redigi ac redire in concordiam* Gaertn. Vide ad IV. 5[illegible] § 5.

§ 3 *Via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti*] Lego *Ficutnensi*, ab oppido 'Ficulnea.' Quasi vero eversa 'Ficulnea' mutaverit nomen. *Sigon.* *Via Momentanea* Leid. 2. *Via Numentana* Voss. 2. Lipsiens. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed oppidum 'Nomentum,' unde viæ huic nomen, prima syllaba apud classicos Latinorum scriptores per *o* longam, apud Græcos per *ω* Νώμεντον scribi; at posterioris ævi scriptores, *o* mutato in *u*, fecisse *Numentum* et *Numentanus*, auctor est Cluverius Ital. Antiq. II. 9. p. 667. In Lapide apud Gruter. p. CCCCXXXIX. num. 5. Cn. Munatius M. F. Pal. Aurelius Bassus vocatur CVRATOR. VIAE. NOMENTANAE. Præterea, *Ficulnensi* se in Oxon. N. et B. reperisse testatur Hearne, quæ mihi scriptura in nullo nostrorum codd. obvia fuit: sed *Fulgensi* est in Leid. 2. *Figulensi* in reliquis omnibus: quod et suos, quos Oxonii consuluit, præferre, idem Hearne professus est. Hinc non parum firmatur suspicio Cluverii, existimantis verum oppidi nomen 'Ficulea' fuisse, unde dicendum foret *Ficulensis*,

ut antiquæ edd. hic præferunt: librarios vero, quasi derivativum a 'ficu' arbore, 'Ficulnea' formasse. Vide ad I. 38. § 4. Denique *nomen fuit, tum profecti* Harl. 2. et Hav. Sed voculam *tum* male librarii ex præcedenti repetierunt.

Secuta exercitum plebs] Pal. 1. ac 3. *Sequitur ex. plebs.* At Campanus *Secuta est ex. plebs.* Gebh. *Sequitur ex. plebs* unus apud me Voss. 2. præfert; reliqui constanter *Secuta ex. plebs* tuentur. Paullo ante *mod. patr. suor. nihil violandi imitati* Hearnii Oxon. L. 2. invitis omnibus meis. *Patrum eorum,* pro *p. suorum,* habet Gaertn. *imitata,* pro *imitati,* perperam Lipsiens.

Nullo, qui per ætatem ire posset, retractante] Ita quidem in margine Harl. 2. At in τῷ κειμένῳ perperam *qui per æt. inpedire posset:* quomodo et obfert Lipsiens. Utraque lectione juncta *qui per æt. ire impedire posset* est in Gaertn. Deinde omnes hic etiam constanter *retractante,* nisi quod errore scribæ sit *retractande* in Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 49. § 2.

§ 4 *Prosequuntur conjuges liberique*] *Persequuntur* Leid. 2. Infinitis locis librarii indocti hæc verba in membranis vetustis confuderunt. Exempla vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. 'Prosequi' hic notat sequi. Infra v. 40. 'Magna pars tamen earum in arcem suos prosecutæ sunt, nec prohibente ullo, nec vocante.' XXVII. 15. 'Speculatores, qui prosequerentur agmen, missi postero die retulerunt, Bruttios Hannibalem petere:' ubi vide.

Cuinam se relinquerent in ea urbe] *Cui jam se relinq.* Voss. 1. altera lectione in marginem conjecta. At utramque jungit Leid. 2. in quo est *cuinam jam se relinq.* Vide hoc lib. c. 44. § 4. *Cuinam relinq. se,* alio vocabulorum ordine observato, est in Port.

In qua nec pudicitia nec libertas sancta esset] *Esse* Leid. 2. *essent* Lipsiens. ut verbum numero plurali efferatur, quod præcedant duo substantiva, quamvis numeri singularis, et ita *sancta* etiam genere neutro accipiatur. Vide ad I. 31. § 7. Cum reliquis tamen codd. vulgatum præfero. Vide ad XXXVII. 29. § 6.

§ 5 *In foro præter paucos seniorum nemo esset*] *Et in foro* Hav. Deinde, *præter in foro paucissimorum nemo esset* Voss. 2.

Vocatis utique in senatum Patribus desertum adparuisset forum] *Vocatis itaque in sen. P. cum des. app. forum* Neapol. Latinii, et ed. Mediolan. an. 1480. *Itaque,* pro *utique,* habet quoque Leid. 2. quomodo etiam in scripto uno peccabatur hoc lib. c. 1. § 2. *Cum desertum* autem superest quoque in nonnullis vetustioribus editis. *In desertum* perperam præfert Hav.

Plures jam, quam Horatius et Valerius, vociferabantur] *Pluresque jam* Voss. 1. Leid. uterque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui conjunctionem omisit. Deinde *ac Valerius* Leid. ambo, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Ceterum Doujatius monet, videndum esse, num *plures jam quam Hor.* positum sit pro *plures jam magis,* aut *gravius quam Hor.* ceteroquin enim *plures quam Hor. et Val.* sibi frigidius dictum videri: nam quid mirum, si in rebus adeo turbatis, immo deploratis, vociferentur plures quam duo? Immo non duos tresve, sed quam plurimos, sed senatores universos hos clamores edidisse. Huic ejus sententiæ calculum adjicere nequeo, quod insolentior illa vocis *magis* vel *gravius* ellipsis sit, quam ut commode admitti possit. Præterea si consideremus certamina superiora, quæ Liv. c. 39. et sequentibus descripsit, videbimus solos eo tempore Horatium et Valerium adversus decemviros vociferatos esse, licet multi senatorum, præsertim ex consularibus, forent quibus

acta a decemviris displicerent. Hi tantum sententiæ C. Claudii, qui Appii decemviri patruus eum oratione, precibus quam jurgio simili, ab incepto conabatur dimovere, verbo adsensi sunt. Ulterius vero nunc processum est, et non soli Horatius Valeriusque, quos tamquam 'duces multitudinis' sive plebis cap. 49. descripsit, sed plures jam vociferati sunt senatores.

§ 6 *Quid exspectabitis, Patres conscripti*] *Quid exspectatis* Leid. 2. Harl. 2. et Hav. Deinde vocem *conscripti* nescit Port. pro qua vox *consulti* exstat in nonnullis vetustis editis, manifesto errore eorum, qui compendium *Patres Cons.* ut in aliis excuditur, non adsecuti sunt. Vide ad vi. 26. § 4. Mox *terere*, pro *ruere*, est in Lipsiens.

Quod autem istud imperium est] *Quid autem istud imperium est* Gaertn. quomodo sæpe variant scripti. Vide ad xxxviii. 10. § 1. *Quod aut istud imperium*, ultima etiam voce omissa, Leid. 2. *aut*, pro *autem*, etiam alibi scriptum errore librariorum obcurrit. Vide ad iv. 42. § 6. Verbum substantivum non comparet quoque in Voss. 1. Tum *quod amplexum tenetis* Gaertn. Sane passiva significatione *amplexus* sæpe poni, quin et eodem modo *complexus* in uno Msto. Livii obcurrisse, vidimus ad ii. 40. § 10. Quum tamen vulgatum defendant reliqui omnes codd. id non videtur loco movendum esse. Insuper *tectisne, ac parietibus* iterum Gaertn. verum hic etiam invitis et refragantibus aliis omnibus. Interrogationem tamen post voces *dicturi estis* restitui, quæ erat in vetustioribus excusis, et primus Gruterus in postrema ed. ejusque exemplo omnes, præter Doujatium, recentiores omiserunt. At in Voss. 2. tota hæc periodus, *Quod autem istud imperium est, decemviri, quod amplexi tenetis? Tectis ac parietibus jura dicturi estis?* non conspicitur culpa librariorum, quibus illud fraudi fuit, quod modo præcesserit etiam verbum *estis*. Vide plura ad ix. 11. § 11.

§ 7 *In foro conspici, quam togatorum aliorum*] Vet. lib. *togatorum, aliorumque.* Sigonius. Si hæc scriptura *togatorum aliorumque* vera est, 'togati' non possunt alii esse, quam cives honestiores; 'alii' infima plebs, et tunicatus popellus, ut loquitur Horatius Epist. i. 7. 65. Sed rejicit eam Lipsius cum ex auctoritate librorum veterum, in quibus *togatorum aliorum* esse testatur, tum quod altera lectio lictoribus adimit usum togarum, quos tamen togis usos fuisse ostendit e Cicerone in Pison. c. 23. quod et e vetustis monumentis intelligi potest. *Duk.* Lipsius Elect. i. 23. auctoribus libris scribendum contendit *quam togatorum aliorum*, expuncto τῷ *que*, ejusque sententiæ hanc reddit rationem, quod, Sigonii lectione recepta, lictoribus adimeretur jus togæ, quod ipsis competiisse indicabat Cic. Orat. in Pison. c. 23. 'Togulæ ad portam lictoribus præsto fuerunt: quibus illi acceptis sagula rejecerunt, et catervam imperatori suo novam præbuerunt.' Copulam tamen constanter servant non modo codd. scripti, sed et vetustiores impressi. Primus Froben. a. 1531. eam omisit, et deinde reliqui editores usque ad Sigonium. Quare quod Lipsius se in eo 'libros auctores' secutum tradat, de paucis his edd. accipiendum est. Si Lipsii emendatio nihilominus placeat, dici posset, voculam *que* perperam inrepsisse ex sequentis *quid* similitudine. In verbis proxime præcedd. *lictorum virorum* erat in contextu Lipsiens. pro quo in margine recte *lictorum vestrorum* m. sec. emendatur.

Quid si hostes ad urbem veniant] Penultima voce neglecta, *quid si hostes adveniant* est in Harl. 2.

Ubi parum secessione moveamur] Ms. codex habet *ubi parum secessione mo-*

veatur. Porro Livius *moveatur* impersonaliter dixit. *Rhen.* Manuscripto e codice profert Rhenanus *ubi parum secessione moveatur*, censetque Livium hic impersonaliter *movetur* dixisse. Et sic ante ipsum vulgavit J. Campanus. Pal. 1. *in parum secessione moveamur.* Pal. 2. *ubi parum secessione moveantur.* In codice sincerissimo Pal. 3. stabilitur vulgata lectio. *Gebh. Ubi parum secessione moveatur* etiam Neap. Latinii. In hac forma generalius quid, quam in altera *moveamur*, agnoscendum est, judice Servio, sive quicumque Servium interpolavit, ad Virg. Ecl. I. 12. 'Sane vera lectio est *turbatur;* ut Servius ait, ut sit inpersonale, quod ad omnes pertinet generaliter; nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. Si enim *turbamur* legeris, videtur ad paucos referri.' Quemadmodum autem sensui Virgilii *turbatur* commodius judicat Servius, quam *turbamur*, ita Livio magis convenit *moveamur;* non enim ad omnes generaliter pertinet, sed ad patricios in Urbe relictos. Aliam lectionem præfert Hav. codex, exhibens *ubi parum Patres secessione moveantur:* quam interpolatam puto ab homine, qui etiam *moveatur* in cod. suo invenerat, sed in ea lectione commodum sensum non reperiebat. Si vocem *Patres* addere Livio animus fuisset, attamen potius *ubi parum Patres secessione moveamur* dixisset, quam *moveantur.* Vide ad XXXII. 21. § 16. Videri etiam potest illud *Patres* ex proxime præcedenti *parum* natum esse. Certe *ubi Patrum secessione moveamur* aberrantes scribæ Lipsiens. et Port. a m. pr. dederunt. *Ubi parum secessionē moveamur* habet Harl. 1. Sed ultima litera voci *secessionem* perperam adhæsit ex initio sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. et mox ad verba seq. atque ad § 8.

Occasune Urbis vultis finiri imperium] *Occasu neu urbis* Harl. 2. Sed perperam voculæ *ne* adhæsit prima litera proximæ vocis *Urbis.* Vide ad verba proxime præced. Male etiam *Hoc casu ne urbis*, præmissa adspiratione, Harl. 1. Præterea *finiri* demum invenio in Elzevir. a. 1635. quod ex ea constanter receperunt recentiores. Verum omnes, non modo vetustiores excusi, sed et codd. quibus utor, habent *finire:* in quo longe major emphasis est, et vociferantium vehementiæ magis aptum est. Nam ita non simpliciter rogant, num decemviri velint imperium Romanum *finiri*, quod casu etiam vel a quovis alio fieri poterat, sed potius num velint ipsi sua opera, sua tyrannide illud *finire*, et ita caussa existere, cur intercidat? Eam itaque lectionem reduxi.

§ 8 *Atqui aut plebs non est habenda*] *Atque aut plebs* fragm. Hav. a m. pr. *Atque ut plebs* Voss. 2. *Atque* etiam est in Gaertn. Voces *atque* et *atqui* a librariis alibi confunduntur. Vide ad V. 4. § 1. VI. 37. § 2. et alibi. *At quia* Leid. 1. prima litera voculæ seq. *aut* perperam repetita in fine τοῦ *atqui.* Vide ad § 7. hujus cap. Deinde *plebes* Leid. 1. et Gaertn. *plebis* Leid. 2. Vide ad I. 20. § 6.

Quam illi plebeiis] *Quam illis plebei* Leid. 1. *quam illi plebis* Voss. 1. et Leid. 2. *Non citius ... quam illis plebeis* Gaertn.

§ 9 *Ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium*] Illud *ne* non videtur satis usitata forma prolatum. Itaque Octavius Pantagathus pro ea particula legebat *ea nunc*, vel *an nunc*, vel potius *nunc dulcedine semel capti ferant desiderium?* Ursinus. Pantagathus, referente Fulvio Ursino, τὸ *ne* non satis usitata formula prolatum existimavit. Ideo legit, *ea nunc*, vel *an nunc*, vel potius *nunc dulcedine semel capti ferant desiderium?* Nihil tale in nostris libris, ex quibus Pall. 1. ac 3. *ne nunc dulcedine semel capti finiverant desiderium.* Si huic lectioni locus esse potest, censeo scribendum *fini-*

verint. Camp. edidit *ferent desiderium.* Gebh. Illud *ne,* inquit F. Ursinus, non videtur satis usitata formula prolatum. Itaque Pantagathus legebat *ea nunc,* vel *an nunc,* vel potius *nunc dulcedine,* interrogandi formula. Nihil horum. Plautus Amphitr. I. 1. 174. 'vix incedo inanis: ne ire posse cum onere existimes.' Nedum possim: tantum abest, ut possim cum onere ire. Donatus ad Terentii And. IV. 2. 23. 'Ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas:' '*Ne,* pro nedum. Sallustius secundo libro, 'Ne illa tauro paria sint.'' Cic. l. IX. ad Famil. 26. 'Me vero nihil istorum, ne juvenem quidem, movit umquam: ne nunc senem.' Sall. Catil. cap. 11. 'Secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoriæ temperarent.' Adeo non sperandum fuit, ut illi minime sapientes in victoria se regerent. Vide Rivium in doctis castigationibus in Sall. ad d. loc. Apuleius Apologia pag. 299. edit. Elmenh. 'Ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas conscribo.' Ibid. pag. 317. 'At hoc ego Æmiliano vix credidissem, ne huic frutici credam.' Floridis pag. 356. 'Quo mihi ne in mediocribus quidem civitatibus umquam defuere; ne ut Carthagini desint.' Sensus Livii expressus ex Cicerone de Legibus III. 11. 'Sensit enim deberi non posse huic civitati illam potestatem: quippe quam tantopere populus noster ignotam expetisset, qui posset carere cognita?' *J. F. Gron.* Adde Scip. Gentilem Append. Notarum ad Apuleii Apolog. n. 38. *Duk.* Locum laudatum Sallustii exponens A. Schott. Obs. III. 26. ac docens *ne* ibi poni pro *nedum,* locutionis inlustrandæ caussa inter alia etiam hunc Livii protulit, ut pateat, eum quoque *ne* hic eo sensu accipiendum esse vidisse. Vide etiam Manut. ad Cic. loc. laud. et Cortium ad Sall. loc. laud. Male ergo *nec nunc dulcedine* in Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. Præterea *fuerint desituri* Gaertn. idem: *fuerant desiderium* Leid. 1. *finiverant desiderium* Voss. 2. *finierant desiderium* Port. et a m. sec. fragm. Hav. *finiant desiderium* Harl. 2. Nihil muta. Cic. de Amic. c. 20. 'Sæpe incidunt magnæ res, ut discedendum sit ab amicis: quas qui inpedire vult, quod desiderium non facile ferat, is et infirmus est, mollisque natura, et ob eam ipsam caussam in amicitia parum justus:' ubi vide Langium, ut et viros doctos ad Petron. Satyr. c. 111. In his locutionibus *desiderium* idem est atque absentia, ut Langius ibidem monuit. Et eo sensu est v. 10. 'Quum inculta omnia diutino dominorum desiderio domi invenerint.'

Quum præsertim nec nos temperemus imperiis] In duobus Pall. Mss. primo ac tertio, exclusa vocula *nec,* adparet *cum præs. nos temp. imp.* Gebh. Ita et Voss. 2. At *quum præs. nec nos temp. desideriis imperii* Lipsiens. et Gaertn. Neque aliter præferunt Voss. 1. et Leid. 2. nisi quod in his insuper deficiant duæ priores voces *quum præsertim.*

§ 10 *Quando ita videatur*] *Quando ita videantur* Lipsiens. qui etiam paullo ante *fortuitos,* pro *futuros,* præfert.

§ 11 *Id modo simul orant ac monent*] Locupletius Pal. 2. *simul agunt, orant ac monent.* Si Sigonius offendisset, doleret, ad sua usque tempora cassum hoc loco id verbi exstitisse. Meo animo careat perpetuo. *Gebh.* Recte Gebhardus Pal. 2. lectionem sprevit. Meorum codicum nullus eam vocem agnoscit. Verum ordine mutato *monent ac orant* præfert Gaertn. quod Livianum non esse, patebit ex illis quæ notabo ad x. 36. § 17. Mox perperam τὸ *caveatur* abest a Leid. 2.

Nec suo sanguine ad supplicia Patrum] *Ne suo sanguine* Hav. et prisci inpressi, quos vidi, usque ad Aldum,

qui *nec suo sanguine* edidit. Et ita reliqui codd.

Cap. LIII. § 1 *Tunc Valerius Horatiusque missi ad plebem*] In Ms. codice legitur *Tum Val. Hor.* Rhen. *Tum* etiam præferunt primæ edd. usque ad Aldum, a quo repositum *Tunc:* quod ex codd. meis servant Voss. 2. Leid. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. Præterea *Val. et Horatius* Port. *Horatius Valeriusque* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Vide ad c. 50. § 16. *Valerius Horatius* sine copula Leid. 1. et Harl. 1. Insuper vox *missi* exsulat ab eodem Hav. Deinde paullo post *ad plebem, &c.* *revocandum* Klockian. Vide ad XL. 49. § 1. *Resque componendas* alio ordine vocabulorum Harl. 1.

Decemviris quoque ab ira et inpetu multitudinis præcavere] *Decemviri* Lipsiens. Tum *ab impetu et ira mult.* Voss. 2. *ab ira mult. et impetu* Harl. 1.

§ 2 *Profecti gaudio ingenti plebis accipiuntur in castra*] In codice manu scripto legitur *in castra accip.* non *accip. in castra.* Rhen. Pal. 3. *in castra recipiuntur.* Ast Andreas *accipiuntur in castra* contra ordinem scriptorum codicum. *Gebh.* *In castra accip.* etiam omnes mei. Sed contra *Ing. plebis prof. gaudio* Harl. 1. *Profecto,* pro *Profecti,* est in Lipsiens. At vox *gaudio* deest in Voss. 2. *gaudio ing. plebis* præferunt male Voss. 1. et Leid. 2.

Quippe liberatores haud dubie et motus initio et exitu rei] In volumine veteri legitur *haud dubiæ et motus initio exitu rei.* Nescio an Livius scripserit, *haud dubie motus, initio exitu rei,* absque copula *et;* nam hanc sæpe solet omittere. *Rhen.* Lego, transpositis vocibus, *Profecti gaudio ingenti in castra accipiuntur: quippe lib. plebis haud dubie et motus initio et exitu rei.* Klock. Expeditissima lectio nequiquam ab Rhenano sollicitata est, defensa edd. priscarum sinceritate, atque iterum asserta membranarum Pall. auctoritate omnium. Quæ enim facies est lectionis Rhenanianæ, *haud dubie motus, initio exitu?* Gebh. Quamvis ex meis etiam Flor. et Port. copulam *et*, quæ a Rhenani Ms. exsulabat, ignorent, puto tamen recte Gebhardum vulgatam scripturam adversus eum defendisse. Quæ enim foret forma loquendi 'liberatores motus?' aut quis umquam dixit 'liberare motum?' *Liberatores* nempe plebis a tyrannide decemvirali. Si quid mutandum, legere mallem *quippe liberatores haud dubii.* Vide ad XXXIV. 43. § 5. Verum neque id necessarium est. Vox *dubie* perperam omissa est in Hav. Male etiam *modestus initio et exitus rei* præferunt Voss. 1. et Leid. 2. *motus initio et exitus rei* Lipsiens. *motus initio et exituri* Gaertn.

Ob hæc iis advenientibus gratiæ actæ] Habent Pall. 1. ac 3. *Ob hæc adven. gratiæ.* Gebh. *Ob hoc his audientibus gratiæ* Hav. *Ob hoc his adv. gratiæ* Harl. 2. *Ob hoc adv. gratiæ* Gaertn. *Ob hæc adv. gratiæ,* omisso pronomine *iis*, Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. Eorum itaque, ut et Palatinorum Gebhardi fide, vocnlam expunxi. Accedit auctoritas Gronovii, qui ad XXXIX. 49. § 12. eam voculam in Mss. desiderari monuit.

§ 3 *Quum de conditionibus ageretur*] Ita primus edidit Aldus. Vetustiores præferunt *agitaretur.* Livius sæpe hoc modo locutus est. Vide ad XXXI. 46. § 5. Quum tamen omnes nostri lectionem Aldinam tueantur, eam etiam præferendam esse, nullus dubito.

Composito jam ante adventum legatorum consilio, ea postulavit] *Compositoque jam ante adv.* Harl. 2. et Lipsiens. *compositoque jam adv.* corruptius Port. In similem codicem incidisse videtur librarius codicis Oxon. L. 2. qui vitio animadverso locum, quem se emendaturum sperabat, ulterius cor-

rupit, scribens, teste Hearnio, *composito jam adventu legatorum.* Male etiam *ante adv. legati* Voss. 2. Denique *eam postulavit* Lipsiens. sed *expostulavit*, pro *ea postulavit*, pro varia lectione margini Harl. 1. adscriptum fuit. Quamvis autem 'expostulare' pro vehementer postulare nonnumquam obcurrat, sequentia tamen exigunt, ut vulgatum præferatur. Lectionem itaque marginalem ortam puto ex perpetua literarum *A* et *X* commutatione, de qua vide ad XL. 59. § 8. Evidenter id patet ex scriptura optimi Flor. in quo utraque lectione juncta librarius dedit *exapostulavit.* Jam vero 'ea, ut adpareret,' dictum pro talia, ut adpareret. Infra VIII. 13. 'Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati possent.' VII. 40. 'Ea ætate cousulatum adeptus eram, ut potuerim consul Patribus quoque ferox esse.' Vide Stewich. de Partic. Ling. Lat. in voce 'Is, ut:' et Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 82.

§ 4 *Provocationemque repetebant*] *Revocationemque repet.* Voss. 1. *revocationemque petebant* Leid. 2. Mox *aux. fuerant plebis* alio ordine Gaertn.

Concisse milites aut plebem] *Confecisse* ediderunt Mediolanenses a. 1505. 'conficere milites' autem foret colligere, congregare. Vide Gronov. ad Liv. XXIX. 35. § 10. Verum non modo hæc lectio in nullo cod. superest, sed etiam, qui a decemviris secesserunt, non collegerunt exercitum. *Conscisse* Voss. 2. Leid. 1. Klockian. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Eamdem lectionem in vetustissimis, quas vidi, edd. inveni; sed recte jam Veneti a. 1495. *concisse* reposuerunt. Supra I. 8. 'Obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur.' II. 26. 'Cujus fama, haud procul jam ab Aricia visi, tanto tumultu concivit Romanos:' ubi quædam vide. VIII. 29. 'Ne aut inpunitas eorum lascivia superbiaque, aut bello pœnæ expetitæ metu propinquo atque ira concirent finitimos populos.' IX. 37. 'Conciveratque indignatione non Etruriæ modo populos, sed Umbriæ finitima.' XXVI. 9. 'Cursus hominum, adfingentium vana auditis, totam urbem conciverat.' Et ita Florent. ac reliquos codd. ex quibus in excerptis nihil notatum video, prætulisse verisimile est.

§ 5 *De decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit*] Fundatur auctoritas hujus lectionis in fide editorum primorum, Andreæ Campanique, et accessorio teste Pal. 2. Nam Pall. 1. ac 3. perperam, ut puto, exhibent, *De decemv. numero supplicium atrox post.* Gebh. Eamdem, quam Gebhardus in duobus Pall. esse monuit, lectionem præfert etiam Voss. 2. Sed *De decemv. numero supp. atrox post.* habet Leid. 2. Errori caussam dedit compendiaria scribendi ratio *nuõ* pro *numero*, et *mõ* pro *modo.* Unde facile voces ambæ inter se commutari potuere. *De decemv. modo supp. atroci post.* fragm. Hav. *Modo* est tantummodo. Supra cap. præc. 'Id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur.' Infra VI. 14. 'Non enim jam orationes modo M. Manlii intuendæ erant:' ubi quidam male *tantummodo*, pro *modo*, dederunt. IX. 31. 'Connitерentur modo uno animo omnes invadere hostem.' XXVII. 14. 'Pro se quisque miles, qui modo adsequi agmen fugientium elephantorum poterat, pila conjicere.' IX. 8. 'Quum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam ejus pedibus irent, tentata paullisper intercessio est ab L. Livio et Q. Mælio tribunis plebis:' ubi ea vocula injuste Fabro suspecta est. Terent. in Heaut. V. 2. 28. 'Modo liceat vivere, est spes.' Vide Cort. ad Sall. Cat. c. 39. in fine, et ad Jug. c. 50. § 4. et c. 76. § 5.

Vivosque igni concrematuros] *Variosque* Voss. 1. et pro eo *victosque* in margine: *vinctosque* Leid. 2. Præterea *crematuros* priscæ, quas vidi, edd. ante Aldum, qui *concrematuros* primus reposuit, concinentibus omnibus codd. meis. Et recte. Infra v. 42. 'Non omnia concremari tecta, ut, quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent.' vi. 33. 'Ira et rabies Latinorum eo erupit, ut Satricum urbem, quæ receptaculum primum eis adversæ pugnæ fuerat, igni concremarent.' ix. 12. 'Quos circumdatos igni, nequidquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremaverunt.' xli. 9. 'Puteolis duas naves fulminis ictu concrematas esse.'

§ 6 *Adeo æqua postulastis, ut ultro nobis deferenda fuerint*] *Postulatis* Voss. 1. Leid. 2. Harl. ambo, et Lipsiens. *adeo æqua postulastis, responderunt, ut* Gaertn. addita voce, quæ rectius subintelligi potest. Eodem errore passim librarios verba 'ait,' 'inquit,' 'dicit,' ac similia interponere soliti fuerunt. Vide ad xxiii. 45. § 6. Deinde τὸ *nobis* deficit in priscis excusis. Primus Aldus edidit *vobis deferenda*, quod obtinuit usque ad postremam Gruteri, ubi sine dubio librariorum culpa *nobis deferenda* datum est, quod deinde in plerisque recentioribus servatum est. Et id quidem exponi potest, quasi positum sit pro 'a nobis deferenda.' Vide ad vi. 11. § 4. Verum, præterquam quod ita sensus orationis Livianæ admodum ambiguus evaderet, nescio, an codd. consentiant. Ex multis eorum nihil notatum video; at alii, et præsertim Flor. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum tres posteriores hæc scribens sub oculis habeo, manifeste exhibent *vobis deferenda*, quod tamquam verius recepi: in quo etiam Hearnium, et, qui ipsum ubique sequi solent, Londinenses præeuntes habeo. *Ultro* vero hic est 'sponte, non rogantibus vobis deferenda;' quod monendum non putarem, nisi vidissem, virum clariss. nuper ad Sallust. fragm. Hist. l. iii. p. 966. hunc locum laudare, ut probet, *ultro* pro 'insuper' poni, quum tamen, quod sententiam ejus evertit, ipse, laudato hoc loco, addat *ultro* hic notare 'citra postulata,' sive 'sine vestris postulatis.' Paullo ante *cons. fuerant*, pro *cons. fuerunt*, Gaertn.

Libertati enim ea præsidia petitis, non licentiæ ad inpugnandum alios] In volumine veteri legitur *ad impugnandos alios*, non *impugnandum*. Rhen. *Ad impugnandum alios* solus Andreas. Reliqui omnes nostri *ad impugnandos alios*. Gebb. Omnes etiam nostri, et cum iis Neapol. Latinii *ad impugnandos alios*. Vide ad xl. 49. § 1. Insuper vocula *enim* abest a Lipsiens. *ea* a Voss. 1. et Leid. 2. quæ in aliis constanter visuntur. Pro *licentiæ*, Gaertn. *licenciā* præfert.

§ 7 *Iræ vestræ magis ignoscendum, quam indulgendum est: quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis*] Truncata syllaba Pall. 1. ac 3. *in crudelitatem itis*. Probo tamen alterum, quod vindicant edd. antiquissimæ et supernumerarius Pal. 2. *Gebh. Itis*, pro *ruitis*, unus meorum Voss. 2. Id dictum videri posset, ut 'ire in sudorem' apud Flor. ii. 4. § 2. ubi vide viros doctos, et in primis Dukerum: 'ire in risum' Avian. Fab. xiv. 10. ubi vide Cannegiet: 'ire in famem,' 'in pestilentiam,' Mamert. in Paneg. Maximiani c. 5. 'Ceteros quidem perduelles ire passus es in profundam famem, et ex fame in pestilentiam:' 'ire in cædes' Pseudo-Eges. de Exc. Urb. Hier. iv. 6. 'Hinc itum in cædes, cum minus parceret alienus:' 'ire in verba' Claudian. in B. Gild. vs. 201. 'Iret adhuc in verba dolor, nisi Jupiter alto Cœpisset solio.' Quum tamen alii omnes codd. vulgatum uno ore servent, eam etiam scripturam veriorem existimo. Et sane

optime exprimit, quanto inpetu præcipites et incauti in crudelitatem ferantur. Ita ‘in exitium ruere’ Val. VII. 3. ex. 6. ‘Gens barbara, aspera, et regi difficilis, in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuerat, oculis pervidit.’ Tacit. Histor. I. 84. ‘Hinc confusi pedites equitesque in exitium ruamus: in servitium ruere’ idem Tacit. Annal. I. 7. ‘At Romæ ruere in servitium consules, Patres, equites.’ Tum *in crudelem*, pro *in crudelitatem*, perperam Port. et Leid. 1. Præterea *Iræ vestræ magnæ ignosc. quam indulg. est* Lipsiens. ut *magis* hic subintelligendum sit, de quo vide ad XXXIV. 49. § 10. Verum alii omnes vulgatum recte servant, nisi quod τὸ *est* non compareat in Harl. 2.

Dominari jam adversarios vultis] Elegantissime, non inficior. Sed tamen non licet indignari Pall. omnibus, editionibusque primis, legentibus *dominari jam in adv.* Gebh. Locutionis, quæ elegantissima Gebhardo visa est, nullum apud scriptores Latinos obcurrit exemplum. Neque, si vel maxime obcurrerent plura, difficulter Gebhardus deprehendisset, a Livio id profectum non esse, si præter duas, quas laudat, etiam reliquas, quascumque habere poterat, edd. consuluisset. Ita enim vidisset, omnes illas *dominari jam in adv.* præferre usque ad Gruterianas, in quibus, sine dubio operarum culpa, præpositio deficit. Eam jam Heinsius apud Elzevir. restituit. Eamdem retinent etiam omnes codd. nostri.

§ 8 *Numquamne quiescet civitas nostra*] *Quiescit* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *cescit* Leid. 2. Sed *numquam requiescet* Hav. et Lipsiens. Utraque lectione juncta, *numquamne requiescet* Harl. 2. et Gaertn. Deinde *civitas vestra* Voss. 1. et Lipsiens. solito errore. Vide ad XXXIV. 2. § 2. et mox ad § 10. hujus cap.

Scuto vobis magis, quam gladio, opus est] *Magister*, pro *magis*, insulse Voss. 2. Ultimam autem dictionem non habet Harl. 2. Denique *scuto magis vobis* alia serie vetustiores typis excusi usque ad Aldum, qui vocabula in eum ordinem digessit, quem nunc obtinent. Et ei suffragantur etiam Mss. mei. Τὸ *est* non adparet in Harl. 2.

§ 9 *Satis superque humilis est*] *Satis super humilis est* Voss. 2. Leid. 1. et Port. Male. Infra hoc lib. c. 67. ‘Satis honorum, satis superque vitæ erat:’ ubi vide.

Nec inferendo injuriam, nec patiendo etiam si] Incertum, sitne distinguendum ante *etiam*, an post. Sed res est modica. *Glar.* In vetustioribus excusis distinguitur post τὸ *etiam* usque ad Aldum, qui post vocem *patiendo* interpunxit: id autem deinde recentiores editores servarunt, et melius videtur. *Etiam* hic erit, ‘insuper,’ ‘præterea.’ Vide ad XXXIX. 35. § 7. Pro *etiam* est *et* in Port. Vide ad XXII. 47. § 9. Vir doctus ad marginem editionis Curionis scribendum conjecit *etenim*; cui tamen particulæ, quæ caussalis est, hic locus esse non posse videtur. Paullo ante *vidit*, pro *vivit*, præfert Harl. 1.

§ 10 *Recuperatis magistratibus legibusque*] *Receperatis* Leid. 1. *reciperatis* Klockian. Voss. 1. a m. pr. et Flor. in quo etiam a m. sec. inter versus adscriptum *recuperatis*. De verbo ‘reciperare’ plura dicentur ad VII. 18. § 1.

Judicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque] Pall. 1. ac 3. *de capite ipso*. Gebh. Et ita etiam Voss. 2. at *de capite mō fortunisque* Port. *de capite vestro fortunisque* Lipsiens. Vide modo ad § 8. Præterea *inducia*, pro *judicia*, Leid. 1. Tum *penes suos* Voss. 1. et Leid. 1.

Nunc libertatem repeti satis est] Pal. 3. *nunc libert. repeti laus est.* Gebh. *Nunc libertati repeti satis est* Leid. 1. Reliqui omnes cum edd. faciunt, ac vulgatum servant. Virgil. Ecl. VII.

33. 'Sinum lactis et hæc te liba, Priape, quotannis Exspectare sat est:' ubi Pierius observat, in uno cod. pari diversitate legi *hæc tibi liba, Priape, Exspectare sat est*. Utrumque casum exprimit Liv. IX. 9. 'Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit satis consules spondere.'

CAP. LIV. § 2 *Supplicii sui nulla mentio fieret*] *Suppliciis ui nulla mentio fieret* Voss. 1. male divisis vocibus, quæ olim continua serie scribebantur. Corruptius *suppliciis in nulla mentio fieret* Leid. 1. Mox *anuere*, pro *abnuere*, fragm. Hav. a m. pr. *abnueret* Flor. pro quo inter versus adscriptum est *annueret*. Vide ad XXXVI. 34. § 6.

§ 3 *Haud ignavo, inquit, fortuna inminet*] Puto esse σφάλμα typographicum: quippe omnes libri, qua scripti, qua olim cusi, *haud ignaro*. Sequitur enim statim, 'Video, donec arma adversariis tradantur:' ubi perperam reperitur in Pal. 3. *Audeo, donec, &c.* Gebh. Sic quidem nuperæ: et habet suam Venerem. Sed veteres omnes cum scriptis *Haud ignaro*. Supra c. 38. 'Haud ignari, quanta invidiæ immineret tempestas.' Sed ut ipsi Appio dicere hoc datur, formula est obvertentium fortunæ frontem. Sen. Epist. 76. 'Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium: nesciebam hoc mihi restare. Sapiens scit omnia sibi restare: quicquid factum est, dicit, sciebam.' Consol. ad Marciam c. 9. 'Non decipies me, fortuna, nec securum aut negligentem opprimes: scio, quid pares.' Petronius c. 97. 'Scio te, inquam, Ascylte, ad occidendum me venisse.' *J. F. Gron. Ignavo* primum inrepsit in Francofurtanam ed. a. 1578. Solent autem vocabula 'ignarus' et 'ignavus' etiam in Mss. confundi. Vide quæ olim notavi ad Silii X. 86. Ceterum Mss. nostri etiam *Haud ignaro*, nisi quod *Haud ignoro* præferant Leid. 2. Harl. 1. Lipsiens. et Gaertn. quam eamdem lectionem etiam obviam habeo in Curionis ed. sive ita legi voluerit, sive ea scriptura errantibus librariis adscribenda sit. Posset tamen tolerari, nisi codicum, *ignaro* legentium, non numerus modo, sed etiam auctoritas illud potius probandum convinceret. Paullo ante *suo in eo metiens in odio* perperam habebat Gaertn.

§ 4 *Video, donec arma adversariis tradantur, differri adversus nos certamen*] Prima vox non comparet in Harl. 1. Sed ejus loco in Pal. 3. *Audeo* legi, ad § præced. monuit Gebhard. Alibi non semel librarii in vocibus iisdem commiscendis errare soliti sunt. Vide ad XXI. 4. § 10. Deinde *tradentur* Harl. 1. et postea *ad nos*, pro *adversus nos*, Harl. 2.

Dandus invidiæ est sanguis] Manut. ad Cicer. ad Attic. I. 16. Gronov. ad Senec. Consolat. ad Marciam c. 13. et Controv. III. 20. *Duk.* De locutione 'sanguinem dare,' quam, ut minus Latinam, Scioppius tradnxit, vide ad Liv. VII. 24. 'Hauriendus aut dandus est sanguis.' Ceterum *dandus invidia est sanguis* male Leid. 1. ultima litera τοῦ *invidiæ* a prima proximæ vocis *est* intercepta fuit. *Dandus invidiæ est sanguinis* Voss. 1. et Gaertn. ubi literæ, quæ abundant, perperam ex seq. vocis *Nihil* initio repetitæ sunt.

Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu abeam] *Nihil ego quidem moror* Port. *Nihil quidem moror* Harl. 2. *Nihil nego quidem moror* Hav. duabus vocibus coalescentibus, ac prioris ultima litera ab sequentis initiali elisa. Deinde *decemviratū abeam* Leid. 1. in quo codice *m* finalem passim male vel additam vel omissam esse, sæpius supra monitum est. Similiter etiam præfert Flor. at *decemviratum habeam* Lipsiens. insuper male addita adspiratione. Vide ad XXII. 59. § 19. *decemviratum obeam* Gaertn.

§ 5 *Abeam. Factum senatusconsultum, ut decemviri*] Existimandum est, non omnia, quæ sequuntur, uno sena-

tusconsulto comprehensa fuisse, sed pluribus. Quare verba Livii accipi debent, quasi dixisset, 'Factum senatusconsultum, ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent. Item factum senatusconsultum, ut Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet. Et aliud, ne cui fraudi esset secessio militum plebisque.' Id manifeste inde patere potest, quod Livius his omnibus tandem subjungat 'His senatusconsultis perfectis.' Docuit id recte Gronov. hoc lib. c. 21. § 2. Et ita v. 50. dicit quidem 'senatusconsultum facit,' et deinde subjungit, quid constitutum fuerit circa expiationem fanorum ab hostibus possessorum, de hospitio publice cum Cæritibus jungendo, et de ludis Capitolinis Jovi faciendis: non tamen res adeo diversæ in unum idemque senatusconsultum constipatæ fuisse videntur; sed opus fuisse variis, et quidem minimum tribus senatusconsultis. Ceterum varie peccarunt codd. nonnulli. Nam *ab eadem fan̄ sunt, ut dec.* Voss. 1. in cujus margine deinde *ab eam*, pro *ab eadem*, emendatum est: *ab eadem factum S. C. ut dec.* Leid. 2. *habeam: factum ut dec.* voce *senatusconsultum*, quam per compendium scriptam librarius non adsequebatur, omissa, Lipsiens. *abeam: factum Sp̄. ut dec.* Harl. 1. *abeam: factum senatusconsultum fuit, ut dec.* Harl. 2. et Hav. Tò *fuit* etiam a m. sec. in marg. additum fuit in Port.

Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet] Hunc in oratione pro Cornelio vocat Pedianus p. 139. ex Livii et aliorum sententia *M. Papirium.* Cujus scripturæ assentior magis, quam Livianæ. Nam de Q. *Furio* nulla nec per hos, nec alios annos est mentio. De *M.* autem *Papirio* magna. Qui autem pontificatum maximum gereret, eum par est alios etiam magistratus, qui magni habebantur, cepisse. Ultimæ autem utriusque nominis literæ erratum inesse indicant, cum sint eædem. *Sigon.* Verba Ciceronis apud Asconium sunt, 'Decem tribunos plebis per pontificem, quod magistratus nullus erat, creaverunt.' Pontifices jus cum populo agendi, et comitia habendi habuisse, aliquot locis in libris de comitiis adfirmat Gruchius, et post eum Gutherius in lib. de Vet. Jure Pontificio. In alia omnia eunt Bosius de Pontifice M. Romæ Vet. c. 5. et Grævius in Prolegomenis tom. v. Antiquit. Roman. Quæ ab his disputantur, mihi nondum plane videntur evertere sententiam contrariam. Sed non est hujus loci controversiam illam excutere. Hoc tantum dicam, me non credere, 'comitia habere' posse dici pro 'petere ut comitia habeantur,' quemadmodum hoc accipit Grævius in his verbis Livii xxv. 5. 'Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita: ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit.' *Duk.* Omnia hæc verba aberant a primis edd. quæ Aldus deinde addidit. Eadem servant codd. scripti, ita tamen, ut in quibusdam parva tantum varietas obcurrat. Prænomen omittitur in Port. pro eo *Quæ* præfert Leid. 1. Deinde, pro *Furius*, Hav. habet *Fabius.* Reliqui omnes vulgatum constanter tuentur, quod et verum judico. Nondum enim Sigonii rationibus evictum esse credo, Asconii scripturam veriorem esse quam Livianam. Nam *M. Papirii* ante hæc tempora nulla mentio obcurrit, sed demum *M. Papirius Crassus* nono anno postea memoratur apud Liv. IV. 12. ubi cum C. Furio Pacilo consulatum gessisse narratur. Unde patet, etiam ex Sigonii sententia, Papirium non ante adeptum pontificatum maximum, sed postea demum, alios etiam magistratus, qui magni habebantur, cepisse. Quemadmodum itaque Papirius nondum consularis pontificatum maximum ad-

eptus est, et postea demum ad consulatum evectus est, dici etiam posset similiter Q. Furium, nondum consulem, summum id sacerdotium consecutum esse, sed quo minus consul creari potuerit, inmatura morte obiisse. Præterea verum non est, pontificem maximum, qui tribunos plebis post abrogatos decemviros comitiis creavit, ab Asconio ex Livii et aliorum sententia adpellari *M. Papirium.* Nullam enim Asconius loco a Sigonio laudato Livii mentionem facit. Sed menti ejus forsitan obversatus est locus Asconii pag. præc. ubi Livium numerat inter illos, qui quum primi tribuni plebis crearentur, eos tantum duos creatos esse referunt. Puto igitur neque Livium ex Asconio, neque Asconium ex Livio emendandum esse; sed Livium, qui hujus temporis pontificem maximum *Q. Furium* vocat, alios scriptores secutum esse, quam Asconium, cui *M. Papirius* dicitur.

Ne cui fraudi esset secessio militum plebisque] *Militum tr. plebisque* Voss. 1. Leid. ambo, Flor. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Ita et Aldus in codd. suis invenisse videtur, qui edidit *secessio militum tribunorum, plebisque.* Sed in erratis vulgatam lectionem probavit; quam etiam veriorem puto: non enim secessio a solis tribunis militum, sed etiam omnibus militibus facta erat. Sub *militibus* autem commode etiam duces eorum intelligi possunt.

§ 6 *His senatusconsultis perfectis*] Quidam librarii, memores modo præcessisse 'factum senatusconsultum,' nunc recte subjungi non posse existimarunt numero multitudinis *His senatusconsultis perfectis.* Hinc *senatusconsultu* datum in Voss. 2. *senatusconsulto* in Hav. At quomodo hoc intelligi debeat, supra dictum § præc. *senatusconsultibus* præfert Harl. 2. *His sunt perfectis* Voss. 1. quem supra etiam *sunt* pro *senatusconsultum* habuisse § præc. vidimus. Error inde ortus videtur, quod librarius non intellexerit notam *SC.* qua *senatusconsultum* vel *senatusconsultis* scribebatur. Vide ad xxii. 10. § 1. *Hiis tum perfectis* præfert Lipsiens.

Abdicantque se magistratu ingenti hominum lætitia] Pusillum, sed tamen monendum, restare in Pall. 1. ac 3. *ingenti omnium lætitia:* neque aliter Camp. *Gebh.* Copulam *que* nesciunt Harl. antiq. Port. et fragm. Hav. Deinde *ingenti omnium lætitia* etiam habent Voss. 2. et Hearnii Oxon. C. quod præstare videtur, quia mox sequitur iterum 'quidquid in Urbe hominum supererat.' Quamquam autem Livium a vocibus quibus paullo ante usus fuerat repetendis non abstinere docuerim i. 3. § 9. quum tamen id potius inter vitia, quam virtutes scriptoris referri soleat, ubicumque codd. permittunt, Livium ejus absolvere placet. Solent autem passim voces 'homines' et 'omnes' in Mss. commutari. Exempla alia vide i. 26. § 9. c. 32. § 13. ii. 64. § 8. iii. 34. § 6. iv. 11. § 3. c. 13. § 8. c. 43. § 9. v. 3. § 8. vi. 20. § 10. c. 23. § 12. ix. 8. § 11. c. 23. § 10. xxi. 26. § 7. xxiii. 23. § 7. xxiv. 45. § 4. xxvi. 19. § 1. xxvii. 9. § 14. xxx. 17. § 1. xxxiv. 1. § 5. c. 17. § 2. xxxvii. 47. § 6. xxxviii. 15. § 3. et § 9. et c. 60. § 7. xxxix. 24. § 3. et sæpe alibi. Videndus etiam Baluz. ad Capitul. Regum Franc. tom. ii. p. 1076. Davis. ad Cicer. Tuscul. i. 14. et Gronov. ad Liv. v. 38. § 5.

§ 7 *Nunciantur hæc plebi: legatos quidquid in Urbe*] *Nunciantur hæc plebi per legatos: quidquid in urbe* Hav. a m. sec. et quas vidi, vetustæ edd. usque ad Aldum, qui primus vulgatam lectionem restituit. Et ea etiam superest in scriptis reliquis, nisi quod *legatorum quidquid in urbe hominum* præferat Voss. 1. in contextu. Mox *superest* pro *supererat*, et *persequitur* loco τοῦ *prosequitur*, Lipsiens. Vide

ad Epit. Liv. lib. xcix.

Congratulantur libertatem] Ita primus edidit Aldus; Aldinæ autem lectioni favent omnes, quos adhibui, libri scripti. Vetustiores typis excusi *gratulantur*. Pari errore *salutare* pro *consalutare*, præferunt interdum codd. manu exarati. Vide ad i. 7. § 1. *cremare* pro *concremare*, vett. edd. Vide hoc lib. ad c. 53. § 5. Contrario autem errore *concedere* pro *cedere*, codd. scripti. Vide ad ii. 47. § 3.

§ 8 *Legati pro concione*] *Legati pro concione ovantur* Harl. 1. Sed forte librarius voluit *ovantes*. Verum, quamcumque vocem dare voluerit, vulgatum defendo, reliquorum codicum auctoritate fretus. Videtur autem vocem addidisse, ut suppleret vocem subintellectam 'aiunt,' 'dicunt,' 'inquiunt,' vel similem, quam Livius sæpissime omittere amavit. Vide ad xxiii. 45. § 6. et hoc lib. ad c. 53. § 6.

Quod bonum, faustum, felixque sit vobis, reipublicæ] Adnotat Hearne, in aliis esse *vobis, reique publicæ*, idque etiam placere Sigonio et Gronovio. Videndum est, ubi illi de hoc loco agant. *Duk.* *Vobis, reipublicæ* primus edidit Jac. Gronovius, quem Hearne et Clericus secuti sunt. *Vobisque reipublicæ* est in Lipsiens. Verum non modo omnes priores præferunt *reique publicæ*, sed eamdem lectionem servant etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Alibi sæpe Livium copulam suppressisse, non ignoro: eam tamen invitis tot codd. hic omittere non audeo; præsertim quum in omnibus exemplis hujus formulæ, quæ Brisson. de Formul. i. p. 66. ex Livio aliisque congessit, omissa non sit, ubi ei locus esse potuit. Vide hoc lib. c. 34. viii. 25. x. 8. xxii. 30. xxiv. 16. Loco igitur, unde ejecta erat, restitui. Mox *redierc in patriam* Gaertn. *redite in patria* Lipsiens. Tum *liberosque viros*, pro *liberosque vestros*, habet Harl. 1. *liberosque uteros* Gaertn.

Nullius ager in tot usu rerum necessario] *Nullus ager* Harl. 2. fragm. Hav. et priscæ edd. usque ad Aldum, qui *nullius* dedit, concinentibus reliquis membranis. Deinde vox *usu* non comparet in Voss. 1. et Leid. 2. sed ordine inmutato *in tot rerum usu* habent plerique reliqui Voss. 2. Leid. 1. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. ut ordo, qui vulgo obtinet, tantum Flor. et librorum excusorum auctoritate nitatur. Scriptos igitur plerosque sequi æquius judicavi.

§ 9 *Ibi felici loco, ubi prima initia inchoastis*] *Ubi felici loco* Hav. Vide ad xxvii. 5. § 2. Deinde *inchoatis* Leid. 1.

Tribunos plebis creabitis] Pall. 1. ac 3. *tribunos plebi creabitis*. Gebh. Ita etiam edidit Jac. Gronovius, probantibus recentioribus Hearnio, Clerico, et Londinensibus. Et ita etiam plures ex codd. meis. Nam alterum solum superesse notatur in Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Hav. et a m. sec. fragm. Hav. Vide ad ii. 42. § 6. Sed, vocem *plebi* in Oxon. C. deesse, Hearne auctor est.

§ 10 *Convellunt inde signa*] Hoc verbum obvium subinde est apud Livium. Sed hoc loco placet mihi lectio vetus, quæ habet *Convertunt inde signa*. Est autem 'convertere signa' redeuntium. Sic viii. 11. 'Et quum jam portis prima signa et pars agminis esset egressa, nuncio allato de clade Latinorum, quum conversis signis retro in Urbem rediretur.' Porro offendit jam olim quosdam hoc verbum. Unde et in Vormaciensi codice adscriptum est in margine *Convellunt;* quæ lectio deinde in vulgatas istas edd. est recepta. *Rhen.* *Convertunt* Pall. tres. quod recte monuit quoque ex suo Rhenanus. Nam cum redeundum, signa convertenda

erant; ut VIII. 11. 'Cum jam portis prima signa et pars agminis esset egressa, nuncio allato de clade Latinorum, cum conversis signis retro in Urbem rediretur.' Male Andreas Campanusque *Convellunt*. Gebb. *Convertunt inde signa* ab Rhenano manavit: prius erat *Convellunt*. Et utrumque sane apud Livium esse obvium, noverat vir optimus: sed si pariter recordatus foret qua utrumque potestate esset, credidisset potius illi veteri manui, quæ in Borbetom. ad marginem correxerat *Convellunt* quam quæ incontextu posuerat *Convertunt*. Sciendum igitur, 'converti signa' vel de via in agmine, vel in acie; illud cum ex itinere retrocedunt, hoc cum jam mota et ferri cœpta in aliam partem feruntur. De priore Livius VIII. 11. 'Et cum portis prima signa et pars agminis esset egressa, nuncio allato de clade Latinorum, quum conversis signis in Urbem rediretur.' Lib. X. c. 18. Volumnius tantum quod adveniens: 'quæ' literæ 'si falsæ fuerint, nec usus sui sit in Etruria, extemplo conversis signis abiturum.' De posteriore V. 35. in prœlio Romanorum cum Gallis: 'Brennus ad subsidiarios signa convertit.' Cæsar Gall. II. 26. 'Monuit, ut paullatim sese legiones conjungerent, et conversa signa in hostes inferrent.' At sicubi stativa egit exercitus, et fixa fuere signa, jamque incipiunt moveri, vel eo unde venerant, nunquam 'converti,' sed 'convelli signa' dicuntur. Livius III. 7. 'Ut totis passim castris fremitu orto, quid in vasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine præda tempus tererent, signa repente convellerent.' V. 37. 'Gallis postquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani, elusamque suam legationem esse, confestim convulsis signis citato agmine iter ingrediuntur:' sic invenies acceptum VII. 39. XXII. 3. XXV. 1. et alibi. Sic et 'signa convelli moverique' Suetonius conjunxit in Claudio c. 13. Valerius Max. I. 6. ex. 11. 'Aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit, altera ægerrime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem se ipsa convertit.' Cicero de Divin. I. 35. 'Itaque signa convelli et se sequi jussit.' Nec aliter Tacitus Annal. I. 20. 'Interea manipuli, ante cœptam seditionem Nauportum missi ob itinera et pontes et alios usus, postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt.' Jam enim manserant aliquid temporis Nauporti, et opere militari itinera et pontes et si quid aliud reficere cœperant: nuncio accepto de seditione discedunt (hoc est, 'vexilla convellunt') inde injussu ducum, medio itinere contumeliosi in centuriones; et conjungunt se cum legionibus turbidis, quæ in castris essent. At vir doctus [J. Freinshemius] intelligit scissa et derepta hastilibus, quod Tacitus Histor. II. 85. 'Laceratisque vexillis, quæ Vitellii nomen præferebant:' quodque Hist. I. 41. 'Vexillarius comitantis Galbam cohortis dereptam Galbæ imaginem solo adflixit:' et in III. 12. 'Magno tumultu Vitellii imagines invadunt:' ibidemque c. 13. 'Recurrens in principia miles præscriptumque Vespasiani nomen, projectas Vitellii effigies adspexit.' Ex Frontino possis dicere, 'signa submittere,' etsi auctoritate ducis illic fiat, IV. 1. ex. 43. Sed hoc non faciebant, nisi ad extremam rabiem adacti, aut militiam prorsus exsuerent, aut imperatorem imperatore mutarent: nec ullum sibi receptum ad pœnitentiam relinquerent. Neutrum hi cogitabant milites: nec enim volebant exauctorari omnes, nec alium optabant imperatorem: militiam molliorem et fructuosiorem quærebant. Ergo et hoc Livii loco, quando ex tota narratione constat, non venisse hos in montem

Sacrum, tantum ut abirent, sed consedisse, et fixa signa habuisse, saltem dum cogitur et consulitur senatus, dum ultro citroque eunt et redeunt legati, et diserte dicit Livius eos 'castra locavisse,' multo credibilius, imo certum est, legendum esse *Convellunt*, non *Convertunt*. J. F. Gron. Quamvis omnes mei conspirent in scripturam, quam Rhenanus in Vormaciensi invenit, post tanta tamen diligentia expositam et inlustratam utramque locutionem 'convellere' et 'convertere signa' cura magni Gronovii, veterum editionum et illius, qui alteram lectionem in margine istius Vormaciensis adscripsit, auctoritatem satis gravem puto, ut eorum omnium fide *Convellunt inde signa* in contextum recipiam, sive potius a Clerico receptum inde non moveam. Nescio tamen, unde is hauserit, τὸ *Convellunt* præter antiquas edd. etiam habere Libb. Mss. Virorum enim doctorum nemo, ne Gronovius quidem, ullum cod. memoravit eam lectionem præferentem, præter unius Vormaciensis apud Rhenanum marginem. Sed puto virum doctum nimia festinatione notas Gronovii consuluisse.

§ 11 *Ibi extemplo, pontifice maximo comitia habente*] *Ibi templo* Voss. 1. Deinde *pontifice magno* Harl. 2. et Hav. Sed vox *maximo* non conspicitur in vetustis excusis usque ad Aldum, qui primus addidit, astipulantibus reliquis omnibus scriptis. Vide ad I. 32. § 2.

Creaverunt omnium primum A. Virginium, inde L. Icilium] 'Virginius' hic pater Virginiæ fuit, ut 'Icilius' sponsus, auctore Dionysio l. XI. p. 726. Ergo *L. Virginius* nominandus, non *A.* ex iis, quæ supra a Livio c. 44. et Dionysio p. 709. et a Pediano pro Cornelio p. 139. dicta sunt. *Sigon.* *A. Virginium*, vel *A. Verginium*, omnes codd. quos consului; nisi quod *Aulium Virginium* sit in Leid. 2. Quamvis autem ex Dionys. non pateat, Virginium tribunum plebis fuisse patrem Virginiæ, id tamen non obscure indicat Liv. c. 58. At quum is constanter *L. Virginius* alibi vocetur, ita etiam hic legendum conjicienti Sigonio consentio. Invitis tamen libris in contextum recipere non audeo. Præterea *primum omnium* vetusti excusi usque ad Aldum, qui vocabula trajecit. Aldo autem concinunt omnes Mss.

Avunculum Virginii, auctores secessionis] Livius, corrupta a librariis dictione, *Virginii avunculum* vocat, quum *Virginiæ* haud dubie legi oporteat. *Sabell.* *Avunculum Virginii*, vel *Verginii*, tamen servant omnes libri, quos adhibui, præter Flor. qui habet *avunculum virgini*, et Harl. 1. in quo tota hæc periodus *creaverunt omnium primum ... tribunum plebis* deficit; cui errori ansam dedit vocum *tribunos plebis creaverunt*, et *tribunum plebis creatum* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Librarius etiam Neapol. Latinii itidem *avunculum Virginii* præfert. Nihilominus recte Sabellicum *Virginiæ* emendasse puto. Vide hoc lib. ad c. 45. § 4. Insuper *actores secessionis* Port. infinitis locis obvio in codd. scriptis errore. Vide ad I. 26. § 5.

§ 12 *Tum C. Sicinium progeniem ejus, quem pr.*] Scriptura vetus habet *progenies ejus*. Suspicor Livium scripsisse *Tum C. Sicinium, progenie ejus*, hoc est, ex progenie ejus. *Rhen.* Nescio cur placeat magis hoc loco Rhenano *progenie*, quam *progeniem*, quum ita loquatur Cicero in Epist. ad Octavium, 'Populum, quem ipse primo, post progenies ejus a regibus liberavit.' *Sigon.* *Progenies* etiam Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lipsiens. et Klockian. *progenie* vero, ut Rhenanus conjecit, Voss. 2. præfert. Cum Sigonio tamen vulgatum non displicet. Silius VIII. 405. 'Tullius æratas rapiebat in agmina turmas, Regia progenies, et Tullo sanguis ab

alto.' Et hac forma emendant viri docti apud Florum I. 1. 'Ab his Amulius jam bis septima soboles regnabat,' pro *sobole*. Ceterum epistolam ad Octavium non a Cicerone, cujus nomen mentitur, sed a vetere quodam declamatore conscriptam esse, diu viris doctis suboluit. Denique *Et C. Sicinium* Harl. 2. et Hav. *Tunc C. Sicinium* Leid. 2. Lipsiens. et Port. Vide ad II. 12. § 15.

Quem primum . . . proditum memoriæ est] Pall. 1. ac 3. *proditum est memoriæ*. Gebh. *Primum*, quod reliqui constanter servant, ab uno exsulat Port. Deinde *traditum memoriæ est* Harl. 2. et Lipsiens. *proditum memoriæ esse* Leid. 1. *proditum memoria* Leid. 2. *proditum memoria esse* Port. *proditum memoria est* Gaertn. et fragm. Hav. *proditum est memoria* Voss. 2. *traditum* ex glossa natum puto. Ita et alibi peccatur. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Fast. III. 291. Quamvis autem utrumque dicatur 'prodere memoriæ,' et 'memoria,' ut videndum erit ad XL. 29. § 2. prius tamen verius existimo, quoniam melioris notæ codd. eam scripturam servant.

Tribunatum insignem ante decemviros creatos gesserat] Vox *creatos* prætermissa est a librario Leid. 2. Ceterum *Dulium*, pro *Duilium*, Lipsiens.

§ 13 *M. Titinnius, M. Pomponius*] Prioris hic memoratæ gentis nomen in Livio sæpe obcurrit, sed plerumque *Titinius* scribi solet; *Titinnius* autem per duplex *n*, præterquam hoc loco, tantum infra IV. 16. et XXXI. 21. Hæc inconstantia ab Aldo, certe hoc loco et lib. IV. orta est, ante quem constanter *Titinius* editum inveni. Et recte. Ita enim diserte est in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, et Port. quo eodem tendunt reliqui codd. licet nomen corrupte præferant. Nam *Totinius* est in Voss. 1. *Ticinius* in Lipsiens. Gaertn. Harl. 2. et Neapol. Latinii. *Siccinius* in Hav. *Cicinius* in fragm. Hav. a m. pr. Sed recte *Titinius* a m. sec. Quamvis itaque minus emendati, uno tamen ore testantur, nomen illud tantum simplice litera *n* scribendum. Pari modo non tantum Τιτίνιος exaratur apud Diod. Sicul. Bibl. XIV. p. 443. verum etiam TITINIVS in nummis antiquis hujus gentis apud Ursin. Patin. aliosque, et passim in lapidibus antiquis. Vide etiam Sigonium ad Liv. IV. 16. § 5. Præterea *M. Pompinius* habent Leid. 1. et Hav. *M. Pompeius* Gaertn.

C. Apronius, Ap. Julius] *Appii* prænomen non probo, nisi in Sabinis viris, ut in 'Claudiis,' ut in 'Ap. Herdonio Sabino,' qui Capitolium occupavit. 'Julia' gens cum patricia est, tum numquam *Appio* vel *Publio* prænomine usa est. Itaque legendum puto in hoc tribuno plebis *P. Villius*. Est enim gens 'Villia' plebeia, ubique in vulgatis libris pro 'Julia' habita, eaque usa est prænomine *Publio*. Sigon. Non probat Sigonius *Appii* prænomen, nisi in Sabinis, videlicet 'Claudiis,' 'Appio Herdonio Sabino,' qui Capitolium occupavit. 'Julia' deinde gens cum patricia sit, numquam *Appio* vel *Publio* prænomine usam contendit; ideo legendum putat in hoc tribuno plebis *P. Villius*. Talia sunt, quæ blandiente inventis ingenio protrudimus. Expresse Pal. 1. *Appius Efilius*, ut et Pal. 3. *Appius Esilius;* unde forte faciendum *A. Ofilius*. Campanus tamen, nescio an libris vel ingenio fretus, vulgavit *Appius Villius*. Gebh. *C. Ipronius* Voss. 2. *C. Pronius* Hav. *C. Appeonius* Lipsiens. *C. Apropinus* Gaertn. Deinde omnes nostri prænomen secundi tribuni fuisse *Appius* constanter testantur. *Julius* vero tantum vocatur in Harl. 2. et Hav. *Jullius* in Gaertn. *Esilius* in Leid. 1. *Elifius* in Port. *Vilius* in Leid. 2. et fragm. Hav. *Villius* in Flor. Voss. utroque, Harl. 1. et Lipsiens. Hinc patet, verisimile esse, Campanum non in-

genio, sed libris fretum *Villius* edidisse. Conjecturam Sigonii probat etiam Pighius in Annal. Rom. ad a. CCCIV. p. 156. quam etiam ob rationes quas addidit, veriorem puto. Prænomina 'Appius' et 'Publius' alibi quoque in Mss. commutata fuerunt. Vide Oudend. ad Frontin. I. 4. ex. 11. Si quis contendat, haud facile librarios usitatissimum apud Romanos prænomen *Publius* in alterum *Appius*, vix alibi apud Romanos, quam in gente Claudia obvium mutasse, at contra sæpius hoc in illud; dicendum puto, τὸ *Appius* ex proximo *Apronius* natum esse, et sequentis tribuni prænomen intercidisse. Sæpissime vero minus cognitum librariis nomen *Villius* in notissimum *Julius* in Mss. abiit. Vide ad XL. 44. § 1. Tandem ultimi tribuni prænomen omittunt Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Port. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde pro *Oppius* præferunt *Soppius* Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. Prænomine et nomine juncto *Coppius* dicitur in Flor. quomodo etiam alibi librarii errare soliti sunt. Vide ad XXXVIII. 35. § 2.

§ 14 *Tribunatu inito*] *Tribunato inito* Voss. 1. Leid. 2. et Harl. uterque. Vide ad I. 15. § 7. Mox *Lucinus Icilius* Flor. *Licius Icilius* Lipsiens. Tum *secessio a decemviris* Leid. 2. et Gaertn.

§ 15 *M. Duellius rogationem pertulit*] Aliquoties scribunt Pall. *Duillius*. Gebh. Ita etiam Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. et Port. quomodo plerique eorum codd. cum fragm. Hav. supra quoque § 12. scribunt. At recte nunc editum *Duilius* ex Sigonii sententia. Vide ad II. 58. § 2. Præterea *provocationem*, pro *rogationem*, Voss. 1. *per provocationem* Leid. 2. quæ vox, quod proxime præcesserit, menti librariorum adhuc obhæsit, quum hæc scriberent. Denique *protulit* Gaertn. Vide ad V. 4. § 12.

Ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum Flaminium] *Et omnia* Gaertn. sæpius obvio errore. Vide ad XLII. 5. § 7. Sed vox *omnia* non adparet in Voss. 1. et Leid. 2. Tum *consilio plebis* Leid. 2. Verum comitia tributa non 'consilium,' sed 'concilium plebis' vocandum recte docet Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5. Deinde *quæ nunc* Harl. 2. Port. et Neapol. Latinii. Reliqui nihil mutant, nisi quod *quā nunc* habeat Leid. 1. *quam nunc* Gaertn. *quam ne* Harl. 1. Illud *ne* inde natum videtur, quod librarii *nc̄* per compendium scripserint. Vide ad VI. 37. § 6. Vulgatum *quem nunc* præstat, ut relativum potius cum vocabulo sequenti, quam cum præcedenti, conveniat; quod Livio familiare est. Vide Gronov. ad Liv. XXXII. 30. § 5. Vitiose denique *arcum Flaminium* Hav. *circum Flaminum* Voss. 1.

CAP. LV. § 1 *L. Valerius et M. Horatius*] Rott. Voss. uterque, Flor. Gud. ignorant copulativam. *J. F. Gron.* Particula media non tantum abest etiam a nostris omnibus membranis, sed Hearne insuper monuit, eamdem neque in suis comparere. Vide ad II. 17. § 1.

Qui extemplo magistratum occeperunt] Pall. omnes et Andreæ recensio *acceperunt*. Sed placet vulgatum, quod et Campanus secutus est. *Gebh.* Præter Campanum omnes excusi *acceperunt* retinent usque ad Aldum. Et ita etiam est in Voss. utroque, Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. in Oxon. B. L. 2. N. C. quos Hearne adhibuit, et in Neapol. Latinii. Sed rectius Aldus substituit *occeperunt*, quod etiam tuentur Flor. et Harl. 1. Neque longe abit Leid. 1. *hoc ceperunt* præferens. Vide Gebhardum ad I. 7. § 6. et quæ notantur ad XXXI. 50. § 6.

Nec sine offensione fuit] *Nec sine ulla offens. fuit* Leid. 2. et Port.

§ 3 *Quum veluti in controverso jure esset*] *In contr. quum velut jure esset* Port. *velut* etiam, pro *veluti*, Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *vero* pro ea voce præfert Voss. 2. altera lectione in margine a m. sec. adjuncta. Deinde *introverso jure esset* Lipsiens. *in controversia jure esset* Leid. 2. *in controversia jus esset* Gaertn.

Ut quod tribuni plebis jussissent, populus teneret] Adulteratus fœde locus est; sic restituendus, *ut, quod tributim plebes*, sive *plebs, jussisset, populum teneret.* Codex Borbetomagensis habet *plebis*, pro *plebes*, quæ vox castigatori imposuit. Et est *populum teneret*, pro 'astringeret.' *Rhen.* Vet. lib. *ut, quod tribunus plebis jussisset.* Placet tamen magis *tributim plebes*, id est, tributis comitiis. Sic enim ait Dionysius l. XI. p. 725. Καὶ τὸν κελεύοντα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τεθησομένοις· id est, *leges tributis comitiis latas omnibus Romanis esse latas, eandemque vim habere, atque eas, quæ centuriatis comitiis latæ sunt.* Sic VII. 16. 'Legem tributim de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit.' Sic alibi VI. 20. 'centuriatim.' *Sigon. Tributim plebe jussisset* Harl. 1. *tribunus plebis jussisset* Voss. 2. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. *tribuni plebis jussissent* Leid. 2. *tributim plebis jussisset* Leid. 1. Eadem lectio a m. pr. etiam exstitit in Flor. pro quo deinde *tribuni plebis jussissent* factum est. *Tributim plebes jussisset* Klockian. et Voss. 1. ad cujus posterioris marginem tamen adjectum est pro varia lectione a m. sec. *tribuni plebes jussisset*, quod præfert etiam Lipsiens. in contextu. Sane tribuni plebis non 'jubebant' plebiscita, sed 'rogabant.' Contra plebs vel populus, quidquid comitiis decernebat, dicebatur 'jubere.' Vide hoc lib. ad c. 30. § 6. Præterea *populus teneret* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Hav. et a m. sec. fragm. Hav. et in margine Voss. 1. *populus teneretur* Port. ut mox hoc eodem § 'Tenerenturne Patres plebiscitis.' Sed recte *populum teneret* Flor. Lipsiens. Klockian. Voss. 1. in contextu, Leid. 1. Harl. 1. et a m. pr. fragm. Hav. Infra VIII. 12. 'Ut plebiscita omnes Quirites tenerent.' IX. 33. 'Etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset.' c. 34. 'Tenuit Æmilia lex violentos illos censores C. Furium et M. Geganium. Tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium, tenet C. Plautium collegam tuum.' Cic. Orat. Philipp. XI. 5. 'Solvatur legibus; quamquam leges eum non tenent propter eximiam, credo, dignitatem.' Plin. Hist. Nat. XVI. 10. 'Q. Hortensius dictator, quum plebs secessisset in Janiculum, legem in Esculeto tulit, ut, quod ea jussisset, omnes Quirites teneret.'

§ 4 *Unicum præsidium libertatis, decemvirali potestate eversam*] *Præsidium libertati* Hav. et Harl. 2. Vide hoc lib. c. 45. § 2. Verum licet alibi Livius ita loqui amaverit, reliquorum tamen in vulgatum conspiratio efficit, ut nihil mutandum censeam. Tum *dec. potestatem eversam* Harl. 2. *dec. potestate eversa* Voss. 1. et Port.

Non restituunt modo, sed etiam in posterum muniunt] *Constituunt* præferunt vetusti, quos vidi, typis exarati: pro quo Mediolanenses a. 1495. et Veneti a. 1498. recte *restituunt* ediderunt. Et ita codd. scripti omnes exhibent. Deinde vocula *etiam* deficit in Hav. quæ abesse posset, si plurium vel melioris notæ codicum consensus accederet. Vide ad II. 6. § 1. Insuper *in postremum muniunt* Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. Alibi hæc vocabula male confunduntur. Vide Corte ad Plin. Ep. III. 19. § 6. Tandem literis perperam

trajectis *minuunt* Lipsiens. Vide ad Livii VI. 27. § 8.

§ 5 *Sanciendo novam legem*] Lege ex vet. lib. *nova lege*. Sigon. Pal. 2. *sanciendo nova lege*. Gebh. Non male Sigonianus et quidam *nova lege*. Cicero de Offic. III. 17. ' Neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut jure civili.' Lib. Tuscul. IV. 2. ' Quod ne liceret fieri ad alterius injuriam, lege sanxerunt.' Justin. III. 2. ' Si quidem nihil lege ulla in alios sanxit, cujus non ipse primus in se documenta daret.' *J. F. Gron.* Nec minus tamen Latini dicunt *sancire legem*. Livius XXXIV. 7. ' Nece liberorum etiam suorum eam legem parentes sanxisse.' Cicero Tuscul. II. 14. ' Cretum quidem leges, quas sive Jupiter, sive Minos sanxit.' Et ita ' lex sancta,' et ' lex sancitur ' apud Livium et alios occurrit. *Duk.* *Sanciendo nova lege* etiam ex meis Harl. 2. et Hav. ex Hearnii autem Oxon. cod. B. Ita Livium aliosque scriptores locutos esse confiteor. Exemplis a Gronovio laudatis sequentia addi possunt ex Liv. XXX. 19. ' Latum ad populum est, ne C. Servilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset, vivo, quum id ignoraret, tribunus plebis atque ædilis plebis fuisset, contra quam sanctum legibus erat.' XXXIV. 4. ' Quam caussam fuisse censetis ? Eadem fuit, quæ majoribus nostris, nihil de hac re lege sanciendi :' ex Cic. pro Flacco c. 28. ' Quum aurum Judæorum nomine quotannis ex Italia et ex omnibus vestris provinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret.' Vide Gebhard. ad Cic. Tusc. Quæst. IV. 2. Conspiratio tamen vet. lib. Sigonii, Pal. 2. Gebhardi, et ex meis Harl. 2. atque Hav. qui plerumque deteriores lectiones amplecti soliti sunt, adversus reliquorum codd. eorumque optimorum, consensum, efficit, ut lectio illa admodum suspecta sit; et quidem tanto magis, quod etiam altera loquendi formula optimis scriptoribus usitata fuerit. Cic. pro Plancio c. 18. ' Noli enim putare, Laterensis, legibus istis, quas senatus de ambitu sancire voluerit, id esse actum, ut suffragatio, ut observantia, ut gratia tolleretur:' pro Domo c. 30. ' Majores nostri de civitate et libertate ea jura sanxerunt.' Horat. Satyr. I. 3. 67. ' Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam !' Vide N. Heinsium ad Nason. Epist. Heroid. VI. 154. Ut autem ' sancire legem,' ita forma passiva ' lex sancitur ' apud Cic. de Amic. c. 12. ' Hæc igitur lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati.' Hinc ' lex diligentius sancta ' apud Livium X. 9. ' Eodem anno M. Valerius consul de provocatione legem tulit, diligentius sanctam.' ' Lex ' autem ' ne quis crearet,' est lex statuens, vetans, ne quis crearet: ut in loco Cic. proximo ' Lex ut rogemus ' est lex statuens, jubens, ut rogemus. Liv. IV. 24. ' Se legem laturum, ne plus quam annua ac semestris censura esset :' et passim. Vide ad IV. 20. § 7.

Ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet] Ant. Perizonius ad marginem notavit, legem hanc non servatam esse, liquere ex IV. 13. Sed vide quæ ad eum locum notantur.

Qui creasset, eum jus fasque esset occidi] In scriptis nihil mutatur; quare receptæ lectioni controversiam non moveo. Non displiceret ceteroquin *qui creassit*. Eadem forma, qua dixit I. 18. ' Uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos fines, quos feci :' ubi vide: et hoc lib. c. 64. ' Hi tum uti quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint, ut illi, quos hodie tribunos plebei feceritis :' ubi etiam ante Rhenan. et Sigonium *cooptassent*

legebatur. Et ita viri docti legendum censuerunt apud Plin. lib. XXVIII. Hist. Nat. c. 2. 'Quid? non et legum ipsarum in Duodecim Tabulis verba sunt? Qui fruges excantassit. Et alibi, Qui malum carmen incantassit.' Pari modo nempe pro *excantasset* et *incantasset* reposuerunt *excantassit* et *incantassit*. Vide Voss. Gramm. v. 15. Talis est infinitivus futuri 'impetrassere,' 'expugnassere,' pro impetraturus esse, expugnaturus esse. Vide Voss. ibid. c. 17. Mox tamen hoc cap. § 14. sequitur, 'Qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset.' Præterea verbis seqq. *capitali noxæ* prisci excusi usque ad Aldum, qui *capitalis* reposuit. Et ita exhibent libri scripti omnes, quibus usus sum.

§ 6 *Relatis quibusdam ex magno intervallo ceremoniis renovarunt*] *Renovaverunt* Harl. 2. *renovare* fragm. Hav. Donjatius ad verbum *renovarunt* vel ex superioribus repetendum censet vocem *legem*, vel legendum arbitratur *relatas quasdam ex m. interv. ceremonias renov.* Sed neutrum necesse puto. Eum male habuisse videtur, quod *renovarunt* sine casu poneretur. Verum non vidit subintelligendum pronomen demonstrativum *id.* 'Tribunis renovarunt id, ut viderentur sacrosancti.' Vide ad XXIII. 15. § 4. Vel ipsum illud *ut sacrosancti viderentur* loco casus quarti est, quasi dixisset, tribunis renovarunt existimationem sanctitatis. Neque probare possum conatum Ant. Perizon. *caverunt*, pro *renovarunt*, reponentis. Ea enim emendatio, quam ad marginem editionis adscripsit, omnium codicum fidei adversatur, et a vulgato longissime recedit. Præterea recte *renovarunt:* antea enim sacrosancti fuerunt. Vide II. 33.

§ 7 *Quum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt*] *Tum religione* Voss. 2. et Harl. 2. Vide ad VI. 23. § 3. Præterea *tum legem etiam* Voss. 1. et Leid. 2. Verum non 'legem inviolatam' facere voluerunt consules, sed ipsos 'tribunos,' partim 'religione,' relatis quibusdam ceremoniis, partim 'lege.'

Ut qui tribunis plebis, ædilibus, judicibus, decemviris, nocuisset] Vox *decemviris* abest a veteribus libris, nec videtur necessaria. Est enim ridiculum, plebem cavisse decemviris, quos perosa judicio etiam est persequuta. *Sigon.* Abest a Pal. 2. *decemviris*, quod non necessarium esse respondet Sigonius. Sed asserunt illud et Pall. duo meliores, editionesque principes, et illa verba supra c. 53. 'Decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis præcavere jubentur.' *Gebh.* Festus in 'Sacrosanctum' tantum tribunos et ædiles plebis memorat. 'Judices' et 'decemviri,' quos addit Livius, quinam sint, non facile dictu esse, scribit Ant. Augustinus de lege Horatia; sed se existimare, esse minores aliquos plebis magistratus, quibus potestas curatiove aliqua publica mandata erat. Charondas Verisimil. I. 3. 'judices' videtur accipere eos, quibus mandata erat proprie dicta jurisdictio. Sed tribunorum et ædilium plebis, ad quos hoc totum pertinet, nulla erat proprie dicta jurisdictio. Perizonius Dissert. de Prætorio I. § 7. 'judices' exponit 'ædiles plebis,' quos lites judicasse dicit, quia Dionysius VI. 1. eos vocat δικαστάς: de 'decemviris' nihil addit, fortassis quod ei itidem, ut Sigonio, hæc vox suspecta fuit. Verum primum quæri potest, an 'ædiles plebis' lites judicaverint? Potuerunt fortassis de mensura jus dicere, vasa minora frangere, et lites inter eos, quorum opera utebantur ad expediendas res, quas multas magnasve iis commissas fuisse scribit Dionysius, ortas componere, unde etiam δικαστὰς appellari potuerunt. Sed eos lites

et caussas pecuniarias judicasse vi et jure potestatis suæ, non facile ostendi poterit. Deinde si 'ædiles plebis' et 'judices' iidem sunt, cur lex eosdem bis nominavit, primum 'ædiles,' deinde 'judices?' Probabilior est sententia Augustini. *Duk.* Vocula *ut* deest in Gaertn. Deinde vox *decemviris* a solo exsulat Hav. sed *ædilibus, judicibus, viribus nocuisset* habet Harl. 2. *ædilibus et judicibus juris nocuisset* Port. Adparet, olim *xviris* scriptum fuisse, notam autem numeralem a librariis ejus vim non adsecutis omissam, et inde, transpositis literis, *juris*, pro *viris*, scriptum esse. Reliqui omnes nihil mutant; unde vocem *decemviris* cum Sigonio delere non audeo: quem in eo etiam aliquid humani passum fuisse Doujatius observat, quod ridiculum dicat, plebem cavisse decemviris, quos perosa judicio est persecuta; quum non 'plebs' hanc legem tributis, sed 'populus' omnis 'centuriatis comitiis' jusserit: quæ censura vera est. Sed neque voci *decemviris*, ut Gebhardus fecit, patrocinium pararem ex eo, quod legati a senatu missi c. 53. jussi sunt 'decemviris ab ira et inpetu multitudinis præcavere.' Id enim jam antea fecerunt adversando plebi, postulanti, ut decemviri sibi dederentur, quos vivos igni concremare volebat. Hic vero non de legatis agitur, sed consul Romanus fert legem comitiis centuriatis. Ceterum quinam per 'decemviros,' immo etiam per 'judices' intelligendi sint, me hærere ingenue fateor. Vix adtentionem meretur sententia Glareani, qui ad § 11. suspicatur, sub nomine 'decemvirum' in hac lege caveri illis, qui libris Sibyllinis præerant. Nam hoc tempore adhuc tantum duumviri erant, quo nomine etiam memorantur lib. v. c. 13. Iis vero demum decemviri substituuntur vi. 42. Periz. in Dissert. de Prætor. § 7. hunc locum laudans omittit, ex Sigonii sententia, vocem *decemviris*, et per 'judices' intelligit ædiles, quos Dionys. Antiq. l. vi. loco mox laudando δικαστὰς adpellatos tradit. Verum vellem, ut vir clariss. addidisset rationem, cur Livius, sive potius auctores legis duplici nomine hos magistratus 'ædiles' et 'judices' vocarint, quum prius notissimum fuerit: aut, si uno illo non contenti fuerint, cur non et reliqua nomina adjecerint, quæ iis tributa fuisse Dion. ibid. observat? Eam enim non adsequor. Doujatius existimat, solos tribunos plebis quatuor illis diversis nominibus hic designari: primo ordinario 'tribunorum;' deinde 'ædilium,' quoniam ædium sacrarum cura aliaque ædilicii officii ad tribunos primario spectabant, quibus ædiles plebis in hac re adjuncti velut ministri eorum, teste Dionys. l. vi. p. 411. tertio 'judicum,' communi omnium magistratuum adpellatione, unde etiam Dionys. l. laud. ædiles plebis ὑπηρέτας τῶν δημάρχων καὶ συνάρχοντας καὶ δικαστὰς vocatas scribit: quarto 'decemvirorum' a numero, quo nomine ideo eos hoc loco inprimis adpellandos existimat, quoniam, quum initio quinque tantum fuissent, et ante paucos annos decem creari cœpissent, nunc id ageretur, ut eo numero semper crearentur, et priores sacratæ leges non nisi ad receptum tunc numerum quinarium referrentur. At sententiam hanc veram esse in animum inducere nequeo. Probabile enim non videtur, quum proprii et a tribunis diversi magistratus 'ædilium' nomine Romæ constituti fuerint, tamen in hac lege per 'ædiles' intelligendos esse tribunos. Nam ita prætores collegæ consulum vocantur, iisdemque auspiciis creati dicuntur, quin et iisdem data est juris dicendi provincia, cui olim consules præfuerant; numquam tamen, post institutos prætores, consules dicti sunt 'prætores,' neque præto-

res dicti sunt 'consules.' Quin et, vulgo per *ædiles* hic ita proprie dictos ædiles plebis intellectos esse, ostendunt verba, quæ inferius § 9. sequuntur, ubi Livius juris interpretum sententiam refert, qui negant, hac lege quemquam sacrosanctum esse; idque probant exemplo ædilium, qui a majoribus magistratibus prehendebantur. Nisi enim per 'ædiles' ita proprie dicti ædiles plebis vulgo intellecti fuissent, exemplum illud male huc adlatum foret. Doujatius quidem respondet, Livium ædiles ad partes vocantem falsum, et in juris morisque minutiis lapsum esse. Verum is error recideret non tam in Livium, quam in juris interpretes, quorum sententiam Livius recensuit, et argumenta proposuit. Omnia enim usque ad § 11. pendent ex verbis § 9. 'juris interpretes negant.' Neque tantum juris interpretes, Livio æquales, per 'ædiles,' hac lege memoratos, ædiles plebis intellexerunt, verum diu ante in eadem opinione etiam fuisse videtur M. Cato, cujus sententiam probavit Festus voce 'Sacrosanctum.' 'Sacrosanctum dicitur, quod jurejurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte pœnas penderet. Cujus generis sunt tribuni plebis, ædilesque ejusdem ordinis: quod adfirmat M. Cato in ea quam scripsit ædilis plebis sacrosanctos esse.' An autem verisimile sit, verum sensum vocis 'ædilibus' latuisse omnibus juris interpretibus tempore Livii atque aliis, et demum Johannem Doujatium, antecessorum Parisiensium et Regiorum professorum primicerium, post tot seculorum decursum exstitisse qui eum perviderit, omnium judicio relinquo. Præterea non video, quomodo tribunis plebis nomen 'judicum' conveniat, quibus una tantum 'auxilii latio adversus consules' concessa, sive 'auxilii non pœnæ jus datum' est, teste Liv. II. 33. et 35. cui concinit Dionys. Antiq. l. VI. p. 409. *Οἵτινες*, scilicet tribuni, *ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἔσονται κύριοι, τοῖς δὲ ἀδικουμένοις ἢ κατισχυομένοις τῶν δημοτῶν βοηθήσουσι, καὶ οὐ περιόψονται τῶν δικαίων ἀποστερούμενον οὐδένα.* Neque hoc tempore ullas judicum partes sibi tribunos vindicasse constat, ut inde nomen id ferre potuerint. Denique non placet etiam eosdem nomine admodum ambiguo 'decemviros' vocari, quo legumlatores modo sublati adpellabantur; quin et eodem nomine adpellari ex superstitione Romanorum ominosum fuisset, quum ob scelera a decemviris illis perpetrata, tum quod parvo tantum tempore in republica substiterint. Aliam sententiam proposuit Ant. Augustinus de Legibus in lege 'Horatia,' qui per 'ædiles' intelligit ædiles plebis. 'Decemviri' autem et 'judices' qui fuerint, quamvis non facile dixerit, existimat tamen minores aliquot plebis magistratus fuisse, de quibus in 'Æbutia' nonnulla in medium adtulerat. In 'Æbutia' vero nihil ejus reperitur, nisi indicaverit 'Æbutiam de centumviris,' ubi centumvirorum judicum et decemvirorum stlitibus judicandis mentionem factam video; ut forte per 'judices' indicatos crediderit centumviros, per 'decemviros' autem decemviros stlitibus judicandis. Verum neque huic sententiæ calculum adjicere possum. Non videntur enim centumviri et decemviri stlitibus judicandis jam hoc tempore instituti fuisse. Festus enim auctor est, ex triginta quinque tribubus Romanis ternos electos fuisse in voce 'Centumviralia.' At demum diutissime postea, novis additis, triginta quinque tribus institutæ sunt. Præterea Pomponius JCtus refert, decemviros stlitibus judicandis demum creatos esse, ubi jam duo prætores creari solebant, l. I. § 28. et 29. ff. de Orig. Jur. Unde etiam Pighius in Annal. Rom. eorum institutionem ad

A. U. C. DXX. refert. Præterea eos non indicari hoc loco, videtur etiam ex ordine colligi posse. Decemviri enim centumviris præsidebant, adeoque dignitate præstabant, quos propterea ante judices sive centumviros memoratos oportuerat, quemadmodum tribuni ante ædiles memorantur. Denique, eos sacrosanctos fuisse, aliunde probari posse, non existimo. Aliis itaque, quibus felicius est ingenium, divinandum relinquo, quinam per 'judices' et 'decemviros' hoc loco intelligendi sint. Me sensum et verba legis a Livio memoratæ non adsequi, haud pudet; in qua jam suo tempore interpretes hallucinatos fuisse, Livius observat.

Familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum irent] Scribendum *venum iret*, ut referatur ad nominativum *Familia*. Rhen. Vide ne quis *ædem* de suo addiderit. Nam l. XLI. c. 28. ait 'supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit.' *Sigon.* Exstiterat primo in Pal. 3. *familia ad Cereris, Liberi, Liberæque ven. i.* Et mox idem 'ut senatusconsulta in ædem Cereris ad ædiles deferrentur:' ubi simul censeo rectius abesse posse τὸ *ædem* ab sciolo inculcatum. Sic Livius alibi, 'Supplicatio ad Cereris Liberi Liberæque fuit.' VII. 7. 'Ad Monetæ inventa nomina.' *Gebh.* Alibi sæpe vocem *ædem* sciolos inculcasse, ubi Livius eam omittendam judicarat, videbimus ad X. 23. § 13. quam propterea hic etiam delendam censerem, modo codd. faverent. Nunc vero, quum omnes nostri τὸ *ædem* servent, et Gebhardus solum Pal. 3. memoret, in quo a m. pr. deficiat, loco eam vocem movere non audeo. Præterea *familiaque* Port. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Denique *irent* Voss. 2. Leid. 2. Hav. et fragm. Hav. quod servari posset, si *familia* hic pro servis acciperetur. Ita enim collective poneretur, quemadmodum hujus generis plura: verum hic latiori significatione complectitur omnia bona quæ quis possidet; ut constat ex Dionys. l. VI. p. 410. ubi, recensens legem, quo tempore primi tribuni creabantur, hac de re latam, quæ nunc a consulibus renovabatur, τὰ χρήματα vocat, quod Livius hic *familiam*. Distinctius 'familiam pecuniamque' memorat in hac re Fest. voce 'Sacratæ.' 'Sacratæ leges sunt, quibus sanctum est, qui quid adversus eas fecerit, sacer alicui Deorum sit cum familia pecuniaque. Sunt, qui esse dicant sacratas, quas plebes jurata in monte Sacro sciverit:' quare recte Rhenanum *iret* emendasse existimo, quomodo præferunt reliqui Mss. mei. *Irent* dedisse nonnulli librarii videntur, quod ad verbum hoc referrent non modo τὸ *familia*, sed etiam, quasi nominativos, voces *Liberi Liberæque*, id est, filii filiæque; non adsecuti, ea Bacchi et Proserpinæ cognomina esse, quæ tamen apud Livium XXXIII. 25. XLI. 24. ap. Cic. in Verr. V. 14. et alibi obcurrunt.

§ 8 *Hac lege juris interpretes negant*] *Hac juris lege interpretes* constanter Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Et ita etiam Aldus edi curavit. Inter errata tamen pristinum ordinem vocabulorum reducendum monuit. Ceterum adversus sententiam juris interpretum Festus sentit, qui, M. Catonis sententiam secutus, tribunos et ædiles plebis 'sacrosanctos' fuisse scribit voce 'Sacrosanctum,' loco antea § præc. laudato.

Sed eum, qui Deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri] Depravata verba sunt, nec magnopere succurrit nobis exemplar scriptum, quod sic habet: *sed eum, qui D. cuiq. noc. id sacrum sanciri.* In hoc tamen juvat, quod præpositionem *ad* postea vides adjectam fuisse. Ergo, meam secutus auctoritatem, non eam modo præ-

positionem expunge, sed et prænomen *id;* sic legens, *sed eum, qui eorum cuiq. noc. sacrum sanciri.* Unde vero pronomen *id* huc irrepserit, audi. Librarius aliquis extremam syllabam verbi *nocuerit* bis scripsit, hoc modo *nocuerit, it.* Alius, castigare volens, posterius *it* in prænomen *id* mutavit. *Rhen.* Livii hæc, sive juris interpretum, expositio ipsis legibus difficilior est, et, ut suspicor, in codd. nostris corrupta. Quidam pro *eorum,* substituerunt *Deorum,* quia sequebatur *id ad sacrum sanciri.* Sed non placet. Imo hæc ipsa verba obscura sunt, et illud *ad* nuper, *id* vero olim falso adjectum. *Glar.* Antea multo fœdius legebatur, *sed eum, qui Deorum cuiq. noc. id ad sacrum sanciri.* Nos autem meliorem, ut remur, hac utraque lectionem reperimus in vetustis libris, quæ est hæc: *sed caput ejus, qui eorum cuiq. noc. sacrum esse, id sanciri:* recte. Sic enim Cicero pro Cornelio Balbo c. 14. ‘Sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebsve sanxisset. Sanctiones autem sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur.’ *Sigon.* Correctio est Rhenani *sed eum, qui eorum cuiq. noc. sacrum sanciri,* cum antea legeretur ubique, *sed eum, qui Deorum cuiq. noc. id ad sacrum sanciri.* Pall. 1. ac 3. *sed eum, qui eorum cui noc. id ad sacrum sanciri* satis depravate. Pal. 2. vero ex arbitrio librarii impudentissimi, *sed caput ejus, qui eorum cuiq. noc. sacrum esse, id sanciri.* Quæ lectio in recentissimæ notæ libro a Sigonio reperta ejus et oculos et judicium fascinavit. Neque enim quicquid eum juvat locus ex Corneliana Ciceronis laudatus. Neque ego in re obscurissima, deficiente meliorum librorum lumine, facem expediendæ difficultati accendere valeo. *Gebh.* Sic Rhenanus: *sed eum, qui eorum cuiq. noc. sacrum sanciri;* cum pessime antea, *sed eum, qui Deorum cuiq. noc. id ad sacrum sanciri.* Sententiam deprehendit, quæ quidem est in Sigoniano, *sed caput ejus, qui eorum cuiq. noc. sacrum esse, id sanciri.* Sed quis non videt, hic malam et audacem manum esse versatam? In Mss. melioribus est, *sed eum, qui eorum cui noc. id ad sacrum sanciri.* Lege mitiore conjectura, *sed ejus, qui eorum cui noc. caput sacrum sanciri.* Lib. II. c. 8. ‘Sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia inisset.’ x. 38. ‘Qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset.’ *J. F. Gron.* Codici Sigoniano consentiunt Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. Verum *sed ejus caput, qui eorum cuiq. noc. id ad sacrum sanciri* Port. et Gaertn. *sed cum apud eorum cuiq. noc. id sanciri* Voss. 1. *sed eum apud eorum cuiq. noc. id sanciri* Lipsiens. in contextu, ad cujus marginem, pro *apud eorum,* a m. sec. *quæ decorum* adscriptum est. *Sed cum qui apud eorum cuiq. noc. id sanctiri* Leid. 2. a m. pr. pro ultima voce autem a m. altera in margine emendabatur *sacrum. Sed eum, qui eorum cui noc. id ad sacrum sanciri* Voss. 2. *sed eum, qui deorum quem noc. id ad sacrum sanciri* Leid. 1. et fragm. Hav. *sed eum, qui eorum cuique noc. id sacrum sanciri* Flor. *sed eum, qui eorum cuiq. noc. id sacrum sanciri* Klockian. *sed eum, quid eorum quem noc. id sucrum sanciri* Harl. 1. Nihil propius video, quam quod Gronovio in mentem venit. Laudant quidem Sanctius in Minerv. III. 3. in verbo ‘Noceo’ et alii *qui Deorum quemquam nocuerit,* eique conveniunt quorumdam codicum, quas recensui, lectiones; sed, Livium antiquata constructione verbi ‘noceo’ cum casu quarto usum esse, non existimo. Vide Ger. Joh. Voss. Gramm. VII. 21. et Burmann. ad Phædri IV. 18. 4. *Eorum* recte restitutum est pro *deorum.* Vide ad

XXIX. 11. § 2. *Qui eorum cui* pro 'qui eorum alicui,' 'cuiquam.' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 8. Doujatius leviori mutatione sic legi posse existimat, *sed cum quis cui noc. id sacrum sanciri:* in quibus verbis errorem sive ipsius Doujatii nimia festinatione, sive culpa operarum commissum esse, eumque voluisse existimo *sed cum quis eorum cui nocuerit.* Verum ne ita quidem hanc conjecturam illi, quam magnus Gronovius proposuit, præferendam esse, verba legis, in quibus 'caput Jovi sacrum' expresse memoratur, evincunt. Præterquam quod non res, quum quis eorum cui nocuerit, sacra sancita sit, sed ipse homo vel caput ejus, qui id fecerit. An forte legendum? *sed eum, qui eorum cui nocuerit, ideo sacrum sanciri.*

§ 9 *Itaque ædilem prehendi ducique a majoribus magistratibus*] *Prendi* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. Vide ad II. 29. § 4. Deinde *Itaque prendi ducique ædilem* Harl. 2. *Itaque prehendi ducique ædilem* Hav.

Noceri enim ei, cum hac lege non liceat] Et hic locus depravatus est. Nam pro *cum* scribendum *cui*, hoc modo: *noceri enim ei, cui hac lege non liceat,* subaudi 'noceri.' *Rhen.* Hoc quod in parenthesi ponitur, durum est, et varie item lectum intellectumque. *Glar.* *Cum hac lege* Voss. 2. Leid. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Reliqui, ut et antiquissimæ edd. favent Rhenano. In Mediolanensi demum a. 1495. obcurrit *noceri enim ei, cum hac lege non liceat:* quod deinceps reliquæ pleræque usque ad Rhenanum servarunt, nisi quod τὸ *ei* omissum sit in Veneta a. 1498. Ceterum Rhenani emendatione recepta, quæ difficultas Glareano superesse potuerit, non invenio.

Non haberi pro sacrosancto ædilem] *Non haberi pro sacro sanctoque ædilem* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lipsiens. Klockian. et Port. Paullo ante *argumentum est* vetustiores typis descripti, quos vidi, usque ad Aldum, qui dedit *argumentum esse*, concinentibus omnibus Mss. Et recte: omnia enim referenda ad præcedentia 'juris interpretes negant:' unde et sequentia pendent 'sacrosanctos esse.'

§ 10 *Tribunos vetere jurejurando plebis, quum primum eam potestatem creavit*] *Tribunos veteres jurej. plebis* omnes mei manu exarati, et nonnulli veterum excusorum, pro quo jam recte Tarvisina a. 1482. *tribunos vetere jurej. plebis.* Tum *quum eam primum pot.* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. *cum primis eam pot.* Voss. 2.

§ 11 *Hac Horatia lege consulibus quoque et prætoribus, quia iisdem auspiciis, quibus consules, crearentur*] Vide num legendum, *consulibus quoque, ut præt. quia eisdem ausp. consules, quibus prætores, crear. cautum esse.* Alioqui non video quis sensus inde elici queat. Mirum vero, quum Livius tam sollicitus esset de voce 'judicibus,' cur non etiam de 'decemviris' legem exposuerit. Decemvirorum enim bic potestas abrogabatur, et paulo post hi in judicium protrahuntur: cui ergo in hac lege cavetur? Iis forte, qui libris Sibyllinis præerant. *Glar.* Nihil magis contra sensum eorum, quorum hic Livius sententiam proposuit, quam Glareani emendatio. Hi enim ex voce 'judicibus,' quæ in lege obcurrit, credidere, eadem lege etiam cautum fuisse consulibus, qui olim 'judices' adpellabantur. Si autem consulibus, insuper interpretando legem extendi posse existimarunt ad prætores postea institutos, quia iisdem auspiciis creabantur, quibus consules. Verum secundum emendationem Glareani dicerent, lege Horatia cautum fuisse prætoribus, et, quemadmodum prætoribus, etiam

consulibus. Verum quomodo prætoribus caveri posset, qui nondum creabantur? ad quos, ut ego locum capio, interpretatione tantum lex extensa fuisset. Per 'decemviros' autem omnino decemviros sacrorum, qui libris Sibyllinis præerant, intelligi non posse, supra dixi ad § 7. Insuper *hac omnino lege* Voss. 2. *hac Oratii lege* Port. *hac Oratiana lege* fragm. Hav. a m. sec. *Oratia* a m. pr. Præterea *consulibusque et prætoribus* Hav. quod cave firmari posse existimes ex illis, quæ dicentur ad x. 30. § 2. Sensus enim hic *quoque* requirit. Idem ergo potius vitium a librario commissum est, ac de quo dicendum ad v. 27. § 1.

§ 12 *Nondum consulem judicem, sed prætorem adpellari mos fuerit*] Errasse Livium, putat Perizonius d. l. *Duk.* *Fuerit mos* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Ceterum unde hoc Livius hauserit, libenter disceret Doujatius. Concedit quidem, summos Romanorum magistratus, antequam 'consulum' nomen acciperent, et 'prætores' et 'judices' adpellatos fuisse. Sed utrum 'prætorum' prius, quam 'judicum,' titulo cogniti fuerint, dubitat. Vellem caussas dubitationis reddidisset, ut, quid ei tribuendum sit videri posset. Nunc nihil subcurrit, quod ei favere queat, nisi forte sit locus Zonaræ, illos, qui ante prætores dicti fuerant, hoc tempore consules dictos esse, narrantis Annal. VII. 19. Τότε γὰρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους τὸ πρότερον. Idem fere sentit Jac. Perizon. Dissert. de Prætor. § 7. et seq. qui, concedens quidem, consules olim etiam 'judices' vocatos esse, simul tamen contendit, minime videri, sic adpellari cœpisse demum post tempora decemvirorum, sed omnino jam illis temporibus, vel etiam ante; idque hoc argumento firmat, quod 'judicum' vocabulum, quo tempore prætor primum constitutus sit, non translatum fuerit ad eum, in quem tamen res ipsa conferebatur, neque remanserit penes consules, ut quod, re ablata, nullius illis usus esset. Existimat igitur, si consules umquam adpellati sint 'judices,' id factum primis plane temporibus: verum paullatim illud nomen in significandis consulibus abiisse in desuetudinem; et sic eo tempore, quo juris dicundi potestas, consulibus adempta, prætori data est, consules non alia habuisse nomina, quam illa 'consulis' et 'prætoris,' quæ etiam sola Varro memorat. At viri clariss conjecturis tantum tribuere nequeo, ut Livium, qui his temporibus tot seculorum spatio propior vixerit, in re domestica errasse existimem. Summos magistratus Romanorum primo 'prætores,' tum 'judices,' et demum 'consules' dictos fuisse colligo ex Cic. de Legib. III. 3. 'Regio imperio duo sunto; iique præeundo, judicando, consulendo prætores, judices, consules adpellantor.' Si enim antea 'judices,' tum 'prætores,' dicti fuissent, ratio nulla dari posset, cur Cic. ordinem hunc invertat. Diutissime post hæc tempora 'judicum' nomen consules adhuc obtinuisse colligo ex Varr. de Ling. Lat. l. v. p. 62. 'In commentariis consularibus scriptum sic inveni. Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc: 'Calpurni, voca inlicium omnis Quiritis huc ad me.' Accensus dicit sic: 'Omnes Quirites inlicium visite huc ad judices.' C. Calpurnius dicit: 'Voca ad conventionem omnis Quiritis huc ad me.' Accensus dicit sic: 'Omnes Quirites ite ad conventionem huc ad judices.' Deinde consul loquitur ad exercitum: 'Impero, qua convenit ad comitia centuriata.'' Ibi tempore, quo commentaria illa consularia, vel certe formulæ in commentariis commemoratæ, scriptæ sunt, consules adhuc dicebantur 'judices.' Ipse vero stilus et forma verborum documento sunt, his tem-

poribus longe recentiores esse. Si vero diu post hæc tempora adhuc 'judices' dicti sunt, cur, quæso, non credemus Livio, adfirmanti eos id nomen nondum hoc tempore habuisse?

Hæ consulares leges fuerunt] *Hee consulares* Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. *Hæc consulares* Florent. *Hec consulares* Leid. 1. et Port. Vide ad II. 44. § 12.

§ 13 *Institutum etiam ab iisdem consulibus*] *Inst. tamen etiam ab iisdem* Hav.

Ad ædiles plebis deferrentur] Gebhardus hoc cap. ad § 7. docet, in Pal. 3. deesse vocem *plebis*, quæ etiam abesse poterat, quod hoc tempore nulli alii forent ædiles, quam plebis. Reliqui tamen omnes vocem constanter servant. Verum *ad ædilem plebis* est in Gaertn. *ad ædilis plebes* in Leid. 1. unde suspicio est, librarium scribere voluisse *ad ædilis plebei*. Idem etiam Gebhardus ibidem existimat, vocem *ædem* a mala manu interpolatam esse: quam tamen et ipsam omnes libri tuentur. Vide quæ eo loco notavi. Unus quidem Lipsiensis pro eo in contextu præfert *eodem*, in margine vero ejus loco *ædem* emendatur.

Arbitrio consulum supprimebantur, nunciabanturque] In postremo verbo tam crassum mendum est, ut admodum demirer, a nemine hactenus animadversum. Debet autem esse *supprimebantur, vitiubanturque*, hoc est, corrumpebantur, depravabantur. *Rhen. Vitiabanturque* servant etiam omnes nostri: nisi quod unus Klockian. sine copula *vitiabantur* præferat. Infra VIII. 40. 'Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt.' Deinde *antea*, ut Rhenanus notæ præscripsit, pro *ante*, in nulla inveni ed. At ita præferunt Leid. 1. Harl. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. quorum auctoritate id etiam recepi.

§ 14 *Tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit, qui plebem*] *Tribunus plebis rogavit*, omissa voce *plebem*, Voss. 1. et Leid. 2. quomodo librarii dedisse videntur, quod vocis *plebs* quadruplici repetitione obfenderentur. Sed male. Vide ad II. 56. § 1. Præterea *plebsque scivit* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. At certiores vulgatum recte servant. Vide ad I. 20. § 6. Paullo ante τὸ *deinde* deest in Gaertn.

Qui plebem sine tribunis reliquissent, ... creassent, tergo ac capite punirentur] Verba plurativi numeri hic commutanda sunt in singularem hoc modo: *qui plebem sine tribunis reliquisset, ... creasset, tergo ac capite puniretur.* Sic et prior lex sonuit: 'Qui tribunis plebis, ædilibus, judicibus, decemviris nocuisset.' *Rhen.* Lectionem, quam Rhenanus restituit, probant omnes mei, præter Voss. 1. et Leid. 2. omnes etiam, quos Hearne Oxonii evolvit, præter L. 1. et C. omnes denique vetustiores typis descripti usque ad Aldum, qui primus singulariter dicta in pluralia convertit. Flor. etiam et Klockian. solum medium *creassent*, Lipsiens. *reliquissent* et *creassent* plurali exhibent. Præterea verba *quique magistratum sine provocatione creasset* exsulant a Voss. 2. at *quique magistratus sine provocatione creasset* præferunt Voss. 1. et Leid. 2. *qui magistratum sine provocatione creasset* fragm. Hav.

§ 15 *Ut invitis, ita non adversantibus, patriciis transacta*] Voculam *ita* non agnoscunt Voss. 2. et Hav. Sed eam intercipere potuerunt ultimæ syllabæ vocis proxime præcedentis. Tum *aversantibus* quidam ex prioribus excusis, sed invitis omnibus scriptis. Insuper *transacta sunt* Harl. 2. et Hav.

Quia nondum in quemquam unum sæviebatur] *q̄m nondum*, id est, *quoniam nondum*, Hav. Has voces sæpe inter se librarii commutarunt. Vide ad

XL. 13. § 7. Præterea *sæviebantur* Voss. 1. et Leid. uterque.

CAP. LVI. § 1 *Appium reum deligunt*] *Diligunt* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. quam harum vocum commutationem infinitis locis in Mss. obcurrere, dicendum erit ad XXXVII. 51. § 7.

§ 2 *Quum ipsum satellitesque ejus vidissent*] Pal. 1. ac 3. *cum ipsum satellitesque vid.* Campan. *cum ipsum sat. quoque ipsius vid.* Verum quod dixit, 'redintegrata est extemplo omnibus memoria fœdissimæ potestatis,' non abludit verbis Lycurgi, accusantis Lysiclem. *Τολμᾷς τὴν καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾷν, καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλειν ὑπόμνημα γεγονὼς αἰσχύνης καὶ ὀνείδους τῇ πατρίδι.* *Gebh.* *Cum ipsum satellites ejus vid.* male fragm. Hav. a m. pr. *cum ipsum satellitesque vid.* unus ex meis Voss. 2. quod ex duobus melioribus Pall. Mss. probasse videtur Corte ad Plinii Epist. I. 2. § 5. Quum tamen omnes reliqui, quos adhibui, codd. etiam qui certissimæ fidei esse solent, in servanda voce *ejus* conspirent, a vulgato recedere nolo, præsertim quum et alibi sæpe hoc pronomen additum obcurrat, ubi omitti poterat, et a nonnullis etiam librariis omissum est. Vide ad II. 51. § 8. Paullo ante *redint. est extemplo omnis memoria*, priscæ, quas consului, edd. usque ad Aldinam, in qua primum vidi, quod nunc vulgo exstat. Ei vero concinunt omnes libri mei. *Omnis*, pro *omnibus*, eodem errore datum erat, quo *principiis*, pro *principibus*. Vide ad XXI. 60. § 7.

§ 3 *Tum Virginius, Oratio, inquit, rebus dubiis inventa est. Itaque neque ego accusando*] *Tunc Virg.* fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. Tum *rebus in dubiis inventa est* Lipsiens. Sed illud *in* culpa librarii natum puto, qui omissa voce *dubiis*, sequentem scribere inceperat, quum, errorem animadvertens, id quod præterierat adjecit, non deleto initio vocis perperam scriptæ. Vide hoc cap. § 11. Insuper voculam *neque* operarum errore omiserunt ultimæ Gronovianæ, quod inprudenter etiam ultima Amstelædamensis secuta est. Pro *neque*, quod in reliquis omnibus meis perstat, *nec* habent Harl. 2. et Hav. quomodo scribæ dedisse videntur, quod mox sequatur 'nec istum ad cetera.' Sed vide quæ notantur ad IX. 9. § 14. Male deinde *accusabo* præfert Voss. 1.

A cujus crudelitate vosmet ipsi armis vindicastis] Vetus lectio *vosmet ipsos.* Sigon. Cogor toties facilitatem Sigonii insectari, omne, quicquid in improbissimo suo codice reperit, pro oraculo venditantis. Hic quoque legendum monet *vosmet ipsos*, ut et visitur in Pal. 2. ac Campani ed. Sed reclamant meliores duo, et Andreas. *Gebh.* *Vosmet ipsos* Harl. 2. Lipsiens. et Hearnii Oxonienses L. 1. N. et C. *nosmet ipsos* Hav. *vosmet ipsis armis* Voss. 1. et Leid. 2. Sed recte *vosmet ipsi* vindicavit Gebhardus, quod reliqui mei tuentur. Vide ad II. 19. § 5. Sall. in Cat. c. 20. 'Mihi in dies magis animus accenditur, quum considero, quæ conditio vitæ futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem:' ubi vide Corte, qui eodem loco insuper monet, nihili esse verbum 'vendico,' qua forma *vendicastis* hic præferunt Voss. 2. et Hav. Deinde *armati*, pro *armis*, Voss. 2.

Nec istum ad cetera scelera inpudentiam in defendendo se adjicere patiar] Non aliter edd. priscæ et Palat. 2. Interim Pall. 1. ac 3. *impudentia in def. se adicere.* Nihil molior. Facile enim *τὸ m* evanuit. *Gebh.* *Inpudicitiam*, pro *inpudentiam*, pessime Voss. 1. et Leid. 2. Omnino in Gebhardi codd. *τὸ m* finale vocis *inpudentiam* elisum est a proxima voce *in*. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Ita contra sæpe vocula *in* excidit ob proximæ vocis literam ultimam *m*. Vide ad X. 13.

§ 3. Τὸ *se* aberat ab Hav. Deinde *addicere* fragm. Hav. a m. pr. et Lipsiens. quod ortum est inde, quoniam olim *adicere*, pro *adjicere*, scribere soliti erant. Vide ad I. 30. § 3. Et ita etiam emendatum est in eodem cod. a m. sec. ac præferunt Flor. Leid. ambo, et Port. Vide ad II. 10. § 9. *Adjacere* est in Gaertn. *abdicare* corruptius in Harl. 2. Denique *patior* habet Hav. *patiatur* autem Gaertn.

§ 4 *Quæ inpie nefarieque per biennium*] Hic tertius est locus, quo planum fit, recte Valerii Horatiique annum sejunctum a tertio decemvirorum, quo per tyrannidem privati regnarunt. Neque enim Virginius hic primum annum supputat, quo bene gesserat se Appius. *Glar.* Vide hoc lib. c. 38. § 1. *Impune nefarieque* Lipsiens. Male. Cic. de Offic. II. 14. 'Habendum est religioni, nocentem aliquando et nefarium inpiumque defendere.' Paullo ante pronomen *tibi* deficiebat in Voss. 1. et Port.

Gratiam facio] Sallust. in Jug. c. 104. 'Boccho, quoniam pœnitet delicti, gratiam facit.' Utitur Livius hac phrasi VIII. 34. 'Disciplinæ militaris eversæ juventuti gratiam facit.' *Klock.* Sallust. in Cat. c. 52. § 8. 'Mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem:' ubi vide Cortium.

Unius tantum criminis nisi te vindices ab libertate] Admonet nos liber vetustus scripsisse Livium *nisi judicem vindices te ab libertate, &c.* Nec vacat vocabulum *judicem:* nam arguit rem pro tribunali gestam. *Rhen.* Vet. lib. *nisi judicem vindices te.* Sensus: nisi te a judicio unius criminis liberes; id est, ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse te nisi probes. *Sigon.* Restituit hunc locum primus Rhenanus, cui subscribit Sigonius, tali addita expositione: 'nisi te a judicio unius criminis liberes; id est, ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse te nisi probes.' Campanus vero olim, *unius tamen criminis reum in judicem dices* pessime. Pall. tres, *unius tamen criminis ni judicem dices, te ab lib.* Facile autem potuit omitti capitalis syllaba, sicut modo factum in *ruitis* c. 53. § 7. pro quo scribebatur *itis.* Gebh. Rhenano debetur hæc lectio quam, credo, ut sensus apertior esset, hactenus mutatam video in Curione, ut transposuerit duas voces *nisi vindices, judicem te.* Itaque alteram illam ab se quoque nobis fert expensam Sigonius cum interpretatione: nisi te a judicio unius criminis liberes. Hoc enim spectaverunt illi, judicium de Virginia intelligentes. Vetustiores carebant τῷ *judicem*, excepta Campani, in qua *criminis reum in judicem dices.* Tres quoque Pall. et duo regii *criminis in* (vel *ni*) *judicem dices.* Idem ex Cujacii et Fulvii membranis notaverat Cl. Puteanus, probaveratque, ut 'judicem dicere' respondeat τῷ 'judicem ferre,' atque hoc sit provocantis, illud provocati. Haud incommode. Lege igitur *unius tantum criminis ni judicem dices, te ab lib. &c.* Lite inter duos orta, qui disceptandæ ejus brevissimam viam optabat, et ad judicem provocabat, is 'judicem ferre' alteri dicebatur, sæpe habes apud Livium et Ciceronem. Livius VIII. 35. 'Provoco ad populum, eumque tibi, fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero.' IX. 1. 'Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram? neminem neque populum neque privatum fugio.' Ferebat autem ipse nominando virum spectatæ moderationis et nemini suspectum, aut jubendo adversarium nominare, quem sumerent. Prioris exemplum est apud Cic. de Orat. II. 70. 'Quum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mucium judicem tulisset.' Pos-

terioris exemplum hic præbet Virginius. Aiebant 'cape mecum judicem,' vel 'dic judicem, ni ita est.' Hinc Virginius in posteriore oratione c. 57. 'Se iterum ac sæpius judicem illi ferre.' Cur *iterum?* quia tulerat antea, dicendo 'ni judicem dices.' Campani *reum* si Mss. suffulcirent, posset facile juvari, ut scriberetur *reus*. Sed non est opus. Voss. uterque quoque, Rott. et Helm. *nisi judicem dices*. J. F. Gron. Qui addiderunt *reum*, videntur verba *ni judicem dices* non conjunxisse cum præcedentibus 'unius tantum criminis,' sed cum seqq. 'te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse:' nam nulla alia caussa erat infulciendi *reum*, quam quod, quum illa, quæ dixi, conjungerent, non videbant quomodo dici posset 'unius tantum criminis in vincula te duci jubeo;' fortassis etiam quod putabant non optime dici 'dic judicem criminis te hoc non fecisse.' Equidem *reum* non recipiendum arbitror, sed considerandum, an, distinctione post *criminis* posita, cetera, quæ in medio sunt usque ad *in vincula*, conjungi, et *unius tantum criminis*, (nempe 'nomine,' vel 'caussa') *in vincula te duci jubeo*, dici possit. In quo hæc erit sententia: unius tantum criminis caussa, quod scilicet vindicias ab libertate in servitutem contra legem dedisti, in vincula te duci jubeo, ni judicem dices, te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse. Nec durius hic est supplementum 'nomine,' vel 'caussa,' quam in multis aliis, quæ dudum observarunt viri doctissimi ad Sallust. Catil. cap. 6. ad Jug. cap. 138. ad Petron. cap. 49. et quos illi laudarunt; nec non Ant. Augustinus Emendat. II. 1. In vulgata distinctione Appio pro crimine inputari videtur, quod vindicias ab libertate in servitutem non dederat; quod falsum est. De re ipsa, id est, de potestate eligendi judicis adversario facienda, vide Schultingium de Recusat. Judicis, c. 6. § 1. Pro *jubeo*, hic non magis cum quibusdam apud Hearnium legendum est *jubebo*, quam c. 57. 'in vincula duci jussurum' pro *jubere*. Duk. *Unius tantum judicem dices*, reliquis omissis, Gaertn. *unius tantum criminis ni judicem dices* Harl. 2. *unius tantum criminis nisi judicem dices* Flor. Leid. ambo, Harl. 1. Port. Lipsiens. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. quorum Harl. 1. et L. 2. etiam omittunt voculam *te*. J. Perizonius in marg. codicis sui legendum conjecerat *unius tantum criminis ni judicem proces;* adscripto simul hoc Festi loco in voce 'Procum:' 'Est enim procare, poscere, ut cum dicitur in judice conlocando, si alium procas, nive eum procas, hoc est, poscis.' Vir doctus ad oram ed. Curionis adscripserat sibi reponendum videri, *unius tantum criminis, ni probes te judicem ab libertate.* Ita *unius criminis* elliptice dictum erit, pro unius criminis nomine, et jungenda erunt *unius criminis* nomine *in vincula te duci jubeo.* Dominicus Macer, notante Hearnio, emendandum censuit *unius criminis, nisi judicem dices te a libertate in servitutem contra legem vindicias non dedisse, in vincula te duci jubebo:* quam eamdem lectionem Latinius etiam margini exemplaris, quo usus est, adscripsit. Mihi lectio, quæ Gronovio placuit, et a plerisque codd. servatur, præterquam quod *nisi*, pro *ni*, habeant, verior videtur; ita tamen, ut simul admittendam censeam distinctionem Dukeri, quam etiam recepi. *Nisi* autem, pro *ni*, non videtur probandum. Vide ad III. 24. § 5. Præterea *a libertate* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *contra legem*, pro *con. leges*, Port. Denique *indicias*, pro *vindicias*, Gaertn.

In vincula te duci jubeo] Pall. 1. 3. Campanusque *in vincla te duci jubebo.*

Sic mox iidem, 'Lator earum in vincla ducatur.' Iterumque, 'Quod si indicta caussa in vincla ducatur.' c. 59. 'Nec in vincla duci quemquam sum passurus.' iv. 13. 'Exsolutus legum vinclis,' ut habent Pall. 1. ac 3. non *vinculis*. c. 26. 'In vincla se duci eos jussuros.' Et mox, 'In vincla etiam duci possent.' vii. 4. 'Qui ad nomina non respondissent, partim in vincla ductis,' ut habent Pall. duo. xxix. 18. 'Tribunos militum in vincla conjectos,' ut habent Pall. duo. *Gebh.* *In vincla te duci* etiam Voss. uterque, et Leid. 1. Verum et id et alia, quæ Gebhardus tum hoc loco, tum ad ii. 23. § 10. et ad c. 39. § 7. laudavit, librariis tribuenda puto. Illa enim duarum in unam syllabam contractio potius poëtas, quam prosaicæ orationis scriptores decere videtur. Deinde *jubebo* soli tantum ex meis Harl. 1. Klockian. et Lipsiens. Ita vi. 15. 'Quod nisi facis, &c. in vincula te duci jubebo.' Verum, quamvis codd. illos, et præsertim priorem, non vulgaris auctoritatis existimem, hic tamen potius reliquis, receptam lectionem tuentibus, adsentiendum censeo. Neque obstat, vel in contrariam sententiam movet, quod artius cohæreant 'ni judicem dices, ubeo,' et propterea tempus futurum potius requiri videatur. Sæpe enim per præsens indicativi modi designatur futurum. Ita in loco Livii modo laudato 'nisi facis, jubebo.' Similiter xxxvi. 28. 'Ni propere fit, quod impero, vinciri vos jam jubeo.' Apud Sall. in Cat. c. 58. 'Sin metu cesserimus, eadem illa advorsa fiunt:' ubi videndus Cortius, et ad Plinii Epist. iv. 27. § 5. ut et Perizon. ad Sanctii Minerv. i. 13. Eamdem temporis enallagen etiam Græcis usitatam esse, observat Duker. ad Thucyd. ii. p. 125.

§ 5 *Nec in tribunicio auxilio Appius, nec in judicio populi*] Τῷ *in* priori loco Voss. 2. posteriori Harl. 1. carent. Sed priori omnino requiritur: altero id vindicat mos Livii, qui præpositiones sæpissime repetere solitus est. Vide ad vi. 28. § 6. Mox *attamen tribunos adpellavit*, omissa vocula *et*, Harl. 2. et Hav.

Arreptus a viatore, Provoco, inquit] *Abrepto a viatore* Leid. 2. errore sollemni librariorum, qui verba cum *ad* et *ab* composita, adeoque 'arripere' et 'abripere,' commutare soliti sunt. Vide ad ii. 33. § 7. *Arreptus adjutore* male Voss. 2. nec melius *arreptus a vitiatore* Flor. *ereptus a viatore* Lipsiens.

§ 6 *Audita vox una vindex libertatis*] Ita Aldus edidit, concinentibus codd. meis omnibus. Priores excusi, quos vidi, male omittunt vocem *vindex*.

Vindiciæ nuper ab libertate dictæ erant] *Ad libertatem* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Male. Supra enim habemus § 4. 'ni judicem dices, te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse.' *A libertate* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Mox vocabulum *dictæ* non comparet in Leid. 1. et Port. quod etiam abesse posse videtur. Verum ita potius Livius more suo dixisset *ex eo missa ore, ex quo vindiciæ nuper ab libertate erant.* Quare potius vocem *dictæ* servandam puto.

§ 7 *Deos tandem esse, et non negligere humana fremunt*] *Deos et non negligere* vetustiores, quos consului, typis inpressi usque ad Aldum, qui duas voces perperam omissas primus addidit: ei vero consentiunt codd. scripti, nisi quod *Deos tantum et non* præferat Voss. 1. Infra viii. 6. 'Bene habet. Dii, pium movete bellum. Est cœleste numen! es, magne Jupiter! haud frustra te patrem Deum hominumque hac sede sacravimus.' xxix. 18. 'Qua tanta clade edoctus tandem Deos esse superbissimus rex, pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri jussit.' xxx. 37. 'Postero die revocatis le-

gatis et cum multa castigatione perfidiæ monitis, ut, tot cladibus edocti, tandem Deos et jusjurandum esse crederent, conditiones pacis dictæ.' Vide viros doctos quos laudavi ad Silii Ital. vi. 87. Præterea *neglegere* Flor. Klockian. et Harl. 1. Vide ad ii. 11. § 4. *nec glere* corrupte erat in Leid. 1. Voluit forsitan librarius *neclegere*. Eam tamen posteriorem orthographiam nimis antiquatam puto, quam ut Livium deceat, aut ejus ævo convenire possit.

Etsi seras, non leves tamen venire pœnas] *Et seras* Voss. 2. sed prima proximæ vocis syllaba ultimam τοῦ *etsi* intercepit: *si seras* Lipsiens. Deinde *non tamen leves* Harl. 2. Lipsiens. et Port. *non tñ leves* Hav. cujus librarius *tñ*, pro *tamen*, scribere voluerat. Et ita sæpius alibi peccatur. Vide ad xxii. 17. § 5. Denique *vivere pœnas* Harl. 1. Male. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Epist. Heroid. iv. 113. et ad Fast. v. 648. ubi similiter Ovid. dixerat ex fide optimorum Mss. 'Et tandem Caco debita pœna venit.'

§ 8 *Provocare, qui provocationem sustulisset*] *Provocare se, qui* Hav. Deinde *qui s. Appius prov. sust.* Lipsiens. Sed illud *s. Appius*, sive *scilicet Appius*, ex glossa marginali in contextum commigrasse, quilibet videt. *Abstulisset*, pro *sustulisset*, habet Harl. 2.

Qui omnia jura populi obtrisset] Quatuor priora vocabula exsulant ab Hav. cui errori vocis *populi* repetitio occasionem dedit. Vide ad ix. 11. § 11. *Ultra*, pro *jura*, mendose Voss. 1. Denique *obstruxisset* Leid. 2. *obstrisset* Klockian. utrumque culpa scribarum: *obruisset* Gaertn. Eodem errore 'obrutus' et 'obtritus' etiam commutabantur in Pal. uno apud Gebhard. ad Liv. i. 11. § 7. *obtrivisset* ed. Ascensiana a. 1510. quod in seqq. annorum 1513. et 1516. in marginem rejectum est. Reliqui codd. et edd. in vulgatum conspirant, et recte. Simili enim verborum contractione in temporibus a perfecto formatis Livius gavisus est. Vide ad vi. 18. § 10.

Rapique in vincula egentem jure libertatis] Pall. 2. ac 3. *agentem*. Gebb. *Agentem jure* etiam Voss. 1. et Hav. *arentem in re* Lipsiens. in contextu: quod utrumque scribis errantibus tribuendum esse, nullus non videt. Insuper *rapi et in vincula* fragm. Hav. a m. pr. *rapi, et in vincula duci egentem* a m. sec. *rapique in vincula agi jure* Gaertn. Denique *in vincla* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Vide hoc cap. ad § 4.

Qui liberum corpus in servitutem addixisset] *Corpus addixisset* Neapol. Latinii, mediis dictionibus deficientibus, quæ in omnibus meis supersunt, et etiam necessariæ videntur. Simpliciter enim 'addictus' dicebatur debitor, qui creditori tradebatur, ut debitum opera solveret. At Appius Virginiam clienti M. Claudio addixerat tamquam servam vernaculam, domi ejus conceptam ac natam. Et requirit insuper ea verba oppositio inter τὰ 'liberum corpus' et 'in servitutem addixisset,' ut et inter 'egentem jure libertatis' et 'in servitutem addixisset.' Ceterum *adduxisset* Lipsiens. et Gaertn. Sed passim 'dicere' ac 'ducere' eorumque composita in Mss. commutantur. Vide ad xxxviii. 43. § 1.

Fidem populi Romani inplorantis vox audiebatur] *Exaudiebatur* Harl. 1. quod non displicet. Videtur enim prior illa syllaba intercepta esse a voc. præcedenti *vox*. 'Exaudire' autem Livio frequens est. Infra v. 52. 'Aio Locutio templum propter cœlestem vocem exauditam in Nova via jussimus fieri.' viii. 39. 'Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur.' xxv. 1. 'Primo secretæ bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam excessit res.' c. 6. 'Clamorem pugnantium crepitumque armorum

exaudimus resides ipsi ac segnes.' xxvi. 13. 'Conjuges, liberi, quorum ploratus hinc quoque prope exaudiebantur.' xxx. 30. 'Nos ab Karthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus.' xl. 3. 'Exsecrationesque in agminibus proficiscentium in regem exaudiebantur.' c. 8. 'Jam pridem quidem hanc procellam imminentem timebam, quum vultus inter vos minime fraternos cernerem, quum voces quasdam exaudirem.' cap. 31. 'Clamore non tantum ad ardorem pugnæ excitandum sublato, sed etiam ut, qui in montibus erant, exaudirent:' et sæpe alibi.

§ 9 *Majorum merita in rempublicam domi militiæque commemorabat*] *Merita in republica domi militiæ* Harl. 2. et Port. *merita in remp. militiæque* priscæ edd. quasi 'merita in rempublicam' obponerentur 'meritis militiæ;' quum potius indicetur 'merita in rempublicam' duplicia esse, vel 'domi,' vel 'militiæ;' Appium vero commemorasse merita in quamcumque reipublicæ partem, sive domi, sive militiæ. Recte igitur Aldus vocem *domi* revocavit, quam etiam servant omnes scripti. Supra hoc lib. c. 42. 'Nihilo militiæ, quam domi, melius respublica administrata est.' Nam ita etiam 'rempublicam gerere' de eo usurpari, qui bellum gerit, Gronov. evicit ad viii. 31. § 2.

Studium, quod æquandarum legum caussa, &c. consulatu abisset] *Studium coëquandarum* Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Harl. uterque, Lipsiens. Port. et vetustiores, quos vidi, typis exarati. *Studium coëquendarum* Port. *studium exequendarum* fragm. Hav. a m. pr. in quo *studium, quo exequandarum* a m. sec. interpolatum est; at *studium, quo coëquandarum* Hav. *studium, quo æquandarum* Leid. 1. proxime lectionem vulgatam, quam primum in Frobeniana a. 1535. ed. inveni, et veriorem esse puto. Alibi sæpe *quo* et *quod* ab indoctis scribis confunduntur. Vide ad xxxvi. 33. § 3. Præterea *abiisset* Hav. et Gaertn.

Lator earum in vincula ducatur] *In vincla* Flor. Voss. ambo, et Leid. 1. Vide hoc cap. ad § 4. præterea *ducitur* Voss. 1. Port. et fragm. Hav.

§ 10 *Ceterum sua propria bona malaque, &c. tum se experturum*] *Sua bona propria malaque* Hav. Præterea *tunc se experturum* Lipsiens. Vide ad ii. 12. § 15. Pronomen *se* non exstat in Voss. 1. *experiturum* autem habet Gaertn. Insuper *tum caussæ dicendæ facultas data fuit*, pro *quum caus. dic.* Lipsiens.

Ut judicium populi Romani experiri] *Judicium Romani populi* Voss. 2. et Port. a m. pr. *judicium RP.* Leid. 1. et Flor. *judicium reip.* fragm. Hav. qui error ex inperitia scribæ ortus est, non adsequentis notas, quibus voces *populi Romani* compendii caussa notatæ erant. Alibi similiter peccatum est sæpe. Vide ad xxii. 37. § 12. Vocibus *populi Romani* caret Hav. Iisdem etiam caret Lipsiens. sed eorum loco ex proxime seq. periodo adscivit vocem *pertimuisse.* Paullo ante alio verborum ordine *dicta die* priscæ edd. usque ad Aldum, qui *die dicta* vulgavit: quomodo omnes præferunt codd. mei.

§ 11 *Indicta caussa in vincula ducatur*] *Indictam caussam,* sed utrobique deleta iterum litera *m,* Flor. Deinde iterum *in vincla* Voss. ambo, et Leid. 1. Vide hoc cap. ad § 4. Paullo antea *τὸ ita* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Insuper *habebat*, pro *habeat*, manifesta descriptoris aberratione, Harl. 1.

Iterum se tribunos plebis adpellare] Revocat priora Pal. 2. *iterum se sua propria bona, iterum tribunos.* Gebh. *Ceterum sua propria bona iterum se tribunos* Leid. 2. Hav. et Lipsiens. Supra præcesserat hoc capite § 9. 'in vincula ducatur. Ceterum sua propria bona malaque.' Quorum verborum tria priora hic etiam repetun-

tur. Illis autem exaratis quum librarii pergere vellent, eorum oculi ab hoc loco aberrantes in priorem inciderunt. Errorem vero deprehendentes, postquam jam scripsissent *Ceterum sua propria bona*, ea delere noluerunt, ne codicem lituris deformando emtorem deterrerent; sed perperam scriptis subjunxerunt, quæ hic sequuntur, *iterum se tribunos*. Alia exempla hujus moris librariorum vide II. 34. § 9. hoc lib. c. 2. § 9. hoc cap. § 3. VII. 2. § 13. Ceterum vox *iterum* deest in Gaertn. Tum *tribunos appellare*, omissa voce media, præfert Port. *tribunos pl. appellare* Hav. *tribunos plebis appellare* Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. et C. *tribunos plebeios appellare* fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 56. § 9. *tribunos plebi appellare* Leid. 2. quod ferri posset, si plures codd. firmarent. Vide ad II. 42. § 6. *tribunos plebei appellare* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. quod Jac. Gronov. jam recepit, et optimorum codicum consensus verum esse evincit. Vide ad II. 33. § 2.

§ 12 *Tollendæ adpellationis caussa*] Nonnihil suspectum est *caussa*. Valerius Max. VII. 4. ex. 3. 'Ad pactionem omittendæ obsidionis compulerunt.' Sæpe inculcatum esse *caussa*, nemo ignorat. *Duk.* *Caussam* est in Lipsiens.

In quam conspirasse decemviros criminati sunt] Scribendum *criminati sint*. Rhen. *Criminati sunt* primus edidit Aldus, cum quo faciunt Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. Vetustiores autem excusi habent *criminati sint*, ut Rhenan. malebat. Et illis consentiunt reliqui codd. Paullo ante vocula *si* deerat in Leid. 1. *se* in Port. sed τὸ *in* in Leid. 2. *in qua decem consp. viros* præfert Gaertn.

Ait se provocare] Τὸ *ait* suspectum, tamquam ex eo genere, de quibus affatim Observ. II. 14. *J. F. Gron.* Omnibus modis importunum est τὸ *ait*; non tamen ita suspectum, ut aboleri totum debeat. Lege *obligatos se fateantur*, &c. *at se provocare ad populum.* Infra IX. 1. 'Quod si nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi; at ego ad Deos vindices superbiæ confugiam.' Vide sis paterna ad XXIV. 37. *Jac. Gron.* Illud J. F. Gronovii sententiam verisimilem reddit, quod passim 'ait,' 'inquit,' 'dixit,' et similia a male feriatis inculcata deprehendantur. Vide ad XXIII. 45. § 6. Potius tamen Jac. Gronovii emendationi subscribo, cui etiam quorumdam codicum scriptura favet. In Voss. 1. enim pro varia lectione in margine est *ut se provocare.* Voculæ autem *ut* et *at* sæpe commutantur. Vide ad I. 18. § 9. et Nic. Heinsium ad Nason. Ep. Heroid. XII. 1. Verum *haud se provocare*, pro *aut*, præfert fragm. Hav. a m. pr. Solent etiam τὰ *aut* et *at* in Mss. confundi. Vide Broekh. ad Propert. IV. 3. 5. et viros doctos ad Ovid. Amor. Eleg. III. 7. 1.

Leges de provocatione, et consulares, et tribunicias] *Et cons. tribunicias* Hav. et a m. pr. Port. in quo postea emendatum *et cons. tribuniciasque.*

§ 13 *Si hoc indemnato*] Vet. lib. *si huic indemnato.* Sigon. Cogitabam legendum *hoc*, nempe 'provocare:' quum inspectis libris intellexi, Sigoniani codicis eam esse mendam. Ipsa indemnati indicta persona sat habet ponderis. Appii persona in sequenti membro utetur. *J. F. Gron.* *Hoc indemnato* etiam omnes nostri præter Port. qui a m. sec. *huic* præfert, et mox omittit voces *et humili.*

Et adpellatio provocatioque adversus injuriam magistratuum] Hic habent jurisperiti, quod distinguant: neque enim temere conjuncta videri possunt. Quidam 'appellationem' inter æquales existimant, ut a decemviro ad decemvirum, a consule ad consulem, cujus rei multa sunt apud Li-

vium exempla, maxime in hac actione. 'Provocationem' vero a minore ad majorem, ut a consule aut quovis alio fere magistratu ad populum: 'intercessionem' autem inter utrosque, ut tribuni contra tribunum, et tribunorum contra consules aut senatum. *Glar.* Tota hæc periodus male exsulat a Leid. 2. *provocatioque ei adversus* habent Voss. 1. et Klockian. Copula *que* non adparet in Gaertn. ut nec præpositio *adversus* in Voss. 2. Deinde *magistratuum injuriam,* trajectis dictionibus, legunt Voss. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Paullo ante *damnatio,* pro *dominatio,* perperam est in Harl. 1. In seqq. *an vero* habet Gaertn. pro *an vere.* Vide ad Livii XL. 9. § 8.

CAP. LVII. § 1 *Contra Virginius, &c. aiebat*] Ita demum editum exhibet postrema Gruteri, quod in uno tantum inveni Gaertn. Omnes priores *Contra ea Virg.* et ita præferunt etiam Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Port. fragm. Hav. et, quos Hearne Oxonii excussit, L. 2. et N. *Contra hæc Virg.* Harl. 2. Lipsiens. Hav. et Hearnii cod. B. Voculam igitur *ea* restitui. Supra II. 62. 'Contra ea in Æquis inter consulem ac militem comitate et beneficiis certatum est:' ubi etiam turbant codd. antiqui. IV. 52. 'Superbe ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasque, legati prohibiti commercio sunt: contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adjuti.' XLI. 24. 'Oportuni propinquitate ipsa Macedoniæ sumus, an infirmissimi omnium, tamquam quos nuper subjecit, Dolopes? Immo contra ea vel viribus nostris, Deum benignitate, vel regionis intervallo tuti:' ubi alia vide. Virgil. Æneid. I. 76. 'Æolus hæc contra: tuus, o regina, quod optes, Explorare labor; mihi jussa capessere fas est:' ubi male excerpta codicis Ms. apud me *Æolus econtra.* Similiter 'adversus ea' et 'adversus hæc' IV. 10. 'Adversus ea consul, victis conditiones accipiendas esse, non ferendas respondit.' c. 41. 'Adversus hæc Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur.' Præterea *agebat,* pro *aiebat,* Flor. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 33. § 23. Insuper *legem expertem* Harl. 1. *legum expertum* Hav. *legum expartem* Lipsiens. quod etiam voluisse videtur librarius Flor. qui tamen male, transpositis literis, dedit *expertam.* Sane quum 'dispartiri,' 'impartiri,' et similia dicta sint, cur non etiam 'expars' scribere permissum foret? Vide ad XXXVIII. 36. § 8.

§ 2 *Bonis, tergo, sanguini civium infestus*] *Bonis terror* Gaertn. Male. *Tergo,* et ideo virgas minitabatur; *sanguini,* et ideo secures.

§ 3 *Jam ab rapinis et cædibus*] *Jam a rapinis* Voss. 2. Lipsiens. et Gaertn. Mox voces *populi Romani* deficiunt in Leid. 2.

A complexu patris abreptam ministro cubiculi sui clienti dono vindiciis dederit] Ablativus *vindiciis* supervacaneus est in ed. Asulanica, quæ nunc sola est ad manum. *Rhen.* *Vindiciis* exstat etiam in Harl. 2. Lipsiens. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. *vinditiis* in Port. *indiciis* in Leid. 1. Reliqui nostri cum edd. antiquioribus emendationem Rhenani firmant. Insuper *ab complexu patris* Voss. 2. Leid. 1. Harl. uterque, Lipsiens. Port. et Hav. quos secutus sum. Denique *arreptam* Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod errantium est scribarum. Vide ad II. 31. § 7. *acceptam* Lipsiens. quod sive vitiatum est ex voce *arreptam,* (vide ad V. 47. § 4.) sive ex voce *abreptam.* (Vide ad V. 50. § 7.) Qui autem 'minister cubiculi' vocatur, supra 'minister libidinis' dicitur c. 44. 'Virgini venienti in forum minister decemviri libidinis manum injecit.'

§ 4 *Crudeli decreto nefandisque vin-*

diciis] Ita primus edidit Aldus, concinentibus omnibus libris meis. Priores excusi legunt *crudeli judicio nefandisque indiciis*, vel *vindiciis*. Præterea *dextram*, pro *dexteram*, Voss. 2. Leid. ambo, fragm. Hav. et Flor.

Tollentes corpus . . . avunculumque] Miror cur hoc loco legatur *avumque* in volumine scripto. *Rhen.* Eadem lectio non modo superest in omnibus codd. quibus usus sum, insuper apud Hearnium in Oxon. N. et C. et in Neapol. Latinii, sed etiam in priscis edd. usque ad Sabellicum, qui c. 45. § 4. ubi idem error erat, *avunculus* emendandum monuit, unde lectio illa etiam hoc loco recepta est. Eumdem codicis sui errorem Rhenanus supra quoque loco memorato adnotavit, sed ibi scripturam illam probavit. Vide quæ ibi viri docti monuerunt. Præterea *tollentis* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. more antiquo. Mox *jusserit* non adparet in Voss. 1. et Leid. 2. et postea *interpellatus*, pro *interpellato*, male præferunt Voss. 2. Gaertn. et a m. pr. fragm. Hav. *interpellato stupro* est ' inpedito.' IV. 50. ' Ad interpellantes pœnam vecors de tribunali decurrit.' IX. 14. ' Apud infestos ob interpellatam dulcedinem iræ confestim oratio habita est.' XLI. 23. ' Quod vivo Philippo exspectatum, morte ejus interpellatum est, id post mortem Philippi futurum.' Justin. XV. 3. ' Propter salutationis Persicæ interpellatum morem.'

Quod domicilium plebis Romanæ] Cicero in Verrem V. 55. ' Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Lautumiæ vocantur, in ipsius imperio domicilium civium Romanorum fuit.' *J. F. Gron.* Theophrastus Charact. c. 6. Τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν, ἢ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν· ubi vide Casaubonum. *Duk.* *Qui domicilium* Harl. 2. Paullo ante *illic* Lipsiens. Sed ultima litera adhæsisse videtur ex initiali vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8.

§ 5 *Proinde ut ille iterum ac sæpius provocet, sic se iterum ac sæpius judicem illi ferre*] *Deinde* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. Hinc *ille ut iterum*, transpositis vocabulis, Gaertn. *ut ille provocet, sic se*, tribus vocabulis exsulantibus, Hav. Denique *iterum et sæpius judicium* Voss. 1. et Leid. 2. Non recte. Vide Gronov. ad cap. præc. § 4.

Judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit] Lege procul dubio pro *ni vindicias*, *vindiciasne*. Sensus est: se ferre illi judicem, qui videat vindicias ille, decemvir cum esset, contra libertatem dederit, nec ne. *Sigon.* Sigonius ex conjectura *vindiciasne*. Sed non bene. Nihil enim elegantius, non rectius tantum, veterum librorum scriptura, *ni vindicias ab lib. in servit. ded.* Provocat hac sponsione ad judicem Virginius Appium: ejusmodi sponsionis formula integra hæc est, NI. VINDICIAS. AB. LIBERTATE. IN. SERVITVTEM. DEDISSET. Ita supra hoc lib. c. 24. ' Ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio judicem.' *Gulielmius*, Quæstion. Plaut. in Bacchid. c. 2. Locum istum restitui, corruptum nuper a Sigonio, dum rescriberet, *vindiciasne ab libertate*, &c. plane contra Mss. editosque, ut etiam præter formulam sponsionis. *Grut.* Pall. 1. ac 3. *ne vindicias*, ut et Andreas, et Campanus. Pal. 2. vero *vindiciasne*, ut protulit quoque Sigonius hac mente: ' se ferre illi judicem, qui videat vindicias ille, decemvir cum esset, contra libertatem dederit, nec ne.' Gulielmius *ni vind. ab lib. in servit. dederit*, probat. *Gebh.* Sic hoc lib. c. 24. VIII. 33. IX. 1. Nota formula, ' Ni hoc ita, uti dico, fecisti, quemvis tibi judicem fero:' id est, quovis judice contendere et experiri sum paratus. His dictis pecuniam deponebant, quæ ' sacramentum ' appellabatur, atque id ' sponsione provocare ' dicebant:

de qua formula insignis est locus Valerii Maximi II. 3. ex. primo. Livius XXXIX. 43. 'sponsionem facere' dicit. Cicero de Offic. III. 17. 'ni vir bonus esset.' Formula judicem ferendi 'Si alios procas, nive eum procas,' ut dicit Festus in 'Procum.' *H. Vales.* *Ferre, ne vind. a lib.* Voss. ambo, Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *ferre, ne vind. ab lib.* Flor. *ferre, ne vind. ad lib.* Leid. 1. *ferre, vind. ire a lib.* Hav. *ferre, ne vind. ire ab lib.* Port. et apud Hearnium Oxon. N. et C. *ferre, ne vind. ne lib.* Harl. 1. *ferre vindiciusne lib.* Harl. 2. *ferre, ne,* vel *ut vind. in serv. ab lib.* vett. edd. Ascensius deinde *ni*, pro *ne*, in marginem a. 1513. conjecit, quod a. 1530. in contextum recepit, et Froben. a. 1535. imitatus est. *Ab lib. in serv.* transpositis vocibus primus Aldus edidit, consentientibus codd. scriptis. Quæ omnes lectiones, aut pleræque earum inde natæ sunt, quod librarii non adsecuti sint usum particulæ *ni*, quæ passim in formulis sponsionum et ferendi judicii usurpari solet. Solus hic Klockian. veram lectionem servat. Plura exempla subpeditabunt Brisson. de Formul. v. p. 369. et p. 370. Budæus annotat. ad l. 2. § 24. ff. de Orig. Jur. et Gronov. ad Gellii Noct. Att. v. 4. Ex quibus Budæus insuper auctor est, neque scribas Ciceronis ejusdem particulæ vim intellexisse, et ideo passim ei *in* substituisse. Ceterum tria priora loca, quæ H. Valesius ex Livio hoc loco laudavit, inserviunt exponendæ locutioni 'ferre judicem,' de qua etiam vide Gronov. ad c. 56. § 4. et Brisson. de Form. v. p. 369. Præterea *dederint* Flor. *redderit* Lipsiens.

Si ad judicem non eat, pro damnato in vincula duci] Pall. 1. ac 3. *si et judicem non moveat.* Gebh. *Si et ad judicem non eat* Harl. 2. *si et ad judicem moneat* Leid. 1. et fragm. Hav. *si et judicem moneat* Gaertn. *si judicem moveat* Lipsiens. in contextu, pro quo *non eat* in margine emendatur: *si et ad judicem moveat* Voss. 2. Deinde *in vincla duci* Flor. Voss. ambo, et Leid. 1. Vide ad cap. præc. § 4.

§ 6 *Sua et plebi jam nimia libertas videretur*] Corrige *suamet plebi jam nimia.* Rhen. Pall. tres et edd. *sua et plebi.* Gebh. *Sua et plebi* servant constanter Voss. 2. Leid. 2. Harl. 1. Port. et Hav. et id etiam superest in margine Voss. 1. et a m. sec. in fragm. Hav. quum in hoc a m. pr. et in contextu illius sit *suamet plebi*, quod etiam Leid. 1. Klockian. et Flor. præferunt. *Sua et plebis* Harl. 2. et Gaertn. *sua plebi* Lipsiens. Deinde *minima*, pro *jam nimia*, Gaertn. Paullo ante *certanti*, pro *quum tanti*, idem Gaertn. qui id etiam præcedentibus *motu animorum* jungit.

Tribunus ei diem prædixit] Legendum censet amplissimus Brissonius *trib. ei diem prodixit*, ut ait Cicero pro Domo c. 17. 'Tam moderata certe judicia populi a majoribus constituta, ut ne, nisi prodicta die, quis accusaretur.' Tacitus Annal. II. 79. 'Marsusque Vibius nunciavit Pisoni, Romam ad dicendam causam veniret. Ille eludens respondit, affuturum, ubi prætor, qui de veneficiis quæreret, reo atque accusatoribus diem prodixisset.' *Modius.* *Prodixit* legendum ex Festo Pompeio, Varrone, non *prædixit.* H. Vales. 'Producere' et 'Prædicere diem' aliquot locis perperam leguntur, pro 'Prodicere,' quæ in Livio aliisque emendavit Scaliger ad Festum in 'Prodidisse,' et 'Prodicere diem.' Adde Muretum et Acidalium ad Tacit. Annal. II. 79. Sigonius tamen de Judic. III. 13. dicit 'diem' accusationis et judicii 'producere.' *Duk.* *Produxit* Voss. 1. et Lipsiens. in contextu. Solent autem 'dicere' et 'ducere' infinitis locis in codd. scriptis commutari. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. *Prædixit* Voss. 2. Leid. uterque, Harl. ambo, Lipsiens. in margine, Gaertn.

Port. Hav. et fragm. Hav. quæ eadem lectionum diversitas in plerisque codd. scriptis etiam obcurrit cap. seq. § 6. VI. 20. § 11. et II. 61. § 7. ubi etiam Gebhardus Brissonii conjecturam probavit. Vide etiam ad XXXVIII. 52. § 1. et viros doctos ad laud. loc. Taciti. *Prodixit* soli servant Flor. et Klockian. Eadem vox forte etiam reddenda Cic. ad Q. Fratr. II. 3. ' A. d. IV. Non. Febr. Milo adfuit: ei Pompeius advocatus venit. Dixit Marcellus a me rogatus: honeste discessimus: prodicta dies est in IV. Id. Febr.' ubi nunc etiam *producta* editur. Et postea eadem epistola: ' Clodius in Quirinalia prodixit diem:' ubi similiter *produxit* circumfertur. Vide F. Junium ad Cic. ad Q. Fratr. II. 8.

§ 7 *Donumque ob eam Jovi optimo maximo*] Pall. tres et edd. habent *donumque*, non *domumque*, ut vulgatum in omnibus libris cusis. *Gebh.* *Domum* errore operarum inrepsit in Paris. a. 1573. et per proximas edd. propagatum est usque ad postremam Gruteri, ubi iterum recte *donumque* revocatum, quod in omnibus quoque meis est scriptis, excepto cod. Haverk. qui eodem peccato *domum* præfert. Vide ad Liv. v. 20. § 8. Præterea *jam*, pro *Jovi*, habet Leid. 2. *optimo maximo Jovi* trajectis vocabulis Gaertn. Port. et fragm. Hav. *Jovi optimo, magno, maximo* Hav. *optumo* habet Flor. Vide hoc lib. ad c. 17. § 5. Mox *in Capitolio tulere* fragm. Hav. a m. pr. et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui *in Capitolium* dedit, concinentibus reliquis scriptis, etiam fragm. Hav. a m. sec. Paullo ante alio verborum ordine *grat. ab Lat. et Hern. legati* legit Hav. invitis reliquis. In multis vetustiorum typis exaratorum deerat prænomen *ab*, in aliis ejus loco substitutum erat τὸ *a* usque ad Aldum, qui iterum *ab* reposuit. *A Latinis* præfert etiam Gaertn. Vox *gratulatum* autem deerat in Lipsiens.

Prout res haud opulentæ erant] *Prout res haud tum opul.* Harl. 2.

§ 8 *Iisdem auctoribus cognitum est*] Varii codd. *Hisdem* vel *Hiisdem* dederunt: at *Hiis auctoribus* Lipsiens. Tum verbum substantivum deficit in Harl. 2. et Hav. Quod quum alii omnes tueantur, existimo potius, per compendium scriptum fuisse unica litera ē, ut sæpe solet; eam autem interceptam esse a proximæ vocis *Æquos* litera prima, quæ in multis codd. simplex *e* est loco diphthongi. Quin et alibi a librariis τὸ *est* omissum esse, ubi eadem negligentiæ eorum caussa dari nequit, vidimus ad II. 33. § 5. Mox vocula *vi* non adparet in Voss. 2. Pro ea *in* habet Hav. facili errore ob ductuum similitudinem, præsertim in scriptura Longobardica. Vide hoc lib. c. 49. § 6. Præterea *apparere*, pro *apparare*, Lipsiens. Ita nonnumquam lapsi sunt scribæ. Vide ad VI. 2. § 4.

§ 9 *Itaque partiri provincias consules jussi*] Suspicari possis, *Itaque part. prov. consulibus jussis, Hor. Sab. Val. Æq. Volsc. ev.* Non moveo tamen vulgatum. *J. F. Gron.* Omnes codd. vulgatum servant; unde fit ne quid temere mutandum censeam. Vide hoc lib. c. 22. § 3.

Valerio Æqui evenere] Deest vox, ut sit *Æqui Volscique evenere.* Eam vocem habent veteres libri, eandem paulo infra Livius repetit c. 60. eandem habet Dionys. l. XI. p. 727. ἐπὶ Αἰκανοὺς καὶ Οὐολούσκους. *Sigon.* *Val. Æq. Volscique evenere* solus Pal. 2. Sed persuadeor a vetustissimis libris abesse, quandoquidem Pall. 1. 3. et Andreas *Valerio Æqui evenere.* Deinde Campanus id odoratus procuderit *Hor. Volsci, Val. Æqui evenere*, parum tamen memor, quæ scribuntur c. 60. ' Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Æquorum Volscorumque sustinuit consilio bellum.' Centies dixi, nimium credulum exstitisse Sigonium. *Gebh.* Tanto sus-

pectiorem codicem Sigonii reddit, quod non modo Gebhardi Pal. 2. sed etiam alii ejus adseclæ ex meis Harl. 2. et Hav. adstipulentur, et præterea nullus. Nam a reliquis omnibus τὸ *Volscique* exsulat, ut et ab Oxon. L. 2. N. et C. apud Hearnium. Verumtamen in historia hujus belli non semel 'Æquorum Volscorumque' c. 60. sed ter meminit. Modo etiam præcessit, 'Iisdem auctoribus cognitum est, Æquos Volscosque summa vi bellum adparare.' An itaque credendum, hic codd. illis fidem habendam esse, et in aliis vocem *Volscosque* excidisse ob ultimam syllabam præcedentis, cui hujus ultima similis est? vel an potius sub 'Æquos' nunc etiam 'Volscos' comprehendit Livius?

Quum ad ea bella delectum] *Dilectum* Flor. Leid. uterque, et Klockian. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Non juniores modo, sed emeritis etiam stipendiis] *Non minores modo* Gaertn. Vide ad VI. 27. § 10. Deinde *sed emeriti etiam stipendiis* Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. et Neapol. Latinii: *sed emeriti stipendii* fragm. Hav. *sed emeritis stipendiis* Port. *sed etiam emeritis stipendiis* prisci typis inpressi usque ad Aldum, qui ita edidit, ut nunc circumfertur: quod tuentur melioris notæ codd. Mox *ad nominanda præsto fuere* male Harl. 1. *ad vol. nomina danda*, trajectis dictionibus, Gaertn.

Eoque non copia modo, sed genere etiam militum] *Eo*, copula neglecta, fragm. Hav. a m. pr. *eaque* Gaertn. Tum *copiam* Voss. 1. et Leid. ambo. Sed ultimam literam ex principio proximæ vocis perperam repetitam puto. Vide alia hujus erroris exempla ad XL. 7. § 8. Deinde *sed genere et mil.* Hav. Vide ad XXII. 47. § 9.

Veteranis admistis] *Admissis* Leid. 2. Solent sæpe hæc verba in Mss. antiquis commutari. Vide N. Heius. ad Claudiani in Rufin. II. 1. et Broekhus. ad Propertii Eleg. IV. 7. 19. *Admixtis* est in Leid. 1. Harl. utroque, Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quomodo in omnibus codd. antiquis uno consensu scriptum reperiri, testis est Pierius ad Maronis Æn. I. 488. Exstat etiam eadem scriptura in multis atque optimis Livii codd. Vide ad II. 33. § 8. IV. 25. § 12. c. 33. § 8. V. 21. § 11. XXII. 43. § 2. et alibi. Eamdem scripturam passim etiam tuentur marmora literata.

§ 10 *Priusquam Urbem egrederentur*] *In urbem* perperam Voss. 1. et Leid. 2. Illud *in* repetitum est ex præced. vocis litera finali. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Vocem *urbem* vero omittit Port. Male. 'Egredi Urbem' inlustrabitur ad XXIX. 6. § 4.

Quibus tabulis duodecim est nomen] Prior vox in Port. contextu aberat, tantum in marginem rejecta: non recte. Infra VII. 2. 'Vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum:' ubi plura vide.

Ædiles functos eo ministerio scribant] *Scribunt* Voss. 2. Utrumque genus loquendi scriptoribus Latinis in usu fuit. Quum tamen alterum ceterorum omnium Mss. auctoritate firmetur, et Livius ita alibi semper locutus sit, id etiam præferendum puto. Vid. ad XLII. 66. § 9.

CAP. LVIII. § 1 *Et ante omnes fratris filii superbiæ infestus*] *Et ante omnes Patres filii* Gaertn. *et ante omnes fratris filii superbiam* Leid. 1. Lipsiens. et Port. quasi *superbiam* referendum foret ad præcedens 'perosus;' *infestus* autem absolute positum cum sequentibus conjungendum esset, 'infestus Regillum se contulerat:' sed *et ante omnes fratris filii sup. infestos* Voss. 2. quod vix commodum sensum reddit respectu præcedentium et sequentium. Cum reliquis igitur codd. nihil mutandum reor. Infra IX. 38. 'Alter consul Fabius infestus privatim Papirio erat.' XXXV.

12. 'Sed neque Boii, neque Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimici infestique erant Romanis, quam Ætolorum gens.'

Cum gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos] Copulam *que* non habent Harl. 1. et Gaertn. Deinde *pensabat* Lipsiens. et Gaertn. *prehensabat* Hav. et vetusti excusi usque ad Sigonium, qui *prensabat* edidit, quemadmodum præferunt reliqui scripti. Vide ad IV. 48. § 11. *in foro ipse agebat sing.* mendose Oxon. L. 2. apud Hearnium. Paullo ante τὸ *jam* deest in Lipsiens. quod reliqui omnes servant. Infra V. 34. 'Hic magno natu ipse jam exonerare prægravante turba regnum cupiens.' Deinde *rediisset* Gaertn. pro *redisset.* Vide ad XXXVI. 35. § 2. et mox hoc cap. ad § 4.

§ 2 *Ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent*] Ex Pall. ita solus secundus, cui accedit editor princeps Andreas: quo alludens Camp. exhibuit, sed tamen prave, *ne justam maculam.* Reliqui duo *eam ingestam maculam.* Simile tale observavi ex lib. IX. in Antiquis. *Gebh. Eam ingestam maculam* etiam Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Eam lectionem Gronov. in priori ed. Observat. I. 18. probavit: verum postea non modo in secundis curis totum caput expunxit, et reliquis plerisque, quæ eo capite notarat, alio relatis hanc tamen loci Liviani emendationem omisit; sed et vulgatam, quæ nunc obtinet, scripturam defendit notis ad IX. 3. § 12. ubi locutionem 'inurere maculam,' 'ignominiam,' 'notam,' 'dolorem,' 'odium,' et similia multis inlustravit. In reliquis, quibus usus sum, codd. constanter *inustam* superest, nisi quod *in justam* sit in Lipsiens.

Virum honoratissimæ imaginis futurum ad posteros] Pall. duo, duæque itidem antiquiores impressiones *verum honor. imag.* At Pal. 2. *ne virum honor. imag.* nullo comparente verbo quod respondeat. *Gebh. Verum honor. imag.* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *necve virum honor. imag.* Hav. *virum neve honor. imag.* Harl. 2. *neve virum honor. imag.* fragm. Hav. a m. sec. in marg. Quod, si plures et gravioris auctoritatis codd. accederent, non displiceret; et illud *neve* interceptum crederem partim ab ultima præced. partim a prima seq. vocis syllaba. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Tum vero ex præcedd. verbis repetendum foret *vellent* hoc modo; *neve vellent virum honoratissimæ imaginis jacere.* Mox mutata vocabulorum serie *legum cond. latoremque Rom. juris* Port. quod errantis librarii esse nullus non videt; licet enim perinde sit utrum *legum latorem,* an *conditorem* dicamus, tamen *latorem juris* non æque commode dici potest.

Jacere vinctum inter fures nocturnos ac latrones] In Pal. 2. scriptum initio fuerat *jacere vinctum inter noct. ac latr.* Et memini animadversum esse criticis nostris, 'nocturnum' absolute pro fure dici ab auctoribus. Pertinent huc verba Varronis ex A. Gellii I. 18. 'Varro ait, furem ex eo dictum, quod veteres Romani furvum atrum appellarint, et fures per noctem, quæ atra sit, facilius furentur.' Hinc Mopsum quendam T. Calpurnius vocat 'nocturnum' simpliciter, id est, furem, Ecloga III. 73. 'Ut mala nocturni religavit brachia Mopsi Tityrus, et medio furem suspendit ovili.' Petronius Satyr. c. 15. 'Advocati tamen jam pene nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant, uti apud se utraque deponerentur.' Sed repugnat XXXVIII. 59. 'Ut in carcere inter fures nocturnos et latrones vir clarissimus includatur, et in robore et tenebris exspiret.' *Gebh.* Vocem *fures* in Pal. 2. culpa descriptoris deficere, nullus dubito. Eam enim et reliqui codd. Gebhardi et omnes nostri tuentur. In Voss. 2.

tantum ordo verborum hoc modo mutatur, *vinctum inter fures jac. noct. ac latr.*

§ 3 *Averterent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animos*] *Cogitationes animos* Voss. 1. *cogitationesque animos* Klockian. *cogitationem animos* Port. a m. pr. *avert. ab ira par. per cogn. cogitationemque animos* Harl. 2. Mox *aspernerentur* Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Nec cum eo in gratiam redisse*] *Rediisse* Gaertn. Vide ad hujus cap. § 1. Paullo ante *generis ac nomini* Flor. *generi ac nomine* Leid. 1. Mox *clementiam*, pro *clementia*, Voss. 1. et Leid. uterque. Tum *hominum*, pro *ordinum*, Klockian. Male. Intelligitur enim concordia inter patricios et plebeios. Infra IV. 61. 'Tribuni plebis communis ordinum lætitiæ concordiæque soli expertes:' ubi alia vide.

§ 5 *Sua magis pietate, quam ejus, pro quo agebat, caussa*] Pal. 1. *agebatur.* Gebh. *Magis sua pietate* edd. usque ad Aldum, qui vocabula trajecit, ut nunc leguntur, et in omnibus exstant Mss. Deinde *quam ejus, pro quo aiebat* Gaertn. Vide ad VIII. 33. § 23. *quam ejus, pro quo caussa agebatur* Leid. 2. *quam ejus, pro quo agebat caussam* Port. Librariis displicuisse videtur, 'agere' simpliciter poni, pro caussam agere. Ita tamen sæpe 'agere in aliquem,' 'contra aliquem,' hoc sensu dicuntur. Quinctil. VI. 3. p. 546. 'Quum reus, agente in eum Calvo, candido frontem sudario tergeret.' Ibid. p. 555. 'Quum ageret contra libertum Claudii Cæsaris.'

Sui potius ut misererentur] *Miserentur* Gaertn. quod a 'miserari' declinatum foret. Id enim non tantum pro *misereri* poni solet, sed etiam eodem modo, ut illud, cum casu secundo jungitur. Vide quæ notavi ad Silii Ital. XI. 381. Verius tamen puto, eam lectionem inde ortam esse, quod, quum *miser'entur* scriptum fuisset, librarius additam notam neglexerit: omnes enim reliqui in vulgatum conspirant. Vide ad XL. 14. § 2. Præterea, mutato ordine, *ut sui potius mis.* Port. *potius sui ut mis.* Hav. Mox *neque gentis C.* pro *nec gen. C.* Gaertn.

Sed necessariorum Virginii et trium tribunorum preces audirent] Castiga *sed necess. Virginiæ trium trib. preces audirent.* Nam ipse pater erat, L. Icilius sponsus, avunculus P. Numitorius. *Rhen.* Vetus lectio, *et trium tribunorum;* ita ut altera ratio videatur, cur eorum preces sint audiendæ, et quod necessarii, et quod tribuni essent. *Sigon.* Dudum restituit Sigonius *sed necessar. Virginiæ et trium trib. preces audirent.* Sunt enim duæ rationes, cur audiendi præ Appio: primo, quod necessarii Virginiæ; secundo, quod tribuni tres, ut et habet expresse Pal. 2. Reliqui duo unico elemento tantummodo deerrant, sicut et Campanus, *necessar. Virginii ac trium trib.* Gebh. *Sed necess. Virginiæ trium trib.* omnes editi, præter Campan. usque ad Aldum, qui *Virginii et trium trib.* vulgavit. Scripti variant. Plerique *Virginiæ* præferunt. Pauci tantum *Virginii, Virgini*, vel *Virgine:* unus Flor. *Verginia.* Particula autem copulans non adparet in eodem Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Harl. 1. Mallem etiam abesse. Quamvis tamen videri posset, in quibus non conspicitur, elisa esse partim ab ultima litera vocis præced. partim a prima seq. Vide ad VI. 14. § 13. *Necess. Virginiæ et trib.* est in Hav. Sed vocem *trium* absorpsit seq. initium.

Plebis fidem atque auxilium implorarent] *Fidem ac aux. inplorent* Lipsiens. et Hav. Non sequor. Tὸ *atque* non modo reliqui codd. tuentur, sed illa etiam, quæ dicuntur ad X. 36. § 17.

§ 6 *Spe incisa, priusquam prodicta dies adesset*] *Spe irrita* Gaertn. quod ex alterius expositione, olim margini

adscripta, natum puto. *Spe irrisa* Leid. 2. et a m. sec. Voss. 1. qui *inrisa* præfert a m. pr. Vulgatum probum est. Supra II. 15. 'Tarquinius, spe omni reditus incisa, exsulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit.' XLIV. 6. 'Experta difficultas spem omnem incidisset.' c. 13. 'Spemque extemplo inciderunt, capi primo inpetu posse.' Ita 'incidere actus' Silius III. 78. 'Si quis forte Deum tantos inciderit actus:' ubi alia vide. *Præcidere* dixit IV. 3. 'Non præciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris.' Et mox, 'Civis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit.' Præterea *producta dies* Voss. 1. *prædicta dies* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. a m. sec. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed *prodicta* Flor. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. a m. pr. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad cap. præc. § 6. Mox *App. mortem sibi conscivit* Leid. 1. Harl. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. *App. morte sibi conscivit* Voss. 2.

§ 7 *Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius*] *Areptus* fragm. Hav. a m. pr. *abreptus* a m. sec. Vide ad II. 33. § 7. Deinde *a M. P. Numitorio.* Vide ad II. 64. § 2. Deinde *S̃. P̃. Oppius* Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 70. § 2.

Invidiæ proximus, quod in urbe fuerat] In volumine scripto est *proximus invidiæ*. Rhen. In eumdem ordinem digeruntur etiam dictiones in omnibus nostris, uno forte Flor. excepto, ex quo nihil notatur in excerptis ejus. Ita tamen, plurium fidem secutus, edi jussi. Præterea *quorum in urbe fuerat* Voss. 1. et Leid. 2. *qui in urbe fuerat* Hav. contrario errore *quod armati*, pro *qui armati*, librarii dederant hoc lib. c. 50. § 15. Occasionem varietati lectionum dedit ignorantia eorumdem, quod non adsequerentur significationem notarum, quibus *qui* et *quod* indicare solebant ταχυγράφοι. Vide ad XXXVII. 35. § 4. Mox *ab collega* Hav.

§ 8 *Plus tamen facta ... invidiæ fecit*] *Plus tũ facta* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. Deinde *invidia fecit* Leid. 1. *injuria fecit* Port. a m. pr.

Septem et viginti enumeratis stipendiis, octies extra ordinem donatus] Hoc quid sit, docet Polybius VI. 37. et ex eo Lipsius de Milit. Rom. V. 17. *Duk. Se partem et viginti* Leid. 2. Adparet librarium codice usum fuisse, in quo scriptum fuerat, vel se scriptum videre existimabat *se ptem.* Præterea *oties* Leid. 2. *quoties* Voss. 1. *toties* Voss. 2. et Port. *totiens* Gaertn. et Harl. 2. in contextu, sed *octies* in marg. *tricies* Lipsiens. Mox *dona quoque ea*, pro *donaque ea*, Voss. 2. Vide ad X. 27. § 1.

Quin si quam suam noxam reus dicere posset, privatim in se iterum sæviret] In volumine scripto est *iterum in se sæviret*. Rhen. *q̃m*, pro *quin*, est in Hav. Tum, *si quam noxam dicere posset privatis*, neglectis duabus vocibus, Leid. 2. In Voss. 2. etiam deficit τὸ *sæviret*. Tandem *iterum in se sæv.* omnes nostri, nisi quod *iterum in senatu* præferat Voss. 2. Ordinem itaque, quem codd. probant, in contextum recepi.

§ 9 *Oppius quoque ductus in vincula est, et ante*] *Opp. quoque in vinc. est conjectus, et ante* Hearnii Oxon. L. 1. Quæ lectio ex glossatoris expositione nata videtur: nullus enim meorum consentit. Alibi tamen ita Livius loqui solet. III. 13. 'In vincula conjici vetant.' c. 57. 'In carcerem est conjectus.' VI. 16. 'Conjecto in carcerem Manlio:' et sæpe. *Opp. quoque deductus in vinc. est* Leid. 2. Sed simplex subficit. III. 13. 'Virginius arripi jubet hominem, et in vincula duci.' c. 57. 'In carcerem duci jusserit.' cap. seq. LIX. 'In vincula duci quemquam sum passurus.' VI. 15. 'In vincula te duci jubebo.' c. 16.

'In vincula duci jussit.' XXXVIII. 58. 'In vincula duci est cœptus.' c. 60. 'Ut prehendi damnatum, et in vincula duci, jubeat.' Et ita passim. Quin et 'ducere' simpliciter, pro in vincula ducere, Livio in usu fuit, ut IV. 14. 'Quum adparitor jussu magistri equitum duceret:' et multis aliis locis. Vocula *est* non adparet in Voss. 2. et abesse potest, modo, proxima etiam deleta, legi liceret, *Opp. quoque ductus in vinc. ante judicii diem finem ibi vitæ fecit.* Verum reliqui vulgatum servant. In verbis seqq. τὸ *ibi* non erat in Port. a m. pr. nec in Lipsiens. *ubi* ejus loco fuerat in Flor. a m. pr. Vide ad Liv. XXVII. 5. § 2.

Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere] *Bona Appii Oppiique* Port. *bona Oppii Claudiique* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Mox *collegæ ejus eorum* Leid. 2.

§ 10 *M. Claudius adsertor Virginiæ*] *Virginiæ assertor* Voss. 2. *assertor vgine* Gaertn. *assertor virginis* Hav. Alibi in hac historia sæpius ita peccatum est. Vide ad c. 45. § 1.

Dimissus Tybur exsulatum abiit] *Tibur* et *Tiburtes* invenio scribi in antiquis libris, et in triumphis Capitolinis. *Sigon.* Insuper eam orthographiam ex Græcorum monumentis, ubi nomen hoc Τίβυρα vel Τίβουρα scribitur, probari, docent idem Sigonius ad Liv. VII. 9. § 1. et Cluver. in Ital. Antiq. III. 4. p. 959.

§ 11 *Manesque Virginiæ mortuæ quam vivæ feliciores*] 'Manes' tantum mortuorum, ut vivorum 'genii.' Itaque non dubito, quin verum sit, *mortuæ quam vivæ felicioris:* quomodo postea apud amplissimum nobilissimumque virum Augerium Busbequium in veteri ejus codice diserte scriptum vidi. *Gulielmius*, Quæst. Plaut. in Bacchid. cap. 2. Vetus codex Busbequii *felicioris*, notante Gulielmio. *Gebh.* *Felicioris* in uno est Klockian. Reliqui nostri non modo omnes constanter *feliciores* servant, sed idem se quoque in Oxon. L. 1. B. et C. invenisse, auctor est Hearne. Nihilominus tamen præfero Gulielmii emendationem *felicioris:* quomodo legendum esse, etiam Freinshem. conjecit ad Flori II. V. § 5.

Per tot domos ad petendas pœnas vagati] Ita primus Aldus edidit, adstipulantibus, quibuscumque utor, codd. nisi quod *per tot domos appetendas pœnas* mendose habeat in contextu Leid. 2. in quo *ad petendas pœnas* recte in margine emendatur. Aldo vero vetustiores, tribus vocibus expunctis, præferunt *per tot pœnas vagati.* Mox in fine capitis *quievere*, pro *quieverunt*, Voss. 2.

CAP. LIX. § 1 *Vultusque jam iidem tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant*] Lectio vetus *vultusque jam inde trib. erant, qui dec. fuerant.* Rhen. Andreæ ed. *vulgusque jam inde trib. erant:* unde Rhenanus *vultusque jam inde trib. erant.* At Pal. 2. *vultusque iidem in dies trib. erant.* Gebh. *Vultusque iidem trib. erant* Port. *vultusque jam idem trib. erant* Gaertn. et fragm. Hav. *vultusque jam in diem idem trib. erat* Hav. *vultusque jam in diem iidem trib. erat* Leid. 1. *vultusque jam in die trib. erant* Lipsiens. *vultusque jam inde trib. erant* Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. etiam vetusti typis exarati usque ad Aldum, qui *idem*, pro *inde*, substituit; Cervicornus deinde a. 1528. *iidem.* Sæpe voces *inde* et *idem* in libris scriptis culpa descriptorum commiscentur. Vide ad I. 19. § 7. *Jam inde* inlustratur I. 2. § 3. Mox pro *qui* varia lectio in Flor. adscripta erat *ni.* Tum τὸ *fuerant* deficit in Harl. 2. et Hav.

Inhibito salubriter modo nimiæ potestatis] Una litera deleta melius erit *potestati.* Verbum 'inhibere' scita illa significatione, qua 'inhibere imperium' non semel Livio dicitur. Quod genus dicendi ridicule doctis viris magis poëticum et historicum, quam oratorium esse videtur. Nul-

lum genus aut sermonis est aut styli, cui, si res permittat, aptari nequeat. Unde Plautus, poëta scilicet, et historicus Livius sumpserunt, nisi ex medio, et quia sic proprie in illa re loquebantur? An orator non est Cicero? Is tamen in Philipp. XIII. 18. 'Ita sibi convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium, et, si posset, etiam Brutum Cassiumque discruciatos necaret, eademque inhiberet supplicia nobis.' Neque enim hoc verbo mendosus ille locus, (etsi videtur fuisse, *necaret, hic eadem exhiberet;* nempe Antonius) nec rarum utique Romanis erat dicendi genus, sed et hoc et illud ex eodem capite manant. Vides autem hic dandi casum, si plenum sit, requiri. Sic et apud Plautum in Sticho v. 4. 18. 'Utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis?' Est ergo perinde ac si diceret 'imposito modo potestati.' Liv. IV. 53. 'Consuli damnum aliamve coërcitionem detrectantibus militiam inhibenti.' Ubi ne non similes essent sibi, codd. Sigoniani, pro *inhibenti,* habent *ferenti:* et probat ille. Quod quidem Titium magis, quam Sigonium, judicium decuit. Ego pignus quicum lubet ponere sum paratus, ni hoc germen est indocti correctoris. Eodem lib. cap. 56. 'Quum primores Patrum, nequidquam conquesti, non esse in auctoritate senatus tribunos militum, postremo etiam tribunos plebis appellarent, et consulis quoque ab ea potestate vim super tali re inhibitam referrent:' in Mss. fuit *et Coss. quoque,* ut testatur se reperisse in suo Rhenanus, idque reddit *consulum.* Sed vera lectio est, *et consulibus quoque ab ea potestate vim super tali re inhibitam referrent:* itaque plane unus e Pall. alii duo *consules.* Ait justa et legitima vi laudabilique metu coactos ab tribunis consules, ut essent in auctoritate senatus. Exemplum ejus rei habes hoc ipso IV. 26. An aliter dicunt 'inhiberi supplicium,' quam damnum, coërcitionem, vim? Videtur ita quoque fuisse XXXVI. 28. 'Nec, Hercule, magnopere nunc curo, quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant: dum ego imperium id habeam in deditos modo decreto suo, ante armis victos:' membranæ *imperium adhibeam:* potius *inhibeam,* id est, exerceam, et eo utar, statuam in eos pro imperio, justo certe, quippe victos et deditos. *J. F. Gron.* Vide supra ad hujus lib. cap. 50. § 12. et ad XXXVI. 28. § 5. Ceterum *inhibito* quidem a m. pr. erat in Port. addito tamen signo notatum erat, literas *hib* delendas, atque *inito* legendum esse. *Potestatis* vero in omnibus meis superest. Videtur autem æque dici posse 'modum potestatis,' quam 'm. potestati;' quemadmodum non tantum dicitur 'abrogare imperium alicui,' sed etiam 'imperium alicujus:' de quo vide ad XXVII. 20. § 11.

§ 2 *Et libertatis, inquit, nostræ, et pœnarum ex inimicis satis est*] Prima vocula non conspicitur in Lipsiens. Male. Vide ad II. 44. § 3. *Ut libertatis* habet Leid. 1. frequenter obvio errore. Vide ad XXI. 28. § 8. Tum *vestræ* Hav. Lipsiens. Gaertn. et Leid. 2. quorum hic *nostræ* margini adscriptum præfert. Mox tamen § seq. 'Perpetua consulum amborum in libertate vestra tuenda cura.' Quin etiam Doujatius, si liceret, mallet, *nobis et pœnarum ex inimicis satis est.* Præterea *et penatum ex inimiciciis* Lipsiens. *et pœnarum et inimici* Flor. a m. sec. quum a m. pr. fuisset *et inimicis.*

In vincula duci quemquam sum passurus] *In vincla* Leid. 1. quod et in Pall. 1. et 3. atque in ed. Camp. exstitisse, auctor est Gebhardus ad cap. 56. § 4. ubi vide quæ notantur.

§ 3 *Nam neque vetera peccata repeti*] *Neque v̄ra peccata* Flor. *neque vestra peccata* Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. *neque peccata vestra* Leid. 1. *neque nos-*

tra peccata Lipsiens. *neque veterata peccata* Gaertn.

Quum et nova expiata sint decemvirorum suppliciis] In archetypo Borbetomagensi legitur *et cum nova.* Ego suspicor verbi *placet* ultimam syllabam per incuriam librarii bis scriptam fuisse. Quare et monosyllabum eradendum puto, ut legas et distinguas: *obliterata placet, cum nova obliterata sint decemvirorum suppliciis, et nihil admissum iri:* et quæ sequuntur. *Rhen.* Pall. tres Campanusque, *cum et nova.* Andreas vero *cum etiam nova expiata sint.* Gebh. Voss. uterque, Rott. Flor. Helm. *quum et nova.* J. F. Gron. *Quum et nova exp. sint* etiam Leid. uterque, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Hav. fragm. Hav. et Oxon. quos Hearne excussit, L. 2. N. et C. Ita vero primus edidit Aldus: omnes enim priores, excepto Camp. habent *quum etiam nova.* Soli tantum meorum, Flor. et Gaertn. Rhenani conjecturam probantes præferunt *placet, quum nova exp. sint.* Et hanc lectionem veriorem puto. Si enim τὸ *et* ex Mss. recipimus, nihil habebit quo referatur præcedens *neque,* id est, *et non.* Cui nunc respondet sequens *et nihil.* Quod, τῷ *et* recepto, potius huic convenire deberet, ideoque in ea periodo *spondet* invitis libris mutandum foret in *spondeat.*

Nihil admissum iri, quod vim tribuniciam desideret] *Nihil amissum iri* Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Male. Vide ad Liv. IV. 12. § 11. *nihil admissum ire* pessime Harl. 1. Tum *quo vim* Hav. De hoc errore vide ad XXXVI. 33. § 3. Deinde *vim trib. defenderet* Gaertn. sine sensu.

Spondet perpetua consulum amborum in libertate vestra tuenda cura] *Sponde* Lipsiens. Deinde *perpetuo* Flor. pro quo deinde factum est *perpetuā.* Hinc *consulum ab eorum* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *in lib. nostra* Lipsiens. Gaertn. et Harl. 2. τὸ *vestra* aberat ab Hav. Tandem *cura tuendu,* transpositis vocibus, Klockian.

§ 4 *Ea primum moderatio tribuni metum Patribus demsit*] *Et ea primum* Lipsiens. Leid. 2. Harl. 2. et Hav. *Et a primum* Voss. 1. pro quo *Ea primum* in margine emendatur. Tum *metum Patribus dep'ssit,* id est, *depressit,* Hav. Male. Vide ad II. 2. § 7.

Toti plebis fuissent, ut Patrum salutis libertatisque prior] *Toti plebi fuissent* Lipsiens. et Gaertn. Sed vide ad III. 38. § 11. Deinde *fuissent quidem* Hav. qui mox cum Harl. 1. non agnoscit voculam *ut,* quam proxime præcedentis vocis duæ postremæ literæ ob ductuum similitudinem intercepisse videntur. Vide ad XXXVII. 24. § 13. Præterea *libertatumque* Voss. 2. Mox *plebei magistratui,* pro *plebeio m.* Lipsiens.

§ 5 *Multique erant, qui melius consultum dicerent*] Hoc recte emendarunt nuper, *mollius* legentes pro *melius.* Sensus autem est, non recte fecisse Patres, qui legum a consulibus latarum in senatus prope ac imperii consularis contumeliam auctores fuissent; hoc est, sua auctoritate confirmassent, quæ interituræ erant turbato reipublicæ statu, nisi mollius consuluissent ipsi: ergo illud *mollius* in malam partem sonat. Quamquam illud 'reipublicæ turbato statu' apud me dubitationem habet, quo pacto recte intelligi debeat. *Glar.* Non invenio in his sententiam, quam putat Glareanus. Mihi hoc videtur dicere Livius: etiamsi Patres de his rebus cum tribunis et consulibus contendere voluissent, tamen ea tunc fuisse tempora, eumque statum reipublicæ, ut non dubium sit quin succubuissent, et tempori cedere coacti fuissent. Hoc apertius foret, si scriptum esset *neque tamen erat dubium.* 'Mollius' sic dicit, ut XXX. 7. 'Ne quid per metum ex recenti clade mollius consuleretur.' *Duk. Melius,* pro *mollius,* legebatur in quibusdam excusis ve-

tustis; sed omnes exarati *mollius* recte servant. Solent autem voces *melius* et *mollius* in membranis vetustis confundi. Vide ad VIII. 21. § 6. Recte vero, *mollius* in malam partem accipi, Glareanus monuit. Ita II. 27. 'Patres mollem consulem et ambitiosum rati, plebs fallacem.' c. 28. 'Quum quid ergo se facere vellent (nihil enim sequius molliusque, quam Patribus placeat, acturos) percunctarentur.' Ceterum *qui in turbato*, pro *quin, turbato*, Flor.

CAP. LX. § 1 *In provincias diversi abiere*] *Diversi abire* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. et Lipsiens. Id ferri posset, ut verbum infinitum pro finito ponatur, de quo vide ad I. 50. § 5. Potest tamen etiam existimari, literam excidisse; quod in verbo simplici *iere* ejusque compositis frequens est. Vide ad XLV. 2. § 7. Certe in Flor. ab initio scriptum fuerat *abire*, sed ab eadem manu litera *e* addita erat, ut fieret *abiere*. Insuper *in provincias diversas abiere* Gaertn. De locutione 'diversi abeunt' vide ad l. x. c. 33. § 10.

Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus] Ex volumine Ms. legendum apparet *M. Valerius*, sicut et c. 61. 'Sed consule M. Valerio.' Supra tamen c. 55. lectum fuit 'L. Valerius.' *Rhen.* Codicem Rhenani a mala manu interpolatum esse, evincit pertinax reliquorum Mss. in omittendo cognomine consensus. In nullo enim eorum, quibus usus sum, conspicitur. Nihil etiam ex suis Hearne monuit, ut ab illis etiam exsulasse credibile sit. Quin et Livius aliique Valerio non *Marci*, sed *Lucii*, prænomen ubique tribuunt. Vide hoc lib. c. 39. c. 49. c. 50. c. 55. Dion. Halic. l. XI. p. 688. p. 725. et alibi, et Zonar. Annal. VII. 18. Insuper vocula *jam* deficit in Port.

§ 2 *Haud scio, an, qui tum animi ab decemvirorum*] Prodigiose corruptus Leid. 1. præfert *aut sotio antiquũ animalib; decemvirorum:* sed *haud scio antiqui tum animi* habet Voss. 1. *haud scio, quantum animi a dec.* Gaertn. De locutione 'haud scio an' sensu adfirmandi vide ad XXXVII. 54. § 15. Vocula *ab* carent Flor. atque Harl. 1. et mox *τῷ erant* Port.

Magno detrimento certamen staturum fuerit] *Statiturum erat* Gaertn. *statutum fuerit* Voss. 2. aperta scribarum aberratione. Silius Ital. XVII. 81. 'sanguine quippe, Si renuat, blando nimium facilique marito Statura obsequia et thalami flagrantis amores:' ubi vide quæ notavi.

§ 3 *Hostes medium inter bina castra spatium acie instructa complebant*] *Hostis . . . complebat*, et mox *provocantique* Hav. *hostis . . . complebant*, et *provocantique* Harl. 2. *provocantique* etiam Leid. 1. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. licet *hostis . . . complebant* servent. *Provocantique Volsco ad prœlium* habent Hearnii Oxon. L. 1. et C. sed *provocationibusque* Voss. 1. et Leid. 2. Præterea *inter bina castra medium spatium*, mutata serie vocabulorum, Gaertn. Tum *acie constructa* idem Gaertn. a m. pr. pro quo recte *instructa* emendatum a m. altera, id enim in hac re proprium est. Mox hoc cap. 'Instructaque acie ultro hostem lacessit.' l. VI. c. 7. 'Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt:' et passim alibi.

Responsum Romanus nemo reddebat] Vet. lib. *Romanorum nemo.* Sigon. Quæ hic adnotabo, compendifacere potuissem, nisi avertisset me Sigonii credulitas ad se exagitandum: qui hic ex suo libro pessimæ notæ *Romanorum nemo:* mox *quam virtus et arma contegerent;* iterum non longe hinc, *necdum omnes eductos*, veteri lectione extrusa, nobis supposuit, assentiente quidem Pal. 2. ejus codici simillimo; sed reliquis omnibus renitentibus. Sed rogo cordatum lectorem, cum scribit idem liber *fessi stando*, pro

fatigati, spreta ceterorum auctoritate, huic novitati manus danda erat? ut mox *nec qui exierant*, ac paullo ante *egreditur castris Romanus exercitus*: quæ omnia titilivitio non emptitanda sunt, parciturque a me chartæ perituræ. Nam Sigonius Οἰδίπους τοι νῦν ποτ' ἦν, αἰνίγματα νοεῖ. *Gebh. Romanisis* Voss. 1. sed additæ sunt notæ duabus ultimis literis, quibus indicatur eas delendas, atque ita scribendum esse *Romanis*. Sed margini ejusdem cod. adscribitur *Romanorum*, quomodo etiam præferunt Leid. 2. Harl. 2. Hav. et a m. sec. Port. Sed melius reliqui, et inter eos meliores notæ codd. receptam scripturam servant. Quam etiam in Oxon. exstitisse inde verisimile fit, quod Hearne, vet. lib. Sigonii lectionem recensens, adsensum ullius eorum non memoret. *Nemo Romanus* autem ut v. 21. 'Quum tot per dies nemo se ab stationibus Romanus movisset:' quemadmodum ibi plures codd. præferunt. Sic 'nemo miles Romanus' xxxvii. 53. 'Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei:' 'nemo hostis' xxxvi. 40. 'Id quemquam mirari posse, cur victor exercitus, quum hostem in provincia neminem reliquisset, Romam venerit ad celebrandum consulis triumphum:' 'nemo defensor' apud Justin. xxvii. 3. 'Galli Asiam depopulabantur, quum interea nemo defensor inter tot prædones inveniebatur.' Ita *nemo unus* supra inlustravimus hoc lib. c. 12. § 4. Sanctius in Minerva lib. iv. de ellipsi nominum in voce 'Homo' existimat τὸ *nemo* esse adjectivum, sub quo, si sine substantivo ponatur, subaudiri debet 'homo.' At Perizon. notis ad eum locum proprie substantivum esse docet, et contracte dici pro 'ne homo,' ut *nolo* pro 'ne volo:' conjungi tamen sæpius cum aliis substantivis, ut loco Livii modo laudato 'nemo miles;' quod exponit 'nemo existens miles.' Si vero 'nemo homo' obcurrat, per pleonasmum dictum putat. *Reddat*, pro *reddebat*, male Lipsiens.

§ 4 *Tandem fatigati stando, ac ne quidquam exspectando certamen Æqui Volscique*] *Pacati* Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. aperto ac manifesto errore. *Fessi* Harl. 2. et Hav. Ita etiam præfert Port. a m. sec. penitus erasa scriptura quæ antea exarata fuerat. Eamdem lectionem, quam in Pal. 2. codicum suorum recentissimo invenerat, recte Gebhardus damnavit; videtur enim ex interpretis glossa marginali recepta in contextum fuisse. *Stando fatigati* Leid. 2. *tandem fatigatis tandem* Flor. Tum *et nequicquam* Leid. 2. *ac nequiquam* Leid. 1. Vide ad xl. 47. § 9. Denique *Vulsci* sine conjunctione Voss. 2.

Pars in Latinos prædatum abeunt] *Prædatum ire* Gaertn. Quod, si certiores codd. concinerent, non displiceret: ut ita oratio per infinitum verbum conciperetur, de quo vide ad l. i. c. 50. § 5.

§ 5 *Quod ubi consul sensit, reddit inlatum antea terrorem*] Ex volumine Ms. legendum apparet *quod ubi sensit consul*, non *consul sensit*. Rhen. *Quod ubi consul sensit* Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *quod ubi consul sedit* Harl. 1. mendose quidem, attamen eodem ordine verborum. In his licet non agatur salus Livii, omnes tamen mecum facile statuent æquius esse nos sequi tot conspirantium codicum consensum, quam uni in diversa eunti cedere. Ne quid tamen dissimulem, cum Rhenano stare videtur Flor. ex quo nihil in excerptis notatum video: cum eodem etiam stant vetusti typis descripti usque ad Aldum, qui, sine dubio codicum suorum secutus auctoritatem, scripturam a Rhenano damnatam priori subposuit. Præterea *reddidit* Voss. ambo,

Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Τὸ *reddit* deficiebat in Gaertn. At vulgatum *reddit* servant Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Utrum præferendum sit hæreo; quum trium codd. optimorum consentientium auctoritas haud levior habenda videatur, quam reliquorum conspirantium turba: et illorum librarii *reddit* scripsisse possint, quod syllabam *di* iterare neglexerint. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. horum vero *reddidit*, quod modo præcesserit *sensit*. Neque, ut vulgatum præferatur, persuadet, quoniam mox constanter omnes servent *lacessit*, cui τὸ *reddit* vel *reddidit* proxime jungitur per voculam *que*. Enallage enim hæc temporum quibuslibet scriptoribus frequens est. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 58. § 6. ad c. 80. § 2. et ad Plinii Epist. v. 5. in princ. Adde quæ supra notavi ad hujus lib. c. 46. § 9. Neque tamen etiam receptam lectionem mutare audeo. Lectoris itaque, quæ verior scriptura sit, existimatio esto.

§ 6 *Ubi illi, conscientia quid abesset virium, detractavere pugnam*] *Abi illi* Hav. *Ab illa* Port. a m. sec. erasa priori scriptura. *Nisi illa* Lipsiens. in contextu, in cujus margine a m. sec. emendatur *Ubi illi*. Tum *conscii, quod ab. vir.* Gaertn. *consc., quid abisset virium* ed. Veneta a. 1495. et quædam ejus auctoritatem secutæ. Sed priscam lectionem Moguntini restituere. *Esse* et *isse* alibi quidem sæpe commutantur; vide ad Liv. XXVII. 44. § 3. quum tamen hic scripti omnes τὸ *abesset* constanter exhibeant, eam lectionem præstare nullus dubito. Præterea *detrectavere* Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Male. Vide ad XXXIV. 15. § 9.

Pro victis habebant paventes intra vallum] *Habebantur* (nim. a Romanis, quibus animi creverant) Voss. 1. et Leid. 2. Præcessit *crevit*; ut itaque verbum sequens eadem forma subjungeretur, librarii *habebantur* in *habebant* mutasse videri possunt contra morem Livii, qui ubique, orationem variandi caussa, activa passivis, et passiva activis subjungere solet. Vide ad VIII. 34. § 9. Quum tamen omnes reliqui scripti vulgatum tueantur, eam scripturam etiam veriorem, et notam, quibus ultimæ literæ *ur* designantur, perperam in duobus reliquis Mss. a scribis additam esse existimo; qualia plura exempla videnda sunt ad XXXIX. 22. § 8. Præterea *inter vallum* Harl. 2. sollemni errore. Vide ad v. 27. § 3.

§ 7 *Nocte cessere*] Rott. Voss. 2. Helm. Flor. et vett. edd. *nocti*. IV. 55. 'Postquam non cessere nec publicæ tempestati.' v. 2. 'Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere.' *J. F. Gron.* *Nocti* ex meis codd. præter Voss. 2. a Gronovio laudatum, servant quoque Leid. 1. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. quod editorum primi mutarunt Basileenses a. 1539. *nocte* substituentes. Verum altero Livius supra usus est III. 17. 'Nox certamina cœpta obpressit: tribuni cessere nocti, timentes consulum arma.' Silius v. 677. 'Sic fatus cessit nocti; finemque dedere Cædibus infusæ, subducto sole, tenebræ.' 'Cedere Fortunæ' IV. 450. 'Stabat, Fortunæ non cedere certus, et acri Mole retorquebat, crudescens cædibus, hastas.' Sallust. in Cat. c. 34. 'Quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunæ cedere, Massiliam in exsilium proficisci:' ad quem locum vide Cortium in Excursu IV. et Burm. ad Quinctil. Declam. VI. 16. et ad Phædr. III. 9. 4. 'Cedere adpellationi' Liv. III. 34. § 8. ubi vide. 'Cedere religioni' Cic. ad Fam. I. 1. 'Hortensii, et mea, et Luculli sententia cedit religioni de exercitu.' 'Cedere tempori' ad Fam. IV. 8. 'Si sit aliqua respublica, in ea te esse oportere judicio hominum neque principem, necessitate cedentem tempori.'

'Decedere nocti' Virgil. dixit Ecl. VIII. 88. 'nec seræ meminit decedere nocti.' Paullo ante *per totam diem* Gaertn. At reliqui omnes vulgatum tuentur. Et recte. Vide ad XXVII. 13. § 1.

Nuncios passim trepidi ad revocandos prædatores dimittunt] Duæ priores voces deficiunt in Port. quæ tamen melius in reliquis omnibus supersunt. Male etiam pro *prædatores* Voss. 1. in contextu *procuratores*, in margine autem pro varia lectione *præcurritores* præfert. Mox etiam *et recurritur ex proximis*, addita prima vocula, Hav. *recurritur e proximis* Voss. 2. et Gaertn. Paullo ante vox *pari* deerat in eodem Gaertn.

§ 8 *Egreditur castris Romanus*] *Romanus exercitus* voce auctiorem præferre Pal. 2. testis est Gebhardus hoc cap. ad § 3. sed simul eam lectionem damnavit. Et recte. Similis enim interpolatio est, ac l. III. c. 2. § 11. *Romanus miles*, pro *Romanus*, ante Gebhardum et Gronovium datum fuerat, ubi plura vide. Mox *postquam jam multa dies* Port. *post multa jam dies* Harl. 1. Deinde *Æquos Volscosque*, pro *Æquos et Volscos*, Gaertn.

Victores exercitus vallum potius, quam virtus et arma, tegerent] Vet. lib. *contegerent*. Sigon. *Victores exercitum* Flor. An forte voluit *victorem exercitum?* ut est in Neapol. Latinii. Sed, reliquis omnibus receptam lectionem servantibus, eam præferendam puto: duorum enim populorum Æquorum et Volscorum exercitus juncti iisdem castris consederant. Supra hoc cap. 'Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Æquorum Volscorumque sustinuit consilio bellum.' Præterea *contegerent* Harl. ambo, Hav. et Port. a m. sec. neque multum abludunt Voss. 2. et Lipsiens. præferentes *congerent*, aut Leid. 2. in quo est *cogerent*: *contegerent* etiam in Pal. 2. inventum Gebhardus damnavit supra hoc cap. § 3. vulgatum servans. Et sane vulgatum superest in Flor. Voss. 2. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Id firmat etiam Leid. 1. priori litera omissa *egerent* exhibens, in qualem codicem videtur etiam incidisse librarius Port. qui, scripturam eam mendosam videns, illius loco a m. pr. dedit *ageretur*; quum forte scriptum invenisset *egerēt*. Priscam igitur scripturam, a Sigonio mutatam, revocavi.

Efflagitatum ab ducibus signum pugnæ] *Flagitatum* Lipsiens. Ita 'flagitator pugnæ' II. 45. 'Centurio erat M. Flavoleius, inter primores pugnæ flagitator.' Sed vulgatum reliquorum omnium codicum auctoritate defenditur. Et recte. Plerumque enim 'efflagitare' est flagitando inpetrare, obtinere. Cic. ad Q. Fratr. II. 11. 'Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui.' Orat. Agrar. II. 2. 'Honos non ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate inpetratus:' ubi vide Turneb. Insuper *a ducibus* fragm. Hav. et Gaertn. Mox *accipere*, pro *accepere*, Hav. Vide hoc cap. ad § 1. et 4. Uni tamen et quidem huic codici fidem habere vix audeo.

§ 9 *Deinceps alii servabant ordinem*] Ms. *deincepsque*. Lego *deincipes*. Klock. *Deincepsque*, ut Klockius in suo invenit, servant omnes mei. Eam autem scripturam jam Aldus, et postea recentiores recte receperunt. Pro eo autem legendum censens Klockius *deincipes*, eumdem errorem committit, quem jam notavimus hoc lib. ad c. 39. § 4. Ceterum Jac. Gronov. Respons. ad Cavillat. Fabretti observat, in cod. Flor. legi *seriebunt*; unde conjicit scribendum esse *sarciebant*. 'Sarcire' pro reparare, compensare, Livius utitur IX. 23. 'Damna vestra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum præda sarcientur.' Omnes tamen reliqui codd. constanter τὸ *servabant*

tuentur. Quare potius scribam Ms. Florent. aberrantem *servabant*, quam *sarciebant*, dare voluisse arbitror. Ita 'servare ordinem' est XXVI. 51. 'Hunc ordinem laboris quietisque, quoad Karthagine morati sunt, servarunt.'

Quum consul Romanus prius, quam totis viribus fulta constaret hostium acies] *Cum*, pro *quum*, plerumque in Mss. exaratur. Hinc proclive fuit illud in *tum* mutare: quod factum in Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Port. a m. pr. Vide ad Epit. lib. XLVIII. in fine, et mox ad § 11. Deinde alio ordine *fulta totis viribus* Port. Insuper *staret hostium acies* Gaertn. a m. pr. Ita X. 27. 'Quum instructæ acies starent.' Verum nullus præterea codex ita præfert, et in ipso illo eadem manus mox *constaret* emendavit. *Contrastaret hostium acies* Flor. quemadmodum 'contra consistere' Cæsar Bell. Gall. II. 17. 'Futurum, ut reliquæ contra consistere non auderent:' et 'contra intueri' supra I. 16. 'Petens precibus, ut contra intueri fas esset:' ubi vide quæ notantur. Quamvis autem id admodum blandiatur, tamen nec vulgatum, quod in reliquis omnibus codd. superest, damnare audeo. Infra VI. 29. 'Postquam uno loco constabat acies.' VII. 10. 'Ubi constitere inter duas acies.'

§ 10 *Adortus nec omnes dum eductos*] Vet. lib. *necdum omnes eductos*. Sigon. *Necdum omnes eductos* etiam Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Quod Gebhardus etiam in Pal. 2. inventum damnavit supra hoc cap. § 3. Omnes etiam reliqui, inter quos optimi commatis Mss. receptum ordinem servant. Male ergo edd. Ascensii τὸ *nec* expunxerunt; ita tamen, ut, quæ a. 1513. et triennio post prodiere, in margine tamen exhibeant.

Nec qui erant] Scilicet educti. Non intellexit librarius Hav. ideoque dedit *nec qui exierant*. Idem in Pal. 2. obvium recte damnavit Gebhard. hoc cap. § 3.

Prope fluctuantem turbam trepidantium huc atque illuc, circumspectantiumque se] *Propter fluctuantem turbam* Gaertn. quomodo etiam alibi variant codd. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Deinde *huc et illuc* Hav. Mox *circumspectantium se* omissa conjunctione Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens.

Addito turbatis mentibus clamore atque inpetu] Distinguo *addito, turbatis mentibus, cl. atque imp.* Duk. *Adito* Gaertn. De hoc errore vide ad IV. 57. § 11. Deinde *calore atque imp.* Harl. 2.

§ 11 *Deinde quum animos conlegissent*] *Tum animos* Harl. 1. Vide ad § 9. Paullo post *victis nec cessuri essent* Voss. 1. Leid. 2. et Hav. *invictis nec cessuri*, omisso etiam verbo *essent*, Gaertn. Adparet, primam literam τοῦ *cessuri* perperam in fine voculæ præcedentis repetitam fuisse. *Victis nunc cessuri essent* Lipsiens. Sed passim *ne* et *nc* sive *nunc* confunduntur. Vide ad VI. 37. § 6. Deinde *increperent* Lipsiens. *instreperent* Gaertn. Male. Eodem modo 'crepitus' et 'strepitus' commutantur. Vide ad XXXVIII. 17. § 4.

CAP. LXI. § 1 *Romanos meminisse jubebat, illo die . . . Romana*] Prima vox non est in Lipsiens. Deinde *meminisse jubet* idem Lipsiens. et Harl. 2. Tum *illa die* Port. Denique vox *Romana* apud Hearnium deficit in Oxon. L. 1.

Sibimet ipsis victuros] Hanc lectionem servant omnes codd. præter Voss. 1. in quo *sibi nec ipsis* manifesta scribæ aberratione. Quare non probo conjecturam magni Gronovii, qui ad II. 19. § 5. *sibimet ipsos victuros* malebat. Vide quæ pluribus ad eum locum notavi.

§ 2 *Sed consule Valerio, a liberatoribus*] Rhenanus supra ad cap. præc. § 1. *sed consule M. Val.* ex volumine Ms. legebat. Et ita forte dare voluit

librarius optimi Flor. in quo ab initio scriptum erat *sed consulem Val.* Verum recte postea litera *m* in eo erasa est. Non modo enim omnes nostri prænomine carent; sed etiam Valerius hic non *Marci*, sed *Lucii* prænomen habuit, ut ibidem dictum. Præterea *ab liber.* Hav. et Lipsiens. cujus lectionis vestigia supersunt etiam in Leid. 1. et Port. in quibus *ac liber.* scriptum obfendi.

Prioribus prœliis per duces, non per milites, stetisse] *Prioribus bellis* Hav. Harl. 2. et apud Hearnium Oxoniensis B. Sæpissime hæc vocabula inter se commutantur in codd. scriptis et vetustis edd. Plurima in Livio exempla passim obcurrunt. Vide ad I. 12. § 10. II. 12. § 11. c. 19. § 10. III. 5. § 15. IV. 17. § 8. c. 29. § 3. V. 8. § 8. X. 5. § 13. XXV. 19. § 4. XXVI. 6. § 13. XXIX. 31. § 8. ad Epit. Liv. lib. XXIV. et alibi, etiam viros doctos ad Valer. Max. I. 7. § 1. Et quidem 'prœlium' ac 'bellum' apud Latinos, ut μάχη et πόλεμος apud Græcos, differunt, quemadmodum pars ac totum: uno enim bello plura prœlia committi possunt: aliquando tamen 'bellum' pro prœlio sumitur. Ita apud Flor. III. 5. § 11. 'Mox, quum Eubœa atque Bœotia præsidia regis depulisset, omnes copias uno apud Chæroneam, apud Orchomenon altero bello dissipavit.' Frontin. I. 11. ex. 2. 'Unde etiam præclara victoria, commisso statim bello, patrata est.' Lucan. IV. 43. 'vidit lapsura ruina Agmina dux, equitemque jubet succedere bello.' Silium Italic. I. 621. 'hic, Punica bella, Ægates cernas, fusaque per æquora classe, Exactam ponto Libyen testantia rostra.' Valer. Max. l. III. c. 2. ex. 19. 'Quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam divino animi ardore restituit.' Hic tamen vulgatum præfero, tum ob reliquorum codd. id defendentium auctoritatem, tum quod 'bellum' pro prœlio vix aut quam rarissime Livii ævo in usu fuisse existimem; quæ eædem rationes inpellunt, ut omnibus superius memoratis locis, in quibus has voces commutari in membranis Livii monui, receptam lectionem veriorem esse existimem: (nam ibi quoque integriores codd. eam servant:) præsertim quum inferioribus sæculis passim 'bellum,' 'bellum publicum,' 'bellum campestre,' 'bellum campale' pro prœlio, 'bellum' etiam pro pugna singulari ac monomachia obcurrat. Vide Du Cange Gloss. Med. Latin. ea voce, et Matthæum ad Anon. Bella Campestria, qui subjungitur Anonymi Bello Covord. p. 185. Hinc verisimile fit, librarios *bellum* pro *prœlium* dantes, sui sæculi lingua abreptos fuisse, quo Latine scribentes ita loqui soliti erant. Vide etiam Oudendorp. ad Frontini II. 1. ex. 12. Novi equidem Casaub. ad Polyb. p. 148. etiam optimos linguæ Latinæ auctores 'bellum' pro prœlio usurpasse, ex duobus Livii ac totidem Jul. Cæsar. locis adstruere voluisse. Qui tamen exempla ab eo laudata (Livii loca exstant XXI. 8. et XLI. 3. Cæsaris utraque Belli Gallici I. 41.) diligentius examinat, facile deprehendet, 'bellum' ibi pro prœlio capi non posse. Livium nihilominus ita locutum esse probari posse videtur ex l. VIII. c. 10. 'Inter omnes cives sociosque præcipua laus ejus belli penes consules fuit.' Varro etiam ita loquitur de Ling. Latin. VI. p. 75. 'Rorarii dicti a rore: qui bellum committebant ante. Ideo quia ante rorat, quam pluit.' Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 9. § 4. Sed, ut dixi, talia exempla quam rarissima obcurrunt, et nondum evincunt vera esse, quæ Keuchen. Casauboni scrinia loco laudato expilans ad Front. I. 1. ex. 8. notat, Livio, Cæsari, et ceteris Romanis vetustioribus nihil frequentius esse, quam harum vocum 'belli' et

'pugnæ' invicem positionem. Ceterum *vinceretur*, pro *vincerent*, verbis proximis perperam Gaertn. Vide ad xxxix. 22. § 8.

§ 3 *Domi, quam foris, servitutem magis timuisse*] *Domi quam fortes* perperam Hav. a m. pr. sed nec recte *quam fortis* in eo a m. sec. emendatur: *quam foris magna virt.* Lipsiens. Paullo ante *Turpe esset*, pro *Turpe esse*, Gaertn. *Turpe est* Hav.

§ 4 *Unum Appium civem periculosæ libidinis*] Hæc verba perperam omittuntur in Harl. 1. ut enim 'uni Virginiæ' obponuntur 'omnium liberi,' ita 'uni Appio' etiam 'tot millia hostium.'

At si fortuna belli inclinet] *Ac*, pro *at*, male Harl. 2. et Port. Solent hæ voculæ passim a librariis confundi ob similitudinem literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica. Vide ad II. 45. § 5. hoc lib. ad c. 17. § 3. ad IV. 57. § 5. VI. 15. § 11. c. 19. § 1. VII. 4. § 5. et aliis locis. Vide etiam quæ notavi ad Silii VI. 190. Præterea vox *belli* abest a Port. Cic. ad Brut. Epist. X. 'Hujus belli fortuna, ut in secundis, fluxa; ut in adversis, bona.' Verum *fortuna bellum inclinet* Lipsiens. *fortuna belli se inclinet* Leid. 2. De quo posteriori loquendi genere vide ad IV. 55. § 4. Hic tamen vulgatum non moveo. Non modo enim ab altera lectione stant reliqui codd. sed Livius etiam sæpissime 'inclinare' absolute sine casu posuit. Supra I. 27. 'Quo postquam fuga inclinavit.' II. 20. 'Tum demum inpulsi Latini, perculsaque inclinavit acies.' Infra IV. 37. 'Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura esset.' c. 26. 'Dubii quoque inclinant ad nomina danda.' VI. 32. 'Ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat.' VII. 19. 'Inclinavit deinde pars major curæ in Etruscum bellum.' c. 32. 'Eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant.' XXIII. 33. 'Postquam tertia jam pugna, tertia victoria cum Pœnis erat, ad fortunam inclinavit, legatosque ad Hannibalem misit.' XXIV. 8. 'Restat, ut pauca de eis, in quos prærogativæ favor inclinavit, dicam.' c. 28. 'Si enim uno animo omnes vel ad Romanos vel ad Karthaginienses inclinent.' XXVIII. 25. 'Inclinavit sententia, quod tutius censebant, universos ire:' ad quem locum vide Gronovium. XXXII. 16. 'Quum et muri partem eversam operibus hostium cernerent, ad deditionem inclinarunt.' XXXVII. 43. 'Primorum fuga in castra maxime inclinavit:' et alibi sæpe. Alia verba, quibus Livius similiter absolute usus est, videri possunt ad I. 17. § 6.

Omnium liberis ab tot millibus hostium periculum fore] Duæ priores dictiones exsulant a vetustis plerisque edd. quas demum ab Aldo additas video. Easdem servant etiam omnes scripti, nisi quod minus recte *omnibus liberis* legat Hav. Sunt etiam sensui necessariæ. Quemadmodum enim, ut modo dictum est, voces 'tot millibus hostium' obponuntur præcedentibus 'unum Appium,' ita 'omnium liberis' τοῖς 'unam Virginiam.' Præterea *a tot millibus* Port. Gaertn. et fragm. Hav. Sed reliqui receptæ lectioni favent, nisi quod *ad tot millibus* habeant Leid. 1. et *ob tot millibus* Harl. 1. in quorum manifestis aberrationibus alterius tamen lectionis vestigia agnoscas. *Ab tot millium hostibus* Lipsiens. *ab tot militibus hostium* Klockian. et Voss. 2. sed librarios ita sæpe peccasse dicam ad XXIII. 41. § 10.

§ 5 *Nec Mars pater passuri sint iis auspiciis conditæ Urbi accidere*] *Mars potest* male Harl. 2. Tum *iis ausp. conditæ urbis* Voss. ambo, Leid. 1. et Harl. 1. *his ausp. condite die urbis* Gaertn. et Lipsiens. utrumque minus recte. Paullo ante etiam perperam *Nolle comminari* Voss. 2. *Nollo minari* Harl. 1. Cic. de Offic. II. 21. 'Sin qua necessitas hujus muneris alicui rei-

publicæ obvenerit; malo enim, quam nostræ, ominari.'

Sacrique montis admonebat] *Adveniebat* Harl. 2. *admovebat* Flor. solito errore scribarum, de quo vide ad IX. 38. § 12. Mox *parata esset*, pro *parta esset*, Lipsiens. Et hæc lectionis varietas infinitis locis in Mss. obcurrit. Vide ad v. 6. § 1.

Eo imperium inlibatum referrent; ostenderentque] Gratia sit doctis de restituto hoc loco. Nam in antiquioribus libris adhuc verbi defectu hiat, *eo imp. illibatum: referrentque eandem indolem.* Andreas inverso ordine edidit, *eo imp. illibatum ostenderent, referrentque.* Gebh. Ut Gebhardi antiquiores habent, in uno tantum meorum Voss. 2. inveni. Reliqui editam lectionem servant. Præterea *imp. illibertum* Leid. 1. et Port. a m. sec. in quo altera m. repositum *illiberatum.* Sed *imp. in libertatem referrent* Harl. 1. Male. *Imperium inlibatum* est nulla clade inminutum. Infra XLII. 30. 'Si liberum inde arbitrium fortunæ esset, neutram partem volebant potentiorem altera obpressa fieri; sed, inlibatis potius viribus utriusque partis, pacem ex eo manere.'

§ 6 *Ostenderentque, eamdem indolem militibus Romanis post exactos decemviros esse, quæ ante creatos fuerit*] *Ostendentque* Lipsiens. errore librarii, qui, quum scriptum fuisset *ostend'entque*, compendiariæ scripturæ signum non animadvertit. Vide ad II. 47. § 6. *Ostenderentque eamd. in dolorem* Leid. 1. *ostenderentque in eamd. ind.* Harl. 1. *ostenderentque eamd. indocilem* Hav. Mox etiam *quæ ante exactos fuerit* Leid. 2. *quæ ante eos creatos fuerit* Harl. 1. Sed edita lectio vera est. Deinde *minutam*, pro *inminutam*, Gaertn. Sed omnes reliqui receptam lectionem tuentur.

§ 7 *Advolat inde ad equites*] *Avolat* Leid. 1. et Harl. 1. Quod non displicet. Ita ex iisdem duobus codd. quos inter optimos numero, emendandum docui l. I. c. 57. § 8. 'Citatis equis avolant Romam:' ubi genus loquendi aliis exemplis inlustrare conatus sum. At supra tamen similiter Livius locutus est II. 20. 'Tum ad equites dictator advolat.'

§ 8 *Primo concursu pedes movit hostem*] Est in Pall. 1. ac 3. *primo concursu pedes movebit:* ut ediderat quoque Andreas, quasi esset vaticinium Valerii. *Gebh. Movebit* etiam Neapol. Latinii, Leid. 2. Voss. 2. (in quo posteriore tamen additis notis literas *eb* delendas esse librarius indicavit,) et priscæ, quas adhibui, edd. *movet* Port. In prima Aldina *movit* inveni, quod ob reliquorum codicum auctoritatem genuinum esse puto. Præterea *primo occursu* Gaertn. Alibi etiam 'concurrere' et 'obcurrere' in Mss. commutari solent. Vide ad XXXVI. 34. § 4.

Pulsum vos inmissis equis exigite e campo] *Inmissis equis* est incitatis. Vide postea hoc lib. ad c. 70. § 9. Infra IV. 47. 'Primo statim prœlio quum dictator equitatu inmisso antesignanos hostium turbasset.' Mox dicet Livius 'concitant equos, permittuntque in hostem.' Deinde *exigite a campo* Leid. 2. quod eodem modo dictum esse posset, quo 'exstare ab aqua,' 'erumpere a porta,' et similia alia, de quibus vide ad XXII. 2. § 10. Silius Ital. VIII. 482. 'Tunc quos a niveis exegit Luna metallis.' Dissensus tamen reliquorum Mss. qui in servanda lectione vulgata uno ore conspirant, efficit ne quid mutandum esse censeam. Quare neque vetustiores typis excusos hic audiendos puto, qui præpositionem omittunt. Videtur autem a litera finali vocis præced. intercepta esse. Similem ob caussam nonnumquam etiam præpositionem *a* elidi, dicemus ad v. 52. § 10. Τὸ *e* primus Aldus recte in contextum recepit. Infra IV. 15. 'Ex qua urbe reges exactos sciret.' VI. 37. 'Tum populum

Romanum vere exactos ex urbe reges et stabilem libertatem suam existimaturum.' x. 27. 'Cerva, fugiens lupum, e montibus exacta, per campos inter duas acies decurrit.' Mox *et non cunct. magis* Hav. errore librarii. Primo enim ultimam literam τοῦ *nunc* absorpsisse videtur prima sequentis vocis *cunctantur.* Ex *nun* vero deinceps factum esse *non* contra apertam Livii mentem.

§ 9 *Concitant equos, permittuntque in hostem*] *Præmittuntque hostem* Gaertn. Male. Vide hoc lib. ad c. 70. § 9.

Et perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem] Prima vocula, quam servant omnes scripti, abest a plerisque vetustioribus inpressis. Eam Aldus recte loco, quem in codd. constanter obtinet, restituit. Aldi autem lectionem recentiores fere omnes sequuntur. Deinde *præruptis ordinibus* Gaertn. quomodo etiam Basileenses a. 1539. vulgarunt. Eorum exemplum postea secuti sunt Curio, Lugdunenses a. 1553. et Basileenses a. 1555. Origo erroris deducenda est ex similitudine compendii, quo voculæ *per* et *præ* notari solent, quæ caussa est, ut sæpius a librariis inter se commutentur. Vide ad IX. 10. § 7. Ex eadem caussa in præcedd. proxime verbis Gaertn. idem *præmittuntque* præfert, pro *permittuntque.* Ejus loco *pars ruptis ordinibus* editum video a Basileensibus a. 1554. 'Rupti ordines' etiam infra est VI. 13. 'Rupti inde multis locis ordines, motaque omnia, et fluctuanti similis acies erat.' Verum nulli codicum huic lectioni favent: quare omnino vulgatum servandum. 'Perrumpere ordines,' ut 'perrumpere cuneos,' 'agmen,' 'aciem.' Infra VIII. 10. 'Tantaque cæde perrupere cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hostium.' c. 30. 'Aliquoties inpetu capto perrumpere non poterat hostium agmen.' Frontin. Strateg. II. 8. ex. 10. 'Detractis frenis concitatisque equis procurrere, et perrumpere aciem jussit.' Ad quem locum vide Oudendorp. 'Perrumpere ordines' est rumpendo usque ad ultimam aciem pervenire, ut Livius addit. Cur vero *pars ruptis* Basileenses dederint, mox ad verba seqq. videbimus. Insuper *elatis* Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. pr. Non recte. De voce *elati* vide ad XXXVII. 16. § 4. Paullo post *circumventi,* pro *circumvecti,* Port. Et hoc perperam. Simili errore *subvenit,* pro *subvehit,* in uno cod. erat hoc lib. c. 23. § 3. ubi vide quæ notantur.

Præter equitantes, qui absterrent peditum acies] Sic lege *præterequitantesque absterrent.* Rhen. Alii *equitantes, qui absterrent.* Ms. *præter equitantes que obsternent.* Colon. ed. *præterequitantesque, qui absterrent ped. acies. Et consul ipse visque, &c.* Lego, et suppleo, *pars perequitantes proximum* (vel *obvium*) *quemquem sternunt.* Fuit enim sine dubio in Ms. aliquo veteri exemplari *pars perequitantes obviumque sternunt:* postea transpositum hoc modo *pars perequitantesque obsternunt.* Vel lego, *pars trepidantes obvios sternunt:* vel, *pars trepidantes obvium quemquem sternunt.* Klock. *Præterequitantes abstinent* Voss. 1. *præterequitantesque abstinerent* Lipsiens. *præterequitantesque absterrent* Voss. 2. *præequitantesque absterrent* Flor. et Leid. 2. *præterequitantes qui absterrent* Harl. 2. et fragm. Hav. *præterequitantes* Gaertn. *præterequitantes qui absterrerent* Hav. Quæ autem Rhenanus ad hunc locum notavit, indicare videntur, eum etiam hanc distinctionem verborum Livii probasse. Ita τὸ *acies* numero plurali dictum erit, quia Æquorum et Volscorum exercitus in Algido juncti erant, adversus quos Valerius rem gessit: unde etiam 'victores exercitus' memorantur c. 60. Hæc tamen distinctio omnino ferri nequit. *Plerosque* enim, quod præcessit, non

tantum referendum ad verbum *avertunt*, sed etiam ad alterum *absterrent*. Contra τὰ *Peditum acies* ad periodum sequentem pertinent, qua a Livio refertur quid pedites Romanorum egerint, postquam equitatus hostes fugam capientes a castris avertisset, atque præterequitando inpedisset ne eo fuga inclinaret. Sed ut verum fatear, in adnotatione Rhenani ad hunc locum aliquid ab operis typographorum contra ejus mentem commissum puto. Verba enim Livii, quæ adnotationi illi præmittuntur, in nulla ed. eodem modo concepta inveni; sed in octodecim, quas ejus notis vetustiores consului, vel vulgatum vidi *præter equitantesque absterrent peditum acies;* vel *præterequitantesque absterrent peditum acies;* vel *præterequitantesque qui absterrent peditum acies*. At Frobeniana a. 1535. quæ prima ejus notas exhibuit, prima etiam recte ita interpungit: *præterequitantesque absterrent. Peditum acies, &c.* quod recentiores omnes servarunt. Hinc suspicor, typographos omisisse verba Liviana, quæ Rhenanus tamquam mendosa capiti adnotationis præfixerat: illa vero, quæ nunc præfiguntur, continere lectionem, quam in membranis suis invenerat; quoniam ita mihi quoque, ut dixi, in nonnullis meorum obvium fuit: his deinde Rhenanum adjecisse, quemadmodum legendum censebat; verum majorem distinctionem, quam post τὸ *absterrent* admittendam censebat, et Frobenius in contextum ex Rhenani præscripto emendatum recepit, perperam omisisse. Quæ suspicio si vera est, vera hujus loci lectio Rhenano accepta referenda est. Klockii emendationes hic nihil moramur, quem ut tot modis Livium tentaret, illud permovisse videtur, quod displiceret τὸ *pars* distributive in præcedentibus semel tantum positum, quasi illud alteri membro etiam addendum foret: quod idem etiam caussa exstitit, ut editor Basileensis a. 1554. in verbis præcedd. *ruptis ordinibus*, pro *perruptis ordinibus*, vulgarit. At novisse oportuerat, hunc morem Livio esse, ut similia distributiva in membro priori omitteret. Vide ad III. 37. § 8. Quin etiam si Livius, ut alibi solet, utramque vocem etiam hoc loco exprimere voluisset, alteram non ubi Klockius, sed potius, ubi editor Basileensis existimavit, addidisset. Sensus enim Livii est, quosdam equitum per mediam aciem perrupisse, quosdam a latere pugnantium ordines circumvectos esse.

§ 10 *Captisque cum ingenti cæde, majore præda potitur*] *Captisque castris* Harl. 2. Si quid mutandum est, legere mallem *captis quibus potitur:* ut librarii ex *qb;* fecerit *q;* levi errore; quem tanto facilius commiserunt, quod pronomen *quibus* non recte, nisi in initio orationis, poni posse sibi persuaderent. Vide ad XXVIII. 12. § 13. Mox *famam perlatam*, pro *fama perlata*, Lipsiens. Deinde *nec in urbem modo*, pro *non in urbem modo*, Port.

§ 11 *In urbe lætitia*] Revocanda est distinctio minima ante hæc verba, ut est in aliis edd. *Duk.*

§ 12 *Jam Horatius eos excursionibus sufficiendo*] Non scio quid sit 'excursionibus aliquem sufficere.' Puto distinguendum post *eos*, ut id conjungatur cum *adsuefecerat*, et 'excursionibus sufficiendo' esse, cum viderent se in excursionibus sufficere, et pares esse hosti, eumque sustinere posse: qua significatione obvium est 'sufficere.' *Duk.* Vocula *Jam* deficit in Leid. 2. Deinde *concursionibus* male præferunt Voss. 1. et Leid. 2. Denique *assuefaciendo*, pro *sufficiendo*, Hav. Sed id per errorem repetitum esse ex verbis seqq. patet. Clericus locum, si sanus est, ita exponit, Horatium suppeditando milites iis, qui excursiones in hostile solum facere

vellent, eos exercitasse. De verbo 'sufficere' hoc sensu vide quæ notavi ad Silii I. 36. Doujatius vero 'sufficere' exponit per inficere, imbuere, et metaphoram ductam putat a tinctoribus, qui non statim colores vividos ac mansuros lanæ pannisve incoquunt, sed levioribus antea ad eos præparant. De qua significatione plura erudite, ut omnia, notat J. F. Gronov. in Diatr. Stat. c. 10.

Præliisque levibus experiundo] *Lenibus* Voss. ambo, et Harl. 1. passim obvio errore. Vide ad XXXVI. 31. § 8. Tum *experiendo* Voss. 2. Hav. fragm. Hav. et a m. sec. Port. in quo tota vox a m. pr. exsulat. Vide ad VI. 3. § 6. Præterea *sibi potius fidem*, pro *fidere*, Lipsiens. Gaertn. et Hav. errore scribarum; qui, quum forte scriptum fuisset *fid'e*, dederunt *fidē*, quemadmodum adhuc exstat in Hav. Inde autem postea factum est *fidem*.

In summam totius profecerant spei] *In summa* Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. Male. Livius XXXI. 37. 'Quod si modum in insequendo habuissent, non in præsentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli profectum foret.' XXXIV. 3. 'Id modo quæritur, si majori parti et in summam prodest.' Sen. Controv. Præfat. lib. I. 'Quo plura exempla inspecta sunt, plus in eloquentiam proficitur:' ubi videndus est Gronov. Plinius Hist. Nat. XVI. 36. 'Quum igitur annum permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem:' et XXXV. 11. 'Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Æginetæ fictoris.' Tacit. Hist. II. 16. 'Corsicam prope adflixit D. Pacarii procuratoris temeritas, tanta mole belli, nihil in summam profutura, ipsi exitiosa:' ubi vide Freinshem. 'Proficere ad mortem' infra dixit auctor Epit. Liv. lib. CII. 'Quum veneno sumto parum profecisset ad mortem:' ubi vide quæ notentur. Ceterum eadem exempla evincunt male *perfecerant* esse in Voss. 2. Similitudo ductuum, quibus *per* et *præ* compendiaria nota indicantur, quemadmodum sæpe alibi accidit, errori caussa exstitit. Vide ad IX. 10. § 7. Similiter 'perfectus' et 'profectus' sæpe commutantur. Vide ad XXXVII. 6. § 7.

§ 13 *Sabini feroces ab re priore anno bene gesta*] Quartus hic locus est ad ostendendum, recte nos tertium decemvirorum annum, quo in tyrannide fuere, alium fecisse ab Horatii Valeriique consulum anno. Addetur quintus locus idem probans IX. 34. in oratione Sempronii tribuni plebis contra Appium censorem. Quod ideo toties admonemus, quod quidam, consulum nomenclaturam texentes, hos duos annos in unum confuderunt, qua ratione moti, ipse hercule scire non possum. *Glar.* Vide ad hujus lib. c. 38. § 1. *Gesta bene* trajectis vocibus præferunt Voss. 1. et Leid. 2. Et infra *atque rogitantes instare* Harl. antiq. qui etiam paullo ante scriptum exhibet *ne cessabant Sab.* Sed ultima litera τοῦ *nec* intercidit ob primam seq. *cessabant*. Alia exempla vide ad V. 6. § 12.

Quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque tererent tempus] Vet. lib. *recursantesque*. Sigon. *Recurrentesque tererent tempus* omnes libri vetustiores, excepto Pal. 2. (quem ego et codicem Sigonii diu post inventam typographiam scriptum, certissimis gravissimisque argumentis existimo) repræsentante *recursantesque*. Gebhard. *Quid latrocinio modo* Leid. 1. et Port. a m. pr. quod ferri posset, si *modo* pro tantummodo accipiamus. At potius vulgatum præfero. Deinde *procursantes tererent tempus* reliquis omissis Oxon. L. 1. quem Hearnius consuluit. *Procursantesque*

tererent tempus Leid. 1. Lipsiens. et Port. a m. sec. in quo penitus erasa est, quæ prius exstiterat, lectio. Præterea *parci*, pro *pauci*, fragm. Hav. a m. emendatrice. Verum eas voces nonnumquam inter se a scribis in codd. vetustis confundi, constat ex illis quæ notat Nic. Heinsius ad Nason. Amor. l. III. el. 6. vs. 9. Denique *recursantesque* non alii ex meis habent, quam Harl. 2. et Hav. quorum perpetuus cum vet. lib. Sigonii et Pal. 2. Gebhardi consensus hanc lectionem tanto suspectiorem reddit. *Recursantesque* autem dederunt, quia id exigere putabant præcedens *procursantes*.

§ 14 *Quin illi congrederentur acie*] N. Heinsius curis secundis ad Vell. Pat. II. 28. § 2. opinatur, pessime adhuc *illi* circumferri, quum *eo* iterandum fuerit e primis literis proxime subsequentis vocabuli, scribendumque *quin illico congrederentur acie.* Eamdem Heinsii conjecturam diu ante quam curæ secundæ quas Burmanno acceptas referimus editæ forent, etiam Grævius inseruit, sed ipsius auctoris nomine, notis ad Flori II. 11. § 1. Attamen omnes codd. constanter in editam lectionem conspirant.

CAP. LXII. § 1 *Indignitate etiam Romani accendebantur*] Exhibet Pal. 3. *indignitateque Rom. accend.* Gebh. Omnes mei, scripti et editi, receptæ lectioni adhærent, nisi quod *indignitate essent Rom. acc.* præferat Hav. Paullo ante *satis coll. erat anim.* Gaertn. qui verbis seqq. præfert *quando autem non sunt pares hostibus fore.* At Lipsiens. *quando autem sensitum non sint, pares hostes fore* in contextu, pro quo recte in margine a m. sec. reposita vulgata lectio.

§ 2 *Consilio collegæ, virtute militum victoria parta est*] Pall. 1. ac 3. *consultu collegæ.* Tale quid in suis invenit Andreas, et ne alterutrum omittendo peccaret, edidit *consilio consultu collegæ.* Gebh. Ex duobus melioribus Pall. recepi *consultu collegæ,* quam lectionem eos non temere servasse putabam. Nam et Romæ Andreas dedit *consilio consulto collegæ,* ex libro, ut videtur, qui utramque lectionem expresserat. Et Voss. Rott. Helmstadiamusque *fuit: consulto collegæ.* Plautus Trinummo I. 2. 130. 'inconsultu meo.' Plin. III. 20. 'Sed interdictum id vetere consultu Patrum, Italiæ parci jubentium.' Cicero ad Attic. IV. 2. recitat decretum pontificum, in quo est, 'neque populi jussu, neque plebiscitu.' Sic restituimus XXV. 16. 'Et ab occultis cavendum hominibus consultisque.' Ad sensum facit, quod V. 20. 'Deum immortalium benignitate, suis consiliis, et patientia militum Veios jam fore in potestate populi Romani.' Quo tamen ne veterem lectionem impugnes. Nam et in aliis nostro ἡ ποικιλία τερπνόν. *J. F. Gronov. Consultu collegæ* se quoque Hearne invenisse testatur in Oxon. L. 2. B. et C. *consulto collegæ* in L. 1. et N. Quod ad meos adtinet codd. *consilio collegæ,* ut ante Gronovium vulgabatur, tantum superest in Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *consulto collegæ* in Voss. utroque, Leid. 1. Harl. 1. Port. Lipsiens. Klockian. et fragm. Hav. *consilio consulto collegæ,* utraque lectione juncta, in Flor. Priscis scriptoribus multa nomina quartæ declinationis in usu fuisse, quæ hodie rariora sunt, haud diffiteor. Vide ad Liv. IV. 9. § 6. Agnosco etiam inter ea fuisse *consultus;* ideoque non male Cortium, auctoritatem non contemnendorum codicum secutum, edidisse in Sall. Cat. c. 42. 'Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor ex senatu consultu, caussa cognita, in vincula conjecerat:' pro, ex senatusconsulto: ubi vide quæ notavit: quin et Livium interdum hujus formæ vocibus usum fuisse; immo in nonnullis ejus codd. etiam *senatus consultus,* pro *senatus consultum* occurrere. Vide ad V. 13.

§ 5. Attamen quum locis ibi memoratis integerrimi codd. pro *consultus* et *consultu*, constanter *consulti* et *consulto* servent, vix hoc loco etiam paucioribus contra plures fidem habere audeo. Vulgatum *consilio* a Livio non profectum esse, nullus dubito: non enim nisi in recentissimis obcurrit, et ex alterius expositione marginali receptum videtur, vel ex eo quod præcessit c. 60. 'Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Æquorum Volscorumque sustinuit consilio bellum.' Pronior itaque sum in alterum *consulto collegæ*. Hac forma enim vocem illam pro *consilio* Livius etiam alibi usurpat. Ipse Gronovius ex omnibus Mss. eam restituit xxv. 16. § 4. et ex Livio aliisque inlustravit. Similiter Silius, perpetuus Livii imitator, vi. 455. 'quænam consulta senatus, Quasve viri voces extremum curia mœrens Audierit, placido nobis ipse edidit ore:' ita enim verisimiliter legendum conjecit Nic. Heinsius, pro *quæ consultata*. Et in frequenti usu olim fuisse ostendit vox *senatusconsultum*, pro quo etiam sæpe *consultum senatus* dixere. Silius i. 240. 'Utque dati rerum freni, nunc arte paterna Conciliare viros, armis consulta senatus Vertere, nunc donis.' Vs. 675. 'Inde agitant consulta Patres, curasque fatigant.' ii. 12. 'Hos ut depositis portum contingere velis Adlatum Hannibali, consultaque ferre senatus.' Gellius i. 23. 'Senatus fidem atque ingenium pueri deosculatus consultum facit.' Et ita in loco Plinii, quem Gronov. laudavit, in omnibus, quas consului, edd. constanter 'vetere consulto Patrum' exhibetur. Flor. iii. 21. 'Ex consulto senatus adversariis hostibus judicatis:' ubi videndus Dukerus. Nolui tamen lectionem, judicio Gronovii receptam, et nonnullis codd. firmatam, iterum ex contextu ejicere. Præterea *virt. vict. milit. experta est* Hav. *virt. milit. vict. militum parta est* Port. *virt. mil. vict. parata est* Lipsiens. Vide ad Liv. v. 6. § 1.

§ 3 *Id consilii animique habiturus sum, quod vos milites mihi effeceritis*] Nescio quis hunc locum ausus sit interpolare, quum in antiquo libro simpliciter legatur, *quod vos, milites, geritis*. Rhen. Miratur Rhenanus, hunc locum interpolatum, nam scribi in vet. libris, *quod vos, milites, geritis*. Si licet verum fateri, nihil mihi præ vulgata, (cui Pall. 1. et 3. excluso hi τῷ *milites*, Andreasque per singula favent,) illa lectio videtur. Pal. 2. et Campani ed. *quod vos, milites, feceritis*. Gebh. Τὸ *milites* ignoratur a Voss. Rott. Helm. Etiam Gudianus *quod vos mihi feceritis*. J. F. Gron. Quamvis omnes mei a vulgata lectione dissentiant, in nullo tamen, nisi in Flor. et Neapol. Latinii, exstitit, quod se in antiquo libro invenisse Rhenanus professus est: *quod vos milites feceritis mihi* habet Hav. *quod vos, milites, vel tetigeritis mihi* Lipsiens. in contextu: *quod vos, milites, vel effeceritis mihi* a m. sec. pro varia lectione in margine: *quod mihi effeceritis* Voss. 1. et Leid. 2. *quod vos tegeritis* Harl. 1. *quod vos mihi tetegeritis* Leid. 1. *quod vos mihi tetigeritis* Port. in contextu, *quod vos mihi effeceritis* Voss. 2. Harl. 2. fragm. Hav. Gaertn. Klockian. et Port. in margine. Hinc patet, tantum non omnes in eo consentire; vocem *milites* a mala manu additam esse: quæ odiose hic repetitur, quum modo præcesserit 'arbitror, vos, milites, audivisse.' Eam igitur expungendam judicavi.

§ 4 *Spes virtusque crescat*] Locupletius Pall. editionesque priscæ *virtusque vestra crescat*. Gebh. Eadem vox etiam superest in omnibus meis scriptis et excusis usque ad Gruterum; quam Gronovius iterum restituit, in priori notarum ed. testatus, se eam, quæ non nisi incommodo aberat, ex scriptis editisque priscis

interjecisse. Ceterum *utriusque*, transpositis literis, pro *uirtusque*, Lipsiens. præfert.

Si jam satis animi est] Vocula *jam* omittitur in antiquissimis edd. quas vidi; et demum apud Aldum obvia fuit. Aldo vero consentiunt omnes manu descripti. Deinde *satis est animi* trajectis dictionibus habent Harl. 1. et Port.

Agite eum clamorem, quem in acie sublaturi estis, tollite hic, indicem voluntatis] Scribe *agitedum, clamorem, qualem in acie.* Sic infra c. 68. 'Agitedum, ubi hic curiam circumsederitis.' v. 52. 'Recordamini, agitedum, quoties sacra instaurentur, quia aliquid ex patrio ritu negligentia casuve prætermissum est.' *Rhen.* Τῷ *agite* omisso, *eum clamorem, quem in aciem subl. estis, tollite hinc* fragm. Hav. *agite, eum clam., quem in aciem subl. estis, tollite hinc judicem voluntatis* Hav. *agite conclamorem,* (vel *conclamore* m. sec.) *qualem, &c.* Port. *agite, eum clam., qualem in aciem sublaturi* Leid. 1. *agite cum clamore, qualem in aciem subl. estis, tollite hunc indicem* Harl. 2. *agite cum clamore* etiam est in Lipsiens. Sed recte vidit Rhenanus, legendum esse *agitedum, clamorem, &c.* Et ita non tantum præferunt Flor. Klockian. Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 1. et Gaertn. sed etiam editi Aldo vetustiores; primus enim Aldus, prisca lectione mutata, excudit *agite, eum clamorem.* Est autem τὸ 'agitedum' et 'agedum' Livio frequens. Ita vi. 35. 'Agitedum, comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis.' vii. 9. 'Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat, agedum, ad pugnam.' c. 33. 'Agitedum, ut me videritis, quacumque incessero, in aciem hostium ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite.' c. 34. 'Agitedum, ite mecum, ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis præsidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus.' c. 35. 'Quibus hæc salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.' ix. 16. 'Agedum, lictor, excide radicem hanc.' xliv. 38. 'Recognoscat, agedum, mecum, si videtur, quam multa pro hoste et adversus nos fuerint.' *In aciem* habent etiam, præter codd. modo memoratos, Voss. 2. Gaertn. et ed. Aldina, ex qua id propagatum est per recentiores plerasque usque ad Gronov. a. 1667. *in acie* restituentem, quem nuperi editores, præter Hearnium ad Londinenses, secuti sunt. *In acie,* quum nempe ad pugnam instructi in acie stabitis, antequam prœlium incepturi eritis. Præterea *tollite hinc* etiam Voss. 2. Gaertn. et Klockian. Sed vulgatum præstat. *Hic* et *hīc*, sive *hinc*, alibi sæpe confunduntur. Vide ad xxvi. 13. § 13. 'Index' etiam et 'judex' ob similitudinem literarum, quæ sæpe tanta est, ut in Mss. discerni nequeant, passim permutantur. Vide ad iv. 26. § 6.

§ 5 *Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus*] Reciso vocabulo Pall. 1. ac 3. *ingens clamor est subl.* Gebh. *Postq. ingente alacr. clamor est subl.* Leid. 1. *postq. ingenti clamor est subl.* Port. Sed margini vox *alacr.* a m. sec. adscripta est. *Postq. ingens clamor est subl.* Voss. 1. et fragm. Hav. pro quo in marg. emendatur a m. sec. *postq. ingenti alacr. ingens clamor est subl.* Vulgatum mutandi caussam non video.

Posteroque die in aciem deducturum adfirmat] Malim *educturum.* Lib. xxvii. c. 2. 'Addidit et aliam fidentis speciem, quod prior in aciem eduxit.' *J. F. Gron.* Supra i. 23. 'Haud adspernatus Tullus, tametsi vana adferebantur, in aciem educit:' hoc lib. c. 60. 'Adortusque nec omnes dum eductos, nec, qui erant, satis explicatis ordinibus.' iv. 17. 'Postero die in aciem eduxit.' viii. 9. 'Romani consules, priusquam edu-

cerent, inmolaverunt.' IX. 12. 'Itaque in aciem copias educunt:' ita ibi recte, pro *ducunt*, Gronov. restituit. XXVII. 13. 'Vos crastina die in aciem educam, ut victores potius, quam victi, veniam inpetretis, quam petitis.' c. 42. 'Romanus, in aciem copiis eductis, postquam neminem signa contra efferre vidit, spolia legi cæsorum hostium jussit.' XXXIX. 30. 'Paullatim omnes copiæ in aciem eductæ sunt.' XLIV. 38. 'In aciem plenum virium, vigentem corpore et animo educas.' c. 39. 'Ego autem, neque mansurum eum, neque in aciem copias educturum fuisse, certum habeo.' Vide etiam ad XL. 25. § 10. 'Educere in aciem,' intellige ex castris. Eodem modo 'educere exercitum,' nempe ex urbe, supra hoc lib. c. 20. 'Quærendo, quonam modo exercitum educturi consules essent.' Similiter 'educere in castra,' nempe ex urbe, obcurrit IV. 5. 'Tu statim consul sacramento juniores adiges, et in castra educes.' 'Emittere hastam in fines hostium,' scilicet ex manu emittere, I. 32. 'Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat:' ubi plura vide. 'Ad spem prædæ evocare,' nempe ex urbe, IV. 9. 'Urbem quoque, omnis etiam expertem ante certaminis, multitudine opificum ad spem prædæ evocata, obsidere parat.' Ea vero pari ratione dicuntur, qua 'avocare Romam,' et similia, de quibus vide ad I. 57. § 8. Alibi vero sæpe 'educere' et 'deducere' commutantur. Vide Gronov. ad Liv. XXXII. 11. § 3. XXXIV. 16. § 9. et ad Quinctil. Declam. CCCXLVIII. p. 735. etiam Keuchen. ad Frontin. Strat. IV. 4. ex. 1. Quin et aliis vocabulis sæpe librarii perperam literam *d* præfigere soliti fuerunt. Exempla vide ad XXXVIII. 25. § 8. Donjatius existimat, non idcirco damnandum 'deducere in aciem,' quia 'educere' recte dicitur. 'Educere' enim esse e castris, quod sine pugna non raro fit; 'deducere' in locum prœlii, atque animo prœliandi, qua de re hic agitur. Non video, utrum id pronunciarit de tota locutione 'educere in aciem' et 'deducere in aciem,' an tantum de potestate ac significatione solorum 'educere' et 'deducere.' Si prius, non intelligo cur 'deducere in aciem' magis animum prœliandi indicaret, quam 'educere in aciem.' Si posterius, 'deducere' simpliciter, etiam ubi de exercitu agitur, alio quam pugnandi sensu accipitur. Ita apud Frontin. I. 6. ex. 3. 'Iphicrates in Thraciam quum propter conditionem locorum longum agmen deduceret:' quod recte de agmine in longitudinem extenuato, sive de agmine longiore quam latiore, accipiendum esse, Oudend. ad eum loc. et Gronov. ad Liv. V. 38. § 1. docuerunt. Fateor tamen, omnes codd. meos in editam lectionem conspirare.

§ 6 *Simul instrui Romanam aciem Sabini videre*] Τῷ *instrui* caret Voss. 2. Præterea *videre Sab.* priscæ edd. usque ad Aldum, qui accinentibus scriptis *Sab. videre* substituit.

Et ipsi jam avidi certaminis procedunt] Omnes uberiores *et ipsi jam pridem avidi.* Gebh. Rott. Voss. duo, Gud. Flor. *et ipsi jam pridem avidi.* J. F. Gron. Vocula *et* a solis abest Hav. et Lipsiens. *certaminis* autem a fragm. Hav. a m. pr. Præterea *jam pridem avidi* præferunt non modo omnes, quibus usus sum, codd. et cum illis, quos Hearne Oxonii excussit, L. 1. et N. verum etiam omnes antiquiores typis descripti usque ad Frobenium, qui a. 1535. τὸ *pridem* omisit.

Inter fidentes sibimet ambos exercitus] *Ambo exercitus* Flor. Klockian. Voss. uterque, Leid. uterque, et Harl. antiq. quod se quoque in vet. Livii cod. hoc loco invenisse, testatus est Pierius Valerianus ad Maron. Ecl. VI. 18. unde in contextum recipere

non veritus sum. Plura exempla, unde sæpissime Livium aliosque casu quarto 'ambo' et 'duo' formasse constat, videri possunt apud Gronov. ad xxxv. 21. § 5. ubi alia ab eo omissa addidi.

Veteris perpetuæque alterum gloriæ, alterum nuper nova victoria elatum] Mirum est, neminem sensisse, hic deesse vocem, sine qua vix constare oratio potest: quæ est in vet. lib. *gloriæ avidum, alterum, &c.* Sigon. Lego *veteri perpetuaque alterum gloria, alterum nupera victoria.* Vel suppleo *veteris perpetuæque alterum gloriæ memorem, alterum, &c.* Klock. Furcillis præcipitem ejeci vocem, quam sic immiserat Sigonius, *gloriæ avidum, alterum.* Etsi enim ipse eam invenerit in vet. lib. at ego testificor, haud etiam videri in Pall. nec in vett. edd. et ne requiri quidem: quis enim neget, egregie dici, 'exercitum veteris perpetuæque gloriæ?' at 'avidus veteris gloriæ' mihi sordet. *Grut.* Numquam tam maccum esse credidi Sigonium, antequam ad hunc locum pervenerim, ut præceps abiret ad corrigendum quæ non statim ipsi forent obvia. Quippe hic injicit *veteris perpetuæque gloriæ avidum, alterum,* sine quo, ait, orationem constare non posse. At, quæso, quid deesse potest, si *veteris perpetuæque gloriæ* referas ad τὸ *fidentes?* An non Latinum est 'fidens gloriæ.' Lib. iv. c. 42. 'Ubi illi patricii spiritus, ubi subnixus et fidens innocentiæ animus esset.' viii. 22. 'Pestilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens.' Et est elegantissima oppositio; Romani inibant prœlium 'fidentes veteris perpetuæque gloriæ,' Sabini vero 'nuper nova victoria elati.' Dein ineptum est dicere, aliquem esse 'avidum veteris gloriæ,' nedum 'perpetuæ.' Similis locus est apud Curtium vi. 1. 'Lacedæmonii vetera, Macedones præsentia decora intuebantur.' Denique vulgatæ lectioni patrocinium accommodant omnes libri calamo picti et vetustissima ed. Campanus cum hic hallucinaretur, audaciæ nobis maluit, quam modestiæ, documentum relinquere hac lectione, *veteri perpetuaque alterum gloria.* Gebh. E silentio Gronovii adparet, eum hoc supplementum libri Sigoniani in suis non invenisse. Nec necessarium est. Similis est usus genitivi in his c. 38. 'Cesserant in agros, suarumque rerum erant, amissa publica.' xxvii. 18. 'Levium armorum Baleares et Afros.' xxx. 29. Tumulus 'longinquæ aquationis erat.' xxviii. 5. 'Mons est in ingentem altitudinem cacuminis editi.' Plautus Mercat. iv. 5. 13. 'Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.' Et in iis, quæ Perizonius ad Sanctium iv. 4. in ellipsi vocis 'Ens,' et Burmannus ad Ovid. Metam. iii. 53. Metam. xiv. 252. et ad Quinctil. Declam. viii. 3. adnotant. Ex his multa etiam in ablativo dici possunt. Vide Servium ad Virgil. Æn. i. 75. et vs. 317. et Æn. iii. 286. et vs. 686. *Duk.* Ex omnibus meis unus tantum Harl. recentior; vet. lib. Sigonii accinens *veteris perpetuæque alterum gloriæ avidum, alterum* exhibet, quod recte Gruterus ac Gebhardus rejecerunt, partim auctoritate aliorum omnium codicum, vocem *avidum* ignorantium, partim quod ipsum loquendi genus 'avidus perpetuæ gloriæ' displiceret, neque commode dici posse videretur. Adde modo præcessisse 'avidi certaminis,' unde ea vox a librariis, qui constructionis rationem non adsequebantur, huc verisimiliter revocata est. Quemadmodum autem recte lectionem Sigonii viri docti rejecerunt, ita nondum eos pervidisse puto, quo verba 'veteris perpetuæque alterum gloriæ' referenda sint, vel unde pendeant. Non 'fidens gloriæ' Latinum esse nego, sed 'fidens veteris gloriæ:' ita enim dicendum foret *fidens veteri gloriæ;*

quomodo dixit hic 'fidentes sibimet.' Et ita c. 18. 'Trepidare tum hostes, nec ulli satis rei, præterquam loco, fidere.' XXXIII. 38. 'Quia parum mœnibus armisque ac juventuti fidebant.' Et ita in locis, quos Gebhardus laudavit, *innocentiæ* et *pestilentiæ* non secundo, sed tertio casu accipi debent. Neque placet Gruteri expositio 'exercitus veteris gloriæ,' pro veteri gloria inclitus; quemadmodum dicitur 'homo priscæ fidei,' 'mulier præstantis formæ,' et infinita similia: quam expositionem etiam Doujatius adoptavit. Si quid video, locutio 'alter exercitus sibimet fidebat veteris perpetuæque gloriæ' suppleri debet vocula 'caussa;' ut sit 'sibimet fidebat veteris perpetuæque gloriæ caussa.' Eam autem sæpissime omitti tum a Livio tum ab aliis notissimum est. Exempla vide ad XXXI. 12. § 4. Ceterum *allatum*, pro *elatum*, est in Hav. *elevatum* in Lipsiens. Male. *Elatus* est ferox, inflatus. Vide quæ notantur ad XXXVII. 12. § 4. Insuper τὸ *perpetuæque* omittitur in Gaertn.

§ 7 *Consilio etiam Sabini vires adjuvere*] *Consilium etiam Sabini* perperam præfert Gaertn. At vocem *etiam* omisit librarius Leid. 2. quemadmodum mox τὸ *in* Voss. 1. et τὸ *inpressionem* Voss. 2. Sed voces *inpressionem facerent, tenuere: quæ ubi inlatis ex transverso signis* insigni scribæ negligentia non comparent in Harl. antiq. Insuper *æquassent acie*, pro *æq. aciem*, est in Lipsiens. Tum *tenuerunt*, pro *tenuere*, in Gaertn.

§ 8 *Degravabant prope circumventum cornu*] *Circumventum cornū*, id est, *cornum*, duo optimi meorum Leid. 1. et Harl. antiq. Veteres *cornus*, pro *cornu*, genere masculino dixisse, viri docti observarunt. Vide Salmasium in Exercit. Plin. p. 86. doctiss. interpretes, inprimis Nic. Heinsium ad Nason. Metam. II. 874. et Broekhus. atque Oudendorp. ad Lucani VII. 217. Sæpius hoc modo Plinius locutus est. Hist. Nat. XIII. 25. 'Quasdam arbusculas colore bubuli cornus ramosas, et cacuminibus rubentes:' et mox 'Sentire eum se capi, durarique cornus modo, et hebetare aciem ferri.' Et alibi. Marcell. Empir. c. 1. 'Cornus cervini exusti cinis, inlitus fronti ex aceto et rosaceo prodest.' Quum tamen virgula, quæ literæ *m* nota esse solet, sæpe in Mss. pro arbitrio librariorum vel addita vel detracta sit, vereor ne illud *cornū* ex eodem fonte profluxerit.

Equites duarum legionum sexcenti fere ex equis desiliunt] Vet. lib. habent vocem unam præterea: *sexcenti fere propere ex equis des.* Sigon. *Sexcenti fere ex equis* sola antiqua editio. Nam Pall. 1. ac 3. *eq. duarum leg. ac fere ex equis des.* Pal. 2. omisso numero, *eq. duarum leg. propere ex equis des.* Campanus, *equites duarum leg. propere cc. fere ex equis des.* Gebh. *Equites duarum leg. a conferte inter fere ex equis des.* Lipsiens. *eq. duarum leg. x̄ fere ex equis des.* Klockian. *eq. duarum leg. īn ferre ex equis* Voss. 1. *eq. duarum leg. mille fere ex equis* Leid. 2. *eq. duarum leg. āc fere ex equis* Harl. 1. et Gaertn. *eq. du. leg. ac fere ex equis* Voss. 2. et Leid. 1. *eq. duarum leg. propere ex equis* Harl. 2. Port. Hav. Neapol. Latinii, et fragm. Hav. a m. sec. erasis prioris lectionis vestigiis, ne amplius legi possint. Adparet omnes has varietates scripturæ inde ortas esse, quod librarii inperiti τοῦ *sexcenti* notas *DC.* vel *IϽC.* non intellexerint; in quibus sæpissime peccare soliti fuerunt modo hac, modo alia ratione. Vide ad XXXVIII. 37. § 6. Omnino vera est prisca lectio *eq. duarum leg. sexcenti fere ex equis*; ad quam proxime accedunt Hearnii Oxon. B. et C. qui tantum voculam *fere* omittunt. Sed integram eam servat Flor.

Cedentibusque jam suis provolant in primum] Vocula *que* deficit in Harl.

2. et Port. τὸ *jam* in prioribus excusis, quod primus Aldus, cui omnes mei manu exarati adstipulantur, interseruit. *Cedentibusque suis jam prov. in pri.* Harl. 1. *in prelium*, pro *in primum*, habent Lipsiens. et Gaertn. Male. De locutione 'in primum' vide ad x. 14. § 17.

Simulque et hosti se obponunt] *Simul quoque et hosti* Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. Ita sæpe scribas variasse in codd. vetustis, constabit ex illis quæ notantur ad v. 27. § 1. Τὸ *se* abest a Voss. 1. et Leid. 2. Mox trajectis vocibus *ped. animos acc.* Harl. 2. Hav. et Lipsiens.

§ 9 *Ne ad pedes quidem degresso equiti*] *Digresso* male Port. Hav. Gaertn. Neapol. Latinii, et excusi vetustiores usque ad Aldum, qui recte *degresso* restituit. Vide ad xxix. 2. § 14.

Cap. lxiii. § 1 *Locum, ex quo excesserunt, repetunt*] Corrige *ex quo cesserant*. Rhen. Liv. ii. 47. 'Gravi vulnere ictus ex acie cesserat.' Curtius x. 7. 'Cesserat ex concione Aridæus.' *Duk.* *Cesserant* etiam omnes mei, præterquam solus Hav. qui male exhibet *cessarant.* Etiam Aldus *cesserant* vulgavit ante Rhenanum, quem nemo audivit, nisi Colonienses an. 1525. Cap. præc. dixerat: 'Equites duarum legionum sexcenti fere ex equis desiliunt, cedentibusque jam suis provolant in primum.' Paullo ante *a sua parte*, pro *ab sua parte*, Leid. 2. et Gaertn. qui etiam præfert *amissum.* De commutatione eorum verborum vide hoc lib. ad c. 38. § 11.

Inclinatur etiam Sabinis cornu] *Sabini cornu* Lipsiens. *Sabinum cornu* Gaertn. Optimi aliique omnes stant pro vulgato. Et recte. Nam 'cornu incl. Sab.' dictum est eadem forma, qua 'vires augentur hosti,' similiaque alia, de quibus vide ad vii. 7. § 4.

§ 2 *Inter ordines peditum tectus*] *Tectus* si abesset, nemo desideraret. Nec solet addere Livius, quum de his, qui se inter ordines recipiunt, loquitur. *Duk.* An forte, pro *tectus*, legendum *tutus?* Ita fere ii. 65. 'Ab tergo erant clivi, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit.' *Tectus* autem et *tutus* interdum confundi solent. Vide Burmann. ad Nason. Art. Amat. i. 276. 'tutus se recipit,' pro *tuto.* Vide ad xxii. 12. § 7.

Transvolat inde in partem alteram, suis victoriæ nuncius] In margine Voss. 1. emendatur *in partem alteram sonus, victoriæ nuncius:* quod ineptum esse sequentia docent. *Inde jam partem alteram* Hav.

Quippe fuso suæ partis validiore cornu, inpetum facit] *Quippe fusos* Voss. 1. Leid. uterque, Lipsiens. et Port. a m. pr. Sed prima vocis *suæ* litera fini præcedentis perperam adhæsit, quod in litera sibilante frequentius factum. Vide ad xxviii. 25. § 2. *Faciunt* etiam Voss. 2. Sed præcessit 'transvolat, nuncius.' Mox τὸ *magis* non adparet in Gaertn.

§ 3 *Castigati fortium statim virorum opera edebant*] Consentiunt Pall. tres, Campanique ed. *operam edebant.* Vereor ut recte. Andreas edidit, *castigatique fortium statim opera edebant;* excluso τῷ *virorum.* Gebh. Scribe cum tribus Pall. Voss. altero, et Campano *operam edebant.* Sic l. v. c. 4. 'An, si ad calculos eum respublica vocet, non merito dicat, annua æra habes, annuam operam ede.' M. Seneca in Ter Forti Controv. i. 8. 'Dixit enim, se non negare reipublicæ viri fortis operas, sed ad necessarios usus reservare.' Seneca de Otio Sapientis c. 32. 'Res appetere sine ullo virtutum amore et sine cultu ingenii, ac nudas edere operas.' De Provid. c. 11. 'Ferrum istud, etiam civili bello purum et innoxium, bonas tandem et nobiles edet operas.' Sueton. Tib. c. 35. 'In opera scenæ arenæque edenda.' Frontinus Strateg. i. 9. ex. 4. 'Exauctoratos pœnitentia coëgit

satisfacere imperatori, obsequentioresque in reliquum operas edere.' Sic 'edere operas,' et 'editionem operarum' legas apud JC. Ulpianum, Caium, alios in titulo D. de operis libertinorum et de statu liberis; apud Paullum etiam Julianumque 'reddere operas.' Cicero ad Tironem Famil. XVI. 10. 'Tu Musis nostris para, ut operas reddas:' ubi laborat vir doctus, ut nobis persuadeat, legendum *ut ora sua reddas*. At Cicero jubet maturare Tironem, ut præsens quam primum de more studiis ejus inserviat. Quomodo? vel Tullii ipsius, vel quorum illi libuisset scripta recitando, evolvendo, examinando, bibliothecam curando. Hæ enim erant operæ, quas Tiro edebat Ciceroni. Mela I. 12. 'Literas et literarum operas, aliasque etiam artes commenti Phœnices.' Paullo aliter Cato in præfatione Justini, 'et otii reddendam operam putat,' id est, ita exigendum otium, ut etiam, quod per illud feceris, opus appareat. *J. F. Gron.* Ex meis præter Voss. 2. *operam* etiam præferunt Gaertn. et fragm. Hav. Ex libris vero, quos Hearne Oxonii consuluit, idem servant L. 1. et N. Sueton. in Vitell. c. 10. 'Centum autem atque viginti, quorum libellos Othoni datos invenerat, exposcentium præmia ob editam in cæde Galbæ operam, conquiri, et supplicio adfici imperavit.' Præterea *Castigatis, &c. edebat* Voss. 1. a m. sec. et Lipsiens. Sed ultima litera τῷ *Castigatis* adhæsit ex similitudine primæ in voce seq. Vide ad IV. 33. § 10. *Castigat* habet Flor. *edebat* etiam Leid. 2. Tum *statim fortium virorum*, vocabulis alio ordine propositis, Port. Vetusti typis descripti, quos vidi, non tantum *virorum*, sed et proxima voce *statim* carebant: insuper, quum more ejus seculi *ædebant* excusum fuisset, Veneti a. 1495. errore operarum dederunt *adebant*, pro quo Ascensius a. 1510. *audebant* reposuit; sed postea id in marginem ablegavit, prisco *edebant* in contextum recepto. Moguntini deinde addiderunt vocem *statim;* Aldus vocem *virorum*. Utramque servant codd. scripti.

Tantumque hos pudor, quantum alios laudes excitabant] *Tumque hos pudor* Hav. *tantumque eos pudor* fragm. Hav. Hinc *quam alios laudes* Port. Similiter τῷ *tantum* subjungitur vocula *quam* XXXVII. 51. 'Non tantum gaudii ab recenti metu adtulerunt, quam averterunt famam:' uni tamen codici auscultare periculosum est. Præterea *laudes alios excitabant*, trajectis vocibus, Voss. 2.

§ 4 *Undique omnes connixi hostem avertunt*] Est in cod. antiq. *undique omnes consii*. Suspicor legendum *connisi*, quod in edd. vulgatis est *connixi*. Rhen. Vox *omnes* deest in Leid. 2. at sæpe ea cum *undique* jungi solet. Cic. pro Sextio c. 56. 'Non sum tam ignarus, judices, causarum non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, et omnes undique flosculos carpam.' Flor. IV. 2. § 38. 'Contractis in unum undique omnibus copiis, positisque cominus castris, diversa erant ducum consilia.' Tum *consii* habet etiam Flor. at *conisi* Leid. 1. *connisi* fragm. Hav. Gaertn. et a m. pr. Voss. 1. Vide ad II. 39. § 11. et ad c. 50. § 8.

Nec deinde Romana vis sustineri potuit] Pall. 1. *vis teneri;* Pal. 3. *vis tenere*. Gebh. *Visus teneri potuit*, unius literæ repetitione neglecta, et inperite in voces distributis literis, quæ olim continua serie scribi solebant, Leid. 1. inde ab aliis postea factum est *vis teneri potuit*, quod præferunt Voss. 2. Port. et fragm. Hav. Reliqui recte servant *sustineri*. Supra II. 10. 'Primam periculi procellam, et quod tumultuosissimum pugnæ erat, parumper sustinuit.' c. 47. 'Ni consul alter, cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus, rem inclinatam sustinuisset.' Et pau-

lo post eodem cap. 'Sustineri deinde vis nequiit.' Infra IV. 18. 'Sustinere inpetum Romanorum.' X. 14. 'Nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset.' c. 20. 'Prœlium jam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit.' XXXIV. 2. 'Quia singulas sustinere non potuimus, universas horremus.' Curtius IV. 15. § 12. 'Sed non sustinuit Cadusiorum Scytharumque inpetum:' ubi videndus Cellar. IX. 5. § 18. 'Hic quoque graviter saucius tantam vim hostium ultra sustinere non poterat.' Frontin. II. 8. ex. 14. 'Veritus, ne inpetum Scytharum sui non sustinerent.' III. 15. ex. 6. 'Superesse ipsis copias, quibus diuturnam sustinerent obsidionem.' Florus IV. 2. § 58. 'Quamvis exigua manu ingentis exercitus molem mira virtute sustinuit.' Virgil. Æn. X. 808. 'sic obrutus undique telis Æneas nubem belli, dum detonet, omnem Sustinet.' Vide Jac. Perizon. ad Liv. XXXIX. 31. § 10.

Castra hosti ad prædam relinquunt] Τὰ *ad prædam* non comparent in Voss. 1. et Leid. 2.

Suas Romanus, populationibus agrorum amissas, recipit] *Recepit* Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et edd. quas vidi, usque ad Aldum, qui *recipit* vulgavit, consentientibus reliquis meis manu scriptis; nisi quod *recipi* sit in Lipsiens.

§ 5 *Maligne senatus in unum diem supplicationes, &c. decrevit*] In margine Voss. 1. pro *maligne*, emendatum est *benigne* contra sensum Livii, qui indicat, vel invide, vel nimis parce a senatu actum fuisse, quum oportuisset, ut cujuslibet consulis nomine in unum diem supplicatio decerneretur. Infra VIII. 12. 'Materiam autem præbebat criminibus ager in Latino Falernoque agro maligne plebei divisus.' XXXIX. 9. 'Maligne omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentia sustinebatur.' Justin. V. 2. § 14. 'Grata oratio Tissapherni fuit: itaque commeatus maligne præbere, classem regiam non totam mittere.' Eo sensu 'malignus' est apud Silium Ital. III. 280. 'Sed mensis asper populus, victuque maligno: Nam calida tristes epulæ torrentur harena.' Plinium Ep. II. 17. 'Hortum morus et ficus frequens vestit; quarum arborum illa vel maxime ferax est terra, malignior ceteris.' Et 'malignitas' apud Liv. II. 42. 'Accensaque ea cupiditas est malignitate Patrum, qui, devictis eo anno Volscis Æquisque, militem præda fraudavere.' V. 20. 'Ne quam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partitæ, aut invidiam apud Patres ex prodiga largitione caperet, literas ad senatum misit.' Vide Ciofan. ad Nason. Trist. El. IV. 10. 126.

Populus injussu iit supplicatum] Sic VII. 12. 'Si quis injussu in hostem pugnasset.' Et X. 4. 'Nec tamen injussu movere se auderent.' *Sigon.* Vide ad VII. 12. § 12. Vox *populus* male abest ab Hav.

Injussu et altero die frequens iit supplicatum] Omnes libri, qua scripti, qua cusi, *et altero die iit, supplicatumque est.* Gebh. Ita, ut notis præscribitur, primum editum vidi apud Frobenium a. 1531. omnes priores præferunt *frequens init, supplicatumque est,* (quod forte ex errore operarum vel librariorum natum est, pro *frequens iuit*) nisi quod Aldus, et unus aut alter eum secuti interim vulgarint *frequens iit, supplicatumque est.* Et Aldina lectio exstat in Flor. utroque Voss. utroque Leid. utroque Harl. Lipsiens. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Neque inde differunt vel Hav. nisi quod *id,* pro *iit,* præferat, vel Gaertn. nisi quod legat *it,* vel Port. nisi quod a m. pr. careat voce *iit,* a m. sec. autem in margine eam transponat hoc modo: *injussu iit et altero die frequens, supplicatumque est.* Margo etiam Leid. 2. habet aliam

lectionem *injussu et altero die frequentiusque supplicatum est:* quod ferri posset, si legeretur *frequentiusque supplicatum iit.* Sed veriorem vulgatam scripturam puto, quam librarii, quod non intelligerent, corruperunt. Passim tamen obvium supinum prius cum verbo 'ire.' Infra xxxii. 22. 'Obtestatus filium, ut consulere Achæos communi saluti pateretur, neu pertinacia sua gentem universam perditum iret.' xxxix. 10. 'Vitricus ergo tuus pudicitiam, famam, spem, vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.' Terent. Andr. i. 1. 107. 'Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?' in Eunucho v. 2. 53. 'Nutricem arcessitum iit, quæ illam aluit parvulam.' Plaut. in Casin. Prolog. 86. 'Ultro ibit nuptum, non manebit auspices.' Aulul. ii. 2. 69. 'Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam, Pauper metuit congredi.' Justin. xxxviii. 5. 'Quia ultum ierit se, ab ipsis ventum obviam.' Ipsum illud 'supplicatum ire' habes x. 23. 'Supplicatum iere frequentes viri feminæque.' xxii. 10. 'Supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis:' apud Caton. in Fragm. ap. Festum voce 'Sub corona:' 'Ut populus suus sua opera potius ob rem bene gestam supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat.' Et ita passim aliis verbis motum ad locum notantibus jungi hæc supina solent. Vide Ger. Joh. Vossium Gramm. v. 12. Ceterum vox *die* deficit in Lipsiens.

Vaga popularisque supplicatio studiis prope celebratio fuit] Lege *prope celebratior fuit:* nam inepte vulgatum est in novissimis edd. *celebratio.* Gebh. Ita vitio typographorum editum fuit a Grutero a. 1608. quem errorem superstitiose servarunt Parisienses a. 1625. at jam ipse Gruterus a. 1628. eum emendavit.

§ 6 *Senatumque in Martium campum evocavere*] Rectius Pall. 1. ac 3. *campum Martium.* Gebh. Similiter Voss. 2. Port. et fragm. Hav. Cur tamen id rectius, quam vulgatum, judicet Gebhardus, nullam caussam video. Certe ordo vocabulorum displicere non debuerat. Supra ii. 5. 'Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit.' iii. 27. 'Armati cum cibariis in dies quinque coctis vallisque duodenis ante solis occasum Martio in campo adessent.' Præterea præpositio *in* deficit in Harl. antiq. quæ excidit ob proximæ vocis literam primam *m*, cui ductibus similis est: alia exempla vide ad viii. 33. § 6. Hinc argumentum peti potest, jam olim eo ordine vocabula scripta fuisse. Ad hoc in verbis præcedd. *dubio*, pro *biduo*, transpositis syllabis præfert Lipsiens.

De rebus ab se gestis agerent] *A se gestis* Leid. 2. Gaertn. Lipsiens. et Hav. cum edd. ante Aldum, qui *ab se* reposuit, consentientibus reliquis scriptis; nisi quod manifesto errore *ad se* sit in Voss. 1. Mox *terroribus*, pro *terroris*, Leid. 1. Gaertn. et Voss. 2. quod genus peccati in scriptis admodum frequens est. Vide ad xxii. 8. § 7. *terrori* Lipsiens.

§ 7 *Ne criminationi locus esset*] Pall. duo *comminationi.* Gebh. *Comminationi* etiam Voss. 2. nolente cetera Mss. turba, qui constanter *criminationi* exhibent, nisi quod perperam *criminatione* sit in Harl. antiq.

In prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis est, (circum jam tum Apollinarem adpellabant) avocavere senatum] Accusativus *circum* non est in codice Ms. *Rhen.* Paulo ante c. 54. sic: 'In pratis Flaminiis, quem nunc circum Flaminium appellant.' *Sigon.* Pall. omnes *advocare.* Iidem, et edd. priscæ ignorant τὸ *circum;* scribuntque *jam tum Apollinarem* (Pal. 1. *Apollinare*) *appellabant.* Gebh. *Circum* hunc fabricavit nobis Aldus. Qui proxime illum præcessere Magontia-

ci, dedere cum omnibus ab Andrea, *ubi nunc ædes Apollinis, jam tum Apollinarem appellabant*. Neque aliter membranæ, nisi quod addunt τὸ *est*, quidam etiam *Apollinare*. Fuisse censeo, *ubi nunc ædes Apollinis est* (*jam tum Apollinar appellabant*) *advocavere senatum*. *Apollinar*, ut 'Lupercal,' 'Erucinal,' 'Bacchanal.' Sed maluerunt *Apollinar*, ne litera *L* repetita insuavis auribus accideret. Quod spectarunt etiam, qui *Parilia* maluerunt scribere, quam *Palilia*. J. F. Gron. Non Aldus hunc *circum* fabricavit, sed ab indoctis librariis fabricatum probavit. Nam *Appollinis est, circum jam tum Appollinarem appellabant* habet Flor. *Apollinis est, circum tum Apollinarem appellabant* Harl. 2. *Apollinis est, circum Apollinarem appellant* fragm. Hav. a m. sec. quum etiam *jam tum*, pro *circum*, a m. prima scriptum fuisset. *Apollinis est, jam tum Apollinarem appellabant circum* Port. margo. Reliqui omnes, ut Gronovius in suis reperit, legunt *Apollinis est, jam tum Apollinarem appellabant*, nisi quod *jam tamen* habeat Lipsiens. (Vide ad xxii. 17. § 5.) *Apollinare* Hav. Circo fabricando librariis ansam dedisse puto locum Livii, a Sigonio hic laudatum. Indicat autem Livius, consules senatum habuisse in loco, ubi postea demum ædes Apollinis constructa fuit: sed qui tamen jam eo tempore ex nomine Apollinis appellabatur. Et quidem ædes illa sedecim annis post vota, et biennio postquam vota foret, dedicata est. Votæ ædis meminit Liv. iv. 25. 'Pestilentia eo anno aliarum rerum otium præbuit. Ædes Apollinis pro valetudine populi vota est:' dedicatæ autem c. 29. 'C. Julius consul ædem Apollinis, absente collega, sine sorte dedicavit.' Ejusdem ædis meminit etiam Asconius, docens eam unam Apollinis ædem Romæ exstitisse, donec Augustus Palatinam exstrueret, ad Cic. Orat. in toga candida: 'Ne tamen erretis, quod his temporibus ædes Apollinis in Palatio sit nobilissima, admonendi estis, non hanc a Cicerone significari, ut puto (forte legendum *utpote*), quam post mortem etiam Ciceronis multis annis Imperator Cæsar, quem nunc divum Augustum dicimus, post Actiacam victoriam fecerit; sed illam demonstrari, quæ est extra portam Carmentalem, inter forum Olitorium et circum Flaminium; ea enim sola tum demum Romæ Apollinis ædes.' Puto igitur recte Gronovium emendasse *jam tum Apollinar appellabant*. Voce *circum* extrita, *jam tum Apollinarem appellabant* edidit Donjatius. Id postea etiam fecit Clericus, qui hanc caussam addidit, nihil opus esse, contextum mendosum edere, ne lector hærens cogatur ad notas confugere, quas legere interdum operæ pretium non est. Verum non video, hac lectione recepta, quo vox *Apollinarem* referenda sit: neque magis, ut puto, alii cuiquam lucebit; unde lectori adtento, velit, nolit, ad notas recurrendum erit. Et tamen, ne conjecturas in contextum recipiam, eamdem lectionem servavi. Ceterum Gronovius etiam *advocavere* legendum censet, quomodo est in Voss. 2. Leid. 2. Port. Lipsiens. Klockian. Hav. et Voss. 1. a m. sec. *advocare* habet Harl. 2. Sæpius has voces in Mss. commutari, dictum est ad i. 6. § 1. Codd. tamen melioris notæ vulgatum servant. Præterea *prata plumina* Lipsiens. a m. pr. in contextu, *prata fulmina* a m. sec. in margine.

§ 8 *Ingenti consensu Patrum*] *Assensu Patrum* Harl. 1. Mox *Licilius*, prænomine cum nomine coalescente, Flor. De hoc errore vide ad xxxviii. 35. § 2. Tum alio ordine *ad populum tulit* Leid. 2.

Multis dissuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio] *Desuasum* Harl. 2. et Hav. Tum *maxime Cor. Claudio* Voss. 2. et fragm. Hav. *maxime Cornelio Claudio* Gaertn. Vide ad v. 52. § 3.

maxime coram Claudio Mediolanenses ediderunt annis 1495. et 1505. ac Veneti a. 1498. Sed intelligi C. Claudium Appii decemviri patruum, non obscure patet ex Dionys. Halic. Antiq. l. XI. p. 728.

§ 9 *Gratiamque pro privato merito in tribunum*] *In tributum* Voss. ambo, Leid. 1. Harl. 2. Gaertn. Lipsiens. in contextu, Flor. a m. pr. fragm. Hav. a m. pr. et Leid. 2. a m. sec.

Æstimationem arbitriumque ejus honoris] Pall. 1. et 3. *extimationem.* At Pal. 2. *examinationem;* in ora tamen exteriore *existimationem.* Gebh. *Examinationem* etiam Harl. 2. Lipsiens. Hav. et in margine Port. *existimutionem* Gaertn. *extimationem* Leid. 2. et fragm. Hav. quomodo pro *existimationem* passim in Mss. exstat. Voces autem 'existimatio' et 'æstimatio' inter se confundi, dicetur ad XXXIV. 11. § 5. Paullo ante *numq. ante populum triumphum actum* male Port. *numq. unte de triumpho per pop. actum esse* Gaertn. addita ultima voce, quæ in omnibus aliis deficit.

§ 10 *Ne ita omnia tribuni potestatis suæ inplerent*] *Potestati suæ* Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 2. et Lipsiens. Sed prima litera τοῦ *suæ* ultimam vocis præcedentis absorpsit. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Eadem constructione obcurrit VII. 7. 'Spei animorumque inplevere.' X. 14. 'Fugæ formidinisque Samnites inplevit.' Ante hæc verba omnia illa *ne reges quidem majestatem summi ordinis inminuisse* exsulabant a Leid. 2. *nec reges quidem* præferunt Harl. 2. Port. et Gaertn. Male. Vide ad I. 10. § 3.

Ita demum liberam civitatem fore] *Liberatam* Voss. 1. et Leid. 2. Ita alibi peccasse librarios, exemplis docetur ad XXXVI. 17. § 13. Insuper *civitatem esse* Leid. 2.

Si sua quisque jura ordo, suam majestatem teneat] Vox *jura* deficit in Leid. 2. *si suo quisque jure ordo suam maj.* Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. *suamque maj.* Port. a m. interpolatrice. Adparet librarios ferre non potuisse, particulam connectentem a Livio omitti; quod tamen ipsi frequentissimum est. Supra II. 45. 'Nihil præterea aliud, quam suas vires, sua arma horrebant:' ubi vide quæ notantur.

§ 11 *Multa et a ceteris senioribus Patrum quum essent dicta*] In codice Ms. tantum est *multa et ceteris senioribus.* Rhen. Similiter etiam exaratum inveni in Leid. 1. et Port. a m. pr. Vide ad VI. 11. § 4.

Tum primum sine auctoritate senatus populi jussu triumphatum est] Vox *primum* exsulat a Lipsiens. Tum *sine auctore senatus* Voss. 2. Librarius saltem dedisset *sine auctore senatu;* ita lectio aliquo modo defendi posset. Sed vulgatum præstat ob codicum in id consentientium auctoritatem. Vide ad II. 56. § 6. Præterea τὸ *est* abest ab Hav.

CAP. LXIV. § 1 *Hæc victoria tribunorum plebisque prope in haud salubrem luxuriam vertit*] *Verti* Leid. 1. et Harl. 1. oratione per infinitivum concepta; de qua vide ad I. 50. § 5. *Hæc victoria tribunos plebemque prope in haud sal. lux. vertit* Harl. 2. Male. Displicuisse librariis puto, 'verto' vel absolute vel passive poni; quod tamen Livio frequens est. Vide ad II. 62. § 2. Et hinc jam etiam *verti,* pro *vertit,* natum videri potest; quamvis, ut verum fatear, vix ea lectio librariis, ubique eam tollere conatis, adscribi queat. Paullo post alio vocabulorum ordine *quo minus sua cup.* Leid. 2.

§ 2 *Consensum Patrum caussabantur*] *Consensu Patrum* Gaertn. Tum *criminabantur* Harl. 2. Male. *Caussari* est prætextum pro vera caussa adducere. Vide ad II. 32. § 1.

Jura plebis labefactata essent] In codice Ms. est *jura plebis labefacta essent:* nam 'labefacere' et 'labefieri' dicimus, non minus quam 'labefactare.' *Rhen.* Ms. *labefacta essent.*

Lego *labefactassent*, vel *labefactati essent*. Klock. Rhenanus legendum e suo codice monet *labefacta essent*, ut habet Pal. 2. solus: neque ego dissentio, modo locupletior accedat auctor. *Gebh.* Satisfactum sibi esse confessus fuisset Gebhardus, si scivisset, ex omnibus nostris solos Voss. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *labefactata* servare, ceteros omnes *labefacta* præferre. Eamdem tamen lectionem Hearnium, si diligenter id egit, in omnibus suis reperisse, inde colligo, quod *labefactata* tantum in edd. Aler. et Sigon. inventum memoret. Passim autem hæc vocabula commutantur. Apud Valer. Max. IV. 3. ext. 3. 'Phryne pulchritudine sua nulla ex parte constantissimam ejus abstinentiam labefecit:' ubi, ut Torrenius monuit, in uno cod. erat *labefactavit*. IX. 12. ext. 10. 'Nimio et subito incursu aquæ labefacta ea et ruente, ceteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit:' ubi iterum in uno *labefactata ea* ipsi obvium fuit: apud Quinctil. Instit. Orat. VIII. 4. 'Hic et Catilina Graccho, et status reipublicæ orbi terrarum, et mediocris labefactatio cædi et incendiis et vastationi, et privatus consulibus comparatur:' ita vulgo editur: sed Burmann. auctor est, Voss. 1. præferre *labefactio*. Apud Cic. de Senect. c. 6. 'Maximas respublicas ab adolescentibus labefactas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis.' Ubi Ald. Manutius hanc lectionem quatuordecim codicum auctoritate firmat, cum ante *labefactatas* ederetur. Ex scriptis poëtarum, ubi metri legibus adstricti librarii non ita facile vocabula hæc confundere potuerunt, τὸ *labefactus* pluribus inlustravit N. Heinsius ad Silii XII. 18. Librarii, scribentes *labefactata*, postremam syllabam male repetierunt; quod genus erroris et in aliis similibus dictionibus frequens est. Vide ad X. 37. § 2.

§ 3 *Libertati plebis suas opes postferrent*] *Præferrent* perperam Voss. 2. Gaertn. et Lipsiens. a m. pr. in contextu. Male. Silius Ital. II. 700. 'Audite, o gentes, neu rumpite fœdera ferro; Neu regnis postferte fidem:' ubi Dausqueius et ego aliis exemplis hoc verbum inlustravimus. Adde Plinium, qui frequentius eo usus est, III. 4. 'Agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum postferenda.' IV. 4. 'Peloponnesus, Apia ante adpellata et Pelasgia, peninsula haud ulli terræ nobilitate postferenda:' et alibi sæpe.

§ 4 *Forte quadam utili ad tempus*] Vet. lib. *ad id tempus*. Sigon. Solus Pal. 2. *ad id tempus*, succinens Sigoniano. *Gebh.* Justo liberalior est liber Sigonii. Infra XXVIII. 42. 'Militari suffragio ad tempus lectus.' Ibidem c. 43. 'Oratione ad tempus parata.' XXXI. 24. 'Ejusdem linguæ homines ad tempus ortæ caussæ disjungunt conjunguntque.' XXXII. 19. 'Neque ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æstimantes.' *Duk.* *Ad id tempus* etiam Hav. et Hearnii Oxon. B. *adeptus tempus* Voss. 1. *ademptus tempus* Leid. 2. Nihil muto. Supra I. 35. 'Instare, ut quam primum comitia regi creando fierent. Quibus indictis sub tempus pueros venatum ablegavit:' hoc lib. c. 46. 'In eo verti puellæ salutem, si postero die vindex injuriæ ad tempus præsto esset.' Ita 'post tempus' Phædr. Fab. IV. 18. 'Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.' Vide Vorstium de Latin. Falso Susp. c. 20. Præterea *Forte quadam* Voss. 1. pro quo in margine emendatum *Sorte quadam*; quod etiam præfert Harl. 2. Contra verbis seqq. *forte evenit* Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et a m. pr. Voss. 1. Utrumque et hic et postea etiam receperat Aldus, sed iterum in erratis mutavit. De hoc librariorum errore vide ad I. 4. § 4. Præterea *potissime* Gaertn.

Invidiam imminentem cernenti] Pall.

duo *invidiam eminentem.* Gebh. *Eminentem* etiam Voss. 2. Port. et fragm. Hav. Male. Supra hoc lib. c. 38. 'Citari jubent in curiam Patres, haud ignari, quanta invidiæ inmineret tempestas.' 'Inminens nox' supra erat hoc lib. cap. 2. 'In noctem inminentem aciem instruitis:' ubi alia vide.

§ 5 *Negaret, ullius se rationem habiturum, pugnarentque collegæ*] *Se ullius rationem,* in alium ordinem digestis vocabulis, Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Mox τὸ *que* deficit in Leid. 1. Lipsiens. et Port. Tum *mitteret, et concederet,* pro *aut concederet,* male Hav.

Habiturus e lege potius comitia, quam ex voluntate Patrum] Iidem duo codd. *collegis, habituris elegit potius comitia, cum ex voluntate Patrum:* admodum mendose. *Gebh. Habituris* scribendum esse, mirum non vidisse Gebhardum; quum non modo id sensus requirat, sed et omnes mei scripti, ac forte ejus Pal. 3. de duobus reliquis enim fatetur, præferant. *Habiturus* operarum errore vulgatum fuerat in Francofurtana ed. a. 1578. idque propagatum est per proximas omnes usque ad Gronovianam a. 1665. ubi iterum recte *habituris* emendatum est. *Elegit,* pro *e lege,* Voss. 2. *lege* Hav. qui etiam male caret τῷ *quam.*

§ 6 *Injecta contentione Duilius consules*] *Ellecta contentione* Gaertn. a m. pr. *illecta* a m. sec. *inlecta contentione* Lipsiens. 'Injectus' et 'illectus' etiam alibi commutantur. Vide quæ notantur ad Silii VI. 32. *Conjecta contentione* Voss. 2. *dimissa contentione* Hav. in margine. Verum est id, quod vulgo circumfertur. Infra X. 6. 'Tamen ne undique tranquillæ res essent, certamen injectum inter primores civitatis patricios plebeiosque ab tribunis plebis Q. et Cn. Ogulniis.' Vell. Pat. I. 2. 'Inmixtusque castris hostium de industria, inprudenter, rixam injiciens, interemtus est:' ita Burmann. ex vestigiis primæ ed. pro *rixam ciens,* legendum conjicit. Ejus generis sunt 'injicere metum,' 'terrorem,' 'trepidationem,' 'pavorem,' pro excitare. Vide ad Liv. II. 36. § 3. 'Injicere mutationem' V. 27. § 10. In verbis seqq. τὸ *se* exsulat ab fragm. Hav.

Auctores popularis sententiæ haud populares nactus] Lego *auct. haud pop. sent. pop. nactus.* Klock. An non posses etiam *auct. populares sent. haud popularis nactus?*

In concionem cum iis processit] *Comitiis,* pro *cum iis,* in margine præfert Voss. 1. sed *cum iis in concionem processit,* ordine vocabulorum transposito, Port.

§ 7 *Memor libertatis per illos receptæ domi, memor militiæ rerumque gestarum*] Deleo copulam post τὸ *rerum.* 'Rerum militiæ gestarum:' ut V. 12. 'Resque militiæ ita prospere gererentur.' VII. 5. 'Nullis domi militiæque ad conciliandam gratiam meritis.' Nam et in Nostro hoc loco præcedit *domi.* 'Res gerere' proprium temporibus belli. *Jac. Gron.* Copula trajecta Neapol. Latinii exhibet *memor libertatis per illos receptæ, domi memor militiæque rerum gestarum:* ut sit, 'memor rerum domi militiæque gestarum:' ut II. 8. 'Hæc post exactos reges domi militiæque gesta primo anno.' Vide ad I. 34. § 12. Ea autem lectio, quamvis prima specie placere possit, minus tamen proba videtur, non tantum quod nullus codicum, quibus usus sum, Neapolit. consentiat, sed etiam quod res a consulibus domi gestæ a libertate per eos restituta distingui nequeant. Nihil aliud enim domi gessisse memorantur, quam quod plebis libertatem variis legibus firmarint, c. 55. enumeratis. Si quid igitur mutandum, verius puto, ut copulativa *que* cum Jac. Gronovio deleatur. Solet enim alibi sæpe hæc particula alieno loco a librariis interponi. Vide ad XLI.

23. § 6. Exemplum alind sequitur § hoc, et proximo.

Consules iterum faceret] *Interim faceret* Voss. 1. alibi obvio errore, cujus exempla alia videri possunt ad x. 18. § 1. Mox *nihilque sententiæ*, addita copula, Flor.

§ 8 *Conlaudatis consulibus, quod perseverarent ad ultimum dissimiles*] *Collaudatisque consulibus* Hav. perperam interjecta copula, de quo modo ad § præc. dictum. Hinc *qui perseverarent* Hav. et Gaertn. qui error ex compendio scribendi ortus est. Vide ad c. 58. § 7. Denique *consimiles*, insigni librariorum contra mentem scriptoris peccato, Leid. 2. Voss. 1. et Klockian.

Quinque tribunis plebis creatis] Ea lectio non nisi in minoris auctoritatis codd. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. obvia fuit. Nam *tribunis plebi* Leid. uterque, Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et a m. pr. Voss. 1. *tribunis plebeis* Voss. 2. Vel prius recipiendum, (vide ad II. 42. § 6.) vel ex vestigiis posterioris lectionis formandum *tribunis plebei*, ut librarius *plebeis* scribens indicare voluerit, duplicem se invenisse lectionem *plebei* et *plebis*: de quo more dictum est ad hujus lib. c. 44. § 4. Ita mox hoc cap. 'Si tribunos plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis,' &c. Vide ad II. cap. 33. § 2.

Præ studiis aperte petentium novem tribunorum] *Petentium numerum trib.* Gaertn. et Neapol. Latinii. *petentium noem̄ trib.* Port. a m. 2. Adparet dare voluisse scribam *petentium nomen trib.* quod est in Voss. utroque, et Leid. 2. Sed unice verum est vulgatum. Intelliguntur enim novem tribuni plebis, collegæ Duilii, comitia novorum tribunorum habentis: hi enim aperte honorem sibi continuari petebant.

Alii candidati tribus non explerent] Quid sit 'tribus explere,' etiam atque etiam secum consideret lector, quum hoc tempore haud minus viginti quinque tribus essent. Utrum 'tribus' pro classe accepit? Cautum enim erat a. CCXCVII. ut bini ex singulis classibus crearentur. An tributa intelligemus comitia, quibus aberant Patres? ut supra libro præced. c. 56. de Voleronis lege patuit. *Glar.* 'Tribus non explere' est non posse legitimum ac necessarium suffragiorum numerum ferre. Hoc dixi, quia Glareanus 'tribus' pro classe accipiendum ait, cum tribuni plebis tributis comitiis fierent. Alibi 'legitima suffragia non conficere' dixit. ['Glareanus non definit, sed dubitat, ut lectorem excitet. Hoc Sigonius in calumniam trahere videtur.'] *Sigon.* Vide Gruchium de Comit. I. 4. pag. 136. et II. 4. pag. 237. *Duk.* Infra XXXVII. 47. 'Fulvius consul unus creatur, quum ceteri centurias non explessent:' ubi vide. Ceterum *alii ac alii cand.* Leid. 2. et Voss. 1. in marg. quum in contextu foret *alii calii cand.* utrumque male. Puto quum librarius vocem *candidati* scribere incepisset, ejus literam secundam ipsi vocabulum præcedens in memoriam revocasse, quod aliud cogitans iterum exaravit: postea non multo doctiorem, ut apertam aberrationem emendaret, substituisse *alii ac alii*: quod, præterquam quod hic sensui non bene conveniat, etiam admitti nequit ob illa quæ notantur ad x. 36. § 17. Mox *consilium* Hav. Male. Intelliguntur enim comitia tributa; quæ *concilium*, non *consilium*, vocanda esse, docet J. F. Gronovius ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Nec deinde comitiorum caussam habuit] Emenda *nec deinde com. caussa habuit:* subaudi 'concilium.' *Rhen.* *Caussam*, recte Rhenano damnatum, servant tamen Harl. 1. Hav. et Neapol. Latinii. *nec deinde com. curam habuit* Oxon. L. 1. et C. apud Hearnium; quam perpetuam fere scriba-

rum aberrationem esse, docet Burmann. ad Nemes. Ecl. II. 40. Reliqui codd. mei optime cum Rhenano præferunt *comitiorum caussa.* Gronovius etiam priori ed. notarum eam lectionem probavit, testatus, ita libros integriores habere.

§ 9 *Satisfactum legi aiebat, quæ, numero nusquam præfinito, tribuni modo ut relinquerentur, sanciret*] Quæ sit illa lex, non satis liquet ex superioribus. Plebiscitum fuit a M. Duillio rogatum supra cap. 55. 'Qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur.' Sed vix huc congruit. Quidam etiam hoc loco *tribuni* nominativum mutarunt in dativum, postposita distinctione. *Glareanus.* Placet *quæ, numero nusquam præfinito, tribuni modo ut relinquerentur,* quemadmodum laudari video a Klockio in Sylloge Epistolar. Burm. tom. I. p. 393. *Duk.* Sane illud plebiscitum, c. 55. memoratum, huc non congruit, quia ibi nulla cooptationis a collegis, si decem tribunorum numerus creari non posset, mentio fit; nisi dicendum, ibi Livium tantum partem plebisciti descripsisse. Multo minus huc referri potest, ut Donjatius fecit, lex memorata Diod. Sicul. Bibl. l. XII. p. 300. Ἐν δὲ ταῖς ὁμολογίαις προσέκειτο, τοῖς ἄρξασι δημάρχοις τὸν ἐνιαυτὸν ἀντικαθιστάναι πάλιν δημάρχους τοὺς ἴσους. ἢ τοῦτο μὴ προσάξαντας, ζῶντας κατακαυθῆναι. Si enim ἴσους *totidem* tribunos creare juberentur, qui honore abibant, Duilius contendere non potuisset, numerum nusquam præfinitum fuisse. Forte itaque carmen rogationis a Duilio recitatum pars exstitit legis aut plebisciti, eo tempore lati, quum vel decem tribuni primum creabantur, (de quo supra hoc lib. c. 30.) vel quum quinque tribunorum creatio plebi concessa est, (de quo II. 33. et 58.) ita ut tum renovata ea lex fuerit, quum numerus augeretur, quia hic expresse decem tribunorum mentio fit. Ceterum *satisf. legi habebat* Leid. 2. *satisf. legi agebat* Klockian. Flor. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. Alibi sæpe *aiebat* et *agebat* scribæ confuderunt. Vide ad VIII. 33. § 23. *Tribunis,* quomodo nunc pro *tribuni* in excusis est, primus recepit Aldus, cum quo faciunt omnes codd. nostri. Hinc *modo relinquerentur,* exsulante particula *ut,* Gaertn. *modo ut relinquerent* Voss. 2. et Hav. Sed sæpe notam, qua literæ *ur* finales per compendium scribuntur, librarii omiserunt. Vide ad X. 10. § 1. et mox ad § seq. hujus cap. Denique *sanxisset* Gaertn. et prisci typis descripti, pro quo iterum Aldus *sanciret,* consentientibus omnibus reliquis scriptis: idque præstat.

Et ab iis, quis creati essent, cooptari collegas juberet] Videtur legendum *ut ab iis, qui creati essent, &c.* F. Ursinus. F. Ursinus *ut ab iis* e conjectura. *Gebh.* Voculæ *et* atque *ut* alibi commutari, dicam ad XXI. 28. § 8. Verum hic non modo omnes codd. in vulgatam lectionem conspirant, eaque optimum sensum habet, sed etiam, emendatione Ursini recepta, quemadmodum locus commode intelligi atque explicari possit nondum video. Ceterum *coaptari,* pro *cooptari,* optimi codicum Leid. 1. et Harl. 1. et ita etiam Gaertn. sed aberratione scribarum, qui alibi in verbis his confundendis lapsi sunt. Vide Servium ad Virg. Æn. I. 552. Pierium ad Æn. I. 425. Juretum ad Paull. Vit. Martini III. 170. Nic. Heinsium ad Claudiani Cons. Olyb. et Prob. v. 241. de Laudib. Stilic. II. 185. et Bentl. ad Hor. Epist. I. 1. 62. Ita et mox cap. seq. § 1. v. 10. § 11. c. 12. § 2. et alibi.

§ 10 *Recitabatque rogationis carmen, in quo*] *Recitabaturque* Lipsiens. Vide modo ad § 9. hujus cap. *in quo erat* una voce auctiores Harl. 2. Hav. et

margo Port. At verbum hoc satis commode subintelligi potest.

Si tribunos plebis decem rogabo] De cooptatione verba prisca quidem sunt; quam vero emendate legantur, non equidem definio. In plerisque codd. legebatur *Si tribunos plebis fecerint, decem rogabo.* Verbum *fecerint* alii sustulerunt: nec causam cur fecerint habeo, nisi quia mox sequitur idem verbum. *Glar.* Pal. 2. *tribunos plebei:* recte. *Gebh. Tribunos plebis* Gaertn. Voss. 2. Leid. 2. et Port. *tribunos plebeios* Harl. 2. et Hav. *tribunos plebi* fragm. Hav. a m. pr. *tribunos plebei* a m. sec. quomodo et optimi codd. præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. quod jam recte Gronovius recepit. Vide ad II. 33. § 2. Per codd. autem Glareano memoratos qui præferunt *si tribunos plebis fecerint, decem rogabo,* intelligendi quidam typis descripti. Et sane eam lectionem offendi in utraque Tarvis. quibusdam Venetis, Ascensianis, Moguntina, et nonnullis aliis edd. Contra vero, si non omnes vetustiores, certe pleræque edd. et nominatim prima Aleriana, teste Hearnio, (Gebhardus tamen ad verba seqq. alteram lectionem ex eo profert) Mediolanenses annorum 1480. 1495. 1505. et Veneta a. 1498. quas ipse consului, exhibent *si tribunos plebis decem rogabo,* omissa voce *fecerint,* quæ in nullo etiam cod. scripto exstat, et propterea recte iterum ab Aldo expuncta est, quem hic Glareanus innuit, memorans alios esse, qui verbum *fecerint* sustulerint. At si priores excusos et manu exaratos libros consulens, eos omnes τῷ *fecerint* carere animadvertisset, non dubito quin incertior hæsisset, si ratio reddenda fuisset, cur alii eam vocem, quæ tamen mox obcurrit, invitis omnibus interjiciendam censuerint.

Si qui vos minus hodie decem tribunos plebis fecerint, hi tum utique, quos sibi collegas cooptassent, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint] Video legi posse *si quo minus hodie dec. trib. pl. fec. tum ut ii, quos sibi coll. coopt. ut illi leg. eadem lege trib. pl. sint.* Certe exemplar Wormaciense habet *ii tum uti quos,* non *utique.* Quare legendum aut *ii tum quos,* aut *ut ii quos.* Porro *cooptassint* esse scribendum, pro *cooptassent,* facile admittet doctissimus quisque, et mihi pro hoc loco restituto gratiam babebit. Usurpavit autem antiquitas *cooptassint,* pro *cooptarint.* Cujus generis multa verba adnotat Festus, quemadmodum et nos indicavimus in castigationibus nostris in libellum Ciceronis de Senectute, emendantes Ennianum carmen, quo suum opus exorsus est Tullius, quod vulgo mendose legitur, ‘O Tite, si quid ego adjuto, curamve levabo:’ quum ex vetustis codd. scribendum sit, ‘O Tite, si quid ego adjuuro, curamve levasso.’ *Rhen.* Lectio haud dubie inquinatissima, cui B. Rhenanus, vir summus et optime de Livio meritus, medicas admolitur manus. Sed nescio, an in totum persanet. Mihi, consultis hinc inde exemplaribus, legendum videtur, *si tribunos plebis fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie decem feceritis:* pro, si qui vos minus, quam decem tribunos, feceritis; aut, si qui vos minus hodie decem tribunis feceritis. *Nannius.* Vetus lectio, *si quos minus hodie decem tribunis, &c.* Deinde veteres libri, *hi tum, quos sibi,* et pro *ut illi legitimi, ita illi legitimi.* Porro autem pro *cooptassent,* apparet legendum esse *cooptassint,* antique dictum pro *cooptaverint.* Sigon. In aliis aliter, deterius etiam. Certe ego Atellanas tricas citius, quam hoc, extricavero. Confirmo tamen (possum falli, ut humanus) scribendum, *Si tribunos plebei rogasso, si minus quinos hodie tribunos plebei faxitis,* (vel *facitis,*) *ut hi tum utique, quos sibi collegas cooptassint, legitimi ea lege tribuni plebei sirint, uti illi, quos hodie tribunos ple-*

bei faxitis (vel *facitis*). *Faxitis* et *sirint* de conjectura feci, quia illa ætate haud fere aliter, maxime legibus scribundis. Sciunt qui antique non ignorant. Sed hoc levius. Sensum autem loci quod attinet, fefellit bonos emendatores, Duillium non eam allegare legem, quam ipse et collegæ, Q. Minutio Augurino, C. Horatio Pulvillo consulibus, de decem tribunis posthac creandis tulerunt; sed supra legem, quæ in monte Sacro per plebis secessionem lata est, repetere. Jam tum enim statim ab initio duo creati tribuni tres sibi adscivere collegas. Clare Livius II. 33. Hinc institutum mansit, ut, si minus quinque (qui tum justus tribunorum esse numerus cœperat) tribunos sibi plebs fecisset, iis, qui creati erant, perinde ut primis tribunis, liceret hactenus collegas cooptare, dum legitimus numerus impleretur. Eam fuisse Duillii mentem, eo mihi verosimilius fit, quod collegæ novem legis simul a se latæ interpretem Duillium haud tulissent. Deinde quia ipsius Duillii verba contra sunt: 'Satisfactum legi aiebat, quæ, numero nusquam præfinito, tribuni modo ut relinquerentur, sanxisset,' &c. Sed fallor? an nusquam præfinitus numerus his vulgo verbis non est? *Si tribunos pl. decem rogabo, &c.* quasi, quinque tribunos per tribus creari, quinque a creatis sumi, necesse fuisset: quod falsum est. Vel etiam lego: *Sei treibunos plebei rogasso, sei meinus queinos hodie treibunos plebei facitis, uti ei tom* [*uteique*] *quos seibi colegas cooptasint, legitimei ea lege tribunei plebei sirint, utei illei, quos hodie tribunei plebei facitis. Facitis* pro *faxitis.* Vide Festum Scaligeri voce 'Topper.' *Klock.* quem etiam vide in Syllog. Epist. quas Burmann. edidit, tom. I. p. 393. Depravata citra controversiam lectio, cui Rhenanus, optime meritus, ut de Plinio ac Tertulliano, sic et de T. Livio, medicam quidem manum adhibet, at non persanat. Sic enim conatur e vestigiis Wormaciensis codicis: *si quo minus hodie dec. trib. pl. fecerint, tum ut ii, quos sibi collegas coopt. ut illi leg. eadem lege trib. plebeii sint. Cooptassint* autem, pro quo editur *cooptassent,* reponi vult, gratiamque hoc nomine sibi habitum iri confidit: ἀρχαϊκῶς, pro *cooptarint:* qualia in Festo Pompeio occurrunt complura, et Cicero initio Catonis Majoris de vetere poëta illud est mutatus, 'O Tite, si quid ego adjuto, curamve levasso,' pro *levavero.* Nos, consultis hinc inde exemplaribus vetustis, locum esse mutilum rati, tentabamus, *si trib. pl. fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie decem feceritis, ut ii, quos sibi collegas, &c.* Pro, si qui vos minus hodie decem tribunis feceritis, vel si quomodo vos minus quam decem tribunos feceritis. Arbitrentur doctiores, quanam ratione expediri melius queat nodus. *A. Schottus,* Observ. Human. III. 38. Hæc sunt obscurissima, quibus et emendandis et enucleandis opera et oleum perit. Rhenanus vidit legi posse, sed unde, nescio, *si quo minus hodie decem trib. pl. fecerint, tum ut ii, quos sibi coll. coopt. ut illi leg. eadem lege trib. plebeii sint.* Ante illum vero Andreas: *Si trib. pl. fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie dec. trib. pl. fec. utique quos sibi coll. coopt. ut illi.* Paullo post Campanus: *Si qui vos minus hodie x. tribunos plebis fecerint; litum uti quos sibi coll. coopt.* credo, ut invenerat in vet. lib. Denique A. Schottus Observ. III. 38. consultis hinc inde exemplaribus vetustis, locum mutilum ratus, tentabat, *Si trib. pl. fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie decem feceritis, ut ii, quos sibi collegas.* Pro, si qui vos minus hodie decem tribunis feceritis: vel, si quomodo vos minus, quam decem tribunos, feceritis. Istæ sunt fere doctiorum sententiæ de

hoc loco. Ego despero meliorem fieri posse e Pall. quorum primus ac tertius, *Si qui nos minus hodie decem trib. pl. fecerint: hii tum uti quos sibi coll. coopt.* Pal. 2. *Si quo minus hodie decem trib. pleb. fecerint. Hi tum quos coll. coopt. ita illi legitimi.* Gebh. Carmen hoc rogationis olim de tribunis decem latæ tentaverunt varie et vetusti editores, et Rhenanus, Sigonius, Schottus. E quibus hi tres ut singuli aliquid boni attulerunt, ita et in partibus defecerunt. Mss. lectio est, *Si trib. plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem trib. pl. fecerint, hii tum uti quos sibi coll. coopt.* Sit igitur universum tale: *Si tribunos plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem trib. feceritis, hi tum uti quos sibi coll. coopt. ut illi leg. eadem lege trib. plebei sint, ut illi quos hodie trib. plebei feceritis.* Principium cur mutet Schottus, caussa nulla est. Recte autem ille *Si qui*, id est, si 'qua ratione,' 'si quo numero.' Male Sigonius *Si quos*, quum illa non modo scriptorum, sed et veterum editionum lectio sit. Construendum: *Si qui tribunos plebei feceritis minus decem*, id est, τοῖς δέκα. Repetitio τοῦ *uti*, quod abesse posset, elegans et alibi quoque nobis adserenda. Male hoc delet Rhenanus. Recte autem idem et Sigonius *cooptassint.* Sed male alter, offensus repetitione τοῦ *ut*, substituit *ita illi legitimi.* Vide quæ ad XXVIII. 9. et XXXVI. 1. *J. F. Gron.* Codicum meorum lectionem addam. *Si qui vos* (*si quo* Hav. *si quos* Harl. 2. et Port. a m. sec. *si quos nos* Gaertn. *si qui nos* Lipsiens. *si quinos* Voss. ambo, sed prior in margine, posterior in contextu) *minus hodie decem tribunos plebis* (*plebeis* Port. a m. pr. *plebi* fragm. Hav. a m. pr. *pl.* Hav.) *fecerint* (*fecerunt* Voss. 1. *fecerit* fragm. Hav. a m. pr. *feceritis* a m. sec.) *hi* (*ii* Leid. 1. et Flor. *hii* fragm. Hav. et Gaertn. *iis* Harl. 1.) *tum* (*cum* Port.) *uti* (deest hoc vocabulum in Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. *utique* præferunt Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. a m. sec.) *quos sibi* (posterior vox exsulat ab Harl. 2. et Hav.) *collegas cooptassent, ut* (*ita* Harl. 2. et Hav.) *illi legitimi eadem lege tribuni plebei* (*plebi* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *plebis* Port.) *sint* (*sunt* fragm. Hav. a m. pr.) *ut illi, quos hodie tribunos plebei* (*plebeios* Voss. 2. *plebeis* Leid. 1. et Port. *plebis* Leid. 2. et Gaertn.) *feceritis* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Omnium virorum doctorum sententias atque emendationes excutere ac refellere, locus et ratio adnotationum non patitur. Breviter dicam, lectionem Gronovii verissimam videri. Unde et in contextum recepi. Ipse olim in prima Observat. ed. I. 18. quædam verba aliter constituebat, et quidem hoc modo; *si quos minus hodie decem tribunos plebei fecerint;* puta, tribus: quibus in ultima notarum ed. (in repetita enim Observ. ed. totum hoc caput omissum est) substituit, *si qui vos minus hodie decem tribunos feceritis.* Servavi *tribunos plebei feceritis.* Illud *si qui vos* in plerisque est codd. aliorum autem vestigia eo nos manifeste ducunt: superest etiam in priscis edd. usque ad Basileensem a. 1539. ubi errore typothetarum datum est *si quis vos.* Et tamen id pleræque proximarum servarunt usque ad Basileensem a. 1554. quæ substituit *si quos.* Id deinceps Sigonius male probavit. *Si qui* recte Gronov. exponit, 'si qua ratione;' vel, ut Schottus malebat, 'si quo modo.' *Qui* enim casus sextus est antiquus. Vide ad XXVIII. 43. § 17. *feceritis*, consultis hinc inde exemplaribus, etiam Nannius, ejusque pennis superbiens Schottus, probarunt: in uno etiam meorum a m. emendatrice inveni. Eam autem scripturam probat, quod sequitur, *ut illi, quos hodie tribunos*

plebei feceritis. Non necessarium tamen videtur, ut construas *si qui tribunos plebei feceritis minus decem.* Nam *minus decem tribunos* Liviana locutione est, pro pauciores quam decem tribunos, pauciores decem tribunis. Infra x. 25. 'Duas se ibi legiones Romanas reliquisse, et minus quinque millia peditum equitumque cum Fabio venisse.' xxiv. 16. 'Minus duo millia hominum ex tanto exercitu, et ea major pars equitum, cum ipso duce effugerunt.' xxix. 34. 'Inter eos satis constabat, non minus ducentos Karthaginiensium equitum fuisse.' c. 38. 'Paullo minus trecenti vivi capti.' xxx. 12. 'Minus dimidium ejus hominum captum est.' xlii. 57. 'Minus quingentos passus ab castris aberant.' c. 58. 'Minus quingentos passus a vallo instruxerat Perseus suos.' xliv. 33. 'Minus trecentos passus aberat.' Ita et Plautus in Trinumm. ii. 4. 1. 'Minus quindecim dies sunt, cum pro hisce ædibus Minas quadraginta accepisti a Callicle.' Pariter 'plus' et 'amplius' accipiuntur pro 'plures;' eodemque modo construi solent. Vide ad xli. 12. § 8. Recte etiam substitutum est *cooptassint.* Vide hoc lib. c. 55. § 5. In vocibus *ut illi legitimi,* τὰ *ut illi* repetita sunt ex præcedentibus *hi tum uti.* De repetitione τοῦ *ut* vide ad xxii. 11. § 4. De repetitione pronominis autem ad xxv. 27. § 1. Klockii conjectura inmane quantum a codicum scriptorum lectione discedit; in qua etiam prorsus ἀπροσδιόνυσον est τὸ *sirint,* quod antique dictum pro *siverint.* Vide ad i. 32. § 7. Quare putassem, qui epistolam ejus ex autographo descripsit, manum scribentis non adsecutum esse, quum forte loco τοῦ *sirint,* dederit *sient;* nisi ipse quoque ad marginem Livii ab eo ita scriptum vidissem. Denique nota Rhenani, omnibus aliorum hic præposita, non exacte convenit iis, quæ ex illa viri docti laudarunt. Ubi enim hic legitur *eadem lege tribuni plebei sint,* Schottus et Gebhardus adferunt *tribuni plebeii sint:* neque adparet, ipsum, τὸ *ut* repetitum altero loco expungendum esse censuisse; quod Gronovius ei adscribit. Verum viris doctis inposuerunt vitiosæ notarum illarum ἐκδόσεις. In illis enim et *tribuni plebeii* exstat, et insuper vulgatur: 'Quare legendum aut *ii tum quos,* aut *ii quos,*' pro, aut *ut ii quos.* Sed et hic et alibi primas earum edd. quæ vivente Rhenano in lucem prodierunt, secutus sum.

§ 11 *Perseverasset, negando XII. tribunos plebei rempublicam habere posse*] *XII.* in *XV.* mutatum perplacet. Duillius enim quinque novos creaverat; prioris autem anni, connumerato Duillio, x. erant. Notandum autem hoc loco, etiam patricios, atque adeo consulares, factos tribunos plebis. Nam hi duo consules fuere A.U.C. ccc. *Glar.* Lego *XIV. tribunos plebei.* Nam quinque a Duillio creati. Ceteri novem collegæ Duillii eum magistratum sive honorem competebant. *Klock.* quem etiam vide in Syllog. Epist. quas Burmann. edidit, tom. i. p. 393. *XV.* pro *XII.* substituerunt primi Moguntini. Et ita etiam omnes mei exhibent. Error inde natus est, quod primi editores inciderint in codicem, in quo numeri quinarii nota *V.* minus perite depicta, binarii *II.* figuram referret. Sæpius ita scribæ lapsi sunt in Mss. Vide ad xxxvii. 22. § 4. Præterea *perseveraret* Hav. Deinde *tribunos plebis* Voss. 2. Leid. 2. Lipsiens. Hav. et Voss. 1. a m. sec. *plebis tribunos* Port. *plebes tribunos* Gaertn. *plebeios tribunos* fragm. Hav. Reliqui *tribunos plebei,* quod et in Voss. 1. fuerat a m. pr. ut et in omnibus edd. præterquam Gronovianis annorum 1678. et 1679. in quibus editum *plebi,* quod et in suis Mss. esse Hearne auctor est. Vide ad ii. 33. § 2. In fine autem hujus capitis, ubi *Patribus plebique* editur, *Patribus plebeique* præferunt Flor. Leid. 1. Harl.

ambo, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad II. 42. § 2.

CAP. LXV. § 1 *Patrum voluntatem foverunt*] *Fovere* Harl. 2. et Hav. *foverent* Gaertn. Mox *duos et patricios*, pro *duos etiam*, idem Hav. Vide ad XXII. 47. § 9. Voce autem *patricios* caret Harl. 1. Tum *consulesque*, pro *consularesque*, Lipsiens.

Sp. Tarpeium et A. Æternium cooptavere] *A. Aterium*, ut supra. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *Etrinium*. Gebh. *A. Ternium* Harl. 2. *A. Tremum* Hav. *A. Ærium* Port. *A. Æternum* Harl. 1. *A. Æternium* Flor. et Leid. 1. *Æternium*, omisso prænomine, Lipsiens. *A. Eternium* Voss. uterque, Leid. 2. et fragm. Hav. *A. Aterinum* Gaertn. Vide ad III. 31. § 5. Insuper *captavere* Hav. et a m. pr. Port. Vide ad cap. præc. § 9.

§ 2 *Consules creati Sp. Herminius, T. Virginius*] *Sp. Herminium* consulem Dionysius Antiq. l. XI. p. 729. Λάρον Ἑρμίνιον vocat, Diodorus Bibl. l. XII. p. 301. Λαρῖνον Ἑρμίνιον; Valerius in Prænominibus *Lartem Herminium*. Ergo non *Sp.* sed *Lar Herminius* hoc loco restituendum est, ut etiam dixi in prænominibus a me editis multo latius. *Sigon.* Si Livius priori consulum *Lartis* prænomen dedit; error, quo ei *Spurius* substituitur, bene antiquus esse debet, quum non modo in omnibus Mss. meis similiter peccetur, nisi quod *Sulpicius*, pro *Spurius*, sit in Gaertn. verum etiam, ut Pighius in Annal. ad a. CCCV. p. 157. observat, jam in Chron. Cassiodori et Mariani *Sp. Herminius* eadem aberratione vocetur. Suspicio itaque nasci posset, alios Livium auctores secutum esse, quam Dionys. Diodor. et Valer. quod tamen non nimis urgeo. De hoc prænomine etiam vide ad IV. c. 58. § 7. Mox *et T. Virginius* Voss. 2. et priscæ edd. usque ad Aldinam, quæ prima τὸ *et* omisit: et recte. Reliqui enim codd. eam vocem ignorant. Vide ad II. 17. § 1.

Cœlimontanus] *Cælimontanus*, quia 'Cœlius,' non 'Cælius,' scribitur. *Sigon.* Lapides eruditi utroque modo 'Cælius' et 'Cœlius' pro nomine gentili scribunt, sed nummi tantum vel 'Cœlius,' vel 'Coilius.' An tamen inde cognomen deducendum sit, dubitatur. Potius videtur, ut nomen acceperit ab uno septem montium urbis Romæ, in quo forte ædes habuit, atque habitavit. Inde autem deducta nomina primis his temporibus frequentia occurrunt. Ita consulis, cui 'Esquilino' cognomen fuit, qui A. U. C. CCLXXV. in locum C. Servilii Structi Ahalæ in magistratu mortui factus est, memoratur in Fastis Capitol. Cognomen 'Capitolini' in gentibus Quinctiorum, Sestiorum et Manliorum, etiam antequam M. Manlius Gallos Capitolium scandentes dejiceret, ex Livio et aliunde notum est. 'Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus' consul memoratur in Fastis Capitol. A. U. C. CCXCIX. 'P. Mælius Capitolinus' tribunus militum consulari potestate ibid. A. U. C. CCCLIII. 'T. Romilius Rocus Vaticanus' consul ibid. A. U. C. CCXCVIII. Ita 'Aventinensis' Genuciorum cognomen fuit. De orthographia autem nominis hujus montis non convenit. Apud scriptores enim Latinos varie, nunc 'Cælius,' nunc 'Cœlius,' editur. Verum apud Dionys. Antiq. lib. II. pag. 104. mons, ut et is, unde mons nomen habet, vocatur Καίλιος, et CAELIVS in tabula ærea apud Gruter. in corpore Inscr. p. DII. Pighius etiam in Annal. ad a. CCLXXXIV. p. 117. inscriptionem refert, suo tempore in hortulo Jac. Sadoleti Cardinalis exstantem, dedicatam HERCVLI. IVLIANO. IOVI. CAELIO. GENIO. CAELIMONTIS. unde Virginiorum cognomen *Cælimontanus*, non *Cœlimontanus*, scribendum contendit: quod etiam verisimilius videtur. Eam itaque scripturam, a Sigonio ejectam, iterum recepi. Ceterum *Celius Montanus* dicitur in

Gaertn.

Nihil magnopere ad Patrum aut plebis caussam inclinati] Primo *magno opere* Lipsiens. Vide ad XXVIII. 18. § 4. Unius tamen illius codicis auctoritatem sequi, periculosum puto. Deinde *a Patrum ad plebis caussam* Voss. 1. a m. sec. *ad Patrum aut ad plebis* Hav. quod quidem stilum Livii sapit: vide ad VI. 28. § 6. ejus tamen unius auctoritas levior est, quam ut receptam lectionem mutare audeam. Immo quum videam Voss. 1. a m. pr. et Lipsiens. habuisse *ad Patrum ad plebis caussam*, potius puto, librarium cod. Hav. utramque illam lectionem *aut* et *ad* junxisse: quod eos sæpissime fecisse, dictum est hoc lib. cap. 44. § 4.

§ 3 *In cooptandis tribunis fraude captum, proditumque a collegis aiebat*] *Captum prodi a collegis* Pall. 1. ac 3. *Gebh.* Particulam connectentem, quæ in edd. prioribus supererat, omisit Gronovius, eumque secuti recentiores editores, quam tamen servant Leid. 2. Harl. ambo, Port. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. Tum præpositio *a* exsulat a Leid. 2. Præterea verbis prioribus *Tribonius*, pro *Trebonius*, perperam præfert idem Leid. 2. *Trebunius* Flor. *agebat* autem, pro *aiebat*, Leid. 1. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 33. § 23.

§ 4 *Qui plebem Romanam tribunos plebei rogaret*] Ita Clericus edidit; qua autem auctoritate, incertum est. Forte ita legendum censuit; quoniam verbis seqq. similiter editum videret, 'dum decem tribunos plebei faceret.' Sed de eo mox. Jac. Gronovius vulgari curavit *tribunos plebi*, ut præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. et, ut Hearne monuit, Oxon. B. L. 1. 2. et N. Reliqui excusi habent *tribunos plebis:* quibus concinunt Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. *tribunos pleb.* ambigue est in Leid. 2. Restitui itaque Gronovii lectionem, quam et plures et optimi tuentur. Vide ad II. 42. § 6. Tum *rogasset* male Hav.

Is usque eo rogaret] *Is usque rogaret*, una voce deficiente, Voss. 1. et Leid. 2. Sed omnes hæ quatuor voces desunt in Gaertn. *isque usque eo rogaret* habet Lipsiens.

Dum decem tribunos plebis faceret] Vet. lib. *plebi*. Sigon. *Plebi* etiam Voss. 1. Harl. uterque, Lipsiens. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. L. 1. N. et C. *Plebis*, quod Sigonio displicuit, ab Aldo obtinuerat, et in duobus tantum codd. Leid. 2. et Gaertn. mihi obvium fuit. Aldo antiquiores habent *plebei*, quod Jac. Gronovius revocavit, eumque secutus Clericus. Sed consentit unus tantum meorum Mss. Flor. Reliqui enim Voss. 2. Leid. 1. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ea voce carent. Hinc *plebi* etiam, quod plurium calamo descriptorum auctoritas defendit, recepi, licet nec *plebei*, ob integerrimum codicem præeuntem, temere rejiciendum existimem.

Unde Aspero etiam inditum est cognomen] Sollemni lapsu Pall. 1. ac 3. *indictum*. Moneo propter quosdam, hinc facile suis conjecturis ad frivolam correctionem grassaturos. *Gebh.* *Indictum* etiam Voss. 2. Sæpius ita librarii peccarunt. Vide ad I. 32. § 14. II. 13. § 1. VI. 20. § 11. VII. 2. § 6. atque alibi. Et ita passim commutantur 'additus' et 'addictus.' Vide ad VI. 15. § 9. 'editus' et 'edictus.' Vide ad XXI. 62. § 7. *Induitum est* habet Voss. 1. Præterea *Aspero inditum etiam est* Lipsiens. et Hav. Mox *tribunum gessit*, pro *tribunatum*, Harl. 1.

§ 5 *Inde M. Geganius Macrinus et C. Junius consules facti*] Hunc alii *Macerinum* vocant, qui bis antea consul fuit. Sed *C. Julius* alii recte pro *Junius* emendarunt. Junii enim omnes post Bruti mortem plebeii fuere,

auctore Dionysio l. v. p. 292. nec umquam consules facti, nisi donec licuit ex plebe alterum fieri consulem. *Glar.* Græci et Capitolini scriptores *Macerinum* cognomen addunt *Geganiis*, non *Macrinum*. Sigon. *M. Geganius M. Agrinus* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. *M. Geganius Marcus Acrinus* Voss. 2. *M. Geganius: .... ag'ni⁹* Port. *Cn. Gaganius M. Acrinus* Flor. *Cn. Greganius Macrinus* Leid. 2. *M. Greganius Agrius* Hav. *M. Greganius M. Ag'nus* Gaertn. *M. Geganius Agrinus* Harl. 2. *M. Geganius Magninus* fragm. Hav. *Geganios* sæpe librariorum lapsu *Greganios* vocari, docetur ad iv. 17. § 7. Præterea, *Macerinum* Geganiorum cognomen esse, monet etiam Pighius in Annal. ad a. cccvi. p. 158. idque iv. 8. c. 22. et alibi sine illa varietate ipsis, etiam in Mss. tribuitur. Vide quoque Rhenanum ad Livii iv. 12. § 6. *Julius*, pro *Junius*, ut antiquiores edd. habebant, primus restituit Aldus. Et ita præferunt omnes codd. *Et Concordius Julius* est in Voss. 2. Recte autem *C. Julius* editum esse, constat ex Livii iv. 21. § 6. ubi 'iterum consul' memoratur. Ejus enim prior consulatus in alium, quam hunc, annum conferri non potest.

Conciones tribunorum adversus nobilium juventutem ortas sine insectatione ejus potestatis, &c. sedavere] Quid est 'sedare conciones ortas?' Quando umquam alias dixit 'oriri conciones?' Quis est, qui non videat, aut *coitiones*, aut *contentiones* esse legendum? vel repugnantibus antiquis exemplaribus. *Sigon.* Pal. ex correctione (nota priori parti literæ tertiæ vocis *contiones* supposita) indigetat, placuisse exscriptori *coitiones*, ut volebat Sigonius, negans recte dici 'contiones oriri.' Sed 'contiones ortas' hic intelligo criminationes, in contione contra vim injuriamque nobilium juventutis sese exserentes, in ipso principio oppressas fuisse ab consulibus. Campanus quoque offendit in hoc loco, objiciens nobis *contentiones*. Gebh. *Contiones tribunorum* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Ex Harl. utroque nihil in excerptis notatum video, quamvis mihi vix persuadeam, eos ambos hic ab aliis omnibus dissentientes *coitiones* exhibere. *Contemtiones tribunorum* habet fragm. Hav. in margine: *contentiones tribunorum* Latinius se in Neapol. et Hearne in Oxon. N. reperisse profitentur. Doujatius vulgatum tueri conatur, testatus, se quidem absolute non dicturum *conciones ortas*, sed *conciones tribunorum adversus nobilium juventutem ortas* non multo magis damnaturum, quam 'tibi a me nulla orta est injuria,' quod dixit Terentius in Adelph. i. 1. 35. aut 'facinus ex te ortum,' quod Plauti est in Pœnul. iv. 2. 67. quæ utraque exempla ipsi Calepinus subgessit. Sed quisque sponte videt, nullam convenientiam esse inter locutionem 'injuria orta a me,' aut 'facinus ortum ex te,' et 'concio tribunorum orta adversus juventutem.' Possetne, quæso, ferri, 'Oratio,' vel 'concio Ciceronis orta adversus Catilinam?' Haud puto. Neque melius Gebhardus receptæ lectionis patrocinium suscepit, *conciones* exponens criminationes in concione sese exserentes, ne Sigonio adsentiendum foret; quem tamen recte *coitiones tribunorum* emendasse puto. Alibi sæpe librarii Liviani τῷ *coitio* vel vocem *concio* vel vocem *contentio* substituerunt. Vide quæ notantur ad iv. 13. § 18. et mox hoc cap. ad § 8. Præterea *juventutem hortasse inspectatione* Klockian. *juventutem ortas sine intessatione* Flor. a m. pr. sed recte *insectatione* deinde emendatum est. Id enim in hac re proprium verbum. Ita paullo ante hoc cap. habuimus 'insectandisque Patribus tribunatum gessit.' xxii. 34. 'Insectatione principum popularibusque

artibus conciliatum.' II. 27. 'Furente Appio et insectante ambitionem collegæ.' III. 33. 'Ut plebicola repente omnisque auræ popularis captator evaderet, pro truci sævoque insectatore plebis.'

§ 6 *Sedavere plebem decreto*] In prioribus edd. fœde laboravit hic locus a distinctione prava, quam nunc ita digessimus. *Jac. Gron.* Non modo major distinctio post vocem *sedavere* perperam omissa erat in ed. Gronoviana a. 1665. verum etiam in verbis seqq. pleræque edd. ita interpungebant: *delectu sustinendo, rem ab seditionibus continuere:* quod recte Jac. Gronovius mutavit, ut nunc editur. Prava, quæ olim obtinuerat, distinctio inter alios etiam Doujatium in errorem perduxit, et effecit ut crederet, hunc Livii sensum esse: consules continendo plèbem metu delectus, ad bellum Volscorum et Æquorum indicti, rempublicam seditionibus vacuam habuisse: quasi nempe constructio verborum illa foret 'continuere rem,' (id est, rempublicam,) 'ab seditionibus, sustinendo plebem delectu decreto ad bellum.' At, recepta nova distinctione, patet Livium id velle: quum delectus ad bellum Volscorum et Æquorum decretus esset, consules, sustinendo rem, plebem ab seditionibus continuisse. 'Sustinendo rem,' id est, morando, differendo delectum decretum: quem si ursissent, plebs militiam detrectans a seditione contineri non potuisset. Eo sensu 'sustinere' Livio frequens est. Infra v. 45. 'Vix temperavere animis, quin extemplo inpetum facerent: compressique a Cædicio centurione, quem sibimet ipsi præfecerant, rem in noctem sustinuere:' et alibi. Ovid. Ep. Heroid. I. 114. 'Extremum fati sustinet ille diem:' ubi vide Burmann. Ceterum, pro *delectu*, est *dilectum* in Voss. 1. et Leid. 1. *delectos* in Harl. 1. *dilectu* in Flor. et Lipsiens. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *delecto* in Gaertn. Vide ad II. 27. § 10. Mox *a seditionibus* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. et inferius alio ordine *tranquilla omnia* idem Voss. 2.

§ 7 *Cura pacis concordiæ quoque intestinæ caussa fuit*] *Concordiæque intestinæ caussa* Leid. 2. sollemni errore. Vide ad V. 27. § 1. *discordiæ quoque* Port. a m. sec. priori lectione penitus erasa. Præterea *plebi a junioribus*, pro *plebi ab junioribus*, Gaertn.

§ 8 *In primis parum proderat*] *In primis patrum* Voss. 1. Harl. 2. et Hav. *inprimis primum proderat* Leid. 2. Sed nihil mutandum. *In primis* nempe humiliorum, quibus tribuni auxilio erant.

Deinde ne ipsi quidem inviolati erant, utique postremis mensibus, &c.] Ex volumine veteri colligo scriptum fuisse, *in primis parum proderat, dein ne ipsi quidem inviolati erant.* Rhen. Hic sensus misere laceratur ab iis qui, ejus ignari, verba inscite dispunxerunt. Facile restituetur in integrum, si ita interpunxeris, ut *utique postremis mensibus* cum *inviolati erant* jungas sic: *ne inviolati quidem erant utique postremis mensibus*, id est, præsertim postremis mensibus, cui orationi caussas subnectit statim duas. *Sigon.* Infinitis locis Livium *dein* scripsisse, aut certe codd. Livianos hanc vocem præferre, ubi vulgo *deinde* editur, dictum est ad III. 3. § 6. hic tamen omnes nostri constanter *deinde* servarunt. Præterea interpunctio, quam hic carpit Sigonius, orta fuisse videtur ab Aldo, qui majori distinctione verba *utique postremis mensibus* a prioribus divisit.

Quum et per coitiones potentiorum injuria fieret] Vocula *et* omittitur in Hav. Vide ad II. 44. § 3. Deinde *per cūctōes* Gaertn. *per contentiones* Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Hav. Oxon. L. 1. apud Hearnium, et Voss. 1. in marg. qui in contextu præfert *contiones*, quod etiam habet Port. *con-*

ciones et *coitiones* in cod. N. se invenisse testatur idem Hearne. Vide hoc cap. ad § 5.

§ 9 *Jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei*] *Jamque ita plebs* trajectis vocibus Gaertn. Tum *poneret* fragm. Hav. et, quas vidi, edd. usque ad Aldum, quasi penderet ex præcedenti vocula *quum*. Sed solita inscitia librarii lectionem infinitivam ferre non potuerunt. Vide ad I. 50. § 5. Ex eodem fonte profluxit, quod quidam codd. mox § seq. *crederent*, pro *credere*, exhibeant. Non posse referri ad τὸ *quum* inde constat, quod his verbis non redditur ratio, quemadmodum proximis factum est, cur tribuni utique ultimis mensibus inviolati non essent. Præterea *spei aliquid* eædem edd. pro quo Aldus *aliqui spei* dedit, transpositis vocabulis : quod omnes codd. mei probant. Mox *similes tribunos* media voce omissa Port. a m. pr. *similes Sicilio tribunos* Leid. 1. et Flor. a m. pr. *similes Ilicio tribunos* transpositis syllabis Lipsiens. Vide ad II. 58. § 2.

Nomine tantum se biennio habuisse] *Nomina tantum se bien. hab.* Grævius e Mss. et vett. edd. ad Cic. ad Attic. v. 15. et Paradox. 4. Sine dubio recte. *Duk.* Locutio capi posset, quasi plebs quereretur sibi eo biennio tantum nomine non re tribunos fuisse, quomodo et Doujatius exposuit. Verum non modo quidquid codicum consului, sed et omnes vetustæ edd. legunt *nomina tantum* usque ad Basileenses, qui a. 1539. *nomine* vulgarunt. Quamvis vero Vascos. subinde, Gryphius, Sigonius, et nonnulli alii *nomina* loco restituerint, altera tamen lectio reliquis editoribus placuit usque ad Hearnium, qui iterum *nomina* dedit. Optime. Sæpe ita Livius locutus est. v. 18. 'Me jam non eumdem, sed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis.' VII. 29. 'Campani magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires, quum adtulissent.' XXIX. 1. 'Præterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent, exercitum quoque veterem inde deductum.' XLIV. 41. 'Elephanti in acie nomen tantum sine usu fuerunt.' Etiam Mela II. 3. 'Thoricos et Brauronia, olim urbes, jam tantum nomina.' Et Silius I. 293. 'Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen :' ubi vide quæ olim notavi. Similiter quoque ex antiquis membranis et editis hic legendum monentem vide Academiæ Trajectinæ decus J. G. Grævium literis ad Nic. Heinsium in Syll. Epistol. quas edidit Burmann. tom. IV. p. 540.

§ 10 *Ut nimis feroces suos credere juvenes esse*] *Et nimis feroces* Voss. 2. sæpius obcurrente errore. Vide ad XXI. 28. § 8. Deinde *crederent* Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad § præc. Denique τὸ *esse* deest in Voss. utroque, fragm. Hav. et Port. a m. pr. exsulat etiam ab excusis ante Aldum, qui adjecit. Servant autem reliqui codd. nisi quod *essent* præferant Leid. 1. et Gaertn. *esset* Lipsiens.

Malle, si modus excedendus esset] Terentius Adelphis II. 1. 20. 'Non innueram ; verum in istam partem potius peccato tamen.' *J. F. Gronov.* *Exercendus esset* perperam Voss. 1. Leid. 2. fragm. Hav. et Gaertn.

§ 11 *Simulando ita se quisque extollit*] *Extollat* Voss. 2. Leid. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. atque ita voluisse videtur scriba Harl. 2. qui exhibet *extollant.* Tum *in difficile est* Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 8. § 9.

Metuendos ultro se efficiunt] Prima vox male deficiebat in Voss. 2. et fragm. Hav. in quo tamen posteriore a. m. pr. licet alio loco, adscripta erat hoc modo, *ultro se met. eff.* Sed *met. se ultro eff.* habent Voss. 1. et Leid. 2. Mox *injuriam ab nobis*, pro

inj. a nobis, Harl. 1. et Flor.

Cap. lxvi. § 1 *T. Quintius Capitolinus IIII. et A. Furius consules inde facti*] Hoc loco satis diligenter Livius Capitolini consulis annos numeravit, quod libro secundo omissum bis ante ad ii. 64. et ad iii. 2. testati sumus. Pro *A.* autem *Agrippa* repositum est ab aliis, ut sit *Agrippa Furius*, quod non displicet. Nam in pugna ad Corbionem c. 70. *Agrippæ* consuli nomen est. *Glar. Quinctius* Leid. 1. Vide ad i. 30. § 2. Hinc *quarto* Voss. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Tum *Agrippa* probanti Glareano adsentit Pighius in Annal. ad a. cccvii. p. 159. docens, prænomen *Agrippa* errore librariorum in vulgatis aliquot exemplaribus mutatum esse in *Aulus*. Certe *Aulus* habent omnes excusi ante Aldum, qui ejus loco *Agrippa* substituit. Eumdem errorem in Livii codd. Mss. obtinere Hearne profitetur: quem tamen Pighii verba descripsisse, licet eum non nominet, et male Mss. pro editionibus memorasse, puto. Omnes certe codd. quibus utor, in prænomen *Agrippa* conspirant. Insuper consulis nomen *Furius* perperam abest ab Hav. et Lipsiens. Denique eædem edd. non agnoscunt voculam *inde*, quam iterum Aldus interjecit, concinentibus etiam hic codd. manu exaratis, nisi quod pro ea *deinde* habeant Harl. 2. et Hav.

§ 2 *Quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret*] Videat lector verba hoc loco ut intelligenda. *Glar.* Dum nimirum factionibus potentiores eripiebant populo reos. Pal. 3. *conditiones turbaret*. Gebh. Nostri codd. vulgatum recte servant, nisi quod *turbant* sit in Leid. 2. et in margine Voss. 1. *conciones* et *conditiones* alibi confunduntur. Vide ad iv. 12. § 7. Ant. Perizon. margini adscripserat forte legendum *turbarent; ad quorum primum*. Verum, ut constructio constet, tum etiam legendum foret *die dicta*. *Quarum* tuentur omnes codd. *quorum* tamen non displicet, ut referatur ad vocem *certaminibus*. Sed nec vulgatum damno. Paullo ante in verbis præcedd. *Jam vero non ultra*, addita secunda voce, præfert Gaertn.

§ 3 *Ad quarum primum strepitum, velut signo accepto, arma cepere*] *Ad quarum pristinum strepitum* fragm. Hav. Deinde *arma accipere* Hav. *arma accepere* Harl. 2. et Lipsiens. Et ita Pal. 2. præferre, auctor est Gebhardus ad i. 7. § 6. unde legendum opinatur *occipere*. Sed nihil muto. 'Arma capere' hic est bellum movere. Sall. in Cat. c. 33. 'Deos hominesque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quo periculum homini faceremus.' Tacit. Ann. ii. 52. 'Valida ea gens, et solitudinibus Africæ propinqua, nullo etiam tum urbium cultu, cepit arma, Maurosque adcolas in bellum traxit.' iii. 38. 'Cœlaletæ, Odrusæque, et alii, validæ nationes, arma cepere.' Et sæpissime alibi. 'Arma capere,' sed alio sensu, pro arma sibi induere, inlustravi ad Sil. iv. 98. 'sumere arma,' quemadmodum hic 'capere arma,' Livius dixit ii. 43. 'Eo anno non segnior discordia domi, et bellum foris atrocius fuit. Ab Æquis arma sumta:' pro quo 'bellum sumere' Silius dixit i. 272. 'Bellaque sumta viro belli majoris amore:' ubi vide etiam. Alibi quoque 'arma accipere,' pro 'capere,' librarii dederunt. Vide ad xxii. 19. § 7. Et quidem hic tanto facilius, quod ea vox modo præcesserat, et adhuc memoriæ librarii inhærebat. Mox *Æqui et Volsci* Harl. 2. cum priscis edd *Æqui aut Volsci* Klockian.

Cupidi prædarum, biennio ante delectum indictum haberi non potuisse] *Præd. cup.* Hav. *cup. prædæ* Leid. 2. Hinc *biennio autem* idem Leid. 2. solito errore. Vide ad xxvii. 35. § 7. Utram-

que lectionem exprimere conatus est librarius fragm. Hav. qui *biennio ante autem* dedit. Vide ad III. 44. § 4. *Biennio ac* Lipsiens. Tum vox *delectum* aberat ab fragm. Hav. a m. pr. sed *dilectum* habent Flor. Voss. 1. Leid. ambo, et Port. a m. pr. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Deinde *habere* Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. et Port. Denique *annuente jam plebe* Leid. 1. Vide ad XXXVI. 34. § 6.

§ 4 *Quidquid irarum simultatumque cum exteris fuit*] *Simultatiumque* Pal. primum habere, et tertium ab initio habuisse, testatur Gebhardus ad II. 14. § 9. Eadem lectio superest in Flor. Et hanc scripturam firmare etiam videtur lectio Leid. 1. et Lipsiens. a m. pr. in contextu *simul tacitumque*. Vide ad IX. 38. § 12. Paullo ante *nec pro comm. jam pat. Romana esse* Lipsiens. *esse Romam* transpositis dictionibus Gaertn. Præterea mox τὰ *in ipsos* desunt in Gaertn.

Obcæcatos lupos intestina rabie opprimendi occasionem esse] *Occasionem rati esse* Voss. 2. Male. Pendent enim hæc simul cum superioribus a præcedenti 'persuaserunt.'

§ 5 *Conjunctis exercitibus Latinum primum agrum*] Scriptum fuerat *c̃junctis* vel *9junctis*. Hinc, nota initiali omissa, factum est *Junctis*, ut præferunt Harl. 2. et Hav. quod mox mutatum in *Cunctis*, quemadmodum exstat in Lipsiens. Voss. 1. et Leid. 2. Solent enim passim hæc vocabula confundi. Vide quæ notavi ad Silii IX. 641. et quæ viri docti ad Plinii Ep. I. 9. in princ. Mox *Latium primum*, pro *Latinum pr.* Gaertn. Tum *perpopulati*, pro *populati*, Flor. Vide ad XXIII. 36. § 7. Deinde *nemo ibi vindex* alio ordine Harl. 2. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. *sibi*, pro *ibi*, præferunt edd. priscæ, pro quo Aldus *ibi* reposuit, concinentibus omnibus manu exaratis. Alibi non raro hæ voces commutantur. Vide ad I. 55. § 4.

Ad mœnia ipsa Romæ populabundi regione portæ Esquilinæ accessere] *Regionem portæ* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. Male. Indicat enim, ea parte hostes ad mœnia Romæ accessisse, qua erat porta Esquilina. Infra v. 8. 'Ea regione, qua M'. Sergius tribunus militum præerat, castra adorti sunt.' XXV. 25. 'Portis regione platearum patentibus stationes præsidiaque disposuit.' Vide Jac. Gronov. ad Liv. XXV. 9. § 10. Dicere etiam potuisset *popul. ab porta Esquilina acc.* quomodo locutus est XXXI. 24. 'Ab Dipylo accessit.' Deinde *portæ Equilinæ* Voss. 1. et Leid. 2. *portæ Exquilinæ* Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Reliqui vulgatum servant. Vide ad XLV. 15. § 6.

Vastationem agrorum Urbi per contumeliam ostentantes] In volumine veteri est *vast. agr. per cont. Urbi ostent.* Rhen. Erratum hoc typographicum *vast. agr. ubi per cont. ostent.* novissimas edd. omnes obsedit. Legendum ex tribus Pall. editionibusque priscis *vast. agr. per cont. urbi ostent.* Sic in illis perperam vulgatur *ad quartum primum*, pro *ad quarum primum*. Gebh. *Ubi*, pro *Urbi*, editum tantum exstat in prioribus Gruteri, qui errorem in postuma emendavit. Similiter peccatum fuerat in Mediol. a. 1480. pro quo in utraque Tarvis. et Veneta a. 1495. exstat *ibi*. Sed *urbi* receperunt Mediol. a. 1495. et Veneta a. 1498. quomodo etiam legunt omnes nostri, nisi quod vocem transponant, quemadmodum Rhenanus in suo sibi obvium fuisse monet: quem ordinem etiam verborum recepi.

§ 6 *Inulti prædam præ se agentes*] *Multi prædam præ se agentes* dederunt scribæ Harl. 2. et Hav. editi etiam Aldo antiquiores, solito errore duabus prioribus literis vocis *inulti* in literam *m* coalescentibus. Vide quæ notata sunt hoc lib. c. 38. § 3. Præterea *prædam* male deficit in Voss. 1.

et Leid. 2. Denique mox *ire*, pro *iere*, præferunt Hav. et Lipsiens.

Cap. lxvii. § 1 *Etsi mihi nullius noxæ conscius, Quirites, sum*] Ultima voce caret fragm. Hav. a m. pr. *sim* habet Voss. 2. Ita Livium infra, aliosque alibi locutos esse videbimus ab v. 42. § 7. Reliqui tamen in vulgatum conspirantes eam lectionem hoc loco tuentur.

Cum pudore summo in concionem vestram processi] *Accessi* Lipsiens. Male. Supra hoc lib. c. 64. 'Auctores popularis sententiæ haud populares nactus in concionem cum iis processit.' Infra xliv. 45. 'Perseus, una tantum spe Bisaltarum auxilii tentata, in concionem processit.' Et ita sæpe.

Hoc vos scire, hoc posteris memoriæ traditum iri] *Hæc*, pro *Hoc*, utroque loco legit Port. *hic* posteriori Hav. Tum *hoc poteritis*, pro *hoc posteris*, Klockian. *hoc potestis* Lipsiens. a m. pr. in contextu. Mox *iri* exsulat a Leid. 2. et Voss. 2.

Vix Hernicis modo pares, T. Quinctio quartum consule] Voces *modo pares* a m. pr. aberant a Port. sed postea margini adscripta sunt. *Modo præstito Quintio* Leid. 1. una tantum litera trajecta et duabus vocibus in unam coalescentibus. Hinc *quarto consule* Voss. 2. Harl. 2. et Port. *Quiritium consule* Gaertn. Paullo post vox *Romæ* non comparet in eodem Port.

§ 2 *Quamquam jam diu ita vivitur*] *Quamdiu vivitur* Port. a m. pr. in quo deinceps emendatum *quamq. diu ita viv.* Posterior autem hæc lectio exstat etiam in Lipsiens.

Si huic potissimum inminere anno scissem] *Huic potissimo inm. anno* Voss. 2. Male. Livius hoc lib. c. 64. 'Forte quadam utili ad tempus, ut comitiis præesset, potissimum M. Duilio evenit.' Et passim. *Inminere agnoscissem* Leid. 2. *inminere a quo scissem* a m. sec. emendatum est in Flor.

§ 3 *Ergo si arma illa viros habuissent*] Sincera lectio *Ergo si viri arma illa hab.* Rhen. Sustentatur hæc lectio omnium codd. Mss. fide. Nihilominus maluit olim Andreas *Si illa arma viros hab.* Gebh. Rhenani lectionem firmat etiam auctoritas omnium meorum codicum, ut et Neap. Latin. *Si viri*, id est, viri fortes, arma illa habuissent. Supra i. 41. 'Tuum est, inquit, Servi, si vir es, regnum.' c. 58. 'Sex. est Tarquinius, qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium.' ii. 38. 'Bellum vobis indictum est, magno eorum malo, qui indixere, si viri estis.' iii. 50. 'Imperium si quis inhiberet, et viros, et armatos se esse respondetur.' Mox hoc ipso cap. 'In nos viri, in nos armati estis.' xxv. 18. 'Si vir esset, congrederetur:' quorum exemplorum quædam observavit etiam Grævius ad Flori iii. 3. § 9. Ovid. Epist. Her. ix. 106. 'Quod tu non esses jure, vir illa fuit.' Justin. xi. 13. 'Quemadmodum Dario majorem turbam hominum esse, sic virorum sibi.' Sallust. in Cat. c. 40. 'At ego, inquit, vobis, si modo viri esse voltis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis:' ubi videndus Cortius. Adde Snakenb. ad Curtii ix. 7. § 17.

Quæ in portis fuere nostris] Voce inter versus adscripta, *quæ prope in portis* præfert Port. Ita ii. 53. 'Hostem victorem paullo ante prope in portis ac vallo fuisse.' ix. 22. 'Quum jam prope in portis castrorum esset hostis.' xxvi. 41. 'Adde ultimum terrorem ac pavorem, visum prope in portis victorem Hannibalem.' xxvii. 18. 'Signaque Romana portis prope ipsis inlata.' xxx. 30. 'Sed et vos in portis vestris prope ac mœnibus signa armaque hostium vidistis.' Hic tamen eam vocem addidisse scriba videtur, ne nimio dedecori foret, hostem tam proxime

accessisse, ut 'in portis fuisse' dici posset. At cogitare debuisset consuli potius propositum fuisse, dedecus augere, quam minuere; ut ejus magnitudine cives ad arma adversus hostes arripienda incitaret. Alibi etiam librarii hac voce addenda vel omittenda variant. Vide ad VI. 27. § 11. Etiam *vestris*, pro *nostris*, Hav. ita mox quidam codd. *nos*, pro *vos*, præferunt § 5.

Satis honorum, satis superque vitæ erat] Pall. 1. 3. Campanusque, *satis hon., superque vitæ erat.* At Pal. 2. *satis hon., satisque supererat vitæ.* Vulgatæ adsistit Andreas. *Gebh.* [Vide Lectt. Var.] Tres codices, Gronovio memoratos, duos manu, unum typis exaratum fuisse, notæ Gebhardi indicant. Iis nullus meorum consentit. Nam *satisque honorum, superque vitæ erat* habet Voss. 2. *satis honorum satisque supererat vitæ* Hav. *satis honorum, satis superque erat vitæ* Harl. 2. et Lipsiens. Reliqui omnes receptam scripturam tuentur. Neque ullam etiam varietatem ex codd. suis vel Latinius vel Hearne adduxerunt. Videtur itaque τὸ *satis* posteriori loco a scribis omissum esse, quia modo præcesserat. Neque video etiam quemadmodum locus Taciti, a Gronovio laudatus, trium codicum lectionem confirmare poterit, quum magis vulgatæ stabiliendæ facere videatur. Quod enim Tacitus *multum superque*, id Livius hic *satis superque* dixit: et hoc unice verum puto, quo et ipse Gronovius inclinare videtur. Ita II. 42. 'Patres, satis superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse, largitiones temeritatisque invitamenta horrebant:' hoc lib. c. 53. 'Satis superque humilis est, qui jure æquo in civitate vivit.' XXV. 32. 'Et spes erat, satis superque ad id virium esse.' Sall. in Jug. c. 75. 'Tanta repente cœlo missa vis aquæ dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret.' Cicero Tuscul. I. 45. 'Vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur.' ad Att. XVI. 6. 'Cur ego tecum non sum? cur, ocellos Italiæ, villulas meas non video? Sed id satis superque:' et alibi. Ovid. Metam. IV. 429. 'Quidve furor valeat, Penthea cæde satisque Ac super ostendit.' Horat. Epod. XVII. 19. 'Dedi satis superque pœnarum tibi.' Mox *mori me consulem tertium* præferunt Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Elegantius tamen in reliquis τὸ *me* non comparet. Satis enim patet, Quinctium non de alio, quam de se tertium consule loqui.

§ 4 *Quem tandem ignavissimi hostium contemsere*] Pall. 1. cum 3. *Quid tandem?* Gebh. *Quid tandem* etiam Voss. 2. Quales locutiones inlustravit Burmann. ad Nason. Epist. Her. IX. 106. Aliis tamen omnibus pro vulgato stantibus, nihil mutandum existimo. Mox *nos Quirites*, pro *vos Q.* Flor. errore librarii. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

Si culpa in nobis est] Pall. 1. cum 3. *Si culpa in nobis, auferte.* Gebh. Verbum *est* etiam deest in Voss. 2. invitis reliquis omnibus. In dictionibus seqq. τὸ *id* non comparebat in vetustis inpressis. Primus Aldus addidit, consentientibus codd. meis, nisi quod *ad*, pro *id*, perperam præferat Harl. antiq. obvio errore: de quo vide ad XXI. 10. § 12. Denique *et, si id parum, insuper*, omisso hic iterum τῷ *est*, Hav.

§ 5 *Si in vobis, nemo Deorum*] *Sin vobis* Voss. 1. Harl. 1. et Klockian. *expetites. In vobis* Leid. 1. *expectetis. In vobis* Lipsiens. a m. pr. in contextu: *expetite. In vobis* a m. sec. in margine. *Ex petite. In nobis* Port. a m. pr. pro quo a m. sec. emendatum *expetite. Si in nobis:* quomodo etiam præfert Voss. 2. Patet librarios titubasse, quod sensum non adsequerentur, neque viderent ex præcedentibus repetendum esse *Si in vobis culpa est.* Gaertn. hic præfert *expetite. Qualis si in vobis:* mox autem

nec hominum ut qui nra puniat peccata.

Vosmet tantum pœniteat] Rott. Voss. uterque, Flor. et vett. edd. *vosmet tantum eorum pœniteat.* J. F. Gron. Τὸ *eorum* etiam superest in omnibus meis manu exaratis, ut et Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. et C. Veterum autem edd. pleræque, certe a Mediolan. a. 1480. id omisere usque ad Aldum, qui adscivit. Inde tantum non omnes servant usque ad postremam Gruteri, in qua iterum expunctum erat.

Non illi vestram ignaviam contemsere, nec suæ virtuti confisi sunt] Mendose *ignouiam* præfert Flor. Ex quo errore deinde ulterius locum corrumpendi, atque *ignominiam* scribendi occasio data esse videtur, quemadmodum præfert Hav. Præterea una voce auctior Gaertn. obfert *contemsere, sed nec suæ.* Sed reliqui omnes auctarium illud non admittunt.

Agro mulctati, sub jugum missi, et se et vos novere] *Multati* Flor. a m. pr. Leid. 1. et fragm. Hav. Supra I. 15. 'Agri parte multatis in centum annos induciæ datæ.' Pariter eo loco præferebat Leid. 1. Vide etiam ad IV. 15. § 4. c. 30. § 3. VI. 38. § 9. et alibi. Certe ita in vetusto Livii codice passim 'multam,' 'multare,' 'multatitium,' et similia absque *c* litera scripta esse, testatur Pierius ad Virgil. Æn. XI. 839. ubi nescio cur N. Heinsius eumque secutus Emmeness. *mulcatam morte*, pro *multatam m.*, ediderint, exemplo Germ. Valentis: alterum mihi præferendum videtur. Nam 'multare morte' apud Cic. aliosque frequens est. Certiora docebunt viri inlustriss. commentaria, quæ ex tenebris eruta Burmann. orbi literato promisit. Præterea *et se, et nos novere* fragm. Hav. et Neapol. Latinii. Simili errore *vestris*, pro *nostris*, habuimus hoc cap. § 3. Vide ad XXXIV. 2. § 2. *Et se et vos vovere* Hav. Pari errore *votus* et *notus*, quæ ductibus literarum parum differunt, sæpe confunduntur. Vide ad I. 5. § 3.

§ 6 *Discordia ordinum est venenum urbis hujus*] Supra II. 44. 'Fremebant, æternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus sæviant: id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia essent.'

Dum tædet vos patriciorum, nos plebeiorum magistratuum, sustulere illi animos] *Hos*, pro *nos*, optimæ notæ aliæque membranæ Flor. Voss. ambæ, Leid. ambæ, Harl. 1. fragm. Hav. Klockian. Lipsiens. et Gaertn. Neque aliud offendi in priscis excusis usque ad Frobenium, qui an. 1531. dedit *nos plebeiorum:* id vero tantum apud me exstitit in Harl. 2. Port. et Hav. Alterum itaque *hos*, quod ad proxime præcedens *patriciorum* referendum, restitui. Præterea vocem *illi* ignorant primæ edd. quam deinde recepit Aldus. Et ita etiam legunt omnes mei manu exarati, nisi quod alio ordine *sustulere animos illi* legant Voss. 2. et ed. Mediolan. an. 1505. Id demum Clericus mutavit in *illis.* Inpense ea lectio placeret, quam, quod tamen ipse ne monito quidem lectore fecit, in contextum recipere non dubitarem, modo vel unius codicis consensu firmaretur. At simul, quod a Clerico animadversum non esse miror, totus locus ita foret interpungendus: *Discordia ordinum est venenum urbis hujus: Patrum ac plebis certamina, dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus, dum tædet vos patriciorum, hos plebeiorum magistratuum, sustulere illis animos.* Ut caussa locum corrumpendi librariis fuerit, quod non viderint jungenda esse 'Patrum ac plebis certamina sustulere illis' (nempe ignavissimis hostium) 'animos:' eos itaque, ne unde 'sustulere animos' poneretur, *illis* mutasse in *illi.* 'Certamina' autem 'sustulere illis animos' dictum est, pro effecerunt ut animos tollerent. Similiter locutus est Justin. I.

4. 'Ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret:' et quidem *sustulere animos illis*, non *illorum*, ut non modo dicto loco Justin. sed et Livius VII. 7. 'Dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas tollit animos, simul ceteros ad æmulandas virtutes acuit.' Vide quæ notantur ad XXVIII. 25. § 2.

§ 7 *Pro Deum fidem*] Recte: ideo miror, exstare in duobus Pall. *Per Deum fidem!* Pejus longe vero in Campani ed. *Propter Dñi fidem.* Gebh. *Per Deum fidem* etiam Voss. uterque. *Proh Deum fidem* præter antiquiores edd. etiam codex Hav. Prior lectio ex non intellecta nota ꝓ, id est *pro*, nata videtur; (vide ad IX. 10. § 7.) altera ex vitiosa seculi ejus orthographia. Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 20. § 10. *pdem fidemque* præfert Gaertn. Mox *quid vultis vobis* Voss. 2. Vide ad XXXII. 25. § 10.

Tribunos plebis concupistis: concordiæ caussa concessimus] Pal. 1. *Tribunos plebis quid cupistis.* Pal. 2. *Tribunos plebis concupiscitis.* Pal. 3. *Tribunos plebis qua cupitis.* Eleganter admodum. *Gebh.* Id sane ferri, et commodo sensu accipi posse, non diffiteor; unius tamen codicis auctoritate admitti, periculosum puto. Immo reliqua quæ subjunguntur evincunt vulgatum verius esse. In iis enim omnia eodem processu et eadem compositione orationis proponuntur, ut secundum receptam lectionem hoc loco fit. Et hinc neque audiendum arbitratus sum codicem Voss. 2. qui præfert *quod cupistis.* Nam et hæc scriptura non ineptum sensum habet hoc modo: concordiæ caussa concessimus tribunos plebis quod cupistis; scil. ut concederemus.

Decemvirorum vos pertæsum est: coëgimus abire magistratu] *Decemviros vos pertæsum est* Voss. 2. reliquis dissentientibus. *Decemv. vos perosum est* pro varia lectione in margine ostentat Voss. 1. Sed 'pertæsus' et 'perosus' etiam alibi commutantur in libris scriptis. Vide viros doctos ad Valer. Max. III. 3. ex. 1. Vide etiam ad Liv. III. 39. § 4. Insuper *pertæsum est: abiere magistratu* edd. antiquæ usque ad Aldum, qui substituit *coëgimus abire magistratu.* Neque aliter superest in omnibus meis, nisi quod *coëgimus ab urbe magistratu* præferat Gaertn. *coëgimus abire magistratum* Flor. Sed ultima litera postremæ vocis perperam repetita est ex initio sequentis. Vide ad XL. 7. § 8.

§ 8 *Mori atque exsulare nobilissimos viros honoratissimosque passi sumus*] *Exsulari* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. At viri docti observarunt, *exsulare*, pro in exsilium mittere, non nisi apud posterioris ævi scriptores reperiri: ex quibus id inlustravit Munker. ad Hygini Fab. XXVI. Et ita usurpavit Dictys Cret. V. 4. 'Decernitur, primum omnium, Antimachum ex omni Phrygia exsulandum, scilicet auctorem tanti mali.' Errori itaque scribarum id hoc loco adscribendum. Præterea *nob. viros atque honoratissimos* antiquitus excusi usque ad Aldum, qui restituit *nob. viros honoratissimosque*, ut hodie circumfertur. Et hæc etiam lectio in omnibus apud me codd. exstat.

§ 9 *Tribunos plebis creari iterum voluistis*] Ita edidit Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus. Et eadem scriptura obvia fuit mihi in fragm. Hav. et Harl. 1. Hearnio autem in Oxon. N. et C. Reliqui scripti cum prioribus editis legunt *creare iterum vol.* quorum auctoritati cedens eam lectionem revocavi. Id enim requirere videtur quod subjungitur, *creastis:* ceteroquin enim dixisset potius *creati sunt.* Præterea *iterum creare* Hav. et vetustiores typis descripti.

Aldus primus edidit *creare iterum*, quem vocabulorum ordinem reliqui manu exarati probant.

Consules facere vestrarum partium, etsi Patribus videbamus iniquum] Pall. *videbatur*. Gebh. *Videbatur* etiam Voss. 2. Leid. 2. Hav. Neapol. Latin. et Hearnii Oxon. C. in cujus codice L. 1. tota ea vox deficiebat. Vulgatum iterum præstare puto, quod mox sequatur 'vidimus:' ad primum autem membrum hujus periodi *Consules facere vestrarum partium* ex præcedenti subintelligendum 'voluistis.' Porro *iniquos*, pro *iniquum*, præferunt Leid. 1. et Harl. 1. Tota autem illa vox non comparet in Gaertn.

Patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus] *Plebi iniquum donum fieri* Harl. 1. Forte vox *iniquum* pro varia lectione adpicta erat margini codicis, in quo verbis præcedd. *iniquos*, pro *iniquum*, scriptum erat; quali etiam scriba Harl. 1. usus est: qui nesciens deinde, quo illa vox pertineret, eam huc referendam esse existimavit. Præterea *plebis donum fieri* Latinii Neapol. ut nempe plebs donaret cui patriciorum vellet. Sed eodem sensu et vulgatum intelligi potest. Veteribus enim *plebi*, pro *plebei*, in usu fuisse dictum est ad II. 42. § 6. *Plebi domi fieri* habet Gaertn.

Scita plebis injuncta Patribus: sub titulo] Recte ed. Hearnii *injuncta Pat., sub titulo*. Duk. *Invicta Patribus* Voss. 2. Ita sæpe inter voces *iūctus*, sive *junctus*, et *uictus* ob ductuum adfinitatem turbarunt librarii. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. LXVIII. De ipsa locutione vide ad VIII. 32. § 15.

§ 10 *Qui finis erit discordiarum*] *Quis finis erit* Port. *Quis erit finis* Hav. Male. Vide ad I. 7. § 9. et ad V. 40. § 7.

Ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc esse patriam licebit] *Et quando* utroque loco præferunt omnes codd. et vetustæ edd. nisi quod Voss. 2. posteriori loco τὸ *quando* omiserit. Frobenius demum a. 1531. utrobique restituit *Ecquando*. Vide ad v. 44. § 2. Præterea *eandem comm. hanc esse patr. licebit* voce auctior Gaertn. contra, una omissa *comm. esse patr. licebit* Leid. 2. et Port. At vocibus transpositis *comm. hanc patr. esse licebit* Voss. 2. et editi Aldo priores. *Comm. esse hanc patr. licebit* Hav.

Victi nos æquiore animo quiescimus, quam victores] Pall. et edd. priscæ *quam vos victores*. Gebh. Eamdem voculam servant omnes scripti mei et edd. ante Curionem, qui eam primus omisit. Inde expunxerunt plerique editores, præter Sigonium et paucos alios, usque ad Gronov. Præterea *æquiori animo* Hav.

§ 11 *Satisne est, nobis vos metuendos esse*] Pal. 2. *Satis estne*. Gebh. *Satis estne vobis, vos met. esse?* Harl. 2. *Satisne est nobis, nos met. esse?* Gaertn. *Satisne est vobis, vos met. esse?* Leid. 1. Lipsiens. a m. sec. fragm. Hav. et editi ante Aldum, qui eam lectionem primus recepit, quæ nunc vulgo obtinet, et etiam verior est. Non enim consul interrogat plebem, utrum sufficiat sui metum incussisse, sed singulariter incussisse patriciis?

Adversus nos Aventinum capitur] Hæc verba perperam omittebantur in contextu Port. Sed in margine tamen adscripta exstant. *Adversum nos* habet Voss. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVII. Deinde *Aventinus capitur* Leid. 2. Port. in margine, Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Sed male. *Aventinum* casu recto, ut reliqui integerrimi codd. servant, etiam supra dixit I. 33. 'Aventinum novæ multitudini datum:' et postea eodem cap. 'Quibus, ut jungeretur Palatio Aventinum, ad Murciæ sedes datæ.' Donjatius notat *Aventinum* montem masculino genere plerumque efferri, hic neutro, quasi subintelligatur 'jugum.' Verum ita statuendum foret, *Aventinus* nomen adjectivum esse, quod genere masculo adhi-

beretur, subintellecta voce 'mons;' neutro vero, subintellecto τῷ 'jugum.' At esse substantivum, unde formatur adjectivum *Aventinensis*, discere potuisset ex Sigonio ad I. 6. in fine. Id ergo effertur duplici forma, vel *Aventinus*, vel *Aventinum*. Ita non tantum 'Saguntus,' sed etiam 'Saguntum' dicitur. Vide quæ notavi ad Silii XVII. 329. Similiter non tantum 'Ilion,' sed et 'Ilios' in usu fuit. Vide N. Heinsium ad Nason. Epist. Her. I. 48. ubi inter plura docet, quod huc facit, Ithacæ montem non modo 'Neriton,' sed et 'Neritos' vocari.

Esquilias quidem ab hoste prope captas, et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit] Pall. duo legunt, *et candentem in agg. hostem nemo sub.* Sed sibilus non recte truncatus est. At rectius videtur τὸ *Volscum* abesse, quippe nemo ignorare poterat quos hostes intelligeret Quinctius. *Gebh.* Observatio Mureti: Nota insigne exemplum verbi, quod in utrumque non convenit. Certe enim Exquiliæ *summoveri* non poterant. Apponit quasi locum similem ex XLII. 13. 'Cum ille vobis bellum, vos ei securam pacem præstaretis.' Sic ille. Mihi aliter agendum videtur. Duo Pall. et Voss. alter ignorant τὸ *Volscum.* Male hi: sed tamen aliquid superest, *hostem* nimirum: et scribendum, *Æsquiliæ quidem ab hoste prope captæ, et scandentem in agg. Volscum nemo sum.* Eandem rem dicit, sed mutatis verbis, ut invidiam augeat. Æsquilinus collis ab illa parte aditur per aggerem Tarquinii Superbi. Idem hostis Volscus, quum scandere conatus est in aggerem, propemodum cepit Æsquilias. Itaque quemadmodum, ubi Æsquilias memorat, nihil addit de 'aggere;' nec ubi 'aggerem,' ibi de 'Æsquiliis:' sic etiam ubi 'hostem' appellavit, non adstruxit 'Volscum,' nec ubi 'Volscum' nominavit, adjecit 'hostem.' *J. F. Gron.* *Æsquilias* Flor. et Leid. 1. *Exquilias* fragm. Hav. Vide ad XLV. 15. § 6. *Esquilias quidem captas*, tribus mediis vocibus omissis, Leid. 2. Tum etiam conjunctio *et* deficit in Port. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Postea *cadentem* habet Voss. 1. *candentem* Voss. 2. et Klockian. *prope capta se scandentem* Leid. 1. Hinc *in aggere* Port. Lipsiens. et Harl. 2. Tandem *Volscum* præter Voss. 2. reliqui mei agnoscunt. Hæ sunt omnes alicujus momenti lectionum varietates, quæ mihi in codd. meis obcurrerunt: earum tamen vix ulla satis ponderis habere videtur, ut oculos advertere aut detinere possit: nisi quod forte ex Leid. 1. et aliorum vestigiis ejecta copula legendum sit: *Esquilias quidem ab hoste prope captas, escendentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit.* Tantum autem conjecturis tribuendum non puto, ut invitis omnibus membranis cum Gronovio, (viro tamen sagacissimo et subacti judicii, si quis umquam,) *Esquiliæ captæ*, pro *Esquilias captas*, legere, et vocem *hostem* expungere audeam. Nihil propius itaque video, quam ut Mureto adsentiam, qui existimat duplici orationis membro unum tantum verbum additum esse, quod non utrique, sed ultimo tantum, convenit. Id genus loquendi quum omnibus aliis scriptoribus, tum etiam Livio familiare est. Vide quæ notantur ad XL. 42. § 12.

CAP. LXVIII. § 1 *Principibus impleveritis*] Ms. *impleveritis principibus.* Lego *principum.* Klock. *Impleveritis principibus* jam Aldus edidit. Et ita omnes scripti mei. Ceterum quum Livius τὸ 'inplere' non tantum secundo, sed et quarto casu jungere solitus fuerit, ut videbimus ad cap. seq. § 2. nimis pro arbitrio egit Klockius, invitis libris conjiciens *principum* legendum esse. Paullo ante *curiam hic circumsederitis*, aliter ordinatis vocibus, Port.

§ 2 *Iisdem istis ferocibus animis egredimini extra portam Esquilinam*] Pal. 2. *ferocissimis animis egrediamini.* Gebh. Palatino secundo Gebhardi consentit Hav. *ferocissimis* autem etiam est in Harl. 2. Lipsiens. et Port. Deinde *egredimini portam* sine præpositione Port. idem. Solet ita sæpe Livius loqui. Infra XXIX. 6. 'Ab iis egressi quidam urbem Locrenses circumventi:' ubi plura vide. Aliis tamen vulgatum servantibus, unius, ejusque non optimi, codicis auctoritate a recepta scriptura recedendum non existimo. Denique *Esquiliam* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Gaertn. *Exquilinam* Lipsiens. Voss. 2. Hav. et fragm. Hav. *Æsquilinam* Flor. Vide ad XLV. 15. § 6.

Aut si ne hoc quidem audetis] *Aut sive hoc* Hav. *aut si non hæc* Port. *aut si non hoc* Voss. 1. in contextu, sed *aut si nec hoc* in margine: quod posterius mihi quoque in Leid. 2. Gaertn. et Lipsiens. obvium fuit. Male. Vide ad I. 10. § 3.

Ex muris visite agros vestros] *Videte* Leid. 2. et Voss. 1. in margine, quum corrupte in contextu exaratum foret *ex muri sui fide;* quæ tamen scriptura manifesta vestigia vulgatæ lectionis servat. Et ea etiam vera est. Vide ad I. 31. § 2. *site,* pro *visite,* est in Gaertn. spatio tamen ac lacuna paucarum literarum relicta. Mox *ferro ignique vastos* Lipsiens. Vide ad XXIII. 30. § 7.

Fumare incensa passim tecta] Claudian. Eutrop. I. 243. 'incendia fumant. Muris nulla fides: squallent populatibus agri.' Hic Livii locus videtur quoque stabilire emendationem Propertianam Eleg. IV. 3. 63. 'Ne, precor, ascensis tanti sit gloria Bactris.' Pal. codex habet *accensis.* Livius vetus Tragicus apud Nonium Marcellum in 'Æquiter:' 'Nam ut Pergama accensa et præda per participes æquiter partita est.' *Gebh.* Lectio, quam unus Propertii codex præfert, non ipsius poëtæ manus, sed librarii aberratio censenda est. Passim enim 'ascensus' et 'accensus' confunduntur. Vide quæ notavi ad Silii III. 671. Broekhus. etiam ibidem vulgatum præferendum docet.

§ 3 *At enim communis res per hæc loco est pejore*] Non aliter Andreas atque Campanus. At Palatini 1. et 3. *At enim comm. res per hoc loco est pejor.* Pal. 2. *præter hæc loco est pejor.* Gebh. *Propter hac loco est priore* Hav. *per hoc loco est pejore* Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. et Port. *per hoc loco est pejor* Voss. 2. Sed quod vulgo circumfertur, præstat. Terent. in Adelph. III. 2. 46. 'Pejore res loco non potis est esse, quam in quo nunc sita est.' Cic. de Harusp. Resp. c. 28. 'Ut meliore simus loco, ne optandum quidem est, illo inpunito: deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus, aut interitus, aut servitus:' ad Brutum Epist. 3. 'Nostræ res meliore loco videbautur.' *Hoc* et *hæc,* sive, ut recentiores codd. scribunt, *hec,* sæpe in Mss. confunduntur. Ita modo § præc. Vide ad XXI. 52. § 10. Mox *obsedetur* Flor. Vide ad IX. 2. § 3.

Quid tandem privatæ res vestræ quo in statu sunt] Vet. cod. habet *quo statu sunt?* Rhen. Rhenanus *quo statu sunt?* Pall. 1. ac 3. *res nostræ in quo statu sunt?* Gebh. Præpositionem non habent boni libri, ut jam monuit Rhenanus. Sic XXII. 22. 'In secretum abductum, velut ignorantem, monet, quo statu sit res.' XXIII. 24. 'Ut ex iis præsentibus noscere Patres possent, quo statu esset respublica.' Cicero in Paradox. 2. 'Consecutus sum, ut eo statu essem, quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret invidia.' *J. F. Gron.* Præpositio etiam apud me exsulat a Flor. Leid. 2. Voss. 1. et Harl. 2. Et ita loquitur XXXI. 29. 'Furor est, si alienigenæ homines, plus lingua, et moribus, et legibus,

quam maris terrarumque spatio discreti, hæc tenuerint, sperare, quidquam eodem statu mansurum.' xxxiv. 22. 'An æquum censeatis, nobilissimam vetustissimamque civitatem, in media Græcia sitam, repeti in libertatem, et eodem statu, quo ceteras urbes Peloponnesi et Græciæ, esse.' Ita et Cic. de Offic. ii. 1. 'Atque utinam respublica stetisset, quo cœperat, statu.' In Orat. de Harusp. Resp. c. 28. loco ad verba præcedd. laudato. Et sæpe eamdem locutionem Livio ope veterum librorum Gronovius reddidit; quem vide ad xxii. 22. § 10. xxvi. 28. § 1. xxxvii. 53. § 6. Sciendum tamen, præter unum Flor. reliquos optimos et plerosque codd. meos præferre *in quo statu sunt*. Ita sane habent Leid. 1. Voss. 2. Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Etiam Hearnii Oxon. B. et N. Quibus apud Gebhardum accedunt duo melioris notæ Palatini. Tot itaque codicum conspiratio me permovit, ut præpositionem, quam Gronov. ejecit, iterum revocarem, ac Livio restituerem, alio tamen loco, quam quo exhibent priscæ edd. Nam illam etiam Livius interdum addere solitus est. Infra xxxv. 8. 'Is in senatu quum de rebus ab se gestis disseruisset, quoque in statu provincia esset, questus est cum Patribus conscriptis:' ubi videnda quæ notantur. Præterea τὸ *vestræ* deficit in Lipsiens. et Port. *nostræ* habent Voss. 2. et Hav.

Quid est tandem domi, unde ea expleatis] Pal. 2. alio ordine, *Quid est tandem, ea unde domi expl.?* non insuavi trajectione. *Gebh.* *Tandem, unde domi ea* Voss. 1. et Leid. 2. *tandem, ea unde domi* Lipsiens. et Hav. Præterea *expellatis* emendatum in margine Voss. 1. Librarius non intellexit vim verbi 'explere.' 'Explere damnum' hic videtur eodem modo dici, quo 'explere desiderium' i. 9. 'Quod adnisurus pro se quisque sit, ut, quum suam vicem functus officio sit, parentum etiam patriæque expleat desiderium.' 'Explere famem' apud Phædr. Fab. iv. 17. 5. 'Fimoque turpi maximam explerent famem.' 'Explere sitim' apud Ovid. Trist. l. iii. el. 11. vs. 57. 'Utque sitim nostro possis explere cruore.' 'Explere contumelias' Justin. v. 4. 'Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, exsecrationes precibus.' In his omnibus 'explere' habet significationem contrariam τῷ 'implere,' ac notat 'minuere;' quam egregie inlustravit Burmann. ad Nason. Remed. Amor. vs. 129.

§ 4 *Tribuni vobis amissa reddent ac restituent*] Ex Pall. 1. et 3. restitue *Sunt tribuni. Vobis amissa redd. ac rest.?* Nam illa *Sunt tribuni* est elegans μίμησις, populo quasi illa verba subjiciente. *Gebh.* Duo Mss. per fictam responsionem, *expleatis? Sunt tribuni: vobis amissa reddent ac rest.* Quasi diceret: nempe tantorum damnorum pretium habetis tribunos: rem præclaram! sed an illi detrimenta rei familiaris sarcient, et pensabunt? *J. F. Gron.* Eadem scriptura apud me superest in Voss. 2. fragm. Hav. a m. pr. et apud Hearnium in Oxon. L. 1. *Tribunine vobis amissa reddent* Gaertn. At optimæ notæ codd. vulgatum tuentibus, nihil mutandum puto.

Vocis verborumque quantum voletis, ingerent] *Vocis verborum* sine particula connectente fragm. Hav. a m. pr. Mox etiam *ingerent, criminum,* omisso τῷ *et,* Leid. 2. Priorem intercepit vocis sequentis initium, posterius vocis præcedentis, quæ per compendium *ingerēt* scripta erat, finis. Utriusque erroris frequentia in Mss. exempla obcurrunt.

Quisquam re fortunaque domum auctior rediit] Vetustus codex habet *re fortuna domum.* Arbitror vero pos-

terius, scilicet *fortuna*, prioris vocis expositionem fuisse. Nam 'res' hic fortunam significat, sive fortunas, id est, divitias. *Rhen.* Arbitratur Rhenanus, τὸ *fortuna* prioris vocis *re* esse interpretamentum. Sed contra Pall. tres ejecerant τὸ *re*, subjicientes oculis, *quisquam fortuna domum*. Gebh. Τὸ *re* etiam deest apud me in levioris auctoritatis scriptis Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. *quisquam fortuna re domum* habent Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. quod *fortuna vel re* habet a m. sec. *quisquam re fortuna* Voss. 1. Leid. 2. Klockian. et Flor. a m. pr. in quo illud *que* alia manu postea additum est. Copulam etiam omiserunt omnes typis descripti ante Aldum, qui *re fortunaque* primus substituit, invitis omnibus membranis meis, ut et Rhenani ac Gebhardi. Recte itaque copulam Gronovius a. 1665. ejecit; idque se, non modo scriptis, sed omnibus etiam inpressis ante Aldum auctoribus, fecisse monet ad IV. 3. § 12. Livio nihil frequentius est, quam passim particulas, quæ orationem connectunt, omittere. Mox § seq. 'Ecquis retulit aliquid ad conjugem et liberos, præter odia, obfensiones, simultates.' Supra I. 59. 'Juro, vosque, Dii, testes facio, me L. Tarquinium Superbum cum scelerata conjuge et omni liberorum stirpe, ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsecuturum:' ubi etiam vide. II. 31. 'Discordiæ intestinæ, bellum externum fecere, ut hoc magistratu egeret respublica:' ubi etiam quidam inserunt τὸ *et*. III. 9. 'Quippe duos, pro uno, dominos acceptos, inmoderata, infinita potestate.' IV. 3. 'Serv. Tullium post hunc, captiva Corniculana natum, patre nullo, matre serva, ingenio, virtute, regnum tenuisse.' c. 28. 'Qui visuri domos, parentes, conjuges, liberos estis, ite mecum.' v. 20. 'Deum inmortalium benignitate, suis consiliis, patientia militum, Veios jam fore in potestate populi Romani:' ubi male etiam vet. lib. Sigonii *et patientia*. c. 27. 'Fides Romana, justitia imperatoris in foro et curia celebrantur.' Eodem cap. 'Ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, sicut Veios, vincam.' XXXV. 44. 'Omnem se Græciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum.' XLI. 3. 'Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos: terra, mari trepidatur.' Quibus locis plura notavi, ut et ad XXXV. 34. § 4. XXXVI. 23. § 5. XXXVIII. 18. § 12. et c. 53. § 2. Utrum vero *re, fortuna*, an *fortuna, re* legendum sit, lectoris sit existimatio. Pro utroque enim stant non contemnendi codd. Denique *redit* Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. Vide ad XXXVI. 35. § 2. *rediet* erat a m. sec. in Flor.

§ 5 *Ecquis retulit aliquid ad conjugem et liberos, præter odia*] Pall. duo *Ac quid retulit aliquis ad conj. ac lib.* Pal. 2. *At quid*. Gebh. *Et quis retulit aliquid* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad v. 36. § 5. *Ac quis retulit aliquid* Leid. 1. et fragm. Hav. Et ita etiam Lipsiens. nisi quod insuper omittat τὸ *aliquid*. *Ac quis retulet aliquid* Harl. 1. *At quis retulit aliquid* Harl. 2. Gaertn. et Hav. *Ac quid retulit aliquis* Voss. 2. *Ac quis retulit aliud* Port. *aliud præter odia*, ut XXXVIII. 21. 'Nec tela jam alia habebant, præter gladios:' ubi vide. Uni tamen codici fidem habere non audeo. Præterea *ad conjugem ac liberos* Voss. uterque, Leid. uterque, Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. quibus quum Gebhardus duos integerrimos Pall. consentire testetur, licet nihil intersit, attamen recipiendum duxi.

A quibus semper non vestra virtute innocentiaque] Sensus est obscurus, nisi quis in tribunos hoc cum amara ironia totum contendat. Sed deficit orationis consecutio. Nam, ut sequentia prioribus cohæreant, non satis planum est. *Glar.* Fateor me

nihil eorum in his verbis videre, quorum ea Glareanus accusat. *A quibus,* nempe odiis, &c. Indicat Quinctius, ideo tribunos odia, offensiones, simultates erga patricios plebeiorum animis injicere, ut ex voluntate eorum, quorum auxilio tuti sint, id est, tribunorum, toti pendeant. *Non semper vestra virtute,* transpositis vocibus, Hav. quod menti Quinctii non convenit; qui plebi persuadere conatur, eam numquam sua virtute innocentiaque tutam esse.

§ 6 *At, Hercules, quum stipendia, nobis consulibus, non tribunis ducibus*] *At, Hercule* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. *Aut, Herculæ* Harl. 1. Vide ad v. 4. § 10. Tum *indicibus,* pro *ducibus,* Leid. 2. Paullo post *non in foribus* Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Hav. Gaertn. et Port. a m. pr.

In acie vestrum clamorem hostes] Sumsit a Demosthene de Chersoneso, p. 79. edit. Francof. Ἐχρῆν, τοὐναντίον ἢ νῦν, ἅπαντας τοὺς πολιτευομένους ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις πρᾴους καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς ἐθίζειν εἶναι, ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου φοβεροὺς καὶ χαλεποὺς ἐπιδεικνύναι. *J. F. Gron.*

Domum ad Penates redibatis, nunc oneratum] *Rediebatis* Voss. 1. Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Mirum, tot codd. in hunc errorem conspirare. Hinc *honeratum* Voss. 1. Leid. uterque, et fragm. Hav. *honoratum* Hav. Sæpe ita librarii errare soliti fuerunt. Vide ad XXXVI. 40. § 9.

§ 7 *Sequitur vos necessitas militandi*] Ultima vox exsulat ab Hav. qui ut et Lipsiens. mox præferunt *repellitur.* Hinc *inter mœnia erit* Port. sollemni aberratione. Vide ad v. 27. § 3.

Et in domos vestras vos persequetur] *Cum domos vestras,* pro *et in domos,* Port. Tum *persequitur* Hav.

§ 8 *Biennio ante senatus delectum haberi*] *Dilectum* Leid. 1. et Port. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Haberi delectum* Harl. 2.

Præsenti pace læti, cernentes ex otio illo brevi multiplex] Deest *nec,* ut sit sententia, nec cernentes ex otio; quod in aliis codd. reperitur. *Nannius.* Voculam *nec* primi omiserant Basileenses a. 1539. quorum errorem unus alterve sequentium editorum adoptarunt. Sed non tantum reliqui excusi, verum etiam manu exarati eam recte agnoscunt. Deinde *brevi,* quod reliqui omnes servant, in uno deficit Lipsiens. Paullo ante *alterc. inter nos,* alio ordine vocabulorum, editi antiqui. Aldus primus vulgavit *inter nos alterc.* Et ita omnes mei, nisi quod *altric.* habeant Leid. 2. et Gaertn.

§ 9 *His ego gratiora dictu alia esse scio*] *g°,* id est, *ergo,* pro *ego,* Leid. 1. *His ergo* Gaertn. qui error et alibi in Mss. committitur. Vide ad XXXVII. 53. § 11. *His grat. ego dictu alia* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et Hav. *His ego grat. alia dictu scio* editi ante Aldum, a quo repositum quod nunc vulgo exstat. Mox *moveret,* pro *moneret,* Gaertn. fragm. Hav. et Hav. Vide ad IX. 38. § 12. *monet* typis descripti usque ad Aldum, qui concinentibus reliquis scriptis *moneret* vulgari curavit. Infra v. 42. 'Etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent:' ubi vide.

Vellem equidem vobis placere] Pal. 2. *Vellem me quidem.* Gebh. Similiter Harl. 2. Lipsiens. et Port. Vide mox ad § 2. Sed male ultima litera vocis *vellem* repetita est in capite sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. *Vellet me quidem* Flor. a m. pr. pro quo etiam *Vellem me quidem* manus recentior emendavit. *Velle me quidem* habet Leid. 1. *Vellem me vobis quidem placere* Hav. Servius ad Virg. Georg. I. 193. 'Bene autem ait *equidem;* quod multi pro *ego* accipiunt, id est, *ego quidem.*' Vid. eumdem Servium ad Æneid. I. 576.

Malo vos salvos esse, qualicumque erga me animo futuri estis] *Malo salvos*

vos esse Hav. Tum *qualicumque an. erga me* Voss. 2.

§ 10 *Qui apud multitudinem sua caussa loquitur*] Lego *suas caussas;* id est, gratas, blandas, acceptas plebi, populares. *Klock.* *Apud mult. caussa sua loq.* Hav. *apud mult. suam caussa loq.* Leid. 1. *apud mult. suam caussam loq.* fragm. Hav. Quod non displicuisset Klockio, si in cod. suo invenisset; nam vel invitis Mss. *suas caussas* emendandum censet. Male. Nam 'loqui sua caussa,' id est, ob privatum commodum atque utilitatem: mox enim obponitur 'nihil præter publicum commodum videre.'

Adsentatores publicos, plebicolas istos] Lego *assentatores publicolas et plebicolas istos.* Klock. *Assentatores publicos, publicolas* Hav. et ed. Mediol. a. 1480. Male. Supra hoc lib. c. 33. 'Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente omnisque auræ popularis captator evaderet pro truci sævoque insectatore plebis.' *Assentatores istos publicos plebicolas* habet Voss. 2.

Qui vos nec in armis nec in otio esse sinunt] *Nec in armis, neque in otio* Hav. Vide ad IX. 9. § 14. At reliquorum consensus vulgatum verum præstat. *Nec in armis, nec otio* Leid. 2. et Gaertn. Male. Vide ad VI. 28. § 6. Τὸ *esse* exsulat ab Hav.

§ 11 *Malæ rei se, quam nullius, turbarum ac seditionum duces esse volunt*] Usitata ellipsis τοῦ *magis,* sequente *quam,* et aliis quibusdam, de qua quum alii agunt, tum Gronovius ad Liv. I. 25. et V. 21. et Perizonius ad Sanctium IV. 7. § 4. *Duk.* Τὸ *se* deest in Gaertn. Male. Dictum enim eodem modo, quo apud Cic. de Offic. II. 20. 'Illis, a quibus exspectat, gratum se videri studet.' Terent. in Phorm. V. 2. 2. 'Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.' Sallust. in Cat. c. 1. 'Omnis homines, qui sese student præstare ceteris animalibus:' ubi vide Cortium. Præterea *mallunt* Hav. pro *malunt.* Scribas alibi has voces commutasse, dicam ad XXXVII. 54. § 2. Sed vulgatum longe præstat. Librario autem id displicuit, quod crederet non recte deesse *magis,* vel *potius.* Sæpe tamen hæ particulæ per ellipsin reticeri solent. Vide ad XXXIV. 49. § 10. Ita Homer. τὸ μᾶλλον similiter omisisse censetur in notissimo illo versu Iliad. A. 117. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι· ubi videndus Scherpez et Vigerus de Idiotism. c. 7. sect. 8. § 5. Paullo ante *in concordia hoium ordinum* Gaertn. Verum illud *hoium* per errorem scriptum est pro *oium,* id est *omnium.* Et id quidem natum videtur ex varia lectione vocis seq. *ordinum.* Vide ad IV. 61. § 3.

§ 13 *Populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero*] *Vestrorum agrorum* Hav. *agrorum vestrorum* Lipsiens. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Insuper *fusos fatigatosque* Harl. 1. Tandem *exuero* deest in Hav. *exuere* præferunt Lipsiens. Voss. 1. et Leid. 2. quorum duo proximi mox *transtulere* exhibent una cum Harl. 1. ita tamen ut Voss. 1. pro varia lectione in margine ostentet *transferre.* Etiam præpositio *a* non adparet in Port.

CAP. LXIX. § 1 *Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi*] *Alia* Voss. 2. Leid. 1. Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Voss. 1. a m. sec. et Port. a m. pr. Sed *alias* præstat, cui mox obponitur 'tunc.' *Raro alias* junguntur etiam XLV. 20. 'Ut raro alias quisquam rex aut privatus, tanto favore, tantoque omnium adsensu est auditus.' Mox *sacratissimi consulis* Voss. 1. *serenissimi consulis* Lipsiens. culpa librarii. Solent et alibi hæ voces commutari. Vide N. Heins. ad Claud. de Laud. Stilic. I. 67. et Burm. ad Nemes. Ecl. I. 56.

§ 2 *Inter tales metus detrectationem militiæ*] Mihi quoque in mentem venerat *motus*, quod ex uno scripto adnotavit Hearnius. Sed nihil mutandum est. *Inter tales metus* est, dum foris hostes, domi tribuni plebis et turbæ civiles metuuntur. Supra c. 16. 'Multi et varii timores. Inter ceteros eminebat terror civilis.' *Duk. Inter tales motus* Neapol. Latinii. Sed alterum verius est. Supra III. 16. 'Nemo tribunos aut plebem timebat. Mansuetum id malum, &c. tumque esse peregrino terrore sopitum videbatur.' Alibi etiam scribæ in his vocibus commutandis turbare soliti sunt. Vide Gruter. et Grævium ad Cic. Orat. Cat. II. 2. Cortium ad Sall. Cat. c. 42. et quæ notantur II. 41. § 3. hoc lib. c. 24. § 3. ad cap. seq. § 11. IV. 40. § 2. XXVIII. 46. § 8. XXX. 28. § 8. et alibi sæpe. Tum *detrectationes* fragm. Hav. *detractionem* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Port. *detractationem* Harl. 1. quomodo sæpissime hoc verbum in membranis Livianis exaratum obcurrit. Vide quæ notantur ad XXXIV. 15. § 9.

Bellum et arma spectabat] In vetusto codice est *arma et bellum spect.* Rhen. Debuit ab novis editoribus bene monenti Rhenano dudum gestus esse mos: nam tres Pall. *arma et bellum spect.* Neque aliter Campanus. *Gebh. Arma et bellum spect.* apud me præferunt Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Livius modo *bellum et arma*, modo, inverso ordine, *arma et bellum* dicere solitus est. Prius habes I. 27. 'Pacto transitionis Albanorum ad bellum atque arma incitantur.' IV. 1. 'Delectus haberi, bellum armaque vi summa adparari jubent.' XXI. 2. 'Hospitiis regulorum magis, quam bello aut armis, rem Karthaginiensem auxit.' Alterum IV. 9. 'Parum parti utrique domi armorum bellique est visum.' IX. 10. 'Arma cuncti spectant et bellum.' Quum itaque utrumque apud Livium obcurrat, tot codicum auctoritate accedente, Rhenano et Gebhardo morem gessi, atque ex eorum voluntate ordinem verborum mutavi. Voces *et arma* perperam deficiunt in Oxon. C. ut Hearne nobis auctor est. Mox *et agrestium fugam* Voss. 1. Lipsiens. et Port. a m. pr. *agrestium fuga*, sine copula *et*, Port. Male. Non viderunt librarii *agrestium fuga* pro agrestibus fugientibus poni, et quidem casu primo: jungendum autem non præcedentibus, sed seqq.

Spoliatique in agris et vulnerati fœdiora iis, quæ subjiciebantur oculis] *Et violati vulnerati* Voss. 1. Videtur altera vox alterius explicandæ caussa primo margini adscripta, deinde ab indocto librario in contextum recepta esse. Vide hoc lib. 44. § 4. *Violare* enim sæpe pro *vulnerare* ponitur; unde ambo hæc vocabula in Mss. etiam permutantur. Vide quæ notavi ad Silii X. 261. Ita Ovid. Epist. Heroid. XV. 79. 'Molle meum, levibusque cor est violabile telis.' Et ita 'invulneratus inviolatusque' junguntur apud Cic. pro Sextio c. 67. *Spoliataque in agris et vulnerata* perperam Harl. 1. Insuper *quæque subj.* Voss. 1. et Leid. 2. *quamque subiciebantur* Lipsiens. *quoque subj.* Gaertn.

Totam urbem ira inplevere] Ms. optime *iræ*. Klock. Voce *ira* carent Voss. 1. Leid. 2. et Port. *ire*, sive *iræ*, habet Hav. Sæpius quidem Livius verbum *inplere* ita construere solitus est. Vide ad XXIX. 14. § 2. Hic tamen, ob ceterorum codicum in vulgatam scripturam conspirationem, eam etiam præstare censeo; præsertim, quum alibi Livius casum sextum quoque huic verbo junxerit: ut I. 56. 'Ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis inplevit curis:' hoc lib. c. 68. 'Carcerem inpleveritis principibus:' ubi

Klockius sine caussa *principum* conjicit. v. 21. 'Urbs hostibus inpletur.' c. 39. 'Totam urbem lamentis inpleverunt.' VII. 16. 'Militemque præda inplevit.' XXVI. 25. 'Inplevit populares laudibus meritis Scipionis.' XXXVI. 29. 'Nicander inplevit exspectatione vana multitudinem.' XLI. 5. 'Omnia terrore ac tumultu inpleverunt.' Denique *implere* Harl. 2.

§ 3 *Ibi vero in Quinctium omnes versi, ut unum vindicem*] *Ubi vero* Harl. antiq. sed *ubi* modo præcessit. Vide ad XXVII. 5. § 2. *ibi tum* Harl. 2. et Hav. quod videtur ex glossa natum. *Vero* enim abundat; *ibi* autem pro *tum* ponitur. Mox cap. seq. 'Ancipiti terrore dissipasset hostem, ni suo proprio eum prœlio equites Volscorum et Æquorum exceptum aliquamdiu tenuissent. Ibi vero Sulpicius negare cunctandi tempus esse.' Tum *versi, ut virum vindicem* Lipsiens. *versi, ut unum virum vindicem* Gaertn. *versi, et ut virum unum vindicem* Hav. Male. *unum vindicem* est solum vindicem. Sæpe 'unus' hoc sensu et apud alios et apud Livium obcurrit. Supra I. 18. 'Quove præsidio unus per tot gentes, dissonas sermone moribusque, pervenisset.' c. 54. 'Quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset, ei Dii dedissent.' II. 12. 'Nec unus in te ego hos animos gessi.' c. 33. 'Nisi fœdus cum Latinis columna ænea insculptum monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum.' III. 11. 'Unus inpetus tribunicios popularesque procellas sustinebat.' v. 38. 'Eaque res ut initium pavoris ac fugæ, sic una salus fugientibus fuit.' VII. 35. 'Ergo una est salus erumpere hinc.' XXII. 31. 'Cœlium et ceteros fugit, uni consuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuisse dicendi dictatoris.' c. 35. 'C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus essent comitia rogando collegæ.' XXXVIII. 53. 'Punici tamen belli perpetrati unus præcipuam gloriam tulit.' XXXIX. 9. 'Via una corruptelæ Bacchanalia erant.' XL. 54. 'Hujus fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanserat.'

Dignam tot consulatibus anteactis, dignam vita omni plena honorum] *Dignam tot consularibus* Hav. Tum *consulatibus antedatis* Voss. 1. et Leid. 2. Sed reliquis in receptam lectionem conspirantibus eam etiam veriorem puto. *Anteactis* est antea gestis: ita 'acto honore' Liv. VIII. 26. 'Duo singularia hæc ei viro primum contigere; prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus:' ubi vide Sigonium. Vell. Pat. II. 95. 'Censura Planci et Paulli acta inter discordiam, neque ipsis honori, neque reipublicæ usui fuit.' cap. 99. 'Duobus consulatibus totidemque triumphis actis, tribuniciæ potestatis consortione æquatus Augusto.' Deinde *dignam vitam omni plena hon.* Harl. 1. *dignam vitam omni plenam hon.* Leid. 1. et Voss. 1. in contextu. *Dignam vitam omn. plenam hon.* Leid. 2. Gaertn. et Voss. 1. in margine. *Omnium*, pro *omni*, est etiam ex interpolatione in Florentino; sed *vita omni* est vita tota. Vide ad III. 15. § 8. *Digna vita omni plenam honore* Lipsiens. *dignam vita omni plena honore* Port. *dignam omni vita plena honorum*, alio ordine, priscæ edd. Supra II. 33. 'Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus:' ubi vide. Ordinem mutavit, et *vita omni* primus dedit Aldus. Neque aliter præferunt codd. scripti.

Sæpius gestorum, sæpius meritorum] Hæc verba aberant a Port. adscripta sunt tamen margini. Desunt etiam in fragm. Hav. in quo hæc eorum loco substituta sunt: *que senatus a consulibus tribunisque plebis exposcat dilectus.* Vocem *senatus* autem manus altera deinde mutavit in *senatum.*

Verum his verbis continetur duplex lemma marginale, quorum prius pertinet ad § 5. posterius, sive ultima vox *dilectus*, ad § 6. Sæpe alibi lemmata in contextum demigrasse ex margine, videbimus ad VII. 40. § 4.

§ 4 *Alios consules aut per proditionem*] *Decem alios consules* Gaertn. At prima vox *Alios* non comparet in Leid. 2. qui insuper præfert *consules ante per prod.* Præterea *vita*, pro *jura*, Lipsiens. Tum mox pro *domando* vir doctus ad marg. ed. Curionis conjecerat *dominando*. Verum non vidit, τὸ *domando* hic non cum effectu capiendum, ita enim non asperior, sed mansuetior fieret, verum de conatu domandi. A vulgata lectione stant omnes codd. mei, nisi quod *dampnando* sit in Gaertn.

T. Quinctium orationem memorem majestatis Patrum, &c. habuisse] Vox *memorem* deficiebat in contextu Port. Sed ita sensus non constabit Livio, nisi scribatur *rationem*. Melius tamen, quod manus sec. eam, tamquam a librario male neglectam, margini adscripserit. Eleganter dixit Livius *orationem memorem majestatis*, quod Doujatius inlustrare conatus est Virgiliano Æn. I. 4. 'memorem Junonis ob iram:' et Horatiano Od. I. 13. 12. 'Impressit memorem dente notam:' quæ utraque, licet parum huc facientia, insuper debet Calepino suo. Melius lectorem rejecisset ad illa quæ Gronov. notat ad XXXIII. 12. § 5. ubi locum apprime huic convenientem laudatum vidisset ex IV. 48. 'Si temporum interdum potius, quam majestatis, memor adhibeatur oratio.'

§ 5 *Orare tribunos, ut uno animo cum consulibus*] Hæc acta sunt in senatu A. U. C. CCCVIII. unde patet tribunos plebis tum senatui interfuisse. Sed et jam ante hoc tempus illis licuisse in senatum venire, ex eo confici potest, quod A. U. C. CCLXIII. de Coriolano, qui in senatu sententiam dixerat, plebem fame premendam esse, ut pateretur aboleri novum magistratum, scribit Livius II. 35. 'in exeuntem e curia impetus factus esset:' neque enim apparet, quomodo plebs resciscere potuerit quæ in senatu dixerat Coriolanus, nisi a tribunis plebis. Idem ostendit alius locus cap. 9. hujus libri A. U. C. CCXCI. ubi in senatu ad tribunos plebis: 'Vos, inquit Fabius, ceteri tribuni plebis oramus.' Et lib. IV. crebra illius rei mentio est, capp. 1. 2. 3. 6. 26. 36. 43. 44. et 48. Nec tamen valde credibile est, Patres in tenuibus illis initiis tribuniciæ potestatis hoc jugum recipere voluisse, et magistratum plebis quasi arbitrum et moderatorem deliberationibus suis adponi passos fuisse. Neque enim vel plebem id postulasse, vel de eo quidquam in legibus, quibus concordia inter eam et Patres restituta est, ex iis, quæ de his rebus Livius ac Dionysius prodiderunt, constat: quos rem tanti in republica momenti silentio præterire voluisse, nequaquam probabile est. Ac ne ullum quidem in his indicium est, unde intelligi possit, tribunos plebis statim ab eo tempore, quo instituti sunt, hoc jure usos fuisse. Puto distinguenda esse tempora, et ita dicendum: tribunis plebis, quum primum creati sunt, et deinceps aliquamdiu, non licuisse in senatum venire jure tribuniciæ potestatis, sed ita demum, si a consulibus vocati fuissent; deinde autem, post sublatos e republica decemviros et restitutam potestatem tribuniciam, eos jure potestatis suæ et in senatum venire, et senatusconsultis intercedere potuisse. Etenim Dionysius Halicarn. VII. 25. scribit, tribunos a consulibus in senatum vocatos fuisse, quum de frumento inter plebem dividendo deliberabatur, quo tempore atrocem illam sententiam dixerat Coriolanus. Et rursus eodem lib. c. 39. idem fac-

tum a consulibus, quum in senatu de judicio Coriolani agebatur. Ac denique x. 34. A. U. C. CCXCIX. tribunos eodem tempore concilium plebis habuisse, quo senatus in curia consultabat. E quibus omnibus liquet, eos tum nondum jure potestatis in senatum venisse. Et sic etiam accipi potest, quod in eodem lib. x. cap. 2. A. U. C. CCXCIII. legitur, senatum παρόντων καὶ δημάρχων habitum fuisse, nec non loca Livii II. 35. et III. 9. Sed quum post sublatos decemviros tribunicia potestas non modo restituta, verum etiam Valeriis et Horatiis legibus multis rebus aucta fuisset, inter eos hoc quoque institutum fuisse videtur, ut tribuni plebis jure potestatis in senatum venire, et senatusconsultis intercedere possent. Livius quidem III. 55. nihil nominatim de eo prodit, sed ex eo colligi potest, quod C. Claudius apud Dionysium XI. 49. auctoritatem senatus eorum legibus imminutam dicit, quod hac re præcipue factum est, certe multo magis, quam aliis illorum legibus, quas l. d. memorat Livius. Accedit quod post hoc tempus Dionysius XI. 54. 57. seqq. et Livius fere ubique ita de hac re loquuntur, ut ex eorum verbis satis appareat, tribunos plebis jure potestatis suæ, non vocatu consulum, senatui interfuisse; et quod ille XI. 54. hic IV. 6. non multo post pulsos decemviros, eos senatusconsultis intercessisse tradunt, cujus juris ante decemviros nec vola nec vestigium apud illos exstat. Adversatur tamen huic sententiæ, quod Dionysius VII. 49. in oratione de judicio Coriolani dicentem inducit Ap. Claudium, jam tum tribunos plebis, se multum reclamante, in senatum, εἰς τὴν βουλὴν, admissos fuisse. Sed dubia est illius loci scriptura: nam Lapus, qui vertit *in rempublicam*, in suo exemplari videtur legisse, vel legendum conjecisse εἰς τὴν πόλιν, quod et Portus probat, et sententiæ melius convenire facile omnes, qui verba Dionysii accurate considerare volent, videbunt. Nam, quum de tribunis plebis creandis ageretur, non quæsitum fuerat, an in senatum admittendi, sed an omnino in rempublicam recipiendi essent; quod ceteris ad extremum probantibus solus Appius improbarat. *Duk.* *Et*, pro *ut*, præferunt Voss. 2. et Harl. 2. quasi vellent, Livium dedisse, *orare eum collegamque, &c. orare tribunos et*, pro 'etiam.' Sed inepte. Voculæ *et* atque *ut* non raro confunduntur. Vide ad XXI. 28. § 8. Præterea vox *cum* male abest a Port. sed intercepta est a prima syllaba vocis seq. Vide ad II. 43. § 3. hoc lib. ad c. 7. § 7. et ad c. 40. § 3. Adde Gron. Observ. II. 6. p. 256. quemadmodum contra *cons.* sive *consul*, excidit ob sequentem particulam *cum.* Vide ad II. 59. § 9. Nec multum hinc abit, quod ex *conscribitur* datum sit *cons̄. scribitur*, vel *consul scribitur.* Vide hoc lib. ad c. 18. § 4. Mox *urbe hac mœnibus* male idem Port. Denique *propulsare* Basileensis a. 1555. et Sigonii edd. Non sequor. Primores Patrum orabant tribunos plebis, ut 'bellum propulsari vellent,' nempe per consules, non inpediendo delectu, aut non ferendo auxilio, si quis ad nomen non responderet.

§ 6 *Consensu omnium delectus*] *Dilectus* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Consules quum in concione pronunciassent] In vetusto codice est, *Cum consules in concione.* Rhen. Rhenani vetusto codici ex meis consentiunt Lipsiens. et Harl. antiq. *Quum conso in contione* habet Flor. a m. pr. in quo postea illud *conso* erasum est. In Leid. 1. etiam non comparet vox *consul.* Reliqui omnes Voss. uterque, Leid. 2. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. servant ordinem in quem ante Rhenanum voces digestæ erant. Ceterum Gebhardus ad II. 14. § 4. auc-

tor est, Pal. 2. et vett. edd. Andreæ et Campani habere *in concionem*. Eadem lectio superest in Hav. verum aberratione librarii. Paullo post *omnesque juniores* Hav. et fragm. Hav. a m. sec. At reliqua membra ejus sermonis, quem consules in concione pronunciarunt, proposita sunt § 5. seq. sine particula copulante; quare melius eam reliqui codd. etiam hoc loco omiserunt.

§ 8 *Cohortes sibi quæque centuriones legerunt*] *Sibi quoque centuriones* Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. *cohortes quoque sibi* Gaertn. Ita et alibi lapsi sunt scriptores librarii. Vide ad XL. 4. § 5. Insuper Lipsiens. ita distinguit, *affuit. Postero die cohortes.* Verum § 6. edicunt consules 'omnes juniores postero die adessent:' quibus hæc respondent. Quare vulgata interpunctio servanda est. Ipsæ autem cohortes hic sibi centuriones extra ordinem legunt, quod ceteroquin faciebant consules, aut eorum jussu et arbitrio tribuni militum. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 8.

Hæc omnia adeo mature perfecta accepimus] *Accipimus* Voss. 1. At vulgatum, a quo alii omnes stant libri manu exarati, tuentur loca Liv. hoc lib. c. 39. 'Magis obedienter ventum in curiam, quam obnixe dictas sententias accepimus.' v. 34. 'De transitu in Italiam Gallorum hæc accepimus.' XXXVIII. 47. 'Manlium in hunc maxime modum respondisse accepimus.' Eodem modo ut hic Voss. 1. etiam infra unus et alter codex v. 22. 'Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis sequentis modo accipimus levem ac facilem translatu fuisse:' ubi nunc quoque editur *accepimus*. Nihilominus 'accipio' in eadem re sæpe dixit. Vide ad IV. 41. § 7.

Signa eo ipso die a quæstoribus ex ærario promta] Nota morem. Dionysius l. X. p. 645. Ἐκέλευσεν ἐκ τῶν ἱερῶν τὰ σημεῖα καταφέρειν· hoc est, *ex templo*. Gelenius *ex ærario* vertit. Idem est. Ærarium enim populi Romani erat in æde Saturni, teste Plutarcho in Poplicola p. 103. Hinc ἱερὰ σημεῖα vocautur Dionysio non semel, quæ magna religione observata, magnoque in cultu habita fuisse a militibus Romanis idem docet, ut l. XI. p. 723. et l. VI. p. 375. non minori religione culta fuisse, quam simulacra Deorum immortalium. Sub Imperatoribus etiam Romanis semper ædicula erat in castris, in qua signa posita erant, quæ adorabantur etiam ab Imperatoribus, teste Herodiano in Caracalla IV. 4. § 12. Similiter et Labarum Francorum, quod auriflammeum dicebatur, olim in æde D. Dionysii ad Lutetiam servabatur, et cum rex copias movebat, proferre mos erat, nec nisi nobili viro ferendum dabatur; sed puditum est, cum illud auriflammeum amisimus, seu auriflammulum mavis. Livius IV. 22. Sed et Galli Insubres signa quædam aurea, quæ Immobilia vocabant, habebant in templo Minervæ condita, unde non, nisi ad gravissima bella, promebantur, teste Polyb. l. II. p. 119. c. 32. *H. Vales.* Livius VII. 23. 'Quum omnes extra portam Capenam ad Martis ædem convenire armatos juniores jussisset, signaque eodem quæstores ex ærario deferre.' De *auriflammeo* autem vide Du Cange in Glossar. med. Latin. voc. 'Auriflamma.' Ceterum *eo die*, neglecta voce media, Harl. 2. Male. Vide ad II. 5. § 5. Tum *ab quæstoribus ex ær. promta* Hav. *quæst. ex ær: promta* fine præpositione *a* vel *ab*, Harl. 1. Vide ad VI. 11. § 4.

Paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus] Vir doctus ad oram ed. Curionis conjecerat scribendum *voluntarie seq.* Verum ea vox neque Liviana est, neque etiam hujus ævi. Contra *voluntate* pro 'sponte' Livio frequens est. Infra v. 17.

'Si qui juventutis suæ voluntate ad id bellum eant:' ubi plura vide.

§ 9 *Hostem in conspectum dedit*] *In conspectu* Gaertn. Hav. fragm. Hav. et priscæ edd. ante Aldum. Utrumque probum atque in usu est. Vide ad IX. 27. § 4. Quum ergo plures ac gravioris auctoritatis libri vulgatum malint, inde discedere religio est.

Castraque ad Corbionem castris sunt conjuncta] *Castra ad Corb.* Harl. 2. Deinde *conjecta* Hav.

§ 10 *Tertio die quum ira Romanos, illos, quum toties rebellassent*] *Tertio die quia Rom. cum illis totiens rebell.* sine sensu Gaertn. Voces *sunt conjuncta. Tertio die quum ira Romanos, illos* desunt in Lipsiens. Præterea *Tertia die* Harl. 2. et excusi usque ad Aldum, cui *Tertio* reponenti reliqui omnes codd. consentiunt. Vide ad VIII. 11. § 15.

Conscientia culpæ ac desperatio irritaret] *Cum scientia* Harl. 1. sollemni errore scribarum. Vide ad IV. 24. § 7. Mox *mora dim. nulla fuit facta* Hav.

CAP. LXX. § 1 *Quod saluberrimum in administratione magnarum rerum est*] Pal. 2. non agnoscit periodi hujus aut vocem primam, aut ultimam: et profecto si absint, resultet eadem sententia, nec paullo nitidior. Interim isthæc ita distinxi, non ut accedant superioribus verbis, sed subsequentibus. Nihil enim salubrius in potestate pari, quam si collegarum alter secundas agit. Hinc Livius IV. 31. 'Tres delectu habito profecti sunt Veios, documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset.' *Grut.* Toties Gebhardus, qui etiam Pall. Mss. usus est, eorum secundo fidem abrogavit, idque non sine caussa, ut ei uni tuto credi nequeat. Omnes autem mei libri constanter editam lectionem servant, nisi quod solus Voss. 2. mutato ordine verborum, habeat *magn. est rerum.* Gruterum vero codicis ejus lectionem probasse non miror, quum alibi non semel, etiam ex sola conjectura, nullarum membranarum auctoritate accedente, pronomen relativum cum verbo substantivo expungere solitus sit. Vide ad XXIII. 34. § 15. Verum hujusmodi orationis contextus melius Sallustii ac Taciti brevitati, quam ubertati Livianæ convenit. Ceterum vera est interpunctio, quam dedit; ne contra sensum communem Livius dicat, in administratione magnarum rerum saluberrimum esse, duos in exercitu pari potestate esse. Miror itaque Hearnium eam non recepisse.

Et prælatus ille facilitati submittendis se comiter respondebat] Ante seculum sic quidem edidere. In libris vero nostris omnibus conspicitur *præl. ille facilitate subm. se comitem resp.* Sed tamen vulgata lectio respondet egregie sequentibus, modo legas *submittentis se.* Gebh. Latinius, testatus in nonnullis edd. esse *prælatus illi*, se in Neapol. *prælatus ille* reperisse monuit, quam lectionem etiam servant omnes scripti et editi quos vidi. Deinde *facilitati* non tantum præferunt libri, qui seculo ante Gebhardum excusi sunt, sed ita jam vidi in Mediolan. an. 1480. et postea in omnibus recentioribus. Neque aliter habent plerique manu exarati: *facilitate* enim tantum super est in Florent. Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. idque tum ad præcedentia referendum, *prælatus ille facilitate submittentis se.* Et ita 'respondere' absolute sine casu ponetur, ut apud Sen. Epist. 47. 'Ut quidque non ex voluntate respondit, iram evocat.' 'Prælatus facilitate' autem, ut 'prælatus suffragiis' l. IV. c. 16. 'Prælatus suffragiis Quinctio Mam. Æmilius, vir summæ dignitatis.' Utraque lectio probari potest. Et quidem ab altera stant plures, eo altera notæ melioris codd. Incertus itaque hæreo, quam præferam. *Sub-*

mittendis error est operarum in ed. Gruteri, quod tamen jam postrema ejus emendavit. Denique vir doctus ad oram ed. Curionis pronomen *se* induci malebat, sed sine ratione. Superest enim in omnibus scriptis et editis: neque id delendi ullam caussam video. Ut enim 'submittere se,' ita 'submittere imperium' vi. 6.

Communicando consilia laudesque, et æquando inparem sibi] Vocula *que* abest a fragm. Hav. Tum *exæquando* Hav. Sed prima syllaba ex vocula præcedente repetita videtur. Deinde *æquando sibi inp.* transpositis dictionibus Port. *parem*, pro *inparem*, est in Gaertn.

§ 2 *Sp. Postumio Albo legato datur media acies tuenda*] *S. P. Postumio* Leid. 2. quomodo in Mss. sæpe peccatur. Vide ad Liv. ii. 43. § 3. hoc lib. c. 31. § 5. c. 58. § 7. et alibi. Deinde *legato ciato datur* Lipsiens. et Gaertn. *legato dato datur* Leid. 2. et Port. a m. pr. sine dubio negligentia scribarum. Tribus enim prioribus literis vocis *datur* exaratis, quarum secunda et tertia etiam junctæ in voce præcedenti memoriæ ipsorum obversabantur, iis literam finalem ejusdem vocis addiderunt. Similes errores in scriptis passim obvii sunt.

Alterum legatum P. Sulpicium] *Ser. Sulpicium*, ut supra dixi. *Sigon.* Vide hoc lib. ad c. 31. § 8. et ad c. 50. § 15. Attamen omnes mei et hic et mox § 4. constanter ei *Publii* prænomen tribuunt. Præterea *Suplicium*, et § 4. ac 5. *Suplicius* Lipsiens. Vide hoc lib. ad c. 10. § 5.

§ 3 *Pedites ab dextro cornu haud segniter pugnavere*] *A dextro cornu* Voss. 2. et Gaertn. *a dextero cornu* edd. Aldina priores. Tum *pugnare* est in Voss. 1. Paullo post *se sistentibus*, pro *resistentibus*, Harl. 1.

§ 4 *Per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit*] Voce *hostium* carent Voss. 1. et Leid. 2. Tum *percurrit* Voss. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Eamdem scripturam Hearne Oxonii reperit in L. 1. utramque autem *perrupit* et *percurrit* in N.

Quum eadem reverti posset ad suos] *Ab eadem* Flor. *eodem* Voss. 2. Leid. 2. fragm. Hav. Male. Infra iv. 39. 'Interclusi equites nec perrumpere eadem, qua transierant, posse; ibi maxime confertis hostibus, qua viam fecerant:' 'eodem' est in eumdem locum, quod non una via fieri poterat: at *eadem* est eadem via qua venerant, nempe per mediam hostium aciem. Id vero requirunt sequentia, 'priusquam hostis turbatos ordines reficeret.' Ita *qua* est 'qua parte,' 'qua via.' Vide ad x. 14. § 4. *Posset reverti*, alium ordinem obtinentibus vocabulis, Hav.

Priusquam hostis turbatos ordines reficeret] *Hostes reficererent* edd. principes usque ad Aldum, qui substituit *hostis reficeret*, concinentibus omnibus scriptis meis. Vide ad v. 50. § 2.

Terga inpugnare hostium satius visum est] *Satis visum est* Leid. 2. fragm. Hav. et a m. pr. Port. Eadem scripturæ varietas est xxxvii. 4. § 8. ubi vide.

In aversam incursando aciem ancipiti terrore dissipasset hostes] Duæ priores dictiones exsulant a Leid. 2. *in adversam* habent Voss. ambo, Leid. 1. Port. Gaertn. Lipsiens. Hav. fragm. Hav. et edd. ante Moguntinam; qui error infinitis locis in codd. priscis obvius est. Vide ad ii. 31. § 6. 'Incursare in aciem aversam' est eam a tergo adgredi. Infra xxii. 48. 'Aversam adoriuntur Romanam aciem.' xxxiii. 8. 'Præterquam quod cædebantur aversi:' ubi vide Gronov. Frontin. ii. 2. § 12. 'Circumducto pedite ab ea parte, ex qua decursus in aversam hostium aciem ferebat, inopinantium terga adortus cecidit:' ubi vide Oudendorp. Similiter 'aversum hostem invadere,' est eum invadere a tergo. iv. 27. 'Locum maxime secretum ab tumul-

tu petit, unde ex necopinato aversum hostem invadat.' v. 21. 'Pars aversos in muris invadant hostes:' ubi male in quibusdam codd. est *adversos*. Tum *ancipi terrore* Voss. 2. *ancie terrore* Port. in contextu, pro quo margo præfert *ancipiti*. Denique *dissipasset hostem* Harl. 2.

Ni suo proprio eum prœlio] *Nisi suo proprio* Port. Vide ad XXIII. 1. § 8. *ĩ suo proprio* Hav. cujus librarius similiter errat § seq. Vide ad XXXVIII. 50. § 1. *ni suo proprio cum prœlio* Voss. 1. Leid. 2. et Hav. De hoc etiam errore vide ad IV. 19. § 2.

§ 5 *Circumventos interclusosque ab suis vociferans*] Ἀμφίβολον est. Sed de *suis*, hoc est, Romanis, loquitur Sulpicius, ut sequentia indicant. *Glar.* Si τὰ *ab suis* ad solum proximum *interclusos*, non etiam ad remotius *circumventos*, referendum noscamus, nullum hic ἀμφίβολον superest. Et ita recte locum intellexit Doujatius. 'Interclusus' autem 'a suis' dicitur, cui reditus ad suos interceptus est. Liv. XXVII. 42. 'Metum, ne intercluderentur a castris, injecissent.' XLIV. 7. 'Dubitatione omnibus exemta, quid intercluso ab Thessalia patiendum esset.' *A suis* habent Lipsiens. et Gaertn.

Ni equestre prœlium connisi omni vi perficerent] *In equestre prœlium connixi* Hav. et Lipsiens. Vide ad § præc. *connixi* præter Hav. etiam præferunt Voss. 1. in contextu (qui *commixti* in margine habet), Leid. ambo, Harl. 2. et fragm. Hav. *conissi* Port. Sed præstat *connisi*. Vide ad II. 50. § 9. Deinde *omni perficerent* Voss. 1. in contextu, pro quo in margino emendatum est *omne perficerent*. Sed *omnium perficeret* Voss. 2. Voculam *vi* interceperant ultimæ literæ præcedentis vocis. At non modo τὰ *omni vi* exsulant in Gaertn. sed etiam *perstringerent* præfert, pro *perficerent*.

§ 6 *Nec fugare equitem integrum satis esse*] Hic ego scio vocem illam *integrum* nihili esse, natamque ex verbo 'integraret,' quod sequitur. Pro ea igitur repono *interdum*. Confirmant hanc emendationem quæ præcedunt. *Modius* in Novant. Lect. epist. 30. *Nec fugare equitem interdum satis esse* habent Pall. duo, editioque Andreæ. Pal. 2. vero, *Nec fugare equitem in tutum satis esse*. Gebh. Modius *Nec fugare equitem interdum satis esse. Integrum* e sequente 'integraret' natum putat. Hæc nullam rationem habent. Sulpicius dicit, non impressione fugandum esse equitatum hostium, quod sæpe sine multo sanguine et cæde fit, sed vulnerandos et interficiendos esse viros equosque ob caussam, quam addit. 'Integri' mille locis opponuntur 'fessis' et 'sanciis.' *Duk.* *Nec fugare equitem tutum satis esse* Lipsiens. Gaertn. et Port. *Nec fugare equitem interdum satis esse* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. uterque, et Klockian. Neque aliter fere Leid. 1. in quo est, *Nec fugare equitem intertum satis esse*. Vulgatum vero superest in Hav. et fragm. Hav. Quibus nunc etiam accedit Flor. cujus in primis auctoritate permotus ei scripturæ controversiam non moveo. 'Integer' enim Livio sæpe est 'non vulneratus.' VIII. 29. 'Ingenti ardore militum aut vulnerum ira, quod haud fere quisquam integer prœlio excesserat.' X. 27. 'Hinc victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiæ et conditoris nostri admonuit.' Curtius V. 4. 'Integros quoque, antequam discrimen experirentur, in fugam avertit:' ubi vid. Cellar. Tacit. Ann. I. 68. 'Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus, pugnam deseruere:' et XV. 11. 'Peditum si quis integer, longinqua et avia; vulnerati, castra repetivere.' Neque caussa, cur vulgatum displiceat, satis justa videtur, quod 'integraret' mox se-

quatur. Vide quæ notavi ad I. 3. § 9.

Conficerent equos virosque] Id est, interficerent, occiderent. Supra I. 25. 'Prius itaque, quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatium confecit.' II. 40. 'Ibi Fortuna populi Romani duos hostium exercitus, haud minus pernicioso, quam pertinaci certamine confecit.' VI. 8. 'Longa cæde conficienda multitudo tanta fesso militi erat.' c. 13. 'Justa cæde conficere hostem.' XXV. 18. 'Ex equo desiluit, ut pedes jacentem conficeret.' XLII. 16. 'Latrones, quum brevi circuitu maceriæ decurrere ad conficiendum saucium possent, velut perfecta re, in jugum Parnassi refugerunt.' Frontin. IV. 7. ex. 32. 'Quum in partibus Pompeianis magna equitum Romanorum esset manus, eaque armorum scientia milites conficeret:' ubi videndus est Tenull. Florus III. 1. 'Pari audacia et venit, et competitorem imperii Masinissæ Massivam immisso percussore confecit:' ubi videndus Dukerus.

Ne quis reveheretur inde ad prœlium] *Revereatur* Leid. 1. et Harl. 1. *revertatur* Voss. uterque, Leid. 2. et fragm. Hav. *reverteretur* Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. Vulgatum exstitisse videtur in Flor. et Klockian. ex quibus in excerptis nihil notatur, omnibusque excusis; idque satis commodum est. Supra II. 47. 'Manlius consul revectus in castra, ad omnes portas milite obposito, hostibus viam clauserat.' Præterea τὸ *inde* non comparet in Harl. 2.

Aut integraret pugnam] Pal. 2. *redintegraret*. Gebh. *Interrogaret* Voss. 1. Sed in margine dein emendatum est *iteraret*. Ita quidem sensus, at non verba Livii restituta sunt. Idem tamen habet et Leid. 2. Sed verius puto *integraret*, quo Livius delectatus est. Supra I. 29. 'Conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas.' V. 25. 'Integrant seditionem tribuni plebis.' VI. 24. 'Integrant et illi pugnam, qui simulata cesserant fuga.' IX. 22. 'Orando hortandoque equites prœlium integravit.' X. 20. 'Prœliumque jam profligatum integratum est.' XXVIII. 15. 'Integrata fuga in castra pavidi compelluntur.' Solent autem 'integrare' et 'iterare' commutari. Vide ad Livii ultimo loco laudatum XXVIII. 15. § 10. Probum etiam et Livio non insolitum foret *redintegraret*, quod Pal. 2. apud Gebhardum præfert, sed meliorum codicum judicio standum puto.

Non posse illos resistere sibi, quibus conferta peditum acies cessisset] *Non posse alios resistere* Harl. 2. quomodo sæpe lapsi sunt scribæ. Vide ad XXIII. 7. § 3. Deinde *conserta peditum acies* Harl. 1. Et hæc aberratio librariorum alibi quoque in libris scriptis obcurrit. Vide quæ dicuntur ad XXII. 28. § 10.

§ 7 *Inpressione una totum equitatum fudere*] *Inpressione vana* Harl. 1. Multis locis ita peccatum est in membranis. Vide ad VIII. 27. § 2. Deinde *ipsos equos spiculis confodere* Harl. 2. Perperam. Supra enim consul suis præceperat 'conficerent equos virosque.'

§ 8 *Ubi jam inclinabatur hostium acies*] *Ubi jam inclinatur* Port. a m. pr. Mox *pertulit*, pro *perculit*, Harl. 2. et Lipsiens. Vide ad XXXV. 27. § 16.

§ 9 *Qua præmissus equitatus turbaverat ordines*] Scribendum est *permissus*, id est, effuso cursu immissus. Et sic præter Mss. Voss. utrumque, ac Rott. Romana Andreæ. Sed proximæ statim mutarunt præter Aldinam. Supra c. 61. 'Concitant equos permittuntque in hostem.' Restituimus et alibi Livio. *J. F. Gron.* *Præmissus* Harl. 2. *præmissis* Hav. *præmissus* etiam Voss. 1. a m. sec. quum a m. pr. recte *permissus* haberet: quod posterius etiam super-

est in reliquis omnibus meis, nisi quod pro eo *premissa* a m. sec. interpolatum sit in optimo Flor. Edd. vetustæ varie præferunt. Præter Andreanam et Aldinam Gronovio memoratas *permissus* etiam obviam fuit in Tarvis. utraque, Venetis annorum 1495. et 1506. Ascensiana a. 1510. Coloniensi a. 1525. Frobenianis annorum 1531. et 1535. ac Vascos. Eas secutæ *præmissus* adoptarunt, quod etiam in prioribus nonnullis exstiterat. Postea Gronovius iterum a. 1665. *permissus* revocavit, et recte, 'effuso cursu inmissus,' exposuit. Infra VIII. 30. 'Detraxit frenos equis, atque ita concitatos calcaribus permisit.' IX. 22. 'In quem insignem inter suos, cientem pugnam, magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum, ut uno ictu exanimem equo præcipitaret.' X. 5. 'Reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent.' XXIX. 2. 'Imperat, equites per patentes in hostium acie vias permittere equos jubeat:' ubi vid. Gronov. XL. 40. 'Permittite equos in cuneum hostium, quo nostros urgent.' Et ita Nonius Marc. 'Permittere, pro mittere, incitare, vel præcipitare. Sisenna Histor. lib. III. 'Et inde equum incitatum princeps ad hostium permittit aciem.' Idem lib. IV. 'Multi præmissis armis ex summo se permitterent.'' Vide etiam Gronov. ad II. 52. Eodem sensu etiam 'admittere equum' Livius dixit II. 19. 'In Postumium Tarquinius Superbus, quamquam jam ætate et viribus erat gravior, equum infestus admisit:' ubi alia hujus locutionis exempla videri possunt. Neque aliter etiam 'inmittere equum.' Vide Gronov. ad Sen. de Ira III. 6. et Grævium Lection. Hesiod. c. 19. 'Permittere' et 'præmittere' alibi in Mss. commiscentur. Vide ad III. 61. § 9. De commutatis voculis *per* et *præ*, quod librarii non satis diligenter notarent compendia, quibus in Mss. indicari solebant, vide ad III. 10. § 7. Præterea *perturbaverat* Harl. 2. quod verbum in hac re etiam usurpavit Frontin. II. 4. ex. 4. 'Quo facto, perturbatis Antiochi copiis, utrimque inrupere Romani:' et ex. 13. 'Eodem modo elephantis ad perturbandam aciem usus est:' et ita 'perturbatio ordinum' obcurrit apud eumdem II. 3. ex. 16. 'Manipulis inter se distantibus spatium dedit, per quod elephanti ab hostibus acti facile transmitti sine perturbatione ordinum possent.' Verum et ipsum simplex 'turbare' in eadem re non minus frequens ac probum est. Modo hoc cap. supra, 'Quum eadem reverti posset ad suos, priusquam hostis turbatos ordines reficeret.' Tacit. Annal. XII. 35. 'Sed eo quoque inrupere ferentarius gravisque miles, illi telis adsultantes, hi conferto gradu, turbatis contra Britannorum ordinibus.' Hirtius in Bello Afric. c. 15. 'Quum animadverteret ordines suorum in procurrendo turbari.' Quum itaque reliqui codd. *turbaverat* tueantur, id etiam hic servandum puto. Denique *turbaverat ordinem* vetustiores excusi; pro quo Aldus *ordines* dedit. Et id servant constanter scripti omnes. Vide ad II. 46. § 3.

§ 10 *Ætate viribusque ferox, quum omni parte pugnæ melius rem geri*] *Ætate et viribus ferox* Port. Tum vox *pugnæ* non est in Leid. 2. Postea *res melius geri* Port. *melius res geri* Voss uterque, Leid. 1. Harl. uterque, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Utrumque rectum est, et apud Livium obcurrit, 'rem gerere,' et 'res gerere.' De priori vide ad XXV. 22. § 1. de posteriori ad hujus lib. c. 64. § 7. Videtur itaque tutius, codicum auctoritati cedere, et τὸ *res* recipere. Paullo ante *pelli* deerat in Voss. 1. et Leid. 2. *a Quintio consule* habet Port. *a consule Quintio* Gaertn.

Accepta signa ab signiferis ipse inferre] Non moveo quidem controversiam huic scripturæ; sed tamen Li-

vius fere aliis verbis in hac re utitur. xxv. 14. 'Quum signifero signum ademisset: et arreptum vexillum trans vallum hostium trajecit.' xxvi. 5. 'Signum ademtum signifero in hostes infert.' xxxiv. 46. 'Signa ademta signiferis in hostes jecit.' Frontin. l. ii. c. 8. ex. 1. 'Raptum signum in hostem misit.' Et ibid. ex. 2. de hoc prœlio: 'Signum militare ereptum signifero in hostes Hernicos (*Volscos* debuit scribere, quod non præteriit Oudendorpium) et Æquos misit.' Livius hoc lib. c. 48. 'Arrepto ab lanio cultro.' Suetonius in Cæs. c. 32. 'Rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen.' 'Capere' et 'rapere' sæpe permutantur. Vide Drakenborch. ad Sil. xv. 659. et quæ ad Florum ii. 2. § 2. adnotata sunt. 'Arripere' et 'accipere' apud Valerium Max. iii. 3. ex. ext. 1. *Duk.* *A signiferis* Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. ante Aldum, qui *ab signiferis* vulgavit, ut est in reliquis scriptis.

Quædam jacere etiam in confertos hostes cœpit] *Et* pro *etiam* præfert Voss. 2. *et jam* Gaertn. Vide ad xxxix. 10. § 6. *In confertos etiam hostes* Harl. 2. et Hav. *confertissimos hostes* vetustiores excusi: pro quo Aldus *confertos* substituit, adprobantibus Mss.

§ 11 *Cujus ignominiæ metu concitati milites*] *Motu* Harl. 2. et Lipsiens. facili errore. Vide ad cap. præced. § 2. Mox *ex omni parte* aberat a Port. Sed altera manu deinde ad marginem adscriptum est.

Nuncius tum a Quinctio venit] Vocula *tum* deficit in Voss. 2. pro ea *tū*, id est, *tamen*, præfert fragm. Hav. Vide ad xxii. 17. § 5. *e Quintio* est in Harl. 1. *ab Quintio* in Hav. et Lipsiens. Mox τὸ *jam* non comparet in Port. neque τὸ *et* in Voss. 2.

§ 12 *Si jam fudisset hostes, conferret ad se signa, ut simul omnis exercitus*] *Fudissent* Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Hinc *conferrent* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Deinde *in se* Klockian. Tum *ut omnis simul exercitus* transpositis dictionibus Leid. 2. Voss. 1. et Lipsiens.

§ 13 *Momentoque fusis, sine certamine in munitiones inrumpunt*] *Munimentoque* Leid. 2. Vide ad iv. 27. § 4. Tum *erumpunt* Port. Paullo ante *ubi paucis*, pro *ibi pauc.* Lipsiens. Vide ad xxvii. 5. § 2.

Suis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum] *Suis et rebus* Port. *suis et recuperatis*, una voce perperam omissa, Leid. 2. qui idem etiam non agnoscit vocem *agrorum*.

§ 14 *Nec delatum iis ab senatu, accipio*] Ultima vox deficit in Leid. 2. Vide ad iv. 41. § 7. *A senatu* habet Gaertn.

Nec traditur caussa spreti aut non sperati honoris] Ms. *aut non spreti honoris.* Lego *aut non delati honoris.* Klock. *Non speratum honorem* existimat Livius, quem non postularunt, aut postulare ausi sunt præ verecundia pro parte dimidia rerum gestarum. Pall. duo hic habent *aut non impetrati honoris*, quia respexerunt ad ista *ne etiam, si impetrassent.* Gebh. *Spreti aut non spreti honoris* Voss. 1. *spreti aut non impetrati honoris* Voss. 2. *spreti aut non sūpti honoris* Port. a m. pr. *spreti aut non suṗati honoris* a m. sec. et Lipsiens. in contextu. *spreti honoris* reliquis omissis Leid. 2. Sed vulgata lectio proba est. 'Spreverant honorem' triumphi, quem petere neglexerant, 'non speraverant,' quem petere ausi non erant.

§ 15 *Quum Valerio atque Horatio consulibus, qui præter Volscos et Æquos*] *Ut Valerio* Leid. 2. Tum *Æquos et Volscos* Hav.

Verecundiæ fuit] *Verecundia fuit* Gaertn. Quomodo hoc lib. c. 40. 'Claudium interpellandi verecundia fuit:' et fere infra est xliv. 9. 'Auratis statuis omnibus raptim, ne prædæ hosti essent, in classem congestis:' non *prædæ essent:* ubi alia vide. Sed tamen aliorum, in vulgatum conspirantium, consensum sequor. Ita

hoc lib. c. 62. 'Verecundiæ erat, equitem suo alienoque marte pugnare.' Vide ad III. 29. § 2. *Verecundiæ fuerit* Hav. Vide ad XL. 14. § 10.

CAP. LXXI. § 1 *Victoriam honestam ex hostibus partam*] Pall. duo omittunt τὸ *hostibus*. Sed Pal. 2. *Vict. honeste partam.* Gebh. *Honeste ex hostibus partam* etiam Hav. *Vict. honestam partam,* vocibus *ex hostibus* deficientibus, Leid. 1. Harl. 1. Voss. 2. Port. et fragm. Hav. Sed nihil mutandum docet obpositio, quam continet alterum sermonis membrum. Ut enim obponuntur 'Victoria honesta' et 'turpe judicium,' ita et 'de hostibus parta' et 'domi de finibus sociorum.' Omnis autem illa peribit, si cum quibusdam codd. vel *honeste* pro *honestum* reponatur, vel voces *ex hostibus* expungantur.

§ 2 *Multis in vicem cladibus*] *Multis etiam cladibus fessi* Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. *multis et cladibus fessi* Harl. 2. *cladibus belli fessi,* voce inserta, Hav. Infra IV. 9. 'Nec ulla species cladesque belli. abest.' VI. 3. 'Oppidum ante noctem redditum Sutrinis inviolatum integrumque ab omni clade belli.' XXII. 4. 'Quod agri est inter Crotonam urbem Trasymenumque lacum, omni clade belli pervastat.' Sed reliqui codd. vocem illam non agnoscunt.

§ 3 *Et populum inire suffragium oporteret*] *Ire in suffr.* Harl. 2. Ita Livius loquitur XXXIV. 2. 'Utrum e republica sit, nec ne, id quod ad vos fertur, vestra existimatio est, qui in suffragium ituri estis.' Verum et alterum, quod est in reliquis libris, similiter Livio frequens fuit. Ita hoc lib. c. 17. 'Velut quum otium superat, senator sententiam dicit, alii Quirites suffragium ineunt.' c.25. 'Quum edocuissent populum, quid fraudis occultæ ferretur, sinerent deinde suffragium inire.' Tum *oportet,* pro *oporteret,* Lipsiens. Vide ad XL. 14. § 2.

Consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Etsi licet, inquit, consules] Inconsequens oratio videatur, si ita legas: neque enim vox subsequitur, quæ illi præcedenti *etsi* reddatur. Intelligendum est autem orationem incipere a voce *Si licet:* vocem autem *Et* esse historici, qui ait, 'P. Scaptius consurgit, et inquit: Si licet, consules,' &c. quare ita dispunge, *magno natu, et, Si licet, inquit, consules.* Sigon. In edd. ante Sigonium fere omnibus nihil commissum erat reprehensione dignum, nisi quod post voces *magno natu* major, quam par erat, distinctio recepta fuerit. Contra earum pleræque post *et* distinguentes aperte testabantur *etsi* hic unam vocem capiendam non esse. Et in Mss. etiam distinctis dictionibus exaratum erat *et si licet.* Quin et Harl. antiq. ac Flor. a m. pr. alio modo peccantes atque exhibentes *et scilicet,* eo ipso indicarunt eorum librarios τὸ *et* a voce sequenti divisisse: *scilicet* autem una voce eodem errore, quo *scilicet,* pro *si liceat,* librarius cod. Haverk. infra dedit IV. 3. § 8. Similiter hic etiam erravit scriba Gaertn. præferens *et s. inquit.* Illud autem *s.* pro *scilicet* poni solet. Contrarium hoc mendum est, ac *si licet,* pro *scilicet,* quod habuimus III. 19. § 9. Ita codd. antiqui confuderunt *et jam* atque *etiam* I. 47. § 9. ubi quædam similia vide: 'ne scirem' atque 'nescirem' II. 45. § 12. 'quam tñ,' sive 'quam tamen,' et 'quantum' IV. 49. § 8. 'servi erant' et 'servierant' V. 1. § 5. 'qua triduo' et 'quatriduo.' Vide ad XL. 22. § 7. Quæ autem ad hunc locum notarat Modius de formula, 'si licet de republica dicere,' expunxi, quod satis videatur ea legi apud Brisson. de Formul. II. p. 167. et non magis ad expositionem hujus loci faciant, quam aliorum omnium, ubi eadem locutio obcurrit. Ceterum *Captius,*

pro *Scaptius*, Voss. 2. Harl. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. a m. pr. *Staptius* Gaertn. Apud Dion. Halic. xi. p. 729. Κάτλιος vocatur, pro quo in cod. Vat. Κάπτιος esse Hudson. monuit. Sylburg. autem legendum Σκάπτιος ex Livio censuit. Infra certe hoc et sequenti capite plerique libri, ante omnes melioris notæ Flor. Leid. 1. Harl. antiq. et Klockian. *Scaptius* præferunt. Nota etiam Romæ fuit gens 'Scaptia,' ex qua duos 'M. Scaptios' memorat Cic. ad Attic. vi. 1. 2. et 3. et *P. Scaptius P. F.* in lapide apud Gruter. p. cl. num. 8. Ibidem insuper nota fuit tribus 'Scaptia,' quæ tamen 'a nomine Scaptiæ urbis, quam Pedani incolebant, appellata' est, teste Festo in ea voce. 'Capsiorum' mentionem alibi fieri non memini.

§ 4 *De republica dicere, errare ego populum in hac caussa non patiar*] Τὸ *dicere* perperam omisit Leid. 1. Pronomen *ego* autem non comparet in Hav. In verbis seqq. τὸ *caussam* omisit Lipsiens.

§ 5 *Ut, quæ vellet, Scaptius diceret*] *Captius* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ut quæ captus vellet, diceret* Leid. 2. Paullo ante *quam regant* Voss. 2. et Hav.

§ 6 *Ibi infit*] *Ibi inquit* Leid. 2. Harl. 2. et Lipsiens. Vide quæ notantur ad i. 28. § 4.

Annum se tertium et octogesimum agere] In quibusdam exemplaribus legi *nonagesimum*, satis indicat marginaria annotatiuncula in codice Borbetomagensi. *Rhen.* Quidam *octogesimum* restituere. At Corioli oppugnati sunt A. U. C. cclxi. Sp. Cassio iterum et Posthumio Cominio consulibus. Hic autem ab eadem Urbe condita annus est cccix. Intersunt igitur anni xlviii. Quod si non juvenis, sed vicesima jam stipendia merens militavit Scaptius, ut hic ipse fatetur, malim *nonagesimum* legere, quam *octogesimum.* Quamquam hæc prope de lana caprina speculatio est, quam lubens omisissem, si alios non tam sedulo atque absque caussa hæc mutasse vidissem. *Glar.* Nescio cur in mentem venerit Glareano probare *tertium et nonagesimum* potius, quam *tertium et octogesimum:* præsertim vero cum hunc numerum et libri veteres habeant, et diligens annorum summa eum postulet. Nam ab hoc anno, qui est ab Urbe condita cccviii. ad a. cclxi. quo Corioli capti sunt, numerantur anni xlvii. Quibus si addantur anni xx. quos se ante militasse Scaptius ait, erunt anni lxvii. a quo anno usque ad annum lxxxiii. numerantur anni xvi. quo anno ætatis tyrocinium de more deposuit Scaptius. Ita ut anno ætatis xvi. militare cœperit, post annos xx. ad Coriolos fuerit A. U. C. cclxi. anno vero cccviii. hæc loquatur, annos natus lxxxiii. ['Glareanus nihil prorsus hoc loco asserit, sed scrupulum injicit. Ait autem tantum de lana caprina esse.'] *Sigon.* Adde Dodwellum de Cyclis dissert. x. § 96. *Duk.* *Nonagesimum annum se tertium et octogesimum agere* Leid. 1. et fragm. Hav. duplici lectione in contextum recepta. Id occultare conatus librarius Port. *nonagesimum annum seu tertium et octogesimum agere* scripsit. Reliqui omnes vulgatæ scripturæ cum Sigonio adhærent, nisi quod alio ordine verborum *se tertium et octogesimum annum agere* habeat Hav. Eidem vulgatæ adhæsisse etiam videntur codd. quos Oxonii consuluit Hearne. Certe, alteram lectionem memorans, de suis tamen codd. nihil adjecit: *annum se tertium et nonagesimum agere* est in vetustioribus excusis usque ad Aldum, qui *octogesimum* substituit. Ceterum Sigonius nondum omnem dubitationem utra lectio præferenda sit, ex animo exemit. Licet enim ratio annorum enumerata commode conveniat, tamen scire velim, utrum

de plebe hominibus necesse fuerit, ex quo ætatis militaris erant, quotannis nomina militiæ dare, sine ulla interposita unius vel plurium annorum a bello quiete ; præterea, an nihilominus milites conscripti sint, licet nullus hostis foret, nullumque bellum gereretur; quod puto neminem adfirmaturum. Jam autem ab A. U. C. CCXLV. quo reges ejecti sunt, et Scaptius, si hoc tempore LXXXIII. annorum fuerit, per ætatem quarta vel quinta stipendia facere potuit, usque ad a. CCLXI. quo Scaptius se vigesima stipendia fecisse testatur, et Corioli expugnati sunt, plures intercesserunt anni, quo nullum a Romanis bellum gestum esse ex Livio et Dionys. colligi potest. Ita a. CCXLVI. refert Dionys. l. v. p. 293. Ἐφ' ὧν οὐδὲν ἄλλο ἄξιον ἐπράχθη λόγου· τιμήσεις δὲ ἐγίνοντο τῶν βίων. anno CCXLVIII. ibid. p. 304. Ἄνευ πολέμου τὴν ἀρχὴν διετέλεσαν. Nullius etiam belli meminit a. CCLIII. ibid. p. 316. et seqq. Anno etiam CCLVII. a bello quies fuit : ib. l. VI. p. 341. Ἄλλο μὲν οὐδὲν οὔτε πολεμικὸν οὔτε πολιτικὸν ἱστορίας ἄξιον ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν ἀρχῆς ἔπραξαν· αἴτε γὰρ πρὸς Λατίνους ἀνοχαὶ πολλὴν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πολέμων παρέσχον εἰρήνην. et p. 342. Τούτοις μὲν δὴ τοῖς ὑπάτοις εἰρήνης, ὥσπερ ἔφην, βαθείας ἐξεγένετο ἀπολαῦσαι. Apud Livium etiam plures obcurrunt anni, quibus nulla itidem belli mentio fit : ut II. 16. Expresse additur c. 19. 'Consules Ser. Sulpicius, M'. Tullius. Nihil dignum memoria actum.' c. 21. 'Triennio deinde nec certa pax, nec bellum fuit.' Jam vero si ab A. U. C. CCXLV. usque ad A. U. C. CCLXI. anni intercesserint, quibus nullum bellum fuit, ideoque nulli milites conscripti sunt, Scaptius, qui a. CCLXI. vicesima stipendia fecit, hoc tempore annos LXXXIII. natus esse non potest, nisi forte ante militarem ætatem atque annum vitæ XVI. militare incepisset. Sed forsitan dicendum est, bellum quidem re gestum non fuisse, metum tamen, ne populi vicini, haud bona fide pacati, necopinati bellum inferrent, effecisse ut Romani, nisi inparati opprimi vellent, milites conscribere debuerint. Quod etiam ex eo confirmari posse videtur, quod omni illo tempore templum Jani, qui pacis bellique index erat, patuerit : id enim a tempore Numæ usque ad T. Manlium consulem, post Punicum primum perfectum bellum, numquam clausum fuisse, Livius testatur I. 19.

In eo agro, de quo agitur] Sic et paullo post 'agrum, de quo ambigitur :' quum oratio hujusmodi plerumque subjunctivum habeat : ut hic, 'quum ad Coriolos sit bellatum ; usurpaverint,' et alia. Vide ad c. 2. *Duk.*

Non juvenem, sed vicesima jam stipendia merentem] Sic inter meos primus Frobenius. Andreas et cæteri Juntam usque, qui proxime Aldum secutus est, *non juvenem, vicesima jam stipendia merentem.* Ita ut particula, quam infulserunt isti, subaudiatur. Magis hoc intelligitur in pronunciando, et si auribus percipiatur, quam dum legimus. Sed sic sæpe solere Livium, notavimus ad XXVIII. 39. et XXXVI. 19. et XXXIX. 8. Vide etiam notas ad M. et L. Senecas. *J. F. Gron.* Τὸ *sed* inter meos ante Frobenium jam recepcrunt Colonienses a. 1525. Cervicornus a. 1528. et Ascensius a. 1530. quem Frobenius proxime secutus est. At ea vocula non modo carent vetustiores excusi, verum et omnes, quos consului, vel quorum excerptis utor, scripti, quod de suis etiam testatur Hearne. Recte itaque eam expunxit iterum Gronovius. Vide plura ad I. 25. § 3. *Jam vigesima stipendia merentem,* transpositis duabus prioribus vocibus, Harl. 2. *vicensima* habet Flor. a m. pr. Sed altera literam *n* expunxit. Vide ad V. 54. § 5.

Quum ad Coriolos sit bellatum] Vet. lib. *debellatum*, quod placet, quia tum Corioli in potestatem populi Romani venerunt. *Sigon.* Illud *debellatum* unus tantum Sigoniani perpetuus suffragator Hav. præfert. Reliqui mei nihil mutant. Neque Hearne etiam, postquam codicis Sigonii lectionem recensuisset, ullius suorum consensum memorat: quare etiam hic Mss. plerosque sequor. Solent autem librarii alibi has voces commutare. Vide ad Epit. Liv. l. XXXVII.

Eo se rem vetustate obliteratam, ceterum suæ memoriæ infixam adferre] *Eo rem se vetustate* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. quibus obsecutus sum. Eodem enim ducunt reliquorum codicum vestigia. Nam *Eorum se vetustate obliteratum, &c. infixum adferre* est in Port. *Eorum se vetustate obliteratum, &c. infixam adferre* in Voss. 2. *Eorum se vetustate oblitatam, &c. infixam adferre* Lipsiens. *Eorum se vetustatem obliteratam, &c. infixam adferre* Gaertn. *Eorum se vetustate obliteratam, &c. infixa adferre* Harl. 2. Cujus tamen margini adscripta est lectio, quæ vulgo circumfertur, nisi quod deficiat *τὸ se.* Ejus autem lectioni marginali consentit illa quæ est in Hav. *Eorum rem se vetustate oblitam, &c. infixam adferre* est in Leid. 2. *oblitam* etiam habet Voss. 1. cujus præterea in ora adpictum *Eorum se*, pro *Eo rem se. Oblitam* ex compendio scribendi, non observato a negligenti scriba, originem ducere videtur. Primo scriptum erat *oblit'atam.* Hinc, neglecta nota, *oblitatam*, ut Lipsiens. habere vidimus, et ita *oblitam:* nisi forsitan malis *oblitam* glossatoris interpretationem esse, quæ ex margine contextum invasit, genuina lectione ejecta. *Obliteratam* probum est, eoque sensu Livio sæpe usurpatur. Supra hoc lib. c. 59. 'Nam neque vetera peccata repeti jam obliterata placet, quum et nova expiata sint decemvirorum supplicis.' XXI. 29. 'Multitudo timebat quidem hostem, nondum obliterata memoria superioris belli.' XXVI. 41. 'Adversæ pugnæ in Hispania nullius in animo, quam meo, minus obliterari possunt.' XXVII. 8. 'Tribuni rem, inertia flaminum obliteratam, ipsis, non sacerdotio, damno fuisse quum æquum censuissent.' XXIX. 15. 'Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei, prope jam obliteratæ, quam ira irritata est.' XXXIX. 20. 'Non tamen obliterare famam rei male gestæ potuit.' XLI. 24. 'Quid Perseus novus rex, omnis injuriæ insons, suo beneficio paternas simultates obliterans, meruit?' XLIII. 2. 'Ita præteritis silentio obliteratis, in futurum consultum ab senatu Hispanis.'

§ 7 *Captisque Coriolis jure belli publicum populi Romani factum*] Conjunctio connectens *que* non comparet in Port. Tum *publicum populo Romano* Voss. 1. *publicum po. Ro.* per compendium Leid. 2. *publicum P. R.* fragm. Hav. qualis diversitas etiam obcurrit cap. seq. § 6. Similiter olim editum est XXVI. 47. 'Opifices ad duo millia hominum erant: eos publicos fore populo Romano edixit:' ubi Sigonius *populi Romani* legendum monuit. Vide quæ ibi notantur, ut et ad XXIII. 17. § 2.

Mirari se, quonam modo] Omnes veteres editi cum Ms. *quonam more.* Lego *quonam ore.* Klock. Illud *modo* in una tantum exstat Mediol. ed. a. 1505. cujus margini Klockius notas adscripsit. Solent autem *modo* et *more* commutari. Vide ad XXVII. 4. § 13. Verum ea lectio nullius meorum codicum consensu firmatur. Si Mss. accederent, non displiceret Klockii conjectura *quonam ore*, id est, 'quanam inpudentia,' 'audacia.' Infra XXVI. 32. 'Quo ore aut Syracusas aut Romam ei ostendi posse.' Ovid. Ep. Heroid. XVII. 102. 'Nec tibi plus cordis, sed magis oris inest.' Terent. in Phorm. V. 7. 24. 'Quo ore redibo

ad eam, quam contemserim.' Vide Manut. ad Cic. ad Fam. IX. 8. Et ita prima litera τοῦ *more* nata foret ex ultima præcedentis vocis. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Codd. tamen omnes in vulgatum *more* conspirant. Id itaque mutare non audeo.

Numquam usurpaverint incolumi Coriolana re, eum se a populo Romano] *Usurpaverunt* fragm. Hav. *usurpaverit* Hav. Deinde *cum*, pro *eum*, Harl. 2. Tum *ab populo Romano* Hav. qui mox etiam *indicem*, pro *iudicem*, præfert, sollemni librariorum errore. Vide ad V. 26. § 6.

§ 8 *Non potuisse se tamen inducere in animum*] *Non potius sese* Hav. vocibus olim continua serie scriptis, postea inperite divisis, et duabus literis transpositis. Τὸ *se* exsulat a Leid. 1. Sed pronomen interceptum videtur ab ultima syllaba præcedentis vocis *potuisse*. Alia exempla hujus erroris vide ad XXXIV. 11. § 7. Tum *tantum*, pro *tamen*, fragm. Hav. a m. pr. quod recte a m. sec. emendatum est. Alibi ita sæpe peccatur. Vide hoc lib. c. 46. § 1. *tum* habet Lipsiens. Vide ad XXII. 17. § 5. Deinde *ducere in animum* Gaertn. De locutione 'inducere in animum' vide ad I. 17. § 4. Denique *non potuisse tamen inducere se in animum* Leid. 2.

Quin, quem agrum miles pro virili parte manu cepisset, eum senex, &c. vindicaret] In codice Borbetomagensi legitur *pro parte viri*. Rhen. *Quamquam agrum* Gaertn. aberratione librarii. Tum *pro virili parte* primus dedit Curio. Priores præferunt *pro parte virili*. Et hoc ordine exstat in omnibus Mss. nisi quod in Flor. etiam, ut in Borbetom. Rhenani sit *pro parte viri*. Quamvis autem parum aut nihil intersit, præstat tamen vel ideo codd. manu exaratos sequi: præsertim quum nec alibi ea serie hæc vocabula proferre Livius refugerit. Infra VI. 11. 'Illius gloriæ pars virilis apud milites sit, qui simul vicerint.' X. 8. 'Ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis pro parte virili adjuvant.' Vocula *pro* non bene abest a Leid. 1. Insuper *tum senex*, pro *eum senex*, Leid. 1. Voss. 2. Harl. 1. Gaertn. et Port. Placet tamen vulgatum. 'Quem agrum miles cepisset, eum senex vindicaret' eodem modo dictum, ut paullo ante hoc ipso cap. 'Cujus agri jus numquam usurpaverint incolumi Coriolana re, eum se a populo Romano intercepturos sperent.' IV. 48. 'Quam rogationem a collegis promulgatam senatus censeat dissolvendæ reipublicæ esse, ei se intercessuros ostendunt:' ubi male Gruterus tentabat 'Quoniam rogationem.' XXI. 18. 'Vos enim quod C. Lutatius consul primo nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate Patrum, neque populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri.' Denique *indicaret* Lipsiens. Interdum hæc vocabula commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII.

Magnopere se suadere populo] *Magno opere se suadere* Leid. 2. Port. Si gravioris auctoritatis codd. accederent, Livianum videri posset. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

CAP. LXXII. § 1 *Quum Scaptium non silentio modo*] *Quum Captium* fragm. Hav. a m. pr. *quum P. Captium* Voss. 2. *quum Sp. Captium* Port. *quum P. Scaptium* Lipsiens. et Hav. Vide ad cap. præc. § 3.

Patrum primores arcessunt] *Priores* fragm. Hav. a m. pr. sæpius obvio lapsu, quem manus altera recte emendavit. Vide ad XXXVII. 43. § 10. Deinde, *arcessunt*, non *accersunt*, Pall. Mstos præferre, testis est Gebhard. ad II. 19. § 10. Neque aliter nostri, et Neapolit. Latinii; nisi quod *arcescunt* male habeant Hav. et fragm. Hav. *arcersunt* Flor. Vide quæ ad dict. locum notantur.

§ 2 *Cum his circumire tribunos, orare, Ne pessimum facinus pejore exemplo*

admitterent; judices in suam rem litem vertendo] Lego *judicis in suam rem litem vertentis:* ita ut id pendeat ab *exemplo*, et cum ea voce conjungatur. Alioqui enim tollenda erit distinctio. Probatur autem emendatio his verbis quæ mox sequuntur: 'cum præsertim, &c. judici,' &c. *T. Faber.* Distinguendum, ut jam olim factum a Moguntinis, post *judices*. Sed neque sic integer est locus. Nec enim tribunos rei controversæ disceptatores sumpserant socii. Tantum illi in gratiam plebis Scaptio potestatem dicendi dederant. At Patres non ad alios, nisi ipsos judices, hanc habuerunt orationem. Quod ex sequentibus clarissime patet, et vel maxime ex ea ipsa, si directam ex obliqua fecerimus. Dixerunt enim: 'Ne, quæso, ne pessimum facinus pejore exemplo admittite, dum estis judices, litem in rem vestram vertendo.' Certus itaque sum scripsisse Livium *cum his circumire tribus, orare, &c.* Supra c. 17. 'Patres circuire plebem, admonere, ut viderent in quod discrimen rempublicam adducerent.' Populus Romanus captus erat a sociis judex, de quo inter eos ambigebatur agro, eumque ut tali modo orarent Patres atque circumirent, infra suam dignitatem non esse, in hoc negotio existimabant. Apud eundem tamen 'plus' valuit 'cupiditas,' quam rei æquitas, Patrumque preces; adeoque 'vocatæ tribus judicaverunt, agrum publicum populi Romani esse.' *J. Perizon.* Non dubito quin vera sit emendatio Perizonii *tribus*. Suetonius in Aug. c. 56. 'Tribus cum candidatis suis circumibat, supplicabatque more solemni.' Livius cap. 17. 'Patres circumire plebem.' Et quomodo circumibant tribunos, quos credibile est in subselliis suis sedisse? Contraria ratione peccatum fuerat in Floro IV. 2. § 16. Post *judices* etiam Budæus ad l. ult. D. de Ædil. Edict. distinctionem ponit; quod non omnino necessarium est. Nam verba hæc, retenta distinctione quæ hic est, recte exponi possunt, qui, quum judices sunt, litem in rem suam vertant. *Duk.* Insigni in his verbis negligentia Hearne paraphrasin, sive obliquæ in directam orationem conversionem, quam Perizonius dedit, pro viri κριτικωτάτου emendatione venditat. Fuit etiam vir clariss. cui Perizonii emendatio minus satisfecit. Is autem priora verba ita distinguebat, *cum his circumire, tribunos orare.* Ad verbum autem *circumire* intelligebat populum quemcumque, congregatum illic in concilio. Addi autem *tribunos orare* putat, quod tribuni præessent isti populi concilio, quos propterea certa oratione adgrediuntur consules. Durum quidem videtur, vocem subaudire, quæ non proxime præcessit: attamen nulli codicum *tribunos* in *tribus* mutanti adstipulantur. Denique Doujatius quoque vulgatum adversus T. Fabrum defendit, licet receptam etiam distinctionem servet, *judices*, quod tamen ad præcedens *admitterent* referendum dicit, exponens, ipsi judices cum sint. Ceterum in media voce *admitterent* desinens Harl. 1. reliqua parte hujus cap. carebat.

Etiamsi fas sit, curam emolumenti sui judici esse] *Judicem esse* Lipsiens. *judicis esse* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii codd. quos Oxonii inspexit, L. 2. et N. Ita et est in Romana princ. et Aldi ed. posterior tamen inter errata *judici* revocavit. Non multum abeunt Voss. 2. qui legit *judices*, et Harl. 2. in quo est *judicū.* Nullus sane meorum codd. in vulgatum *judici* consentit. An itaque forte ex vestigiis codd. legendum *judicibus?* ut *judicis*, pro *judicibus*, scriptum sit passim obvio errore, de quo vide ad XXI. 60. § 7.

§ 3 *Quam quæ æstimari possent*] *Extimari* Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *existimare* Lipsiens. Vide ad XXXIV. 2. § 5.

Hoc legatos referre domum? hoc vulgari? hoc socios audire? hoc hostes] Se quater *hæc*, pro *hoc*, in Oxon. C. invenisse, auctor est Hearne: sed priori loco tantum *hec* præfert Lipsiens. Ex omnibus autem his Port. nihil habet, nisi sola duo vocabula *hec hostes*. Pro *hostes* autem perperam *testes* est in Voss. 1. Ceterum, cur omnes editores hæc per interrogationem excudi curarint, rationem non intelligo: quare mutavi. Mox *quo cum audire dolore hos* Lipsiens. Voss. 1. et Leid. 2. inserto verbo, quod explicandi caussa antea margini adscriptum fuisse videtur, sed Livius commodius subaudiri posse judicarat. Corruptior Hav. qui exhibet, *quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos patiemini?* et Harl. 1. in quo superest, *quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos fatiemini?*

§ 4 *Scaptione hoc concionali seni adsignaturos putarent finitimos populos*] Quidam codd. *concionari* habebant, quod alii in *concionali* mutarunt: neutrum mihi bene intellectum. *Concionanti* etiam quidam habent libri, quod utique intelligitur: utrum germana sit lectio, non definio. *Glar.* Buslidianum exemplar habet *Scaptio non concionali sene assignaturos.* Locus simul corruptus et mutilus. Mihi videtur legendum cum istorum aut simili supplemento verborum, *Scaptione* (hoc est, *an Scaptio*) *concionali sene judice agrum sibi assignaturos putarent, apud finitimos populos clarum hac fore imagine Scaptium nomen.* Sed facilius potest divinari in mutilis sententia, quam, quod deest, reponi. *Nannius. Senem concionalem* ad contumeliam dixit: quomodo autem 'concionalis' ignominiam adferre possit, nemo tradit: puto *coëmptionali* legendum. Ceterum senes, ut inquit Cicero, in secundo de Legibus, qui filios suscipere non poterant, coëmtiones faciebant, ne privata sacra interirent. Ex quo Curius ad Cic. ad Famil. VII. 29. 'senes coëmtionales' scripsit. Habet autem ignominiam quamdam, adeo decrepita ætate esse, ut suscipere liberos non posset. *Sigon.* Audio Cic. 'concionalem clamorem' ad Q. Fr. II. 5. Video 'concionarium populum' ad Q. Fr. II. 3. 'et concionalem plebeculam' ad Attic. I. 13. Sed num legendum hic *cocioni seni?* vel *coëmptionali seni?* vel *conditionali seni?* (de quo vide Brissonii Lexic. in voc. 'Conditio') vel *cognitionali seni?* Klock. quem etiam vide in Syllog. Epist. quas edidit Burm. tom. I. p. 393. In scripto codice lego *Scaptio non:* unde *Scaptio num* tentabam: vel sic integrandum, quia lacerus est locus, censui: *Scaptione* (pro, *an Scaptio*) *concionali sene judice agrum sibi assignaturos putarent, apud finitimos populos clarum hac fore imagine Scaptium nomen.* Verum facilius est, (quis iverit inficias?) in mutilis mancisque, quid desit divinare, quam quod deest reponere. *A. Schottus*, Human. Observ. III. 38. Consentiunt vulgatis nuper libris edd. priscæ. At Mss. Pall. 1. ac 3. *Captium in hoc contionatum esse assignaturos putarent finitimos populos.* Pal. 2. *Sp. Scaptio hoc concionali seni ne assignatu℞.* Sigonius, quum non intelligeret, quid esset 'contionalis senex,' ruit ad correctionem inconsiderato impetu *coëmptionali seni.* At 'contionalis senex' est ἀγορᾶς περίτριμμα et plebis tuba. A. Schottus, Observ. III. 38. tentabat sic lacerum locum integrandum: *Scaptione* (pro, *an Scaptio*) *concionali sene judice agrum sibi assignaturos putarent, apud finitimos populos clarum hac fore imagine Scaptium nomen.* Verum sequentia verba aliter concipiunt Mss. *Gebh.* Scribo, *Scaptione hic concionali seni adsignaturos finitimos populos? clarum hac fore imagine Scaptium nomen? populum Romanum quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturum?* Rationem dedimus in commentario de Sestertiis IV. 9.

J. F. Gron. *Putarent* rursus pro glossa habet Gronovius Obs. II. 14. Verum, quum ipse testetur, neque hoc, neque alia quædam, quæ hic mutat, ullius libri scripti auctoritate niti, retineri potest scriptura vulgata: nec obstat quo minus locus ita accipiatur: *an putarent, finitimos populos hoc tam turpe judicium Scaptio potius tributuros, quam populo Romano?* quæ nota significatio vocis 'adsignare' est. XXVIII. 42. 'Patere, nos omnia consilio tuo adsignare.' et XXXV. 31. 'Petiit, ne unius amentiam civitati adsignarent.' Nec quidquam in eo est, quod sensum inpediat, quod dicit vir celeberrimus. Si ostendisset etiam alios in eadem sententia dixisse 'adsignare aliquem alicui,' qua id hoc loco interpretatur, facilius ei adsentiri possem. Nam obvia illa 'donare' et 'condonare aliquem alicui,' non sufficiunt ad novam significationem huic generi loquendi adsignandam. *Duk.* Locus in scriptis varie legitur, ita tamen ut parum ab edita lectione recedatur. *Scaptio non hoc concionali seni assign. &c.* Voss. 1. et Leid. 2. *Scaptio in hoc concionali seni assign.* Gaertn. *Captium in hoc concionatum esse assign.* Voss. 2. *Scaptioni hoc concionali seni adsign.* Leid. 1. et Flor. *Sp..... hoc concionali seni assign.* Port. in quo tamen *hec*, pro *hoc*, manus altera mutavit. *Sp. Scaptio hoc concionali seni ne assign.* Hav. *Captio hoc concionali seni assign.* fragm. Hav. in quo tamen a m. sec. emendatum *Scaptione. P. Scaptio hoc concionali seni ne assign.* Harl. 2. *P. Scaptione hoc concionali seni assign.* Hearnii Oxon. L. 1. *P. Scaptio hoc concionali seni assign.* ejusdem codex B. et ex meis Lipsiens. Excusi omnes in eamdem lectionem conspirant, nisi quod in una vel altera *concionari*, pro *concionali*, legatur; sed ut videtur, operarum peccato. Patet itaque neque scriptos, neque editos libros virorum doctorum conjecturis, quæ variæ ad hæc verba exstant, favere. Nannii conjectura, quam vel sic Schottus ei sublegit, nimis a vulgato recedit, quam ut quisquam alius eam probet. Unam enim vocem *hoc* ejicit, quæ in codd. tantum non omnibus superest. Interserit deinde hic tres dictiones *judice agrum sibi;* ibi unam *apud*, quum tamen in codd. nulla lacunæ vestigia illis locis deprehendantur. Quæ sub Sigonii nomine ad hunc locum circumferuntur, ejus eruditione et cognitione illa antiquitatum Romanarum, qua inter æquales excelluit, plane indigna sunt. De senibus, ad coëmtionem faciendam adhibitis, non hanc ob caussam, ut putat Sigonius, ne privata sacra interirent, sed contra potius sacrorum privatorum interimendorum caussa, quo Livium hic respexisse opinatur, ideoque *coëmtionali*, pro *concionali*, restituit, vide longe certiora apud J. F. Gronovium de Pec. Vet. IV. 7. De senibus autem coëmptionalibus aliis, quibuscum senes illos priores male confundit, consulendus Gronov. ibid. c. 8. Sed observari velim, scholion illud inter reliqua Sigonii non exstare, nisi in ed. quæ diu post ejus mortem prodiit a. 1592. Hinc suspicio subit, Sigonium olim tumultuaria opera ad marginem codicis adscripsisse, ut multa alia ex aliorum scriptis excerpta, ita etiam hanc observationem; et quidem eo animo, ut, si tempus suppeteret, et Livium denuo editurus esset, omnia illa diligentius examinaret: id autem exemplar quum in manum hominis inperitioris, vel librarii lucri cupidi incidisset, quæcumque adnotata erant, nullo delectu habito, aliquo famæ Sigonianæ apud incautos damno in lucem protrusa esse. Certe si umquam Sigonius hæc codici suo adscripsit, non ipse eorum auctor exstitit. Paullus Manut. enim hunc locum laudans ad Cic. ad Famil. VII. 29. ita eum profert, quasi *coëmtionali* vulgo editum foret. At Manutii

commentarius diu ante hanc postremam Sigonii ἔκδοσιν Livianam lucem vidit. Manutii vel Sigonii auctoritate .abreptus Marcilius interpret. legg. XII. Tabul. c. 14. itidem *coëmtionali* hic legendum arbitratus est, ut et postea Guther. de Jure Pontif. II. 6. Klockio priscarum vocum studiosissimo, qui hic variis conjecturis indulsit, et inter alia etiam *cocioni seni* substituendum opinatus est, suas delicias non invidemus, dummodo his glandibus vesci inviti non cogamur. Vulgatam lectionem *concionali seni*, quam etiam omnes, paucis tantum exceptis, codd. servant, recte vindicavit magnus Gronov. de Pec. Vet. IV. 9. docens, fuisse Romæ genus hominum otiosum, qui, omissis rebus aliis, id fere solum curabant, ut concionibus interessent, ibique turbas darent: eos merito 'concionales,' et, quoniam id emeritis, aut quibus ætas serior agendi moliendique segnitiem inposuerat, proclivius esset, 'concionales senes' dictos esse. Ipse deinde legit *Scaptione hic concionali seni adsignaturos finitimos populos?* τὸ *hic* substituens pro *hoc;* et deinde ejiciens vocem *putarent*, qua insubidi corruptores orationi infinitivæ intempestivum sufflamen substrinxissent. Eamdem conjecturam etiam defendit Observ. II. 14. p. 321. Livii autem ita emendati hunc sensum putat: an Romani, a disceptantibus Aricinis et Ardeatibus judices capti, finitimos illos populos, id est, aliquantam finitimorum populorum possessionem, adsignaturi essent Scaptio, id est, Scaptio suadente in illius gratiam cuicumque adsignaturi essent? Si codd. hanc emendationem firmarent, eam probare haud dubitarem. Nunc vero, quum *hoc* in plerisque et optimis, *putarent* autem in omnibus constanter supersit codd. inde discedere nequeo. Sensum autem hunc constituo; 'an putarent, populos finitimos' (id est, socios et hostes,) 'hoc' (nempe quod judices capti in rem suam litem verterent,) 'adsignaturos' (ac pessimi istius facinoris culpam adscripturos,) 'Scaptio.' Hoc sensu 'adsignare' apud Cic. non semel obvium est. Ita ad Attic. VI. 1. 'Sed enim οἰκονομία si perturbatior est, tibi adsignato: te enim sequor σχεδιάζοντα.' X. 4. 'Quoquo modo vero se res habeat, nihil adsignabis nec patruo, nec patri.'

Clarum hoc fore imagine Scaptii? populum Romanum, &c.] Illud *clarum hoc fore*, pro 'certum est,' positum videtur. Quidam ita legunt: *clarum hac fore imagine Scaptium nomen: populum Romanum quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturum.* Verum altera lectio etiam intelligitur. *Glar.* Verba aliter concipiunt Pall. Mss. duo: *clarum hac forte imagine Captium esse.* Pal. 2. *clarum hoc fore imagini Scaptii, esse P. R. quadruplatoris.* Gebh. Gronovius de Pecun. Vet. IV. 9. legebat, *clarum hac fore imagine Scaptium? populum Romanum, &c.* ejecta voce *nomen*, quam neque in codd. quos ipse consuluit, neque in Pall. exstare testatur, neque etiam convenire putat menti Livii, qui populum Romanum, et solam Scaptii personam obponit, non nomen vel gentem Scaptii. Verba autem 'clarum hac fore imagine Scaptium' per decentissimam tralationem indicare existimat, hac actione nobilem et celebrem Scaptium fore. Sane etiam in nullo meo libro, aut scripto, aut excuso vetusto, τὸ *nomen* comparet: unde miror, cur in notis ad verba præcedentia vocem illam ferre potuerit. Frobenius demum a. 1535. edidit *clarum hae fore imagine Scaptii nomen: pop. Rom.* quum antea legeretur, ut Glareani adnotationi præscribitur. Verum ea etiam lectio nullius meorum Mss. auctoritate firmatur. *Clarum hoc fore imagine Scaptium, pop. Rom.* habet Harl. 2. *clarum hoc fore imagini Scap-*

tii, esse pop. Rom. Hav. *clarum hoc fore imagines Scaptium, esse pop. Rom.* Voss. 1. sed *imagine* a m. sec. quomodo et præferunt Lipsiens. et Klockian. *clarum hoc forte imagine Captium esse, pop. Rom.* Voss. 2. sed *imagines* a m. sec. *clarum hoc fore imagine Scaptium, esse pop. Rom.* Leid. 1. Port. et a m. sec. fragm. Hav. in quo *Captium* erat a m. pr. *clarum hoc fore imaginis Scaptium, esse pop. Rom.* Leid. 2. *clarum hoc fore imagine partium esse pop. Rom.* Gaertn. Patet nullius codicis lectionem probari posse. Forte quam proxime ad eorum scripturam refingendum est, *clarum hac fore imagine Scaptium, esse pop. Rom. quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturum:* hoc sensu: non existimandum esse, pessimi istius facinoris culpam vicinos populos Scaptio adscripturos, qui potius inde quamcumque famam consecuturus esset, quod sua opera populus Romanus quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturus esset. Eo tamen quam maxime inclinat animus, ut Gronovii conjecturam in Pecun. Vet. propositam, mutata tantum distinctione, veram putem: *clarum hac fore imagine Scaptium: pop. Rom. quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturum:* ut dicant consules, tantum abesse, ut populi vicini agrum suum a Scaptio interversum credituri forent; ut contra is apud eos hac actione ex ignobilitate, qua adhuc latuerat, emersurus sit, et in solum populum Romanum agri interversi culpam omnes collaturi sint. Eam igitur scripturam recepi: et quidem tanto libentius, quod eamdem superesse in Flor. fidem faciant ejus excerpta, quæ demum, postquam hæc scripseram, consecutus sum.

§ 5 *Quem enim hoc privatæ rei judicem fecisse, ut sibi controversiosam adjudicaret rem*] Vox *controversiosa*, haud usquam apud auctores frequens, dubitantem tenet lectorem. *Glar.* Vet. lib. *controversam.* Sigon. Τὸ *enim* deest in Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Port. pronomen *hoc* autem in fragm. Hav. a m. pr. Deinde *controversam adjudicaret rem*, vet. lib. Sigonii consentientes, Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. *controversam* vel *controversiosam* ejusdem codex N. *controversiam adjudicaret rem* Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. *controversam adjudicaret rei* Gaertn. Reliqui vulgatum servant, nisi quod perperam in voces divisis literis *controversios amat judicaret rem* habeat Leid. 1. Ipsa quidem vox *controversiosus* apud alios nondum observata est. Propterea tamen damnare non audeo: nam multa ἅπαξ λεγόμενα passim obcurrunt. Plura vocabula ejusdem formæ memorat Torrenius ad Valer. Max. III. 4. ex. 2. ubi etiam videndus est Pighius, et Corte ad Sall. Jug. c. 66. § 2. Quin et Gronovius vocem *controversiosus* ex Mss. Senecæ vindicavit ad ejus epist. 85. illamque hoc ipso Livii loco inlustravit. Ejusdem insuper formæ 'dubiosus' Livio reddere Gronovius conatus est XLV. 36.

Scaptium ipsum id quidem, etsi præmortui] *Scaptium ipsum id siquidem etsi* Voss. 1. Leid. 2. *Captium quidem ipsum etsi* Voss. 2.

§ 6 *Hæc consules, hæc Patres vociferantur*] *Vociferabantur* excusi vetusti usque ad Aldum, qui primus vulgavit *vociferantur*. Neque aliter codd. mei. Deinde *populi cupiditas*, pro *plus cupiditas*, Lipsiens. et Gaertn.

Judicaverunt agrum publicum populi Romani esse] *Publicum P. R. esse* fragm. Hav. *publicum po. Ro. esse* Leid. 2. *publicum populo Romano esse* Voss. 1. a m. sec. Vide ad cap. præc. § 7.

§ 7 *Nec abnuitur ita fuisse, si ad judices alios itum foret*] *Nec abforet* reliquis omissis Leid. 2. Sed *ad judices alios foret itum* legit Voss. 2.

Nunc haud sane quidquam bonæ caussæ levatur dedecus judicii] Qui hic emendarunt *causæ bono*, recte fecerunt, etiamsi quidam *causa bona* legunt, quidam *bona causa elevatur*. Glar. Omnino legendum, ut et Glareano placuit, et nostræ membranæ retinent, *nunc haud sane quicquam bono causæ levatur dedecus judicii*. Modius. Pall. duo, et Andreæ Campanique edd. *quicquam bonæ caussæ levatur* Pal. 2. *bono caussæ levatur*, ut placuit et Modio. *Gebh.* Andreas et alii usque ad Ascensium *causæ bonæ levatur*. Hujus ex margine adoptaverunt *causa bona* primi Moguntini. Juntas et Frobenius *causæ bono*. Gryphius primum *causa bene elevatur*. At Modianus, Voss. Helm. Pal. unus, Chiflet. Busl. Rott. *bono causæ levatur*. Et id revocavimus. Vide ad Senecæ Philosophica. *J. F. Gronov.* Lectionis *causæ bono levatur dedecus*, quæ est in quibusdam excusis, ante Juntam auctor exstitit Aldus: post quem *causa bona levat dedecus* dederunt Cervicorn. et Ascens. a. 1530. *bona causa elevatur dedecus* substituit Froben. a. 1535. quod servant Vascosan. et duplex Gryphii ἔκδοσις a. 1548. et 1554. ut et reliquæ recentiores edd. *haud sane quicquam bonæ caussæ levatur dedecus judicii* est in Voss. 2. Gaertn. fragm. Hav. et Neapol. Latinii: *haud sane quicquam bono omne levatur dedecus judicii* in Lipsiens. *haud sane quicquam omne levatur dedecus judicii* in Harl. 2. Port. et Hav. *haud sane quicquam bono caussæ levatur dedecus judicii* in Voss. 1. et Leid. utroque, ut et in Hearnii Oxon. B. et N. quod recte Gronovius probavit. Similiter etiam erat in Flor. a m. pr. in quo deinde emendatum a m. interpolatrice *bona caussa elevatur*. Sed *bono caussæ*, pro 'bonitate caussæ,' 'bona caussa :' qualium locutionum multa exempla vide ad xxvii. 2. § 9. Cic. in Bruto c. 34. 'Fuit accusator vehemens et molestus, ut facile cerneres, naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatæ voluntatis.' Tuscul. v. 23. 'Quid est autem in homine, sagaci ac bona mente melius? ejus bono fruendum est igitur.' Ovid. Metam. x. 562. 'nec dicere posses, Laude pedum, formæne bono præstantior esset.' *Levatur* est 'minuitur,' 'aufertur.' Infra iv. 7. 'Si Ardeates sua tempora exspectare velint, arbitriumque senatui levandæ injuriæ suæ permittant.' c. 17. 'Legatos Romanos, caussam novi consilii quærentes, jussu Tolumnii interfecerunt. Levant quidam regis facinus.' cap. 43. 'Ob Sempronianæ cladis levatam ignominiam, ut ovans Urbem intraret, concessum est.' Justin. xii. 10. 'Optimatibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines tradidit, ut communi facto crimen regis levaretur.' 'Elevare' eodem sensu apud Nostrum etiam sæpissime obcurrit. Sed sequimur optimos duces codd. manu exaratos.

Quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit] Τὸ *mansit* in membranis nullum est. *Modius.* Modius narrat nobis, in suis ultimum *mansit* recisum esse. *Gebh.* *Ab Romanis motibus* Leid. 2. Ultimum *mansit* in omnibus meis constanter superest; pro quo librarius *fuit* substituit in Latinii Neapol. codice.

LIBER IV.

Cap. I. § 1 *Hos secuti M. Genutius et P. Curiatius consules*] Pro *Genutius* apud Dionysium *Minucius* uno in loco Antiq. xi. p. 730. altero autem p. 732. et sæpius seqq. *Genutius*, ut hic apud Livium. Fortassis quod Genutii plebeii erant; quamquam et plebeii et patricii esse poterant. Pro *P. Curiatius* apud eundem *C. Quintius* p. 730. legitur. *Glar.* Livius paullo post c. 7. *C. Curiatium* vocat. Dionysius xi. p. 730. Γάϊον Κόρτιον. Diodorus xii. p. 303. Ἀγρίππαν Κούρτιον. Ergo *C. Curtius*, non *P. Curiatius*, legendum. Accedit etiam Varro, qui lacum Curtium ab hoc consule Curtio dictum esse ait. Verba ejus sunt libro quarto de Lingua Latina p. 36. ‘ Cornelius et Luceius scribunt, eum locum esse fulguratum, et ex senatusconsulto septum esse, idque factum esse a Curtio consule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium lacum appellatum.’ *Sigon.* Pal. 2. exhibet *Martius Janitius*. Gebh. *Hos sequuntur* Leid. 2. Deinde *M. Cenucius* Voss. 1. Lipsiens. et Lov. 5. *M. Genutius* Leid. 1. *M. Janitius* Port. et fragm. Hav. *M. Janicius* Hav. *Genucius* veriorem ejus nominis orthographiam esse, supra dictum est ad ii. 52. § 3. et iii. 33. § 3. Insuper *P. Curatius* Flor. Voss. ambo, Harl. ambo, Leid. 2. Port. Lov. 2. et 3. Gaertn. Lipsiens. et fragm. Hav. *P. Curiatius* Lov. 1. 4. 5. et Hav. Et ita Ascens. a. 1513. quum priores excusi habuissent *P. Curatius*. Alibi sæpe *Curatius* et *Curiatius* confunduntur. Vide ad i. 24. § 1. Sigonio subscribit Pighius in Annal. ad an. cccviii. p. 160. qui insuper lectionem hanc firmari monuit ex Zonar. Annal. vii. 19. *P. Curtius* etiam est in Leid. 1. Præterea vox *consules* deficit in Lov. 1. Tandem aliter distinguunt ac legunt verba sequentia Port. et Lov. 2. præferentes *Consules fiunt: annus, &c.* Lov. 5. autem *consules fuere: annus, &c.* Sed vulgatum omnino præstat. Mox *foris domique* alio ordine Lov. 4.

Nam anni principio] Vetus lectio *anni nam principio*. Lego, *anni namque principio*. Rhen. Rhenanus sine caussa, *anni namque principio*, contra omnes libros qua cusos, qua exaratos. *Gebh.* Rhenani emendationem expresserunt Basileenses a. 1555. et Sigonius, qui Livium eodem anno in lucem emisit. Quod recte iterum mutarunt Parisini a. 1573. revocata priori scriptura. Nullus enim meorum codicum a recepta lectione recedit. In verbis seqq. *propositionem legis promulgavit* præfert Flor. quam lectionem ex glossa marginali natam puto.

§ 2 *Confundique jura gentium rebantur*] Paullo post c. 2. ‘ Colluvionem gentium’ ait. ‘ Gentem’ autem genus ac gentilitatem intelligit, quam se solos habere patricii ipsi gloriabantur, ut scribit v. 8. Quid autem sit ‘ gens’ ac ‘ familia,’ quoniam non idem sunt, verum magno inter se intervallo disjuncta sunt, contra atque summi hujus memoriæ viri, qui utroque nomine promiscue utuntur, sentire videntur, paucis ostendam. Illud igitur interest, quod ‘ gens’ ad ‘ nomen,’ ‘ familia’ ad ‘ cognomen’ refertur. Itaque illa tamquam totum continere videtur, hæc quodam-

modo partem. Exempli causa: Cornelii omnes unius gentis esse dicuntur, quia uno nomine continentur omnes; at vero partes gentis hujus sunt plures, quæ ex cognominum varietate distinctæ sunt, eæque familiæ dicuntur: ut Cornelii Dolabellæ, Cornelii Cethegi, Cornelii Scipiones, Cornelii Lentuli: itemque in cæteris. At vero Cornelii omnes unius existunt gentis. Itaque recte Festus lib. VII. 'Gentem' definit, 'quæ ex multis familiis conficiatur.' Quod autem dixi de 'gente' et 'familia,' idem judicandum est de 'genere' et 'stirpe,' quorum item alterum ad 'nomen,' alterum ad 'cognomen' pertinet. Id autem ita esse ex scriptorum verbis apparet. Suetonius in Galba c. 3. 'Imagines,' inquit, 'et elogia universi generis exequi longum est, familiæ breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur.' Hoc loco Suetonius 'genus' appellat 'omnes Sulpicios,' familiam vero, 'Sulpicios Galbas.' Livius XXXVIII. 58. 'Scipio Nasica orationem habuit plenam decoribus, non communiter Corneliæ gentis, sed propriæ familiæ suæ.' Et VII. 32. sic loquitur Valerius Corvus: 'Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dedistis, Poplicolarum vetustum familiæ cognomen memoria excessit:' et I. 3. 'Julia gens Julum auctorem nominis sui nuncupat:' et XL. 44. 'Inde cognomen familiæ inditum, ut annales appellarentur.' Rursus apud Suetonium sic loquitur Julius Cæsar in Cæs. c. 6. 'An Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater; a Venere Julii, cujus gentis familia est nostra:' et in Augusto c. 2. 'Gens Octavia a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta, mox a Ser. Tullio inter patricias traducta. Primus ex hac magistratum cepit C. Rufus: is quæstorius Cnæum et Caium procreavit, a quibus duplex Octaviorum familia defluxit conditione diversa.' Et Cicero in Bruto cap. 16. 'Funebres orationes ipsæ familiæ, quasi ornamenta, servabant ad usum, si quis ejusdem gentis occidisset.' Et Livius IX. 29. 'Duodecim familiæ Potitiorum fuerunt, cum gens Potitia tota interiit.' Quæ adhuc protuli exempla, ea satis valere arbitror ad explicandam vim 'gentis,' 'generis,' et 'familiæ.' Nunc de 'stirpe' dicam. Loquitur Cicero pro Rabirio Postum. c. 1. sic: 'Qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere, qui sunt ejus stirpis, cupidissime persequuntur.' Et de Legibus II. 1. 'Hic orti stirpe antiquissima sumus.' Et in Lælio c. 19. 'Qui aliquamdiu propter ignorantiam stirpis et generis in famulatu fuerunt.' Et Suetonius in Caligula c. 35. 'Cn. Pompeio antiquissimæ stirpis Magni cognomen ademit.' Quæ si ita sunt, jam apparet, qui sit sensus loci illius apud Ciceronem de Oratore I. 39. 'Quid? qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri judicarunt? cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii ejusdem hominis hæreditatem gente ad se redisse dicerent, nonne in ea causa fuit de toto stirpis et gentilitatis jure dicendum?' Sensus enim est; Claudios patricios gente pugnasse, quia ille Claudiorum liberti filius fuit, Marcellos stirpe, quia Marcellorum Claudiorum. Itaque illi generis, hi familiæ jure contendebant. Hinc 'gentilitia sacra' dicta, quæ erant communia toti genti ac generi. Et Suetonius Cæsarem c. 1. 'gentilitiis hæreditatibus multatum' scribit; id est, bonis, quæ gentis Juliæ ante fuerant. Atque hæc quidem hactenus. Jam vero an alius sit 'gentis' ipsius usus, infra alio loco dicemus. *Sigon.* Livius V. 14. 'Indignum Diis visum, honores vulgari, discriminaque gentium confundi.' In-

tellige autem, confundi jura gentium patriciarum et plebeiarum. De jure vero singulis competente videndus est Sigonius de Antiq. Jur. Civ. Rom. I. 7. Ceterum *jura generum* Lov. 5. reliquis omnibus dissentientibus.

Mentio primo sensim inlata a tribunis] Lege *a tribuno*, cum ex vet. lib. auctoritate, tum quia statim infertur, 'ut rogationem novam tribuni promulgarent.' Tribunum autem intelligit C. Canuleium. *Sigon.* Non aliter, quam *a tribunis*, Pall. duo meliores editionesque antiquissimæ. Solus autem Pal. 2. *illata a tribuno:* quam lectionem acriter defendit Sigonius. Sed pace loquar doctissimi viri, librum illius fuisse recentissimæ manus. Deinde non exprimet mihi hic illam rogationem sive mentionem fuisse Canuleii solius; immo credendum a pluribus illatum de consule ex plebe faciendo. Pariter errare mihi videtur, suscipiens et illam lectionem defendendam, quæ etiam in Pal. 2. spectatur: *ut rogationem novam tribuni promulgarent*, quam reliquorum codd. meliorum atque edd. auctoritas destruit. Quod vero hic dixit 'sensim inferre mentionem,' eleganter elocutus est III. 43. 'Mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serere.' Et mox ipse iterum 'sermonibus tentare.' Diodorus XVII. p. 605. 'Ο δ' Ἀλέξανδρος, ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Μακεδόνων τοὺς ἀλλοτρίους κατ' αὐτοῦ προϊεμένους φωνὰς, καὶ τοὺς ἠγανακτηκότας ἐπὶ τῷ τοῦ Παρμενίωνος θανάτῳ, πρὸς δὲ τούτοις τοὺς ἐν ταῖς ἀποσταλείσαις εἰς Μακεδονίαν ἐπιστολαῖς ἀλλότριόν τι γεγραφότας τοῖς οἰκείοις περὶ τῶν τῷ βασιλεῖ συμφερόντων, εἰς ἓν κατέλεξε σύστημα, καὶ προσηγόρευσεν ἀτάκτων τάγμα· ὅπως μὴ διὰ τὰς τούτων ἀκαίρους φωνὰς καὶ παῤῥησίας τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Μακεδόνων συνδιαφθείρηται. Liv. XXXI. 15. 'Tum primum mentio illata de tribu.' *Gebh.* Omnes mei etiam vulgatum *a tribunis* tuentur, nisi quod præpositio *a* omittatur in Lipsiens. et Lov. 1. *ab tribunis* sit in Voss. 1. et Leid. 2. *ab tribuno* in solo Hav. qui passim Sigonii vet. lib. et Gebhardi Pal. 2. succinere solet. *trib.* vel *tr.* olim per compendium scriptum fuerat: hinc dubii hæserunt librarii, et in partes etiam abierunt, utrum *tribuno*, an *tribunis* plene scribendum foret. Ita supra erratum vidimus in Mss. II. 61. § 9. Locutione autem 'inferre mentionem' utitur etiam Liv. hoc lib. c. 8. 'Mentio inlata ab senatu est, rem operosam ac minime consularem suo proprio magistratu egere.' cap. 44. 'Mentio in senatu de agris dividendis inlata est.' XXXVIII. 34. 'Mentione inlata, externos auxiliares dimissos, et Lacedæmoniis adscriptos urbe excessisse.' Ita 'inferre sermonem' dixit Liv. XXXIX. 11. 'Consul paullo post, velut forte intervenisset, sermonem de Æbutio fratris ejus filio infert:' et Cic. de Orat. I. 8. 'Solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quemdam de studio dicendi intulisse.'

Ut rogationem novem tribuni promulgarent] Quamquam sensus optimus est, si legatur *novem*, tamen placet magis *novam*, quæ vox est in vett. libris, hoc sensu. Mentio illata primo sensim a C. Canuleio, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo deinde processit, ut tribuni reliqui novam deinde rogationem promulgarent, ut promiscue consules, seu de plebe, seu de patribus, possent pro populi arbitrio creari. *Novem* autem si legamus, omnes accipiamus tribunos præter C. Furnium, quem excipit Dionysius Antiq. l. XI. p. 730. *Sigon.* *Rogationem novam* etiam Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Lipsiens. Klockian. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. L. 2. N. et C. Sex tamen alii, et inter eos non contemnendi codd. ex meis Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Gaertn. cum duobus optimis Pall. ut Gebhardus ad verba præcedentia

monuit, stant pro recepta lectione: quam etiam firmat locus Dionys. a Sigonio laudatus, quo auctore Οἱ τότε δημαρχοῦντες, ἐκτὸς ἑνὸς Γαΐου Φουρνίου, πάντες οἱ λοιποὶ, adeoque novem tribuni legem de promiscuis, seu ex plebe, seu ex Patribus, consulibus creandis promulgarunt. *Novem tribuni* vel invito Sigonio recte legi, Ant. Perizonius ad oram codicis notarat liquere ex c. 6. 'Quum Canuleius, victoria de Patribus et plebis favore ingens esset, accensi alii tribuni ad certamen pro rogatione sua summa vi pugnant:' ubi tamen, nisi Livium inter et Dionysium dissensum statuere velimus, per 'alios tribunos' non notantur reliqui novem ejus collegii præter Canuleium; sed potius præter Canuleium octo reliqui, a quibus lex promulgata erat. Præterea *provulgarent* Harl. 2. Vide mox ad § 6. et ad III. 9. § 5. Paullo ante *consulem fieri liceret,* alio ordine, Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. 2. et Lipsiens. *alterum consulem fieri liceret* est in Lov. 4. omissis insuper duobus vocabulis. *Alterum ex plebe consulum liceret fieri* in Hav.

Seu de plebe, seu de Patribus vellet, consules faciendi] Voces *seu de plebe* culpa librarii exsulant a Lov. 3. Insuper τὸ *vellet* non adparet in Leid. 2. ejus loco *vellent* habet Hav. quomodo *populus,* utpote nomen collectivum, sæpe cum verbo plurali apud Livium construitur. Vide ad X. 13. § 11. Soli tamen hi codd. non tantum auctoritatis habere videntur, ut vulgatum vel hujus vel illius fide mutare velim.

§ 3 *Id vero si fieret, non vulgari modo*] *Id vero fieret, ut non vulgari* sine sensu Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Insuper *volgari* Leid. 1. quæ orthographia passim in optimis codd. obcurrit. Vide quæ ea de re notantur ad XXXIX. 53. § 2.

§ 4 *Læti ergo audiere Patres*] *Læte* Flor. Tum *audire Patres* Lov. 5. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quasi oratio per infinitivum concepta esset: de quo vide ad I. 50. § 5. Aliis tamen omnibus libris in editam lectionem conspirantibus, eam etiam veriorem esse puto. Mox *adjudicati* Lov. 4. et fragm. Hav. de quo librariorum frequenti errore vide ad XL. 55. § 5.

Descisse, et Veientes depopulatos extrema agri Romani] Lov. 3. Leid. 1. Voss. 2. et a m. pr. Voss. 1. *descisse, et venientes,* ut referatur ad Ardeates. Sed lectionem hanc culpa librariorum natam esse, nemo non sponte videt. Alibi similiter peccatum est. Vide hoc lib. ad c. 52. § 7. Deinde *agri Romani extrema* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et Lov. 1. 2. et 4.

Et Volscos Æquosque ob communitam Verruginem fremere] Ubi Romani Volscis Æquisque Verruginem ademerint, ac postea muniverint, nusquam Livius dixit, ne nominavit quidem uspiam. Veientibus autem ante triginta annos, consulibus L. Furio et C. Manlio, datæ erant induciæ in annos XL. supra II. 54. quas non servarunt. *Glar.* *Vertuginem* Lov. 2. *Vertiginem* Lov. 3. et Voss. 2. *Veruginem* Lov. 1. 4. et Port. quomodo iidem et nonnulli alii codd. variis locis apud Livium præferunt. Sed plerique, et inter eos optimi, Mss. in vulgatum conspirant.

§ 5 *Conticescerent actiones tribuniciæ*] Supra II. 29. 'Agedum, inquit, dictatorem, a quo provocatio non est, creemus. Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor.' c. 55. 'Conticescente deinde tumultu, quum in senatum vocari jussissent, queruntur injurias suas:' quorum locorum priori, ut et hic, Flor. et Leid. 1. *conticiscere,* posteriori iidem aliique codd. eamdem orthographiam præferunt. XXV. 10. 'Postquam contiscescebat paullatim tumultus, tum Hannibal Tarentinos sine armis convocare jubet:' ubi Flor. cod. *conticiscibat.*

Eadem forma *lucisco*, pro *lucesco*, in optimis Mss. semper scriptum fuisse, ex Bembo et Victorio observat Voss. Gramm. v. 43. Vide hoc lib. cap. 28. § 1. Similiter *conticiscere* quoque editur apud Plaut. in Bacch. IV. 6. 28. 'Sed conticiscam: nam audio aperiri fores.' contra *conticescere* vulgatur in Rudent. v. 2. 69. 'Sed conticescam: eccum exit, et ducit senem.'

Delectus haberi] *Dilectus* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Port. Klockian. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *delectum* Harl. 2. Vid. § seq. Mox τὸ *bellum* exsulat a Lov. 4. Male. *Bellum armaque*, ut III. 69. 'Bellum et arma spectabat:' ubi alia habes exempla.

Si quo intentius possit, quam T. Quinctio consule adparatum sit] Pal. 3. *si quo intensius possit, quam cito Quintio.* Gebh. *Sed quo intentius* Lovel. 2. Gaertn. et Port. *si quo intensius* Voss. 2. et Lov. 3. Nihil muto. Doujatius tamen vix dubium videri monet quin scribendum sit *si qua*, idque exponit, 'si qua ratione.' At conjectura opus non est. Denique *consuli* Voss. 2.

§ 6 *In senatu vociferatus, nequidquam territando*] *Vociferatur* Gaertn. *vociferans* Lov. 4. Port. et priscæ edd. usque ad Aldum, qui *vociferatus* primus vulgavit: cum quo stant reliqui codd. Insuper *nequiquam* Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. *nequaquam* Flor. Vide ad XXVII. 26. § 2. Deinde *retractando* Lipsiens. Lov. 1. 4. Leid. 2. et Voss. 1. in marg. In verbis præcedd. *Tum nunc Canuleius* Klockian. in seqq. *ab cura novarum legum* Hav.

Delectum habituros, antequam ea, quæ promulgata ab se] *Dilectum* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Klockian. et fragm. Hav. *delectus* Port. Vide hoc cap. § præc. Hinc *provulgata* Harl. 2. et Lov. 5. Vide hoc cap. § 2. Tum *a se collegisque* Gaertn. et Hav. *ab se collegis*, sine copula, Lov. 5. et Harl. 2. Denique *plebs*, pro *plebes*, Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lov. quinque, Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et a m. sec. Voss. 1. Vide ad I. 20. § 6.

Confestim ad concionem advocavit] *Et confestim* Pall. omnes atque edd. priscæ. *Gebh.* *Et confestim* etiam tantum non omnes mei et vetustiores excusi usque ad Frobenium, qui an. 1531. voculam *et* omisit. Huic negligentiæ forsitan ansam dederunt ultimæ literæ vocis præcedentis. In Mss. ita sæpe librarii peccarunt. Vide ad XXXV. 41. § 7. τὸ *et* igitur iterum recepi. Verum ita in præcedd. ad vocem *vociferatus* intelligendum τὸ *est*. *Vociferatus est, et advocavit.* Nisi forte ibi *vociferatur* cum uno Gaertn. legendum sit. Præterea *concionem advocavit* Hav. *ad concionem vocavit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Neutrum probum est. Infra XXVI. 48. 'Scipio, conlaudato Lælio, ad concionem advocavit, pronunciavitque:' ubi vide Gronov. et ad II. 55. § 10.

CAP. II. § 1 *Tribunus populum in consules incitabat*] *Excitabat* Leid. 2. et Lov. 1. sed frustra. Paullo ante *Eodem tempore consules*, omisso τῷ *et*, Lov. 2. Vide ad II. 44. § 3.

Negabant consules, jam ultra ferri posse] *Negabant jam consules* Hav. Tum *ultro* Harl. 2. et Lov. 4. alibi etiam non raro obvio errore. Vide ad XXX. 16. § 3. Deinde *fieri posse* perperam Hav. Vide ad V. 54. § 6.

Ventum jam ad finem esse; domi plus belli concitari, quam foris] *Ad fines esse* Port. a m. pr. *ad finem est* Leid. 2. Hinc *plus belli incitari* Harl. 2. et Lov. 3. Nihil muto. 'Concitare bellum,' ut 'concitare tumultum;' de quo vide ad XXXVIII. 33. § 7. *Domi plus belli, quam foris, concitari* alio ordine Gaertn.

§ 2 *Cujus rei præmium sit in civitate*] *Cujuscumque rei* Harl. 2. Lov. 4. Hav. Port. in margine, et Hearnii Oxon. B. et C.

Eam maximis semper auctibus cres-

cere] *Semper maximis* alio ordine Port. reliquis invitis. *Maxumis* autem manu antiqua interpolatum est in Flor. quum ab initio *maximis* scriptum fuisset. Vide ad III. 17. § 5. et mox hoc lib. ad c. 3. § 1. *maxime* habet Lov. 5. Deinde *actibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Klockian. et Hav. Frustra. Infra XXIX. 27. 'Eaque vos omnia bene juvetis: bonis auctibus auxitis:' ubi plura vide. 'Auctus' et 'actus' in membranis frequenter inter se turbantur. Vide ad XXI. 61. § 4.

Sic pace bonos, sic bello fieri] *Pace beatos* Lov. 4. quæ lectio nata videtur ex marginali expositione hominis, qui existimabat, 'bonus' hic pro felix, beatus poni; quum potius ponatur pro peritus, præstans. Ex Livio aliisque plura hujus locutionis exempla laudavit Cortius ad Sall. Jug. c. 13. § 1. Adde mox cap. seq. 'Vir fortis ac strennus, pace belloque bonus.' VII. 9. 'Utra gens bello sit melior.' Ita 'versu bonus Apollo' apud Nemes. Ecl. I. 5. ubi videndus est Titius, et viri docti ad Val. Flacc. I. 438.

§ 3 *Id et singulis universisque semper honori fuisse*] Video in Vossianis membranis τὸ *honori* desiderari. Unde timide suspicor, *seditionum esse, et singulis universisque semper fuisse*. J. F. Gron. *Honori* tantum in Voss. 1. defuit. Quod moneo, ne quis, Hearnio fidem habens, in Mss. Vossianis deesse credat. Eidem ex meis duo accedunt, Lov. 1. et Leid. 2. qui posterior plerumque codici illi Voss. consentit. *Honoris fuisse* habet Gaertn. Sed litera sibilans voci priori adcrevit ex similitudine initialis vocis seq. Vide hoc lib. ad c. 33. § 10. 'Honori esse,' ut 'esse invidiæ,' 'crimini,' 'usui;' de quibus vide ad III. 29. § 2. Præterea *et id singulis universisque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Lipsiens. et Harl. 2. *id et singulis et universisque* Hav. *Et singulis universisque* dictum est, ut 'et Antiochum Ætolosque' XXXIV. 37. § 5. ubi alia exempla vide. Heumannus, duce Gronovio, legebat *seditionum et esse, et singulis universisque semper fuisse*, existimans, ex priori *et* factum fuisse *id*. Sed reliqui codd. servant vulgatum; nisi quod *Maxime Romæ præmium seditionum esse* habeat Lipsiens. a m. pr. in contextu: *seditionem esse* Lov. 2. et Gaertn.

§ 4 *Et quemadmodum plebs gloriari posset, auctiorem*] In Ms. volumine legitur, *ut quemadmodum plebs gloriari posset*. Legi posset etiam, *tum quemadmodum plebs gloriari posset*. Rhen. Quidam libri habent *ut*, pro *et*. Sed esset plane ἀνανταπόδοτον, id est, oratio altero defecta membro, et supplendum 'ita etiam senatui annitendum.' Sed non placet. Notandum tamen genus sermonis, *plebs posset gloriari auctiorem amplioremque;* et num desideretur *se*. Porro statim post, *donec* pro 'quamdiu' manifeste usurpatum. *Glar.* Vetus lectio *se auctiorem*. Sigon. Verba *Reminiscerentur, quam majestatem, &c. ampliorremque esse*, tamquam alieno loco posita, hic tollo, et repono infra ante illa § 9. 'Certum habere,' &c. *Klock.* Solus Pal. 2. *se auctiorem ampliorem-que esse:* nam reliqui duo cum Campani ed. *posset, auctorem amplioremque esse*. In Andreæ recensione provocabulum *se* solummodo deest. *Gebh.* Hiat oratio: aliquid excidit. Vigenerius legerat *et*, non *ut*. T. Faber. *Ut quemadmodum plebs gloriari posset, auctiorem amplioremque esse* legebatur in primis edd. Andreæ et Campani, secutisque eas Becharii, Veneta, Moguntina, Ascensii: Aldus, Juntas, et Frobenius dederunt *et quemadmodum*. Itaque Rhenano monendum fuit, in Ms. esse *ut*, quod tamen ille commutat in *tum*. Sed et Glareanus rejicit τὸ *ut*, quia foret ἀνανταπόδοτον, et supplendum *ita etiam senatui annitendum:* quod tamen non placere: videndum

etiam num desideretur *se*. Vix hoc pronunciarat: ecce Sigonius. Vetus lectio *se auctiorem*. Atqui fideles libri non habent illud *se*, et, si salvum volumus Livium, detrahendum vulgatis, haud addendum est. Tolle τὸ *esse*, et sincerum erit: *quam liberis tradituri essent, ut (quemadmodum plebs gloriari posset) auctiorem ampliaremque.* Nimirum eam majestatem liberis traderent, vel traditari essent. *Ut*, id est, quibus modis et rationibus. Plebs suam majestatem vimque in republica tribunis et sacratis et Valeriis Horatiisque legibus intenderat: idque jure poterat gloriari. Jubent igitur consules senatum adniti, ut Patribus patriciisque jus æque sit gloriari, amplissimi ordinis majestatem ab se factam traditamque liberis augustiorem. Infra c. 19. 'memorque generis, quod, amplissimum acceptum, majus auctiusque reliquit posteris.' VI. 37. 'In plebem ventura omnia, quibus patricii excellant, imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipsis fruenda, majora liberis relinquenda.' Particulas illas duas similiter conjungit XXI. 13. in oratione Alorci: 'Si eam, quemadmodum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis.' *J. F. Gron.* Gronovius jubet detrahi *esse*. Si hoc contra consensum Mstorum, quibus usus est, detrahi potest, etiam licebit, addita una litera et mutata distinctione, conjicere, *ut, quemadmodum plebs, gloriari possent, auctiorem amplioremque esse.* Duk. *Et*, pro *ut*, non nisi in Harl. 2. et Port. inveni: *se* tantum in Lov. 5. Hav. et a m. sec. inter versus in Port. Tum *auctorem* in Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Lov. 3. Gaertn. Port. a m. sec. et in contextu Voss. 1. pro quo *auctiorem* in margine correctum est. Deinde copula *que* deficit in fragm. Hav. a m. pr. Denique τὸ *esse* superest in omnibus meis. Monet etiam Hearne, codd. suos vulgatum retinere præter B. qui Sigonio adstipulatur. Doujatio perspicua videbatur sententia, si conjunctio *et* loco particulæ *ut* substitueretur. Quod si verum, eam deserere non debuisset. Mox enim, pro *ut*, legit *utrum*, subdens non inconcinnam interrogationem esse; utrum senatores relicturi essent liberis majestatem ordinis sui a se ampliatam, quemadmodum plebeii gloriari possent plebis auctoritatem a se ampliorem posteris tradi. Fatetur quidem, non esse ad manum codicem quo hæc lectio fulciatur; sed respondet, nec magnam mutationem introduci, nec aliorum emendationes, quæ quidem tolerabilem sensum exhibeant, scriptis voluminibus niti. Verum ut hæc mutatio commodum sensum habeat, non modo τῷ *ut* substituenda est vox *utrum*, sed etiam, ut Gronovio quoque visum est, τὸ *esse* expungendum est. Conjecturam Gronovii, primis edd. et Mss. propiorem, Clericus admisit, inducens verbum *esse*, quod, ut nimis audax, inprobandum puto. Ipse Gronovius in priori ed. notarum conjecerat, *ut, quemadmodum plebs, gloriari possent, auctiorem amplioremque esse:* quod deinde sibi quoque placere Jac. Perizonius in margine cod. sui notavit: quod si adridet, *ut* accipiam pro 'utinam;' quo sensu usus est Ovid. Epist. Heroid. XIII. 161. 'Perque, quod ut videam canis albere capillis, Quod tecum possis ipse referre, caput.' Cœtierius ad marginem cod. sui conjecit, *an, quemadmodum plebs gloriari posset, auctiorem amplioremque esse?* scil. tradituros. Vide tamen num illis Gronovii ac Doujatii vestigiis insistendo legi possit *utrum, quemadmodum plebs, gloriari possent, auctiorem amplioremque esse.* Lectionem nihilominus, quæ ante Clericum obtinebat, reduxi. Ceterum vir doctus ad oram ed. Curionis adscripsit, forte legendum *quodammodo*, pro *quemadmodum*. Sed ita sensus omnis perit.

Finem ergo nec fieri, nec futurum] Lege *futuram* ex triga Pall. et Campani ed. *Gebh.* *Futuram* ex o. Mss. et Campani atque Aldina editis scripsimus. IX. 26. 'Sine fine ulla quæstionis suæ jus esse.' XXII. 57. 'Quænam futura finis tantis cladibus foret.' *J. F. Gron.* *Futuram* etiam omnes mei, solis tantum Lov. 2. et forte Flor. ac Klockian. in quorum excerptis nihil monitum video, exceptis. Se etiam *futuram* in suis invenisse testatur Hearnius. Idem sibi quoque in vet. cod. obvium fuisse profitetur Pierius ad Maron. Æneid. v. 327. Sæpe quidem *finis* genere digniori obcurrit apud Livium. Vide ad I. 44. § 2. Idem tamen ea voce etiam genere sequiori usus est, ut constat non modo ex locis a Gronovio laudatis, sed etiam ex XXXVII. 26. 'Turpe existimabat, Eumenis classem adjuvare consulem ad trajiciendas in Asiam legiones: se Colophonis obsessæ auxilio, incertam finem habituro, adligari.' Et ita etiam alii. Cic. ad Famil. x. 32. 'Quorum quis ullam finem aut modum futurum putavit:' ubi videndus Victor. ad Attic. IX. 10. 'Si Cnæus Italia cedit, in urbem redeundum puto: quæ enim finis peregrinationis?' ubi videndus Malasp. Lucret. I. 108. 'nam si certam finem esse putarent Ærumnarum homines, aliqua ratione valerent Relligionibus atque minis obsistere vatum:' ubi consulendus est Lambin. Horat. Epod. XVII. 36. 'Quæ finis, aut quod me manet stipendium?' Ovidius Amor. Eleg. II. 12. 13. 'Me duce ad hanc voti finem, me milite veni:' ubi alia exempla conlegit N. Heinsius, qui ut et Burmann. iterum consulendi sunt ad Nason. Art. Am. I. 282. Gellius Noct. Attic. I. 3. 'Minime dicitur, quatenus quaque fini dari amicitiæ venia debeat.' Et postea eod. cap. 'Hac, inquit, fini ames, tamquam forte fortuna osurus: hac itidem tenus oderis, tamquam fortasse post amaturus.' Plura exempla habet Nonius Marc. hac voc. et Palmer. in Spicil. p. m. 772. Et ita monumentum seculi Augustei Cenotaphium a Pisanis Caio Cæsari erectum: POST. CONSVLATVM. QVEM VLTRA. FINIS. EXTREMAS. POPVLI ROMANI. BELLVM. GERENS. FELICITER. PEREGERAT. Vide Noris. ad Cenotaph. Pisan. Diss. IV. 3. p. 467. Paullo post *donec quam tam felices seditiones* Hav. Videtur duplex olim in aliquo cod. lectio exstitisse, *quam felices*, et *tam felices*, quam utramque librarius ille simul junxit. Vide ad III. 44. § 4.

§ 5 *Conluvione gentium perturbationem auspiciorum*] Antiquus codex habet *colluvionem gentium.* Rhen. Similiter præferunt etiam omnes codd. quibus utor. Et ita ante Rhenanum jam ediderunt Rom. 1472. Parm. 1480. Mediol. 1505. eosque secuti plerique reliqui usque ad Froben. qui a. 1531. iterum *colluvione* dedit, unde Rhenano monendi occasio data est, antiquum cod. *colluvionem* habere.

Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit] Iidem Pall. et Campani ed. habent *neque incontaminati.* Gebh. Eadem lectio etiam, excepto solo Flor. perstat in omnibus meis. In Lov. 4. tamen a m. sec. *ne quid incontaminati* emendatum est; quod etiam elegantius judico. Infra XXXIV. 3. in fine: 'Ne ullus modus sumtibus, ne luxuriæ sit:' ubi plura vide. Ceterum in Flor. a m. pr. scriptum est *ne quid incontaminatis*, omissa vocula *sit.* Ut autem ultimis prima conveniant, pro *sinceri* manu antiqua emendatum est *sinceris.* At quisque videt, ultimam literam τοῦ *incontaminatis* initialem esse verbi *sit*, cujus reliquæ interceptæ sunt a proxima voce *ut.* Mox *nec quisquam se* Lov. 4.

§ 6 *Quam enim aliam vim connubia promiscua habere*] *Connubia promiscuam habere* Voss. 2. *connubii promis-*

cuam habere Lov. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. *alia vim connubium promiscuum habere* Hav. *connubium promiscuum habere* etiam Port. *connubia habere promiscua* fragm. Hav. *connubii promiscua habere* Leid. 1. et Lipsiens. a m. pr. in contextu: *connubia promiscua habuere* Flor. a m. sec.

Nisi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis Patrumque] Pal. 3. *valgentur*, cum nota expungendæ liquidæ: ut sit, *nisi ut ferarum prope ritu vagentur.* Nam inde 'vulgivaga Venus.' Supra III. 47. 'Placet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere.' *Gebh. Vulgentur* servant omnes nostri: idque verius est. Contra per errorem librarii Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. dederunt *prope ritum vulgentur concubitu. Prope ritum* etiam est in Lipsiens. Præterea *ni*, pro *nisi*, est in Harl. 2. Vide ad XXIII. 1. § 8. *Ubi ut ferarum* exhibet Gaertn.

Ut, qui natus sit, ignoret, cujus sanguinis, quorum sacrorum sit] Bene procedunt hæc eleganti nexu, quem resolvit nonnihil Pal. 3. *ignoret, cujus sanguis, quorum sacrorum sit.* Tibull. Eleg. I. 6. 'Te semper, gnatamque tuam te propter amabo; Quidquid agit, sanguis est tamen ille tuus.' *Gebh. Cujus sanguis* manifesta librarii menda est. Ex promiscuo connubio natus sciebat 'cujus sanguis,' id est, cujus filius esset: at ex sententia consulum ignorabat 'cujus sanguinis,' id est, cujus generis, patricii an plebeii foret. In omnibus nostris vulgatum constanter superest. Verba sequentia *dimidius Patrum sit* deficiunt in Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. negligentia librariorum, cui ansam dedit repetita vox *dimidius.* Alia exempla vide ad IX. 11. § 11.

Ne secum quidem ipse concors] Monstrum residet in Pal. 2. *nec cetus quidem.* Pellant, sive configant alii. *Gebh. Ne cetus quidem* etiam Hav. *nec secum quidem* Harl. 2. et Gaertn. Monstrum illud auctore librario natum est: at quo casu, nescio. Non omnium enim, quæ indoctum hoc hominum genus peccavit, ratio reddi potest.

§ 7 *Ad consulatum vulgi turbatores adcingi*] *Attingi* Lipsiens. librariorum solito errore. Vide ad VI. 35. § 2. Tum *vulgi turbationes* Lov. 4. Præterea in verbis præcedd. *Patrum id videri*, pro *Parum i. v.* Flor. Lov. 4. et Lipsiens. In verbis seqq. τὸ *et* deest in eodem Lipsiens.

Nunc rogari, ut seu ex Patribus] *Nunc rogati* Lov. 2. *nunc rogare* Leid. 2. quomodo librarius dedisse videtur, ut ita conveniret præcedenti 'tentasse.' Reliquis tamen Mss. dissentientibus ac vulgatum firmantibus, nihil mutari placet. Ubique enim Livius, qui passim omni modo orationem variare, atque ita animis lectorum gratiorem reddere conatur, sermoni passiva forma alium activa, et vicissim subjungit. Supra I. 4. 'Sacerdos vincta in custodiam datur; pueros in profluentem aquam mitti jubet.' c. 30. 'Quum bellum utrimque summa ope pararent, vertique in eo res videretur:' ubi vide Jac. Gronovium. c. 44. 'Certis circa terminis inaugurato consecrabant, ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt:' ubi vide. II. 2. 'Rerum deinde divinarum habita cura, et regem sacrificulum creant.' c. 54. 'Adeoque neminem noxæ pœnitebat, ut etiam insontes fecisse videri vellent, palamque ferretur, malo domandam tribuniciam potestatem.' III. 49. 'Eos concio audit, decemviro obstrepitur.' c. 51. 'Placere decem creari, qui summæ rei præessent, militarique honore tribunos militum adpellare.' c. 64. 'Conspiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur, et, quo sua minus cupiditas emineret, consulibus quoque continuarent magistratum.' IV. 3. 'Quid

tandem est, cur cœlum ac terras misceant? cur in me inpetus modo pene in senatu sit factus? negent se manibus temperaturos?' VIII. 8. 'Inmemores sacramenti licentia sola se, ubi velint, exauctorent, infrequentia deserantur signa:' ubi plura vide. Ceterum τὸ *ut* deficit in Flor.

§ 8 *Ne id Jupiter optimus maximus sineret*] *Sinat* Harl. 2. et Hav. quomodo etiam erat in Pal. 2. quod ansam Gebhardo dedit conjiciendi *sirit*. Vide quæ notavit ad Liv. I. 32. § 7. Deinde *Jupiter optimus maximusque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. et Lipsiens. Adeo etiam in formulis usitatissimis librarii errarunt. Supra II. 17. 'Jupiter optimus maximus, Juno Regina et Minerva, alii Dii Deæque obsidentur:' eodem cap. 'In Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis optimi maximi decuit?' c. 19. 'Exsulum et servorum dux, profanatis omnibus, in cella Jovis optimi maximi habitaret:' ubi in quibusdam codd. idem est error: eodem cap. 'Jupiter optimus maximus, exsulum atque servorum septus armis, nulla humana ope dignus erat:' et sæpissime infra. Paullo ante vox *igitur* non comparebat in Lov. 4. et 5.

Imperium eo recidere; et se millies moriturum potius, quam ut] *Cecidere* Port. Deinde *milies* Gaertn. *miliens* Flor. et Leid. 1. Olim antiquos *mile* et *milia* scripsisse, et ita in melioribus quibusque membranis exaratum reperiri, testatur optimus Broekhus. et quos laudat ad Prop. El. I. 5. 10. Ad hanc scripturam adludit lectio mendosa cod. Haverk. in quo legitur *milites*. Vide ad I. 33. § 5. Utrum vero hæc et similia adverbia ultima syllaba per *ens*, an per *es* scribenda sint, vide ad XLIV. 45. § 9. Vocula *ut* deficit in ed. Rom. a. 1472.

§ 9 *Certum habere, majores quoque, si divinassent*] Lego *admitti patiantur. Reminiscerentur, quam majestatem senatus ipsi a patribus accepissent, quam liberis tradituri essent, quemadmodum plebes gloriari posset, se auctiorem amplioremque* patricio ordine *esse. Certum habere, &c.* Klock. Transpositionem Klockii nulli codd. probant. Ceterum vox *quoque* exsulat a Lov. 4. *dimicassent*, pro *divinassent*, præfert Gaertn.

Sed asperiorem alia ex aliis iniquiora postulando, quum prima inpetrasset] Omnia hæc verba negligentia scribæ omissa sunt in Leid. 2. Similem ob caussam vox sequens *futuram* aberat a Voss. 2. *iniqua postulando* est in Lov. 4.

§ 10 *Primo quamlibet dimicationem subituros fuisse potius*] *Prius quamlibet* Leid. 2. sed eam lectionem ferri non posse, evincit vox *potius*, quam omnes constanter agnoscunt. Vir doctus ad marginem editionis Curionis conjiciebat, legendum esse *imo*, pro *primo*. Male. *Primo* est in principio certaminum inter Patres ac plebem. Mox *sibi poni*, pro *sibi inponi*, Lipsiens. Sed prima litera τοῦ *ïponi*, id est *inponi*, intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad XXXV. 8. § 9.

Quia tum concessum sit de tribunis, iterum concessum esse] *Quia cum concessum* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Lov. quinque, et Port. *quia quum concessum* Gaertn. *quare cum concessum* Hav. *Cum* et *tum* passim confundi, dicendum erit ad Epit. Liv. lib. XLVIII. in fine. Ceterum ultimis verbis *iterum concessum esse* respici ad decemviros creatos, perperam Clericus lectori persuadere conatur, quum diu antea Gronovius ad verba seqq. certiora docuerit; respici nempe ad tribunos plebis restitutos, postquam decemviris magistratus abrogatus esset. *Item concessum*, deficiente τῷ *esse*, Gaertn. Sed alibi *item* et *iterum* a scribis commutantur. Vide ad Liv. Epit. lib. XIV. *Item* scribendum esse Gro-

nov. conjicit ad verba seqq.

§ 11 *Sinere non fieri posse in eadem civitate tribunos plebis et Patres esse*] Certissimum erratum est in ed. Asulanica. Scribendum *Finem non fieri posse:* ut paullo ante, 'Finem ergo non fieri, nec futuram.' *Rhen.* Alii, pro *Sinere, Finem* emendarunt; ut paullo superius, 'Finem ergo non fieri, nec futuram, donec,' &c. Alii *simul* malunt legere, ad hunc sensum: Simul in eadem civitate fieri non posse, ut sint tribuni ac Patres. Ego suspicor aliquid deesse: nam nulla harum lectionum mihi satisfacit. *Glar.* Quamquam Rhenanus ita legerit in vetustis libris, *Finem non fieri posse in eadem, &c.* miror tamen hanc lectionem ei probari potuisse. Quid est enim hoc loco, *Finem non fieri posse? &c.* Locus est igitur adhuc depravatus. Quos ego libros veteres legi, ii ita habent, *Finem fieri non posse.* Quamobrem partim ex vulgata, partim ex antiqua lectione legendum puto, *Finem ergo non fieri. Non posse in eadem, &c.* Nam sunt etiam quidam libri, qui habent *Sinere non posse.* Ex quo conjicio legendum *Finem ergo:* præsertim vero quum supra dixerit Livius, 'Finem ergo nec fieri, nec futurum umquam.' *Sigon.* Edit. Colon. *iterum concedendum de consulibus esse.* Deinde *Sinere non fieri posse in eadem* Tarvis. et Mogunt. *Sine re non fieri posse* Colon. præfert ad marginem. In Ms. τὸ *Finem,* sive alia vox fuit, erasum est, et ejus loco lacuna relicta. Lego *iterum concedendum de consulibus esse. Non ferri posse in eadem civitate tribunos plebei et Patres.* Klock. Et sic *Finem non fieri posse* ante Rhenanum emendavit optime Campanus, testes atque adstipulatores nactus jam Pall. duos meliores; nam Pal. 2. tenui discrimine *Finem fieri non posse;* cum legeretur ante in Andreæ ed. *Sinere non fieri posse.* Sigonius, solicitante ambitione Italica, ne qua in re cedere videretur Rhenano, nulla necessitate legendum prætendit, *Finem, ergo non fieri. Non posse in eadem, &c.* Nullo modo recte. Nam dicit consul, nullam finem sperandam esse discordiarum. Nam duplici factione scissam esse civitatem in Patres ac tribunos: alterutros esse eliminandos atque tollendos. *Gebh.* Totum hunc locum sic lego, sic distinguo: *Finem non fieri; nec posse in eadem civitate, &c.* quod sequentia probant: lege modo. *T. Faber.* Lege, *Finem non fieri: non posse in eadem.* H. Vales. *Finem non fieri posse* Mss. et Campanus et Veneti Zanensis et Juntas. Andreas et Bechar. Asc. Mog. *Sinere non fieri.* Pejus. Superest tamen aliquid incommodi, quod sustulerat Sigonius, ni particulam interjecisset *ergo,* non necessariam. Lege *quia tum concessum sit de tribunis, iterum concessum esse.* Nempe post decemviros depressos. *Finem non fieri. Non posse in eadem civitate tribunos plebis et Patres esse.* Nisi malis, *Item concessum esse finem non fieri.* J. F. Gron. *Sinere,* quod est in multis edd. principum, in nullo mihi Ms. obvium fuit, et ex *Finē* natum videtur, *f* litera in *ſ* mutata. Contra *Finem non fieri posse* servant plerique codd. Pauci tantum in quibusdam inde differunt. *Finem fieri non posse: in eadem* habent Lov. 5. Port. et Hav. *Finem non fieri: in eadem civitate* Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1. *Finem non posse fieri: in eadem civitate* Lov. 4. *Finem non fieri posse,* præter edd. Gronovio memoratas, superest etiam in Mediolan. an. 1480. et Aldina. Doujatius non defuturos existimat qui ex veteribus libris non inprobent, *Sinere* (sive pati) *non posse* (intellige *se* consules) *in eadem civitate tribunos plebis et Patres esse.* Inter quos me non esse profiteor, tum quod Mss. potius, quam quarumdam edd. fidem sequi malim; tum quod ita vel invitis etiam edd. ejicienda sit vox *fieri.* At secundum Gronovium aliosque, quorum conjecturam probo, tantum in-

serenda est vocula *non*, quæ facillime excidere potuit, quod eadem modo præcesserit. Klockii conjectura plurimum a codd. scriptura recedit, ideoque rejicienda. Mox alio ordine *aut illum magistratum esse tollendum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 4. et Lipsiens. *in eadem civitate tribunos plebis et Patres esse tollendum: potiusque sero*, reliquis omissis, Lov. 1. Sed perperam. Mox etiam *audaciæ* culpa librarii non exstat in Lov. 2.

§ 12 *Illinc ut inpune primo discordias serentes*] Tolle *ut* ex vet. lib. fide. *Sigon.* Mala fides libri Sigoniani tollit τὸ *ut;* quod eleganter additum meliores defendunt. Terentius Phorm. II. 1. 74. 'Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?' Horatius Epod. XVII. 56. 'Inultus ut tu riseris Cotyttia.' *J. F. Gron.* Recte Gronovius vulgatum adversus Sigonium tuetur, cujus veteris libri scriptura adeo etiam adseclis perpetuis, qui ubique ei consentire consueverunt, displicuit, ut hic eum deserendum judicaverint. Omnes enim mei τὸ *ut* servant, nisi quod eo careat solus Port. abest tamen etiam ab edd. Tarvis. utraque, Venetis 1495. et 1506. et tribus Ascensianis prioribus, post quas iterum voculam illam receperunt Moguntini. Ita v. 24. 'Victamne ut quisquam victrici patriæ præferret.' IX. 11. 'Ut tu quidem, quod petisti, per pactionem habeas, tot cives incolumes; ego pacem, quam hosti tibi remittendo pactus sum, non habeam?' Terent. Andr. I. 5. 28. 'Eine ego ut advorser? hei mihi, incertum est, quid agam.' Horat. Satyr. II. 5. 16. 'ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. Utne tegam spurco Damæ latus? haud ita Trojæ me gessi:' ubi vide Lambin. Præterea *discordias ferentes* Lipsiens. Male. Supra III. 40. 'Nunc demum, quum hostes prope ad portas sint, civiles discordias serant.' VIII. 27. 'Si qua ars serendis discordiis adhibeatur.' Alibi 'serere' et 'ferre' commutantur. Vide ad III. 17. § 10.

Et cum hostes tantum non accersierint, exercitus conscribi adversus hostes non patiantur? sed] In antiquo codice est *arcessierint*, quod idem est cum *accersierint*. Rhen. Lege ut legitur in Mss. libris: *et cum hostium tantum accesserit, ex. consc. adv. hostes non modo non patiantur, sed audeat Canuleius:* et tolle interrogationis notam affixam voci *patiantur*. Sigon. Diversimode et hic locus conceptus est in libris nostris, quorum Pall. 1. ac 3. *et cum hostes arcessierint, ex. consc. adv. hostes tamen non patiantur?* Pal. 2. *et cum hostes tantum arcessierint, ex. cons. adv. hostes non modo patiantur?'* Campanus subscribit vulgatæ lectioni: in qua si reponas *arcessierint*, displicere mihi non potest. Prave vero Andreas; *et cum hostes tantum arcessierint, ex. consc. adv. hostes non patiantur?* Gebh. Nihilo probius idem liber, *cum hostium tantum accesserit:* quod non debuit amplecti Sigonius, memor hanc particulam, (quæ Græcis μονονουχὶ, et significat, 'parum abest quin,' 'propemodum,') passim a librariis esse vexatam. Sic apud Cornelium Nepotem in Datame c. 1. 'Ea, quæ prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tantum non omnes superabat, acciderunt:' sane quidam veteres *quo tam omnes:* sed haud quaquam audiendi. Satis magnum illud quoque est, propemodum omnes superavisse. Valerius Maximus IX. 3. ex. 3. 'Annulos aureos sibimet ipsi et phaleras equis detractas abjecerunt, doloris impatientiam tantum non luctum profecto testati:' et hic labes ab non intellecta particula illa. Lege, *doloris impatientiam tantum non luctu professo testati.* Pars enim luctus erat deponere annulos. Idem IX. 14. ext. 2. 'Hybrean Mylasenum, copiosæ et concitatæ facundiæ oratorem,

Cymæorum servo, strigmenta gymnasii colligenti, tam similem ferunt, ut tamquam germanum fratrem totius Asiæ oculi adsignarent.' Pighius recidit *ferunt* et *tanquam*, facitque *tam similem, ut germanum fratrem totius Asiæ oculi adsignarent.* Colerus e Dan. *tam similem, ut tantum non germanum.* Sed non percurant morbum. Totum illud *tam similem ferunt, ut*, demendum est, eique nil nisi *tantum non* sufficiendum. Sic plane Fanovictoriensis codex; juvat et alter chartaceus, in quo, quæ dixi omittenda, desunt. Scripsit Valerius, *Hybrean Mylasenum, &c. Cymæorum servo, strigmata gymnasii colligenti, tantum non germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarunt.* Eadem particula mendi occasio apud Suetonium Claudio c. 38. et in Rhetoribus c. 6. *J. F. Gron.* Codici Sigoniano Oxon. suum B. consentire, Hearne auctor est. Mei, qui eidem succinere solent, hic ab eo non nihil in diversa abeunt: *et cum hostium tantum arcesserit, ex. consc. adv. hostes non modo pat.* est in Hav. *et cum hostium tantum arcesserit, ex. consc. adv. hostes tantum non pat.* in Harl. 2. et Port. Reliqui propius accedunt ad vulgatum. Lov. 5. a m. pr. per omnia vulgatum servat; sed *et cum hostium tantum arcessierit* a m. sec. in eo interpolatum est. *Et cum hostes causatum non accesserint, ex. consc. adv. hostes non pat.* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *et cum hostes arcessierint, ex. consc. adv. hostes tantum non pat.* Voss. 2. *et cum hostes tantum non arcessierint, ex. conscr. adv. hostes tantum non pat.* Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Neque aliud exstat in Lov. 2. et 4. ut et Lipsiens. nisi quod illi *accersierint* præferant, pro *arcessierint;* hic *accesserint.* Eamdem lectionem etiam exprimere voluisse videtur scriba Harl. 1. sed τῶν *tantum non* repetitio oculis ejus inposuit, et effecit, ut, mediis omnibus omissis, tantum dederit *et cum hostes tantum non patiantur.* Editi a lectione, quæ nunc exstat, non differunt, nisi quod vetustissimi præferant *accersierint, accerserint*, vel *arcesserint*, pro *arcessierint.* Vide Gebhardum ad II. 19. § 16. et ad IX. 9. § 12. Optime Gronovius illud *tantum non* vindicavit. Eodem Noster alibi sæpe usus est. Infra V. 7. 'Quum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus essent.' XXV. 15. 'Duos consules ad Beneventum esse, diei iter a Capua; tantum non ad portas et muros bellum esse:' ubi etiam ob non intellectas particulas in scriptis et excusis turbatur. XXXIV. 40. 'Nunciis aliis prope super alios adferentibus, tantum non jam captam Lacedæmonem esse:' ubi videndus Gelenius. XXXVII. 29. 'Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non posse exæquare ordinem Romanos, et tantum non jam circumiri a dextro cornu, concitat naves.' Utuntur iisdem et alii. Valer. Max. I. 8. ex. 10. 'Hoc quidem hominis, et casu; illud tantum non ore ipsius Apollinis editum:' ubi videndi viri docti IV. 6. ext. 3. 'Quum splendidissimum totius Græciæ decus Lacedæmon præcipuum uxoriæ fidei specimen tantum non nostris ostentet oculis:' ubi iterum turbant codd. Et ita is scriptor sæpe. Plin. Hist. Nat. XXII. 6. 'Excogitavit aliquas adspectu hispidas, tactu truces, ut tantum non vocem ipsius fingentis illas, rationemque reddentis exaudire videamur.' XXXV. 18. 'Ut prætoria quoque ornamenta decerni a senatu viderimus libertis, tantumque non cum laureatis fascibus remitti.' Plinius alter in Panegyr. c. 23. 'Gratum, quod tantum non ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes.' Florus III. 21. § 1. 'Vestales amplexus aras tantum non eodem igne sepelitur:' ubi videndus Dukerus. Easdem vocu-

las Livio reddere conatus est Gronov. ad XXIV. 8. § 8. et ab alio Senecæ redditas probavit ad Natur. Quæst. I. 16. Ceterum non diffitendum est notam Sigonii ad hæc verba in recentissima ed. a. 1592. omissam esse, sive lectio vet. lib. jam ipsi Sigonio displicuerit, sive illi, qui huic editioni præfuit. Quum tamen Gronovius eam servandam judicaverit, neque ego expungere volui. Edidi autem quemadmodum verba concepta inveni in prima omnium ed. In recentiori enim a. 1572. ex cod. suo legebat *ex. conscr. adv. hostes non modo patiantur:* pro quo operæ in ed. Modii dederunt *ex. conscr. adv. hostes non patiantur?* quod servatum est in Gronoviana a. 1679.

§ 13 *Delectum haberi prohibiturum*] *Dilectum* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. Klockian. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Paullo ante pronomen *se* deerat in Lov. 3.

Quid esse uliud, quam minari, se proditurum patriam? obpugnari atque capi passurum] Venustior antiqua lectio *se proditurum patriam? patriam opp.* Sigon. Primo habent Pall. duo meliores *quid hoc esse aliud.* Deinde locupletius Pal. 2. *se patriam proditurum? patriam opp. ac capi pass.?* Quam si in suo invenisset Sigonius, quantis incessisset lætitiis! Ego parum fidam libro sublestissimæ scripturæ, dissentientibus melioribus. *Gebh.* Fortasse *quid id esse aliud, quam minari?* Duk. Simile quid, ac Gebhardo in Pal. 2. etiam Sigonio in codice suo obvium fuit, eumque id cupide probasse, docet adscriptum ejus Scholion; ut Gebhardus hic verus haruspex fuerit, et Sigoniani ingenii indolem perspectam habuerit. Quod vero Sigonium ita in suo invenisse, et probasse ignoraverit, inde factum est, quod scholia ejus tantum consuluerit ex ed. vel Modii, vel Gruteri, vel simili, in quibus operarum culpa τὸ *patriam* posteriori loco erat omissum, ut etiam factum in ed. Gronoviana a. 1679. Porro *patriam proditurum, patriam oppugnari* etiam Harl. 2. *proditurum patriam, patriam oppugnari* Hav. Quamvis autem vox *patriam* posteriori loco ab errante librario omissa esse videri possit, quod modo præcesserit; qualia scribarum peccata plura vide ad XXXIII. 27. § 4. quum tamen integerrimi codd. in ea omittenda conspirent, eaque neglecta sensus haud minus elegans sit, Gebhardum secutus eam insuper habui. Præterea voces *se proditurum patriam? oppugnari* negligentia descriptoris exsulant a Leid. 1. Similitudo ultimarum literarum in vocibus *minari* et *oppugnari* eum in hunc errorem pertraxit. Tum *oppugnari ac capi* est in Hav. *cupi passum* in Voss. 1. et Leid. 2. Denique *quid hoc esse aliud* in Voss. 2. quomodo sæpe obcurrit 'quid hoc rei est?' 'quid id rei est?' de quo dixi ad III. 4. § 5. Ita VI. 7. 'Hostis est quid aliud, quam perpetua materia virtutis gloriæque vestræ?' Vulgatum tamen, cui favet reliquorum meorum consensus, non damno. Ita enim ipse Livius sæpe alibi locutus est. Mox hoc lib. c. 4. 'Quid est aliud, quam exsilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati?' VI. 40. 'Quid est aliud dicere, quod petunt alii, nos ita fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus?' et inferius eodem cap. 'Quid est dicere aliud, nisi, quia indignos vestra voluntate creaturi non estis, necessitatem vobis creandi, quos non vultis, inponam?'

Non plebi Romanæ, sed Volscis, et Æquis, et Veientibus] *Non plebis Romanæ* perperam Flor. Lov. 1. Lipsiens. Leid. uterque, et Voss. 1. a m. pr. Deinde *venientibus* Flor. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 52. § 7.

§ 14 *Se speraturos Capitolium atque arcem scandere posse*] *Se separatos* aberrans librarius cod. Hav. *arcem se*

scandere Leid. 2. et Lov. 1. unde conjectura nasci posset, legendum esse *arcem escendere posse.* Passim enim id verbum a librariis corruptum est. Vide ad II. 28. § 6. Sed nihil muto. Liv. III. 68. 'Jam intra mœnia erit, et arcem et Capitolium scandet.' Horat. Od. III. 30. 8. 'Crescam laude recens, dum Capitolium Scandet cum tacita virgine pontifex.'

Cum jure majestate ademta, animos etiam eripuerint] Rott. Florent. Voss. duo, et editi, *cum jure ac majestate.* Forte etiam distinguendum: *scandere posse? Si patribus tribuni cum jure ac majestate ademta animos etiam eripuerint, consules paratos.* J. F. Gron. Particula *ac* non modo superest in omnibus nostris, nisi quod ejus loco τὸ *atque* substituat Hav. et in omnibus, quos Hearne consuluit, Oxon. verum etiam in editis usque ad postremam Gruteri, ubi, nescio utrum voluntate editoris, an vero lapsu operarum, perperam omissa fuit. Præterea *adepta* Flor. Sæpius ita peccarunt librarii; quod, quum forte *adēpta* scriptum esset, ad additam notam non adtenderint. Vide ad II. 56. § 16. Mox vocem *scelus* non agnoscit Klockian.

CAP. III. § 1 *Quum maxime hæc in senatu agerentur*] *Maxume* Flor. qui ita sæpius exaratum præfert. Vide ad cap. præc. § 2. *hæc agerentur in senatu* Harl. 2. et Hav. Paullo post verba *et adversus consules* deficiunt in Leid. 2. sola autem vocula *et* in Lov. 5. et ed. Rom. a. 1472. ac Parm. 1480.

§ 2 *Quantopere vos, Quirites, contemnerent Patres*] Ut sæpe ad Ciceronem monui, legendum et hic ex Pal. 3. *quanto opere.* Sic Gellius l. XIII. cap. 26. 'Legebatur Panætii philosophi liber de officiis secundus, ex tribus illis inclitis libris, quos M. Tullius magno cum studio maximoque opere æmulatus est:' et XVI. 13. 'Prænestinos autem refert maximo opere ab Tiberio imperatore petisse orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur.' Hinc corrigendus Novius Atellana, quæ inscribitur Parcus, apud eumdem auctorem XVII. 2. e Mss. Pall. 'Quod magno opere quæsiverunt, id fruisci non queunt.' Livius VI. 5. 'Haud magno opere plebem moverant, et infrequentem in foro:' ut habent duo Pall. codd. meliores. Lib. VII. c. 14. 'Tullius magno opere a dictatore petere:' ut habet Ms. Pal. 3. Ibidem Pal. 3. 'Illi quoque tamen videndum magno opere esse.' IX. 45. Pall. duo: 'Quod quanto opere optandum foret, Hernicos docuisse:' XXVI. 50. 'Quando tanto opere peterent.' Ita correxi XXXVI. 59. *Gebh.* *Quanto opere* etiam Flor. Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Plura infra dicentur ad Liv. XXVIII. 18. § 4.

Qui una secum urbe intra eadem mœnia viveretis] Pal. 2. *quod una septi urbe.* In similem incidit codicem Campan. *quia una septi in urbe.* Gebh. *Quia una secum urbe int. ead. mœn. viritis* Lipsiens. et Lov. 4. *quia una secum urbe int. ead. m. vixeritis* Lov. 5. et Port. a m. pr. in quo posteriori *septi,* pro *secum,* emendatur manu altera: *quia una septum urbe* Flor. *qui una septi urbe int. ead. m. vixeritis* Hav. et Harl. 2. *qui una septi urbe* fragm. Hav. quod tamen a m. sec. *quia,* pro *qui,* præfert. *quia,* pro *qui,* est etiam in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Klockian. et ed. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Sed nihil mutandum. 'Indignos, qui viveretis,' ut sæpe alibi. Supra I. 17. 'Patres deinde, si dignum, qui secundus ab Romulo numeretur, crearitis, auctores fient.' Terent. in Eun. V. 2. 26. 'si ego digna hac contumelia Sum maxime; at tu indignus, qui faceres, tamen.' In Heautont. IV. 4. 19. 'Dignam me putas, quam inludas.'

Sæpe equidem et ante videor animadvertisse] *Sæpe quidem* Lov. 2. et Gaertn. Sed litera initialis τοῦ *equidem* intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6. Deinde τὸ *ante* non comparet in Voss. 2. et hoc modo trajicitur *et videor ante animadvertisse* in Harl. 2. et Hav.

§ 3 *Quid aliud quam admonemus, cives nos eorum esse*] *Quid aliud admonemus, quam cives* Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. nam a m. pr. τὸ *admonemus* omissum est. Videntur autem librarii ita voces transposuisse, quod non adsequerentur elegantiam, in scriptis Livianis tamen sæpissime obviam, ut 'quid aliud quam,' 'nihil aliud quam' ponantur, pro quid aliud agimus quam, nihil aliud agimus quam. De priori vide ad Liv. XXXIV. 2. § 12. ubi partim ex Mss. partim ex conjectura scribendum monebo, *Quid enim nunc aliud per vias et compita, quam rogationes tribunorum plebis suadent, aliæ legem abrogandam censent:* de posteriori ad XXXI. 24. § 3. ubi Gronovius scribendum monuit, *Nec quidquam aliud, quam ad deforme spectaculum semirutæ ac fumantis sociæ urbis quum venisset.* Præterea *cives vos eorum esse* Lipsiens. ac Lov. 2. et 3. *nos cives eorum esse* alio ordine Hav. Denique anonymus ad marginem ed. Curionis malebat *concives nos eorum esse.* Sed diu est, quod viri docti Voss. Vorst. Sciopp. aliique docuerint, *concivis* barbaram atque ultimæ Latinitatis vocem esse, eoque sensu scriptores, qui optimo seculo linguæ Latinæ et diu postea vixerunt, vocabulo *civis* usos esse. Silius VI. 670. 'Cernit et extremos defuncti civis honores.'

§ 4 *Altera connubium petimus, quod finitimis externisque dari solet*] *Ipsos ad conn. petimus* Lov. 2. *Alter ipsos ad conn. petimus* Gaertn. *conubium* autem et hic et alibi sæpe in Flor. et Leid. 1. exaratum conspicitur. Utramque scribendi rationem priscis in usu fuisse, et in Mss. obcurrere, observat Dausquei. de Orthogr. parte sec. ea voce. Ratio tamen et origo vocis stat pro vulgata scriptura. Deinde *finitimis hiis externisque* Lov. 1. *finitimis extraneisque* Lov. 3. *finitimis exterisque* Lov. 4. quarum varietatum compendium scribendi caussa fuit: *externis finitimisque* Hav. *exenis finitimisque* Harl. 2. Verum *finitumis*, pro *finitimis*, scriptum præfert Leid. 1. non tantum hoc loco, sed etiam sæpe alibi. Ita I. 21. § 2. II. 53. § 3. ubi quædam vide. IV. 17. § 6. et alibi. Ea autem scriptura ex Caii Cæsaris Cenotaphio Pisano firmari potest, ubi *legitume* scriptum obcurrit. AD. DECVRIONES. REFERANT. EORVM. PVBLICA. AVCTORITATE. ADHIBITA. LEGITVME. ID. CAVEATVR. Ita *maritumus.* Vide ad VI. 31. § 5. Similiter 'optumus maxumus' scripserunt æque atque 'optimus maximus.' Vide ad III. 17. § 5. 'decumus' æque ac 'decimus.' Vide ad II. 59. § 11. 'intumus' æque atque 'intimus.' Vide ad I. 1. § 2. Denique *dare solent* Harl. 2. et Lipsiens. Sed præstat quod editur.

§ 5 *Ut, quibus velit, populus Romanus honores mandet*] Τὰ *populus Romanus* desunt in Lov. 1. a m. pr. *ut, quibus velit Romanis,* præfert editio Mediolan. an. 1480. Paullo ante *nihil novi fecimus,* pro *m. n. ferimus,* Lov. 1. 2. 4. a m. pr. et Lipsiens. Vide ad VII. 3. § 6. Præterea *si id,* pro *sed id,* ed. Rom. 1472. et Parm. 1480.

§ 6 *Quid tandem est, cur cœlum ac terras misceant*] Pal. 1. ut erat quoque in Pal. 3. *cur cœlum ac terras misceantur.* Et sæpe in forma passiva activa significatione ab auctoribus frequentantur. *Gebh.* *Cœlum et terras* Lov. 5. Harl. 1. et Hav. *cœlum ac terras misceantur* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod tamen, ut Gebhardus facere videtur, non ipsi Livio, sed ejus librariis, adscribendum arbitror; qui non modo notam, qua duæ ulti-

mæ literæ terminationis hujus passivæ indicari solent, sæpissime omiserunt, sed etiam pro lubitu addiderunt, ubi locus ei non erat. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Ceteroquin posset suspicio oriri, librarium dare voluisse *cur cælum ac terra*, vel *terræ misceantur*. Verum potius videtur Livius, locutioni activæ subjiciendo passivam, et huic iterum activam, orationem variasse, de quo ante dictum ad cap. præc. § 7. Quin immo forsan id librariis displicuit, et locum corrumpendi prætextus exstitit. Præterea *Quid tamen est* Lipsiens. Vide ad XXII. 2. § 11. *Cur tandem est, cur cælum* Klockian. Mox *sit in senatu factus* Gaertn.

Negent se manibus temperaturos, violaturosque denuncient] *Negentes manibus*, duabus literis transpositis, ac duabus vocibus perperam junctis, Leid. 1. pro quo deinde *negantes manibus* præferunt Voss. 2. (cujus margini alterum *negent se manibus* pro varia lectione adpictum est) Lov. 3. et 5. a m. pr. qui *negant manibus* habet a m. sec. *negant se manibus* Gaertn. 'Temperare manibus' est a vi abstinere. Supra II. 23. 'Nec temperatum manibus foret, ni propere consules P. Servilius et Ap. Claudius ad comprimendam seditionem intervenissent.'

§ 7 *Si populo Romano liberum suffragium datur*] Abest a Pall. binis τὸ *liberum*. Ita mox § 10. iidem omnes *populi jussu Patribus regnasse*, ejecto τῷ *auctoribus*. Gebh. Vocem *liberum* omnes nostri recte servant, uno excepto Lov. 3. in quo, ut et in Pall. duobus Gebhardi, scribarum culpa omissa est.

Et non præciditur spes plebeio quoque] *Et nunc* Lov. 2. et Gaertn. *et si nunc* Harl. 2. Deinde *præcingitur* Voss. 1. *præfigitur* Leid 2. in margine. 'Præcidere spem' Livius infra quoque hoc cap. utitur: 'Civis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit.' XXIV. 31. 'Ne spem reditus præciderent sibi.' XXIX. 15. 'Ita præcisa spe senatum adeundi deprecandique:' et XLII. 50. 'Postquam legati ab Roma regressi præciderant spem pacis.' Etiam Cic. in Verr. I. 7. 'Id sum adsecutus, ut una hora, qua cœpi dicere, reo audaci, profuso, perdito spem judicii corrumpendi præciderem.' Ita 'præcidere reditum' Cic. in Pison. c. 22. 'De reditu Gabinii omittamus: quem etsi sibi ipse præcidit; ego tamen, os ut videam hominis, exspecto:' 'præcidere ultionem' Petron. in Satyr. c. 82. 'Despoliatus ergo, immo præcisa ultione, retro ad deversorium tendo.' Præterea *plebeio cuique* pleræque edd. principes, et operarum errore *plebeio quique* Tarvis. prima, usque ad Mediol. 1495. et Venetam 1498. in quibus *plebeio quoque*, quod jam editum exstat Romæ 1472. et Parm. 1480. iterum repositum. Id autem etiam servant omnes scripti.

Adipiscendi summi honoris] Legitur in omnibus fere libris *apiscendi*; et c. 6. 'Ut patricios desperatio primo, irritata plebe, apiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret.' Inventi ecce sunt, qui, ut per omnia antiquum obtineant, utroque loco, capital, credo, admissuri, si Livio suam vocem reliquissent, *adipiscendi* reposuerunt, cum *apiscendi* verbo Lucretius, Catullus, ipse denique, cum in libris de LL. tum in Epistolis, Cicero utantur. *Modius*, Novant. Lect. epist. 30. Modius hic et libro eodem c. 6. in illis verbis, 'ut patricios desperatio primo, irritata plebe, apiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret,' legit *apiscendi*. Verum nihil tale in omnibus nostris libris. *Gebh.* Et hic et c. 6. licet obsequaris Fr. Modio, et sine religione scribas *apiscendi*. Invenimus et nos tandem in mem-

branis, sed non nisi optimis et antiquissimis. *J. F. Gron.* *Apiscendi* ex meis hoc loco retinent Leid. 1. et Harl. 1. ex illis vero, quos Hearne Oxonii evolvit, L. 1. 2. et N. proxime accedunt Flor. in quo est *apiciscendi*, et Klockian. obferens transpositis literis *aspicendi.* Festus in voce 'Aptus:' ''Aptus' cum propria significatione intelligatur; poni tamen solet pro adeptus; sicut 'apisci' pro adipisci.' Plautus in Epid. v. 2. 3. 'Sine, me hominem apisci.' Terent. in Heaut. IV. 3. 15. 'Deorum vitam apti sumus.' Ita enim Faërnus, pro *adepti*, ex optimo Bembi codice restituit. Tacit. Annal. III. 31. 'Ac forte parva res, magnum ad certamen progressa, præbuit juveni materiam apiscendi favoris.' XIII. 21. 'Baiarum suarum piscinas excolebat, cum meis consiliis adoptio, et proconsulare jus, et designatio consulatus, et cetera apiscendo imperio præpararentur:' ita Ryckius ex cod. suo, pro *adipiscendo*, edidit, eoque Tacitum delectari docuit. Nuper etiam Corte id Plinio restituit Ep. IV. 8. 'Illud vero ut apisci arduum, sic etiam sperare nimium est.' Quem ad eum locum vide; ut et Giphanii Collectan. ad Lucret. in voce 'Apisci:' et Voss. in Etymol. Ling. Lat. voce 'Apio.' Mox *stare urbs hic non poterit* Gaertn. *stare hæc urbs* Lov. 4.

Plebeiusne consul fiat] Scribe *plebeius ne consul fiat.* Est enim quasi lex. *J. F. Gron.* Ut Gronovius emendavit, in plerisque superest codd. At vero Flor. legit *plebeius nec consul fiat:* ubi ultima litera τοῦ *nec* repetita est ex principio vocis sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. Alii, ut Voss. 1. et Leid. 2. habent *plebeius non consul fiat*, quo ipso tamen ejus emendatio adstruitur. Verosimile enim est, olim voculam *ne* in margine per τὸ *non* expositam, ipsamque expositionem, primigenia lectione rejecta, deinde receptam esse. Si vero *plebeiusne* scriptum exstitisset, illud *ne* per *non* reddi non potuisset. Libri excusi variant, ita tamen ut antiquissimi, quos vidi, duabus vocibus *plebeius ne* dederint, et Lugdunenses demum 1553. substituerint *plebeiusne.* Quamvis autem anno sequenti Gryphius, et biennio post Basileenses ac Sigonius iterum priscam lectionem reduxerint, eam tamen Parisiensibus a. 1573. veram esse persuadere non potuerunt. Parisienses autem lapsos deinde secuti sunt omnes recentiores editores usque ad Jac. Gronovium, qui patris emendationem contextui reddidit. Et tamen postea iterum Hearne, Clericus, aliique *plebeiusne* servare maluerunt. Paullo ante *de imp. factum est*, pro *de imp. actum est*, Flor. solito lapsu scribarum. Vide ad VI. 28. § 2. Vulgatum verum est. Sollemnis enim formula est *actum est*, in summa desperatione. Supra II. 48. 'Actumque de exercitu foret, ni K. Fabius in tempore subsidio venisset.' c. 55. 'Dicere, actum esse de libertate sua:' et alibi sæpe. Vide Brisson. de Formul. VIII. p. m. 740.

Tamquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat] *Ac libertinum* Harl. 2. qui error frequens est in Mss. Vide ad XXI. 53. § 3. *aut libertum* Lov. 4. Voces *aut libertinum* deficiunt in Voss. 2. Denique *consulem dicat futurum* alio ordine Leid. 2.

§ 8 *Ecquid sentitis, in quanto contemtu vivatis*] *Et quid sentitis* Flor. Voss. ambo, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Vide ad v. 36. § 5. In fragm. Hav. *Ecquid* a m. sec. exstat, priori lectione erasa. *Ecquid* autem hic simplex est interrogatio. Vide ad XXVII. 10. § 2. Deinde *in quanto contemtu petatis* Klockian.

Lucis vobis hujus partem, si liceat, adimant] *Nobis* habet Port. *lucis hu-*

jus vobis partem Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. *lucis vobis hujusmodi partem* Hearnii Oxon. L. 1. et C. et Lov. 4. Sed τὸ *hujus* non est in Lipsiens. Deinde *scilicet adimunt* Hav. Vide ad III. 71. § 3. Mox *quod spiratis* scribæ negligentia non comparet in Voss. 1. Primitus etiam omissum erat in Lov. 1. sed ab eadem m. scriptum est in margine: *quid speratis* est in Gaertn. qui et mox *quid vocem mittitis, quid formas.* Passim *quid* et *quod* commutantur. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. Similiter etiam 'spirare' et 'sperare.' Vide ad V. 23. § 2. Tum alio ordine *formas habetis hominum* Lov. 4. *formam hominum habetis* editi priores Aldo, qui *formas* dedit, adstipulantibus omnibus scriptis.

§ 9 *Quin etiam, si Diis placet, nefas aiunt esse*] *Tum etiam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Qui etiam* Lipsiens. et Gaertn. Præterea *si Dis placet,* Flor. Leid. 1. et Lov. 1. quod deinde pronum fuit librariis mutare in *si displicet,* ut factum est in Lipsiens. Lov. 4. a m. pr. et Voss. 1. In quo deinde posteriore nasutior aliquis vocem *si* erasit. Vide ad XXXVII. 53. § 5.

Si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur] Ant. Perizon. inter versus ad primam vocem adscripserat τὸ *etsi,* sive ita legendum judicaverit, sive potius vocem *si* eo sensu hic poni existimaverit. Non culpo. Potes tamen etiam *si* hoc loco capere 'si quidem,' 'quoniam;' ut VII. 13. 'Quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes, haud secus quam feminas, abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt:' ubi vide quæ notantur. Deinde *ad commentarios pontificium* Harl. 1. quod librarii erratum est.

Admittimur; ne ea quidem scimus, quæ omnes peregrini etiam sciunt] Notanda est lectio, quæ in codd. Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. obcurrit. Eorum prior præfert *pontificum omnes peregrini etiam sciunt admittimur, nec ea quidem scimus, quod omnes peregrini etiam sciunt:* secundus *pontificum omnes peregrini etiam sciunt admittimur, nec ea quidem scimus, quæ omnes peregrini etiam sciunt:* tertius autem, *pontificum omnes peregrini etiam sciunt admittimur, nec eadem quidem scimus, quod omnes peregrini etiam sciunt.* Jam vero ex vitiosa tot vocum repetitione, cui sola librarii negligentia caussam dedit, constare puto tres illos codices, si non plane ex eodem, attamen ex talibus exemplaribus descriptos esse, quæ ex eodem mendoso libro propagata sunt. Non enim verosimile est, quemque eorum sponte in singularem hunc errorem incidisse, sed potius alium ita præeuntem secutos esse. Mox trajectis dictionibus *in regum locum successisse* Harl. 2. et fragm. Hav. *in locum regium* habet Lov. 4. qui deinde omisit vocem *ante.* Præterea *in regibus ante fuerat* est in Gaertn.

§ 10 *En umquam creditis fando auditum esse*] *En numquam* Leid. 1. Voss. 2. Harl. 1. Lov. 1. 3. Lipsiens. et Gaertn. Sed ultima litera τοῦ *En* perperam capiti vocis seq. præposita est. Male. Usum particularum *en umquam* inlustravit Gronov. ad Livii XXX. 21. § 8. Vide etiam quæ notabo ad XXIV. 14. § 3. *Item umquam* obfert Lov. 4. Insuper *credis,* pro *creditis,* male Voss. 2.

Sed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro adcitum] *Sed ne quidem civem Romanum* Lov. 5. et Port. Nihil muto. Præterquam enim quod duo, et ii ne optimi quidem, codd. reliquorum consensui præferri nequeant, observandum etiam est Livium et optimos scriptores ita plerumque particulis *ne quidem* usos fuisse, ut inter eas unam aut plures voces interponerent. Id quum observasset Tursellin. de Partic. Latin. Orat. c. 99. addit quemdam tamen Gulielm. Insulanum Menap. p. 3. Observ. reperisse, bis illud a Cicer. semel a Livio

neglectum esse. Negare non audeo forte alibi voculas illas nulla dictione media junctas occurrere, certe ita in optimis Grævii et Gronovii edd. excuditur ad Attic. II. 16. 'Ego illud ne quidem contemnam, quod extremum est:' ubi tamen alii *ne illud quidem* præferunt. Vide ibid. Manut. Id tamen dicam, tribus illis, quæ ex Gulielm. Insulano Tursell. laudavit, locis aliter hodie in optimis excusis vulgatum reperiri. Prior locus est Cic. de Natur. Deor. I. 24. 'Nam de vita beata nihil repugno, quam tu ne in Deo quidem esse censes, nisi plane otio langueat.' Alter in Philipp. v. 9. 'Sed ne de utilitate quidem sua cogitaverunt.' Locus tandem Livii XXXVIII. 25. 'Ut ne fugam quidem facilem aut tutam haberent.' Vide etiam hoc lib. c. 26. § 11. Porro præpositio *ex* abest in Harl. 2. et Hav. at sex voces *quidem Romanum, ex Sabino agro adcitum* exsulant a Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Eædem, prima tantum excepta, omissæ etiam sunt a librario Lipsiens.

Populi jussu, Patribus auctoribus] Gebhardus ad § 7. hujus cap. monuit vocem *auctoribus* in omnibus Pall. deficere; quam neque in uno meorum reperi, nisi tantum in Lipsiens. et Lov. 4. a m. sec.

§ 11 *L. deinde Tarquinium non modo Romanæ*] Vetus liber dumtaxat ob transpositionem adverbii *modo* a vulgatis edd. evariat: *L. deinde Tarquinium non Romanæ modo, sed ne Italicæ quidem gentis.* Animadvertendum autem sic Livium loqui solitum, unica tantum adhibita negatione, ut in libro primo primæ Decadis cap. 40. 'Regnare Romæ advenam,' inquit, 'non modo vicinæ, sed ne Italicæ quidem stirpis.' Quem locum quidam, addita negatione, castigare sunt ausi: docent hoc vulgatæ edd. Aliquando duabus utitur negationibus; qui sermo frequentior est apud auctores, ut c. 21. 'Tantum metum,' inquit, 'vastitatis in urbe agrisque fecit, ut non modo prædandi causa quisquam ex agro Romano non exiret, bellive inferendi memoria Patribus aut plebi esset; sed ultro Fidenates, qui se primo aut oppido, aut montibus, aut muris tenuerant, populabundi descenderent in agrum Romanum.' *Rhen.* Pall. tres *non Romanæ modo.* Neque secus Campan. Supra I. 40. 'Regnare Romæ advenam, non modo vicinæ, sed ne Italicæ quidem stirpis.' *Gebh.* Recte Rhenanus monuit *non modo* hic poni pro 'non modo non:' alia ex Livio exempla vide ad XXV. 26. § 11. Duabus negationibus modo usus est Livius hoc cap. 'Numam Pompilium, non modo non patricium, sed ne civem quidem Romanum.' Ceterum *non Romæ modo* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *non Romanæ modo* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. et 1. a m. sec. insuper Lipsiens. Gaertn. Klockian. Harl. uterque, Port. Hav. et fragm. Hav. Quod quum in suis etiam codd. exstare viri docti monuerint, recipiendum putavi. Licet enim sæpissime τὰ *non modo* nullo medio adscito jungi soleant, interdum tamen etiam vox interponitur. Apud Cic. Tusc. v. 33. 'Tertias, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem adtingerent, funditus ejiciendas putavit:' et apud Justin. XI. 8. 'Tum repente tantus nervos ejus occupavit rigor, ut interclusa voce non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi inveniretur.'

Sed nec Italicæ quidem gentis] Scribe *ne Italicæ quidem*, non *nec.* J. F. Gron. Recte. Neque tantum ita omnes scripti mei, uno excepto Lov. 5. in quo *ne* non comparet; sed et priscæ edd. usque ad Gruterum, qui perperam *nec Italicæ quidem* vulgavit. Vide ad I. 10. § 3. Τὸ *quidem* deficit in Lov. 3.

Demarati Corinthii filius] *Damarati*

ut supra. *Sigon.* *Demarti* Lov. 3. *Demarati* Flor. Leid. 2. Lov. 4. Harl. 2. et Hav. *Demarathi* Leid. 1. Lov. 1. et 5. et fragm. Hav. At *Damarati* Voss. ambo, Lov. 2. et Port. *Damarathi* Harl. 1. Contra Pal. 1. *Demarati*, Pal. 2. *Demarathi* præferre Gebhard. notavit ad I. 34. § 2. ubi plura vide. Mox *incolam ab Quintiis Tarquiniis* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed illud *Quintiis* ex ultimis syllabis vocis *Tarquiniis* natum puto. *Incolam a Tarquiniis* vetustiores excusi usque ad Aldum, qui *ab* substituit, omnibus meis consentientibus, uno Gaertn. excepto, qui fere semper *a* *τῷ* *ab* substituit.

§ 12 *Captiva Corniculana natum, patre nullo, matre serva*] *Patre nullo*, id est, ignobili, ignoto, et ab historicis præterito. Horat. Satyr. I. 6. 9. 'Ante potestatem Tullî atque ignobile regnum Multos sæpe viros, nullis majoribus ortos, Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos.' Seneca Epist. 108. 'Duos Romanorum reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam, de Servii matre dubitatur. Anci pater nullus; Numæ nepos dicitur.' Melchizedekum in divinis literis similiter dici *ἀπάτορα, nullo patre*, observant theologi, quia et illius pater quis fuerit, in veteri codice nusquam declaratur. *Jac. Periz.* Animadv. Histor. c. 3. p. 157. *Captiva Cornicula natum* Voss. 1. Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. Harl. 2. et Port. in quibus ultimam syllabam vocis *Corniculana* prima sequentis absorpsit. *Cornicula nā natum* Leid. 1. et Harl. 1. *Cornicularia natum* Lov. 3. Leid. 2. et fragm. Hav. litera *n* in *ri* dissoluta. Vide ad Livii III. 30. § 3. Deinde *Cornicularia nō notū patre illo* Lov. 5. a m. pr. *Cornicularia natum non nota patre illo* a m. sec. Verum illa *nō notū* ex glossa marginali in contextum perperam admissa censenda sunt; iis autem indicari per 'patrem nullum' intelligendum esse patrem non notum. *Patre illo* etiam Leid. 1. Insuper *serva matre* Gaertn. Ceterum ipse Livius I. 39. negat Tullium revera ex serva natum fuisse. Inde tamen non efficiendum est eum hoc loco a se dissentire. Supra enim sententiam, quam veriorem credebat, protulit; hic autem Canuleius alteram, sibi magis faventem, arripit, ut nullum, ne vilissimum quidem ac servile, genus a Romanis fastiditum ostendat, atque ita patriciis extorqueat, plebeiis aditum ad summos honores negandum non esse. Eadem ratione Canuleius Ser. Tullii regis patrem 'nullum' vocat, quem supra eodem loco 'Ser. Tullium principem in urbe Corniculo' vocarat. Similiter hic Numa Pompilius 'populi jussu, Patribus auctoribus Romæ regnasse,' adeoque universi populi patriciorum et plebis consensu regnum in eum collatum esse dicitur, quem Livius a solo senatu regem electum refert I. 17. et c. 18. Ita denique, non Livius, sed Ap. Claudius, tribunos plebis 'privatos esse, sine imperio, sine magistratu' dicit II. 56. § 13. quos ipse Livius passim inter magistratus retulit, ut ad eum locum notavi.

Ingenio et virtute regnum tenuisse] Est in veteri libro *ingenio, virtute*, absque copula. *Rhen.* *Ingenio et virtute* quidem Andreas. Flor. tamen, Rott. Helm. uterque Voss. *ingenio, virtute, regnum tenuisse.* Sic III. 68. 'Nunquam vestrum quisquam re, fortuna, domum auctior rediit:' non modo scripti, sed omnes etiam impressi ante Aldum. Hoc lib. cap. sequenti: 'in æternum urbe condita, in immensum crescente:' sic illi, quos modo nominavi. At jam Andreas *et in immensum.* Etiam c. 8. reficies tuto, *publicorum jus privatorumque locorum, vectigalia populi Romani.* Nam *τὸ et*, quod interponitur, unius Sigoniani est. Sic v. 48. 'Capitolinus exercitus stationibus, vigiliis fessus,' Flor. Rott. Helm. Voss.

non *vigiliisque*. J. F. Gron. *Ingenio et virtute* ex omnibus meis soli tantum Lov. 5. et Port. *ingenio virtuteque* Lov. 2. 4. Lipsiens. Harl. 2. et Hav. Reliqui copulam, a Rhenano et Gronovio expunctam, non agnoscunt. Cum iis autem faciunt etiam codd. quos Hearne Oxonii evolvit, B. L. 1. N. et C. Gebhardus etiam ex Mss. delendam esse monuit ad I. 40. § 3. Passim autem Livius abjectis copulis loqui amavit. Hoc lib. c. XV. 'In qua nuper decemviros bonis, exsilio, capite multatos ob superbiam regiam.' I. 9. 'Multi mortales convenere studio etiam videndæ novæ urbis; maxime proximi quique, Cæninenses, Crustumini, Antemnates.' X. 35. 'Legatis, tribunis, præfectis sociorum imperat, quod apud quemque facto opus est.' XXIII. 4. 'Hinc senatores plebem adulari, salutare, benigne invitare, adparatis accipere epulis, eas caussas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem judices dare, quæ magis popularis esset:' et c. 12. 'Magnam vim frumenti, pecuniæ, absumi:' ubi olim etiam *pecuniæque* male edebatur. Vide Gronovium ad III. 9. § 4. Infra ad VI. 3. § 3. c. 41. § 2. et ad IX. 1. § 10. Vide etiam quæ notantur ad III. 68. § 4.

§ 13 *In quo eniteret virtus*] *In quo enim terret virtus* Leid. 1. et Harl. antiq. quod errantibus librariis tribuo: ut et quod voces *in quo eniteret* desint in Hav. Mox transpositis vocibus *crevit Rom. imp.* Lov. 4. *crevit imp. Rom.* Lov. 2.

Pœniteat nunc vos plebeii consulis] Alio ordine, *Pœniteat vos nunc* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Harl. 2. et vetusti inpressi usque ad Aldum. *Pœniteat nunc nos* Lipsiens. et Gaertn. qui ita dedisse videntur, quod mox addatur *majores nostri*, non *vestri*: quæ etiam ratio est, cur alii codd. qui hic *vos* servarunt, mox *vestri* admiserint. At male. Non enim Canuleius qui loquitur, aut plebs, sed patricii consulem plebeium fastidiebant.

Quum majores nostri advenas reges non fastidierint] *Majores vestri* Lov. 4. Port. et fragm. Hav. a m. sec. id est, majores patriciorum. At non omnes reges a solis patriciis regnum acceperunt. Tullum Hostilium populus regem jussit, I. 22. Ancum Marcium regem populus in comitiis creavit, c. 32. Tarquinium Priscum ingenti consensu populus Romanus regnare jussit, c. 35. Ser. Tullius, quum ante injussu populi, voluntate Patrum regnasset, (vide c. 42.) postea ad populum tulit, vellent juberentne se regnare? tantoque consensu, quanto haud quisquam alius ante, rex est declaratus, c. 46. Postremus regum Tarquinius Superbus, neque populi jussu, neque auctoribus Patribus, regnavit, c. 49. Præfero igitur, quod alii servant Mss. *majores nostri*. Deinde *non si fastidierunt* Hav. Forte voluit librarius *non sic fastidierunt*. Malo tamen editam lectionem; sequitur enim mox *fuerit*.

§ 14 *Non in civitatem modo accepimus*] Pal. 1. *in civitate*. Gebh. *In civitate* etiam Port. et fragm. Hav. Non placet. Supra II. 5. 'Qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur.' VI. 4. 'Eo anno in civitatem accepti, qui Veientium transfugerant ad Romanos.' VIII. 13. 'Augere rem Romanam victos in civitatem accipiendo.' c. 14. 'Aricini Nomentanique et Pedani eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.' Ita 'recipere,' 'suscipere in civitatem' inlustrantur ad loc. laud. II. 5. § 10. Similiter 'accipere in amicitiam' ad VII. 30. § 4. 'accipere in deditionem' ad XXXIII. 20. § 5. Et sequitur mox 'sed etiam in patriciorum numerum.' *In civitatem non accepimus* Hav. Solet sæpe τὸ *modo* vel *tantum* in his 'non modo' vel 'non tantum, sed etiam' reticeri. Vide hoc lib. c. 13. § 13. At uni, et

præsertim isti, codici fidem habere nequeo. Paullo ante *Claudiam gentem certe* transpositis vocabulis, priscæ edd. ante Aldum, qui ordinem nunc receptum dedit, consentientibus omnibus meis Mss. *Claudiam certe regem post dies exactos* perperam præfert Klockian.

§ 15 *Ex peregrinone patricius, deinde consul fiat*] Pal. 2. *deinde et consul fiat.* Campanus edidit, *ex peregrino non modo patricius, sed et consul fiat.* Gebh. *Ex peregrino nec patricius* Voss. 2. et Lov. 3. *ex peregrino patricius* Port. *ex peregrino non modo patricius, deinde consul fiat* fragm. Hav. sed a m. sec. quum olim pro *ex peregrino non modo* aliud scriptum exstiterit, quod hodie deletum amplius legi non potest. Pighius, qui in Annal. Rom. ad a. CCLVIII. p. 88. hunc locum ad partes vocavit, laudat *consul fiet*, duobus meorum codicum Gaertn. et Lov. 2. hanc lectionem probantibus. Tò *fiat* deest in Lov. 4.

Civis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit] Pighius loco, quem dixi, laudat *civi Rom. si sit ex plebe*, dissentientibus omnibus meis. Et optime etiam vulgatum servari potest, intellecto ad postrema verba τῷ *ei. Præcisa ei consulatus spes erit:* quomodo locum intelligendum docuerunt Gronovius ad XL. 26. § 8. et Cortius ad Sall. Cat. c. 11. § 2. Sæpe ita pronomen demonstrativum subintelligi solet. Vide ad XXIII. 15. § 4. ubi Gronovius simillimum locum laudavit ex Plauto in Trinumm. II. 4. 21. 'Pater cum peregre veniet, in porta est locus:' ubi etiam Donza *Patri* invitis Mss. substituebat. Vide etiam ad II. 3. § 6. ad V. 1. § 8. et alibi. Præterea *præcissa consulatus spes* Leid. 2. quasi vellet *præscissa.* Sed male. Vide hoc cap. ad § 7.

§ 16 *Utrum tandem non credimus fieri posse*] Pall. duo *Verum tandem.* Gebh. *Verum tandem* etiam Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Solitos interdum fuisse librarios ita errare, vidimus ad II. 17. § 3. Paullo post *Servio similis*, media voce exsulante, Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1. *Servio Tullo similis* Harl. 2. Hav. et Lov. 5.

§ 17 *An, ne si sit quidem, ad gubernacula reipublicæ accedere eum patiemur*] Male. Pal. 2. *ad gubernanda.* Gebh. Ita hæc verba primus interpunxit Sigonius, et post eum omnes, quos vidi, recentiores. Verum sic nullum sensum idoneum efficiunt. Distinctionem itaque hoc modo emendavi : *An ne, si sit, quidem ad gubernacula.* Insuper *ne, etsi sit quidem* Voss. 2. *ne et sit quidem* Lov. 3. *ne sit quidem* Port. a m. pr. Lov. 4. et Gaertn. Tò *quidem* deficit in Lipsiens. Mox *accidere* Hav. et Port. a m. pr. De quo errore vide ad XXI. 10. § 12. Præterea *putimur* Voss. 1. Leid. alter, Lov. 1. et Lipsiens. Tota autem ea vox deficit in Lov. 2. Codicis Pal. secundi lectio hoc casu natam puto. Primo pro *gubernacula* scriptum erat *gubernucla*, ut *vinclum* pro *vinculum*, de quo vide Gebhard. ad Liv. III. 56. § 4. mox literæ *c* et *l* in *d* coaluerunt, et factum est *gubernada.* Vide ad X. 24. § 2. inde tandem *gubernãda* vel *gubernanda.* Vel etiam ex litera *c* et priori ductu τοῦ *u* facta est litera *n*, ex altero ductu et *l* facta est *d;* et sic ex *gubernacula* formatum *gubernanda.* Omnes nostri in eo vulgatum servant.

Potiusque decemviris, deterrimis mortalium, qui tum omnes ex Patribus erant] Pal. 3. expresse (nam Pal. 2. a m. sec.) Andreæ Campanique edd. *teterrimis.* Gebh. *Potius quam decemviris* Lov. 4. et Hav. Alibi idem error in Mss. occurrit. Vide ad V. 22. § 3. Deinde *teterrimis mortalium* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. Gaertn. Harl. 1. Port. fragm. Hav. Hearnii Oxon. C. et vetustissimæ edd. Nam demum in Paris. 1573. *deterrimis* inveni, cui recentiores om-

nes et nonnulli codd. consentiunt. Sæpius hæ voces in Mss. confunduntur. Vide Lambin. ad Cic. in Verr. II. 16. Nic. Heinsium ad Claudiani in Rufin. II. 385. et Burmann. ad Quinctil. Declamat. II. 5. Ita apud Cic. ad Famil. IV. 12. olim edebatur: 'Ita vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est adfectus:' ut ex Manut. ad eum locum patet; ubi hodie melius *deterrimo* excusum exstat. Hic tamen *teterrimis mortalium* recepi, id est, crudelissimis, nocentissimis, omnibus flagitiis ac sceleribus quam maxime pollutis. Cic. Tuscul. I. 40. 'Arridens, propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus.' Orat. in Vatin. c. 3. 'Sic ego te, quamquam sis omni diritate atque inmanitate teterrimus, tamen dico esse odio civitati, non tam tuo, quam reipublicæ nomine.' in Verr. IV. 55. 'At videte, quanto tetrior hic tyrannus Syracusanus fuerit, quam quisquam superiorum.' Vide Broekhus. ad Propertii Eleg. II. 13. 70. Præterea, *qui tamen omnes* Leid. 2. et Port. Vide ad XXII. 17. § 5. *qui cum omnes* Lov. 2. Denique mox *quasi optimis*, pro *quam opt.* Klockian. Vir doctus ad marginem ed. Curionis, in qua vox *similes* infra culpa operarum omissa erat, legendum conjecit *potiusque ex decemviris.* Sed quomodo 'ex optimis regum novis hominibus,' (tum enim ibi quoque subintelligi deberet τὸ 'ex') qui diu ante demortui erant, consules haberi possent?

CAP. IV. § 1 *Multa enim nondum sunt facta in novo populo*] Vox *facta* deficit in Lov. 1. et Leid. 2. Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *multa enim, quæ nondum sunt facta,* sed mendose ac sine necessitate. Tum *in eo populo* Klockian. Paullo ante *factum fieri*, addita ultima voce, Lov. 2. et Gaertn.

Ea, ne si utilia quidem sint, fieri oportet] *Ne si quidem utilia* Lov. 5. et Port. *ne utilia quidem si* Lov. 2. *cave*, pro *ea ne*, est in Gaertn. Deinde τὸ *sint* non comparet in Voss. 2. Pro eo præferunt *sunt* Voss. 1. Leid. uterque, Harl. uterque, Port. Lov. 1. 2. 3. 5. Lipsiens. et Gaertn. In Flor. a m. pr. legebatur *siint*, unde postea factum est *sunt:* pro quo Salvinius in ora libri conjiciebat *sient.* Verum id stilo Livii non convenit.

§ 2 *Ab Numa Pompilio creati*] Rott. Voss. duo, Flor. *creati sunt.* J. F. Gron. *Creati sunt* etiam omnes mei, iique, quos Hearne Oxonii versavit. Neque aliter omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, in qua prima τὸ *sunt* omissum est, quod recte Gronovius loco suo restituit. Præterea *a Numa Pompilio* Gaertn. In verbis seqq. *census in civ., descr. cent.* sine particula *et* Lov. 2. Tum *a Servio Tullio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Gaertn.

§ 3 *Consules numquam fuerant*] *Fuerunt* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 5. Harl. ambo, Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Verum bis præcessit et semel sequitur *erant*, sequitur etiam *fuerant;* quare editam lectionem præferendam existimo.

Dictatoris nec imperium nec nomen fuerat] *Nec nom. nec imp.* transpositis vocabulis Harl. 2. Hav. Lov. 2. et Lipsiens. Tum *fuerit* Lov. 5.

Tribuni plebis, ædiles, quæstores] *Tribuni plebi* meorum optimi Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 42. § 6. Præterea *ædiles et quæstores* Lov. 4. Male. Solet sæpe Livius copulas omittere. Vide ad cap. præc. § 12.

Et creavimus, et e republica sustulimus] *Et creavimus, et creatos post e rep. sustulimus* Hearne invenit in Oxon. L. 1. quod mihi etiam obvium fuit in Lov. 4. Contra duæ priores voces desunt in Hav. τὸ *et* secundo loco non visitur in Leid. altero et Lov. 1. *e republica* non agnoscit ed. Rom. 1472. et Parm. 1480. Paullo

ante *inter decem*, pro *intra dec.* Lov. 3. Vide mox ad § 6.

§ 4 *Quis enim dubitat*] Exemplar vetus non habet *enim*, sed tantum *Quis dubitat.* Rhen. Vocula *enim* abest etiam ab omnibus meis, et, nisi fallor, ab Hearnii Oxon. quod, lectionem veterum edd. *quis enim dubitat* recensens, nullius codicum suorum consensum memoret.

Quin in æternum urbe condita, et in inmensum crescente] Exemplar vetus habet *in æt. urbe condita, in immens. crescente* absque copula *et.* Rhen. Habent omnes Pall. *urbe condita, in imm. crescente.* Gebh. Eadem copula etiam abest ab omnibus meis Mss. illisque quos Hearne Oxonii evolvit. Gronovius etiam ad cap. præc. § 12. eam a Flor. Rott. Helm. et utroque Voss. exsulare monuit, eorumque auctoritate etiam omisit. At insuper Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. præferunt *quin extremum urbe in imm.* deficiente etiam voce *crescente:* etiam Lipsiens. *quin externum* exhibet. Sed τὸ *in* absorptum erat ab ultimis literis vocis proximæ. Vide ad Livii xxxvii. 31. § 4. *Æternum* autem et *extremum* etiam alibi in membranis vetustis confunduntur. Vide viros doctos ad Silii iv. 400. Sed nihil muto. 'In æternum condita' ut xxviii. 28. 'Ne istuc Jupiter optimus maximus sirit, urbem, auspicato Diis auctoribus in æternum conditam, fragili huic et mortali corpori æqualem esse.' xxxiv. 6. 'Ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ utilitatis caussa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor.' Plinius in Panegyr. c. 35. 'Quos quidem non in præsens tantum, sed in æternum repressisti, mille pœnarum indagine inclusos.' Quinctil. Declam. vi. 6. 'Supremum tamen et (nefas) in æternum me jam catenatis manibus amplexus:' ubi vide Burmann. Ita 'in perpetuum' Liv. v. 2. 'Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica juventutem.' 'In reliquum' Sall. in Jug. c. 44. 'Plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiæ addidit:' quod recte Corte 'in reliquum tempus' exponit, aliisque exemplis, etiam ex Livio petitis, inlustrat: 'in præteritum' Plinius in Paneg. c. 40. 'In præteritum subvenire ne Dii quidem possunt:' et c. 53. 'Licet nobis et in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari.'

Jura gentium hominumque instituantur] Copulam nesciunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. quorum posterior etiam habet *instruantur*, errore alibi quoque in Mss. obvio. Vide Burmann. ad Quinctil. Instit. Orat. i. 1. p. 17. et infra notata ad v. 43. § 3.

§ 5 *Ne connubium Patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt*] Habet Pal. 2. *retulerunt.* Legendum deinde *paucis.* Gebh. *Ne conn. Pat. cum plebe esse* Voss. 1. Deinde *retulerunt* Lov. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Sed prima syllaba perperam repetita esse videtur ex ultima vocis præced. Pro *non decemviri* vir doctus ad marginem ed. Curionis *num decemviri* scribendum existimavit. Male: *non* enim hic ponitur pro 'nonne,' quod addita interrogationis nota ipsum docere potuerat. Ita apud Flor. iii. 21. 'Isti tot in pace, non plures sunt?' ubi pari modo Freinshem. *num plures* scribendum, Gronov. τὸ *non* tollendum existimarunt; sed recte Salmasius, Græviıs, et Dukerus vulgatum vindicarunt. Ita mox hoc capite: 'Sinceram servare privatis consiliis non poteratis?' v. 53. 'Non in casis ritu pastorum agrestiumque habitare est satius inter sacra penatesque vestros, quam exsulatum publice ire?' et sæpe. Denique *pauci* primus edidit Modius, eumque reliqui secuti sunt usque ad Gronovium, qui iterum *paucis* reduxit, quod etiam

constanter superest in meis. Alterum itaque operarum errore natum videtur.

Pessimo exemplo cum summa injuria plebis] Omissus est ablativus *publico* in vulgatis edd. *pessimo exemplo publico cum summa injuria plebis.* Rhen. Τὸ *publico* abest a libris omnibus quos vidi. Neque Beatus, qui primus, aut in primis, illud in contextum recepit, addit, de conjecturane ita scribendum putet, an veteris libri alicujus ea sit lectio. *Modius.* Lego *pessimo publico, cum summa injuria plebis.* Supra lib. II. in princ. 'Quin Brutus idem pessimo publico id facturus fuerit.' *Klock.* Intrusit, libris Mss. omnibus atque etiam editionum antiquissima invitis, Beatus τὸ *publico,* quod tamen agnoscit Campani ed. *Gebh.* Addit Rhenanus ex Borbetomagensi, haud contemnendo in plurimis libro, vocem *publico,* quæ promiscuis in libris non reperitur: habet tamen et Campani ed. Itaque ex adjectione potius esse τὸ *exemplo,* quam τὸ *publico,* suspicer, etsi nihil vulgarius illo *pessimo exemplo.* Quis ignorat? Valde blanditur, *non decemviri tulerunt paucis his annis pessimo publico cum summa injuria plebis?* Nempe malum publicum erat, et duorum ordinum ejusdem civitatis utrimque honestos viros non posse inter se connubiis adfinitatibusque sociari, et non licere Patribus, tam ex virtute quam genere generos legere. Sed præcipua injuria plebis erat, quæ, tamquam indigna, contactu patriciorum arcebatur. Sic inferius hoc lib. c. 44. 'Ut in parcendo uni malum publicum fiat.' II. 1. 'Quin Brutus idem, qui tantum gloriæ Superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset.' *J. F. Gron.* Vocem *publico* non agnoscunt nostri, præter Flor. et Harl. 1. neque etiam Hearnii Oxon. nisi unus B. Si Klockii et Gronovii conjectura *pessimo publico* vel unius probati codicis auctoritate firmaretur, eam præferre non dubitarem, contra quam Donjatio visum est, qui utramvis harum lectionum *pessimo exemplo* vel *pessimo exemplo publico* malebat, quam quæ Gronovio blanditur. Sed suum cuique esto judicium. Satis tamen mirari non possum supinam interpretis Delphinici negligentiam, qui porro subjungit, 'Ita quidem locutus est Tacitus, sed semel opinor, et solus.' Vellem indicasset, quo loco Tacitus τοῖς *pessimum publicum* usus esset. Novi eum alibi *publicum bonum, egregium publicum* dixisse. Verum si quis ad omnes illas similesque locutiones observationem ejus extendendam dicat, Tacitus neque 'semel,' neque 'solus' ita locutus erit. At manus aberravit, et, ut verosimile fit, Tacitus memoratus est, ubi Livius memorari debuerat. Id si verum, quomodo Gronovio vitio vertere poterit, quod Livium ex Livio emendare conatus sit, atque in animum induxerit, eum, qui semel minus obvia, immo si velis rarissima locutione usus est, eadem etiam alibi uti potuisse, licet forte nullus alius scriptor eamdem adhibuerit? Sed insuper ne verum quidem est, 'solum' ita Livium locutum esse. Supra enim ad II. 1. § 3. præeunte Colero docui, ipsum illud genus loquendi etiam apud Varron. obvium esse. Vide quæ ibi dicta sunt. Ceterum τὸ *cum* deest in Lov. 4.

An esse ulla major aut insignior contumelia potest] Lege *aut insignitior contumelia.* Nam 'insignitus' dicimus ab 'insigniendi' verbo. *Rhen.* Rhenanus, nescio an e conjectura, *insignitior:* nam nullum e nostris adstipulatorem invenit. Sed Plautus Casin. v. 4. 31. 'Mihi quidem ædepol insignite facta est magna injuria.'

Rudente III. 2. 29. 'Quibus advorsum jus legesque insignite injuria hic Facta est, fitque in Veneris fano.' Vide notas ad VII. 6. *Gebh.* Gratulor codici Rhenani Borbetomagensi, cui consentientes meorum præstantissimi atque optimæ notæ Flor. et Leid. 1. veram lectionem *insignitior* recte servarunt. Eamdem etiam probavit Gronovius ad Livii VII. 6. § 6. Soliti autem sunt librarii, voci *insignitior*, tamquam minus obviæ, passim notiorem *insignior* subjicere. Vide ad VII. 6. § 6. c. 15. § 10. VIII. 13. § 1. et Pichenam ad Tacit. Annal. III. 70. Tὸ *insignitior* itaque, quod Frobenius a Rhenano monitus a. 1535. recepit, sed Gryphius a. 1548. iterum ejecit, revocandum censui.

§ 6 *Quid est aliud, quam exsilium intra eadem mœnia*] *Quod est aliud* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. *Quid est, quam exs.* Hav. *Quid aliud est, quam exs.* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *inter eadem mœnia* solito lapsu Port. a m. pr. Vide ad V. 27. § 3. *intra mœnia*, non comparente voce media, Hav. *intra mœnia eadem* Lov. 2.

Ne propinquitatibus inmisceamur? cavent, ne societur sanguis] Nescio quid sibi velit *caveant*, quod est scriptum in exemplari Borbetomagensi. Quid si hoc modo legas et distinguas? *Ne affinitatibus, ne prop. immisceamur, cavent; an ne societur sanguis;* ut respiciat id quod sequitur: 'Id vos sub legis superbissimæ vincula conjicitis, qua dirimatis societatem civilem.' *Rhen.* Pall. 1. ac 3. et Andreæ ed. *immisceamus caveant:* unde Rhenanus divinabat *immisceamur cavent, an ne societur.* Sed Campanus stat a partibus vulgatæ lectionis. *Gebh. Ne prop. immisceantur* Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Klockian. et Gaertn. quomodo etiam Ascensius a. 1510. edidit. *ne prop. misceamur* Hav. *misceantur*, omissis duabus præcedentibus vocibus, Lipsiens. Deinde *caveant* Mss. plerique nostri, cum edd. Rom. a. 1472. et Parm. a. 1480. Verum insuper edd. laudatæ ita distinguunt ac scribunt: *Quid est aliud, quam exs. intra eadem mœnia, quam relegationem pati, ne affinitatibus, ne prop. immisceamur? Caveant, ne, &c.* Nihilominus illud *caveant* ab inperitis librariis ortum videtur, qui ita scripserunt, ut id præcedenti *inmisceamur*, ac sequenti *societur* conveniret. Lipsiens. Lov. 2. et edd. Mediol. 1495. ac Veneta 1498. dederunt *cavetur*, idque servarunt pleræque usque ad Aldum. Eam autem lectionem inde profluxisse opinor, quod in Mediol. 1480. lapsu typographico editum sit *cavet*, quem editor Venetus non inspectis prioribus libris emendare conatus est: nisi potius per errorem *cavet̃*, id est *cavetur*, datum sit pro *cavẽt*, id est, *cavent:* unus Lov. 5. habet *cavetis.* Lov. 4. *cavent.* Insuper *sanguinis*, pro *sanguis*, Harl. 2. et Lov. 2. Interpunctio autem, quam etiam Rhenanus mutandam censuit, et quæ tamen diu adhuc postea servata est, probari nequit. Media enim interrogationis nota indicat, verba *Ne adfinitatibus, ne propinquitatibus inmisceamur*, referenda esse ad præcedentia *exsilium, relegationem pati;* disjungenda autem a seqq. *cavent, &c.* quibus tamen cohærere debent. Eamdem jam exstitisse in antiquioribus edd. ex modo dictis constat. Verum quum postea mutata esset, ab Aldo deinde in erratis revocata est. Quæ nunc obtinet, præterquam quod in multis Aldo antiquioribus recepta fuerit, deinde a Sigonio restituta est.

§ 7 *Quid hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique, &c.*] Quocumque modo hoc distinguamus, et sive interrogative sive enunciative legamus, videtur aliquid abesse ac desiderari, cum tamen sensus non sit admodum obscurus. *Glar.* Hunc locum, atque adeo hanc sententiam vituperat Glareanus, quæ ornatissima atque apertissima est, si ita intelli-

gatur: Si connubia plebis contaminant vestram nobilitatem, nonne poteratis privatis potius consiliis eam sinceram servare, aut nullam plebeiam ducendo, aut nullam e Patribus enubere sinendo, quam lege cavere, ne connubia inter plebem et Patres essent, quam legem decemviri tulerunt? [‘Glareanus non vituperat, sed ait implicatam esse.’] *Sigon.* Si Glareanus non vituperat, non tamen etiam, ut vult ejus vindex, sententiam implicatam ait; sed contra licet ‘sensus non sit admodum obscurus, attamen videri aliquid abesse ac desiderari;’ quod verum non esse, recte Sigonius ostendit. Pro *polluit*, male *polluunt* Port. *polluerit* Hav. Vide ad XL. 14. § 10. Tum *nobil. justam vestram* Flor.

Vestram, quam plerique oriundi ex Albanis et Sabinis, non genere . . . habetis] *Vestram, plerique oriundi ex Albanis et Sabinis, quos non genere, &c. habetis* Hav. *ex Albanis ex Sabinis* Port. Vide ad XXVI. 45. § 1. Τὰ *Albanis et* desunt in Lov. 2. Deinde *quos non genere* etiam Harl. 2. Port. a m. sec. inter versus. Tum *genere ac sanguine* Lov. 3. et 4. Mox *a regibus lecti* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Lipsiens. Gaertn. Port. et fragm. Hav.

Aut post reges exactos jussu populi] Post reges exactos in hac re intervenisse jussum populi, ostendit Dionysius Halic. v. 40. de Ap. Claudio agens: ἀνθ' ὧν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εἴς τε τοὺς πατρικίους αὐτὸν ἐνέγραψε. Et sic accipio, quum quosdam a Patribus in patricios cooptatos legimus; ut apud Livium x. 8. ‘Sabinum advenam, principem nobilitatis vestræ, seu Attam Clausum, seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt:’ et Suetonium in Tib. c. 1. ‘Atta Claudio gentis principe post reges exactos sexto fere anno a Patribus in patricios cooptata:’ ubi si quis legere velit *cooptato*, non valde repugnem. Sub regibus non necessarium fuisse suffragium populi possit videri hic significare Livius. Sed contrarium constat e Dionysio II. 47. de Sabinis in civitatem receptis: Ἐξ ὧν ἑκατὸν ἄνδρας, οὓς αἱ φράτραι προεχειρίσαντο, τοῖς ἀρχαίοις βουλευταῖς προσέγραψαν. Et IV. 3. de Ser. Tullio: Καὶ διὰ ταῦτα Ῥωμαῖοι μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ δήμου μεταγαγεῖν ἠξίωσαν εἰς τοὺς πατρικίους, ψήφους ἐπενέγκαντες, ὥσπερ Ταρκύνιόντε πρότερον, καὶ ἔτι πρὸ τούτου Νουμᾶν Πομπίλιον. *Duk.* *Post exactos reges* Lov. ordine verborum mutato.

Neque vestras filias sororesque etiam ei nubere sinendo e Patribus] Non aliter in scripto codice legitur, nisi quod illic tantum est *et nubere*, non *etiam ei nubere*, quas voces doctus aliquis admiscuit. Lege *enubere sinendo e Patribus.* Rhen. Gratia sit Beato Rhenano, principi hujus loci afflicti instauratori; nam Pall. hic corrupti repræsentant partim *sororesque etiam nubere*, ut Pall. 1. ac 3. Andreasque; partim *sororesque nubere*, ut Pal. 2. Campanus pessime *ei nubere.* Est autem ‘enubere’ nubendo in aliam familiam gentemque transire. Lib. x. c. 23. ‘Virginiam, Auli filiam, patriciam plebeio nuptam Volumnio consuli, matronæ, quod e Patribus enupsisset, sacris arcuerant.’ Legendum e Pall. tribus. Infra XXVI. 34. ‘Extra filias, quæ enupsissent.’ XXXIX. 19. ‘Gentis enuptio.’ ‘Innubere’ respondens huic est. Supra I. 34. ‘Ea cum innupsisset, spernentibus Etruscis Lucumonem, exsule advena ortum, ferre indignitatem non potuit.’ Ovid. Metam. VII. 856. ‘Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.’ *Gebh.* *Nec vestras filias* Voss. 2. Harl. 2. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Vide ad IX. 9. § 14. *ne vestras filias* Lov. 4. et Lipsiens. Deinde recte Rhenanum *sororesque enubere sinendo* emendasse puto, licet etiam nullus meorum codd. ei faveat, nisi unus Port. idque a m. pr. *sororesque et nubere sinendo* habent Flor. Voss. 1. Leid. 1.

Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. Lipsiens. et fragm. Hav. *sororesque nubere* Leid. 2. Harl. 2. Lov. 2. 4. 5. Port. a m. sec. et Hav. *sorores etiam nubere sinendo* Lov. 3. et Voss. 2. *sororesque etiam nubere sinendo* edd. Rom. 1472. Parm. 1480. Mediol. 1495. et Veneta 1498. *sororesque etiam ei nubere sinendo* reliquæ, quas vidi, usque ad Frobenium, qui a. 1531. *sororesque etiam, enubere sinendo* vulgavit; at quadrennio post emendationem Rhenani recepit. De verbo ' enubere ' vide Sigonium ad XXVI. 34. § 3. et quædam apud Gronov. ad XXXIX. 19. § 19. Denique *ex Patribus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et Port. a m. sec. Præpositio deest a m. pr. in Flor.

§ 8 *Patriciorum libido est*] Rott. Voss. duo, Flor. Helm. *patriciorum ista libido est.* J. F. Gron. *Ista libido* etiam codd. mei, et quos Hearne Oxenii contulit. Adde omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, in qua demum vox *ista* omissa est: eam vero recentiores usque ad Gronovium non recte secuti sunt. *Lubido* Flor. Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 7. § 1. Sed apud Livium alibi semper *libido* scribitur: unde etiam hic retinui. Præterea τὸ *est* non comparet in Lov. 4. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Mox *facere coëgisset quemquam* trajectis vocibus idem cod. *coget*, pro *coëgisset*, Lov. 2. *cogisset* Gaertn.

§ 9 *Verum enim vero lege id prohiberi*] In alium ordinem digestis vocabulis *id lege prohiberi* Hav. et mox, *contum. est plebi* Port. et Lov. 5. Vox *plebi* deficit in edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480.

Cur enim non confertis, ne sit connubium divitibus ac pauperibus] Ant. Perizonius ad oram codicis legendum conjecit *cur enim non censetis*, offensus, ut videtur, rariore et vix alibi obvio usu vocis ' conferre,' quæ hic ponitur pro simul, eodem tempore ferre. Rogat enim Canuleius, cur non, quo tempore legem tulerunt, ne connubium Patribus cum plebe esset, non ' contulerint,' id est, non simul tulerint, ne sit connubium divitibus ac pauperibus? Quamvis autem alibi hac significatione eam vocem non observaverim, id tamen singulare Livio non invideo, neque eo indignum puto. Vocula *sit* exsulat a Voss. 1. ejus loco *fit* est in Gaertn. Vide ad v. 3. § 8. Tum *divitibus et pauperibus* Lov. 4.

§ 10 *Ut, in quam cuique feminæ convenisset domum, nuberet*] *Ut, quam in cuique fœminæ* Hav. *ut, in quamcumque fœminæ* fragm. Hav. a m. pr. *ut, in qua cuique fœminæ* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Locutio enim ita supplenda est, *ut, in quam cuique feminæ nubere convenisset domum, in eam nuberet.* Jam vero non dicitur ' nubere in domo,' certe non hoc sensu, sed ' in domum.' Et ita emendandum censuit Gronov. apud Quinctil. Declam. CCCXXXVIII. ' Hæc enim quamvis maritum habere desiisset, atque esset ea domo, in quam virgo nupserat, pulsa; non sine auxilio tamen videri poterat.' Similiter et Cicero locutus est in Orat. pro Cœlio c. 14. ' Cui quum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi Cœlius tam conjunctus fuit?' Præterea *innuberet* olim in cod. suo scriptum fuisse, sed postea primam ejus vocis syllabam erasam esse, Klockius testatur. De verbo ' innubere ' vide ad I. 34. § 4. Sed reliqui nihil mutant. Ceterum paullo ante *Quod priv. cons. credo usibus ubique semper fuit* Lov. 2. Sed voces *credo usibus* ab indocto librario ex margine in contextum receptæ videntur, quibus inperitior aliquis indicare voluerat se credere, pro *ubique*, legendum esse *usibus.* Pro *fuit* autem Lipsiens. præfert *fuerit.* Vide ad XL. 14. § 10.

Ex qua pactus est vir domo] *Ex qua factus est* perperam præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Harl. uterque, Port. Hav. et fragm. Hav. quomodo sæpe aberra-

runt manus librariorum. Vide ad III. 19. § 12. et quæ olim contuli ad Silii Italic. XVII. 79.

Duasque ex una civitate facitis] *Civitates* Flor. Utrumque probum est, ipsiusque Livii auctoritate defendi potest. Supra II. 24. 'Adeo duas ex una civitate discordia fecerat.' c. 44. 'Duas civitates ex una factas.' Vide ad III. 9. § 4.

§ 11 *Ne eodem itinere eat? ne idem convivium ineat? ne in foro eodem consistat*] *Nec eodem itinere* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et Port. a m. pr. Ter vero *nec*, pro *ne*, præferunt Harl. 2. et Hav. Male. Elegantior enim illa τοῦ *ne* repetitio. Paullo ante hoc cap. 'Ne adfinitatibus, ne propinquitatibus inmisceamur, cavent, ne societur sanguis.' XXXIV. 3. 'Ne ullus modus sumtibus, ne luxuriæ sit:' ubi olim similiter peccabatur. Plura ad eum locum notabuntur. Voces *itinere eat? ne idem* negligentia scribæ aberant ab Harl. 1. τὸ *ineat* ab Hav.

Quid enim in re est aliud] *Quid enim in te est aliud* Gaertn. *Quid enim interest aliud* Lipsiens. *Quid enim jure est aliud* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Cic. ad Attic. II. 19. 'Nec, quid faciam, scio: neque tantum est in re, quantus est sermo.' Livius X. 8. 'Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur:' ubi vide Gronov. *in re aliud est* Lov. 4.

Quid juris tandem mutatur] Pall. 1. ac 3. *imitatur*. Lege, ut edidit Campanus, *immutatur*. Gebh. Si ullius codicis auctoritate hæc conjectura stabiliretur, non displiceret. Vide ad VII. 22. § 6. Nunc tamen probare nequeo, quoniam omnes nostri stant pro vulgata, nisi quod itidem *imitatur* sit in Voss. 2. et Lov. 3. Sane si ad ductus literarum diligentius adtendimus, *imitatur* vicinius est τῷ *mutatur*, quam alteri *immutatur*: qui vero in Mss. non hospes est, perspectum habet, quam facile literæ *imi* et *mu* inter se commutari queant. *Imitari* tamen, *mutari*, et *immutari* in Mss. Valer. Max. confundi, viri docti observarunt ad VI. 3. ex. 1. Vide etiam ad V. 30. § 3. Hæc scripseram, quum codicis Flor. excerpta nactus video eum diserte *immutatur* præferre. Ei igitur lectioni ulterius adversari nolo.

§ 12 *Nec, quod nos ex connubio vestro petamus, quidquam est, præterquam*] Colon. membranæ *nec nos ex conn. vestro petimus quidquam, præt.* Modius. Non aliter Pall. omnes atque edd. quam *nec, quod nos ex conn. vestro petamus, quidquam est, præterq.* Modius e membranis Colon. *nec nos ex conn. vestro petimus quidquam, præt.* Gebh. Omnes etiam codd. mei vulgatæ lectioni adhærent, præterquam quod vocula *quod* desit in Lov. 2. ejus loco *que* præferat Lov. 3. et quod Hav. habeat *ne, quod nos ex conn. nostro.* Mox sequitur, 'Nec, vos quod contendatis, quidquam est.' Unde patet receptam lectionem servandam esse. Similis est periphrasis 'nihil est, quod,' qua Livius sæpius usus est. Supra II. 55. 'Nihil est, quod exspectetis tribunos.' XXIV. 15. 'Postremo pronunciat Gracchus, esse nihil, quod de libertate sperarent, nisi eo die fusi fugatique hostes essent.' XXXVIII. 43. 'Nihil est, quod se ab Ætolis separent. Eadem Ambraciensium et Ætolorum caussa est.' Vide Vechneri Hellenol. II. 10.

Præterquam ut hominum, ut civium numero simus] *Præterq. in hom. ac civ.* Hav. Male. Infra VI. 20. 'Orasse singulos universosque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad Deos inmortales versi de se judicarent.' XXXI. 7. 'Ut linguam, ut nomen secutos crederes.' XXV. 6. 'Petimus, ut virorum, ut militum officio fungamur.' XXXIV. 3. 'Ut auro et purpura fulgeamus, inquit; ut carpentis festis profestisque diebus per urbem vectemur.' Et ita ex conjectura legendum

opinatus sum II. 38. *Ut veteres populi Romani injurias, cladesque gentis Volscorum, ut omnia, inquit, obliviscamini aliu.* Plura duplicatarum similium particularum exempla vide ad v. 35. § 4. *ut numero civium* trajectis vocibus Lov. 4.

Nisi in contumeliam ignominiamque nostram] *Nisi quod in cont.* Harl. 2. et Port. *ubi*, pro *nisi*, est in Lipsiens. Deinde *vestram* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Id autem hoc sensu ferri posset, ut indicaret Canuleius, ideo contentionem patriciis contumeliæ ignominiæque futuram, quoniam tandem ipsis cedendum erit plebi. Sed vulgatum præfero. *Ignominiamque uterque certare* Gaertn. Mox *quod contempnatis*, pro *contendatis*, Gaertn. Vide ad Livii VI. 6. § 5. Deinde *nequicquam est* Lov. 2. et Gaertn.

CAP. V. § 1 *Utrum vobis dominatio, an omnibus æqua libertas parta est*] Prima vox prætermittitur in Hav. quasi sufficeret, quod ea præcessisset, et hic satis commode intelligi posset. Sed reliquos, qui constanter servant, sequi tutius est. Deinde *nota libertas* Voss. 2. Sed *æqua libertas* est ' æqualis.' Infra hoc cap. ' Si, quod æquæ libertatis est, in vicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet.' Vide ad Silii III. 192. Denique *parata est* Harl. 2. et Lipsiens. sæpe obvio in Mss. errore. Vide ad v. 6. § 1. et mox hoc cap. § 5.

§ 2 *Oportet licere populo Romano, si velit, jubere legem*] *Pop. Rom.* Voss. 2. et Lov. 3. Verum ita mutanda erit interpunctio, ut ' populum Romanum jubere legem ' propius jungantur. Sed alterum malo. Lectio hæc inde profluxisse videtur, quod olim per compendium scriptum sit *po. Ro.* Vide ad XXXIX. 47. § 11.

Vos delectum pro pœna decernetis] Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. ut sæpe alibi, iterum *dilectum* præferunt. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Præterea *decernitis* Voss. 2. Port. fragm. Hav. Lov. 3. 4. 5. et Gaertn. Mox *cœperit* Flor. pro *cœpero.* Verum ita, τῷ *ego* expuncto, legendum foret *et simul tribunus vocare tribus in suffragium cœperit.* At omnes alii vulgatum tuentur.

Sacramento juniores adiges, et in castra educes] *Ad castra reduces* Harl. 2. *ad castra educes* Hav. Sed vulgatum præstat. ' Educere in castra,' nempe ex urbe. Vide ad III. 62. § 5.

§ 3 *Quid si non quantum istæ minæ*] Pal. 3. *quid est, si non quantum.* Gebh. *Quod si non* Lov. 2. Deinde *tm̃*, id est *tantum*, Lov. 5. Vide ad XXIV. 35. § 4. *numquam tum*, pro *non quantum*, quædam ex vet. edd. *numquam quantum* edit. Mediol. 1505. Sed male. Mox *consensum plebis* Lov. 4.

Bis jam experti essetis] *Bis jam experti estis* Leid. 2. et Hav. Sed librarii literas duas, licet alio ordine positas, vocis *essetis* geminare perperam neglexerunt.

Scilicet, quia nobis consultum volebatis] *Qui scilicet* Klockian. *si licet* Voss. 1. et Port. De quo errore jam dictum ad III. 19. § 9. Tum *vobis* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. Lov. 3. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Tandem *videbatis* Leid. 2. et Lov. 1. Mox *quia quæ pars*, pro *quod quæ pars*, Lov. 4. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Deinde *non vires experientur* § seq. transpositis vocabulis Lov. 4.

§ 5 *Itaque ad bella ista, seu falsa, seu vera sunt*] Lege ex vet. lib. *Ita ad bella ista.* Sigon. Sigonii lectio *Ita ad bella ista* non fruitur nostris libris assentientibus. *Gebh.* Si cum Sigonio recipimus *Ita ad bella ista*, τὸ *Ita* hic capi debebit pro ' ea conditione.' Ut III. 45. ' Ceterum ita in ea firmum libertatis fore præsidium, si nec caussis, nec personis variet.' Infra cap. seq. ' Patres, ut de connubio ferretur, consensere: ita maxime rati contentionem de plebeiis consu-

libus tribunos aut totam depondituros, aut post bellum dilaturos esse.' XXXVI. 4. 'De frumento utrisque responsum, ita usurum eo populum Romanum, si pretium acciperent.' XLII. 30. 'Pauci ex iis justitia imperii Romani capti; plures ita, si præcipuam operam navassent, potentes sese in civitatibus suis futuros rati.' c. 41. 'Cujus conditionis iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque accipitis.' Plerisque his locis voculam *ita* hoc sensu excipiebat particula *si*, ut etiam hoc loco. At eam excipit τὸ *ut* in § 2. Institut. Quibus alienare licet: 'Dispositum est, ita licere, tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius judicialis sententia, sine omni damno celebrata, hoc permittat.' Qui locus si ita interpunctus fuisset, Hottomanno Observ. x. 7. errandi ansa data non foret. Voculæ autem *ita* et *itaque* sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXI. 53. § 7. Verum omnes etiam mei hic editam lectionem servant, quam propterea veram puto, quum commodum etiam sensum efficiat. Præterea, ordine verborum mutato, *seu vera, seu falsa sunt* præferunt Harl. 2. Hav. Lipsiens. et Lov. 2. et 3. Præterea *sint*, pro *sunt*, Gaertn.

Parata vobis plebes est] Ita Gronovius edidit; cui ex meis consentiunt Flor. Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. et Voss. 1. a m. sec. Neque aliter sibi in Pal. 3. obvium fuisse, Gebhardus monuit ad II. 55. § 2. Vetustiores excusi cum reliquis scriptis præferunt *plebs*. Ceterum *parta*, pro *parata*, librarii errore est in Hav. Vide hoc cap. § 1. *vobis parata* Lov. 4. *parata nobis* 5.

Si, connubiis redditis, unam hanc civitatem facitis] *Si connubia redditis, unam hanc* Harl. 2. et Hav. Verum, si Livius hæc disjungere voluisset, dicturus fuisset *si connubia redditis, si unam hanc civitatem facitis*, quomodo in seqq. τὸ *si* etiam repetit.

Si jungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt] *Si jungi, si miscerique* Harl. 2. *si jungi immiscerique* Lov. 5. et Port. cap. præc. 'Ne adfinitatibus, ne propinquitatibus immisceantur, cavent, ne societur sanguis.' Et potuit facile prima syllaba vocis *immisceri* excidere ob ultimam literam vocis præced. et primam τοῦ *misceri*. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Reliquorum tamen codicum in editam lectionem conspiratio permovet, ne quid innovandum putem. Similiter *immiscere*, pro *miscere*, male datum erat I. 9. § 4. et II. 33. § 8. Ita confunduntur inter se 'mutare' et 'immutare' c. 4. § 11. 'minuere' et 'imminuere' VII. 8. § 4. et similia alibi.

Si spes, si aditus ad honores viris strenuis et fortibus datur] *Si sessi aditus ad honores*, secunda ac tertia voce coalescente et una litera omissa, Leid. 1. in qualem scripturam incidisse videntur librarii Lov. 4. 5. ac Port. et apud Hearnium Oxon. L. 1. et C. Sed quum eam lectionem aperte mendosam viderent, pro ea dederunt *si sensim ad honores*. Tum *fortibus et strenuis* Lov. 4. Mox *rep. esse*, pro *reip. esse*, Flor. a m. pr. Sed litera *m* suprascripta est, ac factum *rempublicam esse*. At vulgatum probum est.

§ 6 *Si hæc impediet aliquis*] Legendum *Sin hæc impediet aliquis*. Sigon. Sigonii lectio *Sin hæc impediet* non fruitur nostris libris adsentientibus. *Gebh.* Sigonianum *Sin*, sive ex conjectura natum, sive ex vet. lib. prolatum, ferri posset, si aliorum codicum consensus accederet: passim enim *si* et *sin* in Mss. commutantur. Vide Broekhus. ad Propert. Eleg. IV. 4. 55. et Cortium ad Sall. Cat. c. 52. § 16. Vide etiam ad I. 50. § 6. ad VI. 39. § 12. et aliis locis. Quum tamen hic etiam Mss. constanter τὸ *Si* defendant, et, ut Cortius d. l. docet, non semper, quando *si* præcedit,

sin excipiat, a vulgato non discedo. Ceterum *Si hæc impedit* Harl. 1. *Si hoc impediet* Lov. 4. et Harl. 2. Utrumque admittit Hav. præferens *Si hoc impedit*. Sed frustra. *Hæc* utramque nempe legem, et de connubio Patrum et plebis, et ut populo potestas sit, seu de plebe, seu de Patribus vellet, consules faciendi.

Ferte sermonibus et multiplicate fama bella] *Ferre sermonibus et multiplicare fama bella* fragm. Hav. a m. pr. *ferre* etiam Hav. *forte sermonibus multiplicate famam belli* Lov. 1. et Neapol. Latinii. *multiplicata fama bella* Gaertn. Vulgatum non muto. *Ferre sermonibus*, ut 'ferre fama' I. 42. 'Servium conditorem omnis in civitate discriminis ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunæque aliquid interlucet, posteri fama ferrent.' XXIII. 31. 'Vulgoque Patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebeii consules facti essent, id Diis cordi non fuisse.' Tacit. Annal. XVI. 2. 'Nec aliud per illos dies populus credulitate, prudentes diversa fama tulere:' 'ferre rumoribus' Annal. XV. 46. 'Jam Spartacum et vetera mala rumoribus ferente populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque.'

Nemo arma capturus, nemo dimicaturus] *Nemo est arma capturus* Lov. 4. et Gaertn. *nemo arma accepturus* Lov. 2. Præterea verba *nemo dimicaturus* culpa scribæ non comparent in Leid. 2.

Cum quibus nec in re publica honorum, nec in privata connubii societas est] *Honor* habent omnes, quos evolvi, vetustiores inpressi. Aldus demum *honorum* recte reposuit. Et ita præferunt omnes codd. præter Lov. 4. in quo itidem erat *honor*, et Gaertn. in quo vox illa non conspicitur. Scriptum fuerat *hono℞*, id est *honorum*, et notam literæ *r* additam neglexerat scriba codicis, ex quo primæ edd. prodierunt. Nescio vero quid in mentem venerit viro docto, qui ad marginem ed. Curionis emendabat *in privato*; quum vel cæco adpareat ex præcedenti revocandum esse *in re privata*. Distinguuntur autem 'res publica' et 'res privata,' ut apud Cic. de Amic. c. 4. 'Recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim; quocum mihi conjuncta cura de re publica et de privata fuit:' et c. 27. 'In hac' (amicitia Scipionis) 'mihi de re publica consensus, in hac rerum privatarum consilium, in eadem requies plena oblectationis fuit.' Verbum *est* omittitur in Hav.

CAP. VI. § 1 *Et res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset*] Pal. 3. habuerat *alterationem*. 'Altercatio' in Glossar. redditur ἀψιμαχία et ἀντίβῥησις, quantum recordor. Idem 'altercari' reddit φιλονεικεῖν. Gnomasticum vero διαδικάζεσθαι. Supra III. 68. 'Sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos altercantes.' IV. 45. 'Patria majestas istam altercationem dirimet.' c. 53. 'Res diu ducta per altercationem.' VIII. 33. 'Non tam perpetuæ orationes, quam altercatio, exaudiebantur.' XXXII. 22. 'Et jam non singuli tantum, sed populi universi, inter se altercabantur.' XXXV. 17. 'Æqua iniqua miscentes e disceptatione altercationem fecerunt.' *Gebh.* *Altricationem* Leid. 2. Lipsiens. Lov. 5. et Gaertn. Quæ scriptura vitiosæ orthographiæ ac barbariei illorum temporum, quibus hi codd. exarati sunt, tribui debet. Eodem modo in quibusdam Mss. peccatur hoc lib. c. 45. § 8. c. 53. § 5. v. 49. § 1. VIII. 33. § 10. XXII. 45. § 1. et passim. Pari modo in multis vetustorum diplomatum apographis scriptum obcurrit; ut in illo quod edidit Ger. Dumbar in Descript. Daventr. III. 4. p. 243. Vide du Cange in Glossar. Med. Latin. voc. 'Altricari.' Deinde *et res apertis orationibus in altercationem* Lov. 4. a m. pr. Sed errore librarii. Ubique

enim 'perpetuæ orationes' et 'altercationes' obponi solent. Ita non modo Livius VIII. 33. loco, quem Gebhardus laudavit, sed et Cicero ad Attic. I. 16. 'Clodium præsentem fregi in senatu, cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione ejusmodi, ex qua licet pauca degustes.' Similiter obponuntur etiam 'continuæ orationes' et 'altercationes' apud Tacit. Histor. IV. 7. 'Paullatimque per altercationem ad continuas et infestas orationes provecti sunt:' et Quinctil. Instit. Orat. VI. 4. 'Altercationis præcepta poterant videri nunc inchoanda, quum omnia, quæ ad continuam orationem pertinent, peregissem.' Præterea *res vertissent* Flor. Voss. 1. a m. pr. Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. Port. a m. pr. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. et C. ac Neapol. Latinii: quomodo etiam vir doctus in ora edit. Mediol. 1480. emendandum conjecit. At infra est hoc lib. c. 53. 'Res diu ducta per altercationem.' XXV. 1. 'Deinde ad Patres etiam et ad publicam querimoniam excessit res.' Utrumque tamen ferri potest. Vide ad II. 47. § 5. Lector itaque videat, utrum probare malit. *Res venisset* Voss. 1. et Port. a m. sec. *res venissent* Leid. 2. et Lov. 1. Sed male. *Vertisset* ponitur pro 'versa esset.' Vide ad II. 62. § 2. 'Vertit' et 'venit' etiam alibi confundi solent. Vide ad V. 49. § 5. similiter 'prævertit' et 'prævenit.' Vide ad IX. 17. § 9. Paullo ante *Quum in concionem consules processissent* vetustæ, quas vidi, edd. sine vocula *et*, quam inseruit Aldus. Ei vero omnes consentiunt codd.

§ 2 *Ut fortasse vere, sic parum utiliter in præsens certamen respondit*] *Ut fortasse verum* Gaertn. Quæ locutio, in qua *verum* adjectivum respondet adverbio *utiliter*, eodem modo formata videri potest, quo illa II. 30. 'Effusi et contemtim pugnam iniere.' At reliquis dissentientibus a vulgato non recedo. *Et fortasse vere* Voss. 2. Vide ad XXI. 28. § 8. et mox ad § 10. Tum *parum inutiliter* Lov. 4. a m. pr. Sed syllaba initialis *in* nata est ex ultima litera præced. vocis *parum*. Vide ad V. 23. § 5. Ceterum quum Livius supra non *consulem*, sed *consules*, in concionem processisse dixerit; hinc etiam nunc non *respondit*, sed *responderunt*, dicere debuisse videtur. Hanc difficultatem quorumdam codd. librarii observarunt, eique variis rationibus obcurrere conati sunt. Certe *responderi̅t*, sive *responderunt*, datum est in Lov. 2. *respondit erant* in Gaertn. quasi librarius duplicem lectionem, *respondit* et *responderant*, in cod. suo deprehendisset; quarum posteriorem non a Livii, sed a librarii manu natam putarem. At in Voss. 2. et Lov. 3. superius duo vocabula inseruntur hoc modo, *et consul interroganti tribuno*. Quum tamen vulgata scriptura reliquorum omnium codicum consensu nitatur, potius videndum est an *respondit* accipi possit, pro alter eorum respondit: qua ratione Gronovius observat infra ad XXXIV. 3. § 9. *τὸ inquit*, sic absolute positum, perpetuam proponendæ adversationis formulam esse, licet, quæ præcedunt, et quæ sequuntur, ad plures dirigantur: ut sit, aliquis ex isto numero inquit.

Quod nemo plebeius auspicia haberet] Hoc ait, quod lege Romuli regis sacra solis patriciis erant commissa, auctore Dionysio lib. II. p. 83. Ἐνομοθέτει τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν, καὶ τὰ κοινὰ πράττειν, τοὺς δὲ δημοτικοὺς τούτων μὲν ἀπολελῦσθαι τῶν πραγμάτων. Et Livius VI. 41. 'Penes quos sunt auspicia more majorum? nempe penes patres: nam plebeius quidem magistratus nullus auspicato creatur. Nobis adeo propria sunt auspicia, ut non solum, quos populus creat patricios magistratus, non aliter, quam auspicato, creet; sed nos quoque ipsi

sine suffragio populi auspicato interregem prodamus, et privatim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent.' *Sigon.* Liv. x. 8. 'Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos justum imperium et auspicium domi militiæque.'

Ne incerta prole auspicia turbarentur] *Perturbarentur* codex, quem Hearne Oxonii consuluit, B. Sed nullus ei concinit. De verbo 'turbare' hoc sensu vide Gronov. Observ. I. 15. Paullo ante *ideo decemviros,* pro *ideoque dec.* fragm. Hav.

§ 3 *Plebes ad id maxime indignatione exarsit*] Colon. membranæ *Plebes ad id maxime indignatione moveri.* Modius. Novant iterum Colonienses membranæ, indice Modio, *Plebes ad id maxime indignatione moveri:* quam lectionem omnes nostri abnuunt. *Gebh.* Abnuunt etiam omnes nostri; quare unum, adversantibus omnibus, non audiendum censeo. 'Exarsit indignatione,' ut 'exarserant animis' III. 30. § 2. ubi vide. Præterea *Plebs ad id* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. et Lipsiens. *plebs ad hoc* Harl. 2. *plebs ad hæc* Hav. Vide ad I. 20. § 6. et mox hoc §.

Auspicari tamquam invisi Diis inmortalibus negarentur posse] *Tamquam in ins. imm.* Voss. 1. *tamquam ins. mortalibus* Lipsiens. *tamquam invidiis inm.* Leid. 1. et Lov. 2. 3. 4. et 5. Deinde *negaretur* Lov. 5. *negantur* Lov. 4. *negarent* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad x. 10. § 1.

Nec ante finis contentionum fuit] *Negante finis* Flor. perpetua literarum *c* et *g* commutatione. Vide ad VI. 25. § 6. *nec ante contentionum finis fuit* fragm. Hav. *nec ante finis contentionem fuit* Hav. *nec ante finis contentionis fuit* Hearnii Oxon. B. et L. 1.

Quum et tribunum acerrimum auctorem plebs nacta esset] Tò *et* non comparet in Lipsiens. Vide ad II. 44. § 3. Tum *plebis* habent Lov. 3. et Gaertn. quod etiam Gebhardus ad II. 55. § 2. se in duobus Pall. invenisse testatus est, ideoque emendat *plebes,* quomodo disertim præferunt fragm. Hav. omnesque edd. usque ad Paris. 1529. in qua prima *plebs* mihi obvium fuit. Eam deinde lectionem Frobenius a. 1531. Frobenium vero reliqui recentiores secuti sunt: cui consentiunt ceteri scripti. Vide hoc § *tribunum acerr. plebs nacta esset auct.* exhibet Lov. 4. *nacta est* Lov. 2. et Lipsiens.

Quam victi tandem Patres, ut de connubio ferretur, consensere] Verbum *concessere* in contextum relatum post *consensere* satis indicat veterem fortassis lectionem fuisse *Patres, ut de connubio ferretur, concessere.* Rhen. Colon. membranæ *ut de connubio ferretur, consensere,* pro *concessere.* Modius. Colonienses membranæ *consensere,* non *concessere,* ut vulgo: cui lectioni annuunt omnes nostri. *Gebh.* In Flor. a m. pr. scriptum fuit *consenserere,* pro quo manu altera factum est *concessere.* Sed reliqui omnes uno ore *consensere* confirmant; de quo verbo vide Gronov. hoc lib. ad c. 35. § 5. *Concessere* autem, quod Rhenanus in contextum cod. sui post *consensere* relatum esse docet, eo ex marginali glossa inrepsisse existimo. Similes enim expositiones simul cum ipsis vocibus, quas interpretantur, librariorum stupore in contextu junctas fuisse, dictum est ad III. 44. § 4. Solent ceteroquin vocabula *consensit* et *concessit* in membranis vetustis commutari. Vide ad IX. 7. § 7. Præterea vocula *ut* exsulat a Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Lov. 1. ac 4. a m. pr.

§ 4 *Contentionem de plebeiis consulibus*] *Contionem* Leid. ambo, Harl. 1. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. quomodo alibi peccare librarii soliti sunt. Vide exempla ad II. 56. § 14. III. 33. § 9. c. 34. § 1. c. 52. § 1. mox hoc cap. § 11. c. 25. § 1. c. 32. § 1. v. 51. § 1. VI. 5. § 1. c. 36. § 4. et alibi

sæpissime. *De contentione de plebeiis* Lov. 4. Tum *de plebis consulibus* fragm. Hav. *de plebeis consulati* Hav. Mox *bellum daturos,* pro *b. dilaturos,* Lov. 3. *post bellum delaturos* Lov. 5. et Gaertn.

Contentamque interim connubio plebem] *Contentam interim,* sine *τῷ que,* Voss. 2. *contēptamque interim* Leid. 1. frequenter in scriptis obvio errore. Vide ad xxv. 38. § 20. *contentatam interim* Lov. 3. Mox *dilectui* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad xxxvii. 51. § 7. et mox ad § seq. *delectu* Lov. 2. Vide ad xxiv. 19. § 6.

§ 5 *Quum Canuleius victoria de Patribus et plebis favore ingens esset*] Quam interpolatus sit Pal. 2. maxime hic licet animadvertere: *Cum Canuleius victoriam habuisset, et plebis favor ingens esset.* Ergo cum nihil Sigonius proferat, quod non hoc codice quoque contineatur, cæteris ferme diversum præferentibus, quis sana mente præditus assentationem suam ad singula Sigoniana inflectat, manusve det auctoritate subactus? *Gebh.* Hic etiam per omnia codici Pal. 2. Gebhardi consentiunt ex meis Harl. 2. et Hav. nisi quod servent voces *de Patribus.* Sed recte Gebhardus monuit lectionem illam fœde interpolatam esse. Ceterum *victoriam* est in Flor. Tum *favor,* pro *favore,* in Lipsiens.

Pro rogatione sua summa vi pugnant] Vox *sua* deficit in Gaertn. Tum *summa vi īpugnant* habent Port. Gaertn. et Lipsiens. Sed litera *i* ex proximæ vocis ultima repetita est. Vide ad v. 37. § 7. Paullo ante *alii tribuni ad certamen accensi* mutato ordine Lov. 5.

Delectum inpediunt] Quemadmodum sæpe alibi, ita hic iterum *dilectum* præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. Vide ad § præc. In verbis præcedd. *crescentes in die fama belli* Lipsiens. quasi Livius vellet famam belli caussam fuisse cur tribuni creverint, id est, potentiores facti sint ad obtinendum quod vellent. Sed reliqui recte vulgatum tuentur, nisi quod vox *belli* male omissa sit in Flor.

§ 6 *Nihil agi posset, consilia principum domi habebant*] *Nil agi posset* Hav. Vide mox ad § 8. Præterea magnus Gronovius ad Liv. xliv. 2. § 5. docet *concilium* poni pro congressu secreto, coitione, seu cœtu conspirantium clanculum, ideoque eam vocem hic restituendam, et *concilia principum* legendum censet: quo eodem sensu etiam emendabat ii. 54. 'His accensi vocibus Patres concilia inde, non publica, sed in privato seductaque a plurium conscientia, habere:' ubi etiam *consilia* vulgo editur. Similiter editur hoc lib. c. 48. 'Nec tribuni militum nunc in senatu, nunc in conciliis privatis principum cogendis viam consilii inveniebant:' ubi tamen plerique scripti *in consiliis.* Si ea emendatio hic admittenda est, videtur et mox § seq. similiter mutandum: 'Soli ex consularibus Valerius atque Horatius non intererant conciliis:' ut et inferius § 8. 'Per hæc concilia,' principum nempe, quæ consules domi habebant, 'eo deducta res est, ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex patribus et plebe creari sinerent.' Etiam vi. 35. 'Conterriti Patres quum trepidassent, publicis privatisque conciliis nullo alio remedio invento, collegas adversus tribunicias rogationes comparaverunt.' Verum et hoc et illis locis *consilia* et *consiliis* servant omnes manu exarati codd. Et ita forte etiam restituendum est v. 7. 'Concilio prius inter se habito senatum adeunt:' quemadmodum multi codd. habent; ubi tamen *consilio* nunc legitur.

Adparebat aut hostibus aut civibus] Lege ex vet. lib. *apparebat autem aut.* Sigon. Ejeci *τὸ autem,* contra omnes libros et calamo pictos et impressos

Sigonio infercetum. *Gebh.* Particulam *autem* ab Sigonio insertam, quia nusquam inventa nobis in vett. scriptis editisve, nec ad rem faciebat, ejecimus. Juxta enim constat oratio atque l. III. c. 17. 'Vim ultimam apparebat futuram.' XXI. 9. 'Apparebat non admissos protinus Carthaginem ituros.' XXVII. 4. 'Apparebat, quo nihil iniquius est, ex eventu famam habiturum.' XXXV. 32. 'Apparebat, quid ea oratio in concilio motura esset.' *J. F. Gron.* *Adparebat autem hostibus* Lipsiens. Sed solent librarii *τὰ aut* et *autem* confundere. Vide ad IV. 42. § 6. Utramque autem lectionem exhibet vet. lib. Sigonii, quæ in nullo meorum codicum superest. Vide Gronov. etiam ad XXXVI. 30. § 5. Passim autem librarios *τὸ autem* inserere solitos fuisse, ut orationem Livianam, quam non recte cohærere existimabant, diligentius connecterent, videbimus ad XXI. 40. § 11. *ut*, pro *aut*, est in Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 12. § 8. Mox *τὸ esse* non conspicitur in Lov. 3.

§ 7 *Valerius atque Horatius non intererant consiliis*] Vide supra hoc cap. ad § præced.

C. Claudii sententia consules armabat in tribunos] *Et C. Claudii* Port. Lov. 5. et fragm. Hav. *et senatusconsultum Claudii* Lov. 4. cui cod. a m. altera deinceps additum est Claudii prænomen *C.* Deinde *armabat consules* idem Lov. 4. *consulem armabat* fragm. Hav. a m. pr. Præpositio denique *in* exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Sed ejus loco *inter* est in Gaertn. Vide ad XXXVIII. 57. § 6.

Quinctiorum, Cincinnatique et Capitolini, sententiæ] Ultima vox *sententiæ* abest ab antiquioribus edd. sive creditum sit, ex voce *sententia*, quæ modo præcessit, satis commode hic *sententiæ* repeti posse, (quomodo III. 38. obcurrit 'suarumque rerum erant, amissa publica:' ubi ex præcedenti *rerum* repetendum *amissa publica re*,) sive librarii hunc verborum sensum esse existimaverint, omnes Cincinnatos omnesque Capitolinos Quinctiorum, sive ex gente Quinctia, a cæde abhorruisse. Sed notandum consules, quid agendum foret, non cum universo senatu, sed tantum cum ejus principibus domi consultasse; per 'principes' autem 'senatus' fere tantum intelligi, qui summis magistratibus, consulatu, similibusque, perfuncti erant. Tales autem in gentis Quinctiæ familiis Cincinnatorum et Capitolinorum hoc tempore non plures erant, sed in illa unus tantum L. Quinctius Cincinnatus, in hac unus itidem T. Quinctius Capitolinus adhuc memorati sunt: unde constat ultimam sententiam probari non posse. Sed nec priorem laudo. Omnes enim codd. mei constanter vocem *sententiæ* agnoscunt, quam propterea recte Aldus addidit. Insuper *Quiritiorum*, pro *Quintiorum*, Gaertn. Vide ad II. 57. § 1. Tum *Cincinnati et Capitolini*, sine vocula *que*, Lov. 4. Male. Vide ad X. 30. § 2.

Quos, fœdere icto cum plebe, sacrosanctos accepissent] *Sacros accep.* Voss. 2. *sacros cons. accep.* Lov. 3. *sacros cōs accep.* Klockian.

§ 8 *Per hæc consilia eo deducta res est*] Vocula *eo* Hav. voce *res* Harl. 1. et denique verbo *est* Lov. 5. carent: *deducta est res* præferunt, trajectis dictionibus, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. Gaertn. Port. Klockian. Harl. 2. et Hav. *deducta eo res est* Lov. 4. Soli Flor. et fragm. Hav. editam lectionem servant. Liv. XXXVII. 49. 'Et eo, vetera et obliterata repetendo, rem adduxerunt.' Præterea mox *nil mutaretur*, quomodo etiam variat idem codex § 6. Denique *τὸ tribuni* culpa librarii deest in Lov. 2.

§ 9 *Extemplo, quicumque aliquid sediticse dixerat, aut fecerat, quam maxime tribunicii*] Vet. libri, pro *quam maxime*, habent *hunc quam maxime*. Ex quo

intelligi potest, legendum esse *hinc quam maxime;* id est, inter eos qui seditiose dixerant, aut fecerant, quam maxime tribunicii prensabant. *Sigon.* Lego *hunc quam maxime tribunicii et prensare hominem, &c.* Klock. Pall. omnes, qua scripti, qua cusi, *fecerat, hunc quam maxime tribunicii et prensare.* Quod perperam Sigonius mutat in *hinc.* Gebh. *Seditiose edixerat* Hav. a m. pr. initio vocis adhærente litera finali præcedentis *seditiose.* Vide ad XXXVII. 29. § 8. Præterea *hunc quam maxime*, excepto solo Flor. præferunt etiam omnes scripti mei, deinde Hearnii Oxon. N. et C. ac denique edd. quas vidi, omnes usque ad Frobenianam a. 1531. quæ prima τὸ *hunc* omisit. Quid Gebhardo, qui se eamdem lectionem in suis libris invenisse profitetur, et tamen Sigonii *hinc*, pro *hunc*, emendantis conjecturam damnat, placuerit, ex ejus adnotatione colligi nequit. Certe lectionem, in scriptis et editis vetustis obviam, jure probare, aut hunc Livii sensum constituere nequit, homines tribunicios quam maxime prensasse hunc, quicumque aliquid seditiose dixerat, aut fecerat, quemadmodum fere Klockius locum accepit; quum potius voluerit, ipsos illos, qui aliquid seditiose vel dixerant, vel fecerant, sed quam maxime tribunicios, se honoris consularis candidatos professos esse, atque *homines*, id est, reliquos cives, quibus jus suffragii erat, prensasse. Eo sensu *maxime* est I. 11. 'Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum.' Nihil itaque propius esse video quam ut vel cum cod. Flor. eoque, qui editioni Frobenianæ præfuit, τὸ *hunc* deleamus, vel cum Sigonio *hunc* mutemus in *hinc.* Paullo ante *inducuntur* pro *indicuntur*, Flor. Lov. 3. Lipsiens. et Harl. 2.

Et prensare homines et concursare] Τὸ *et* priori loco deest in Lov. 4. pro quo *etiam* habet Lov. 5. *pensare* Voss. 1. et Gaertn. errore librariorum. *Comprensare* Hearnii Oxon. L. 2. *inpensare* Lov. 5. quorum neutrum probandum patet. *Prehensare* Leid. 1. Hav. et priores excusi. Vide hoc lib. c. 48. § 11.

§ 10 *Ut patricios desperatio primo, irritata plebe, adipiscendi honoris*] *Ut patricios primo in tanta plebe* Lipsiens. in contextu, altera lectione margini adscripta. *Et patricios* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad § 2. Tum *prima* fragm. Hav. a m. pr. Deinde *irrita* Lov. 4. Vide ad XXXII. 3. § 2. Præterea *apiscendi*, pro *adipiscendi*, legendum esse, Modius et Gronovius monuerunt hoc lib. ad c. 3. § 7. Verum quemadmodum id verbum supra restituendum esse, viris doctis ita censentibus facile adsensus sum, quoniam eam lectionem firmabant optimi mei et quidam Hearnii Mss. Oxonienses; ita hoc loco in diversa abiissem, quod nulli neque mei neque Hearnii codd. stent ab illa scriptura, nisi nactus essem excerpta Flor. cod. qui præfert *adpiscendi;* quomodo librarium pro *apiscendi* dedisse, vero non absimile est. Nondum tamen in contextum recipiendum duxi.

Deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret] Turbato ordine *deinde si cum his indig. ger. esset* Hav. Tum *gerundus* Voss. 2. *gerendis* Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. 5. et a m. pr. Lov. 4. Denique *deterret* Lov. 1. et Hav. Scriptum forte fuerat *deterr'et:* notam vero, ut sæpe alibi factum est, male neglexit librarius. Vide ad XL. 14. § 2.

Ne cessisse possessione reipublicæ viderentur] *Cessisse possessiones reip.* Voss. 1. et Leid. 1. Male. Vide ad XXIV. 6. § 8. Insuper in verbis superioribus *a prioribus* præferunt Harl. 2. Lipsiens. et Gaertn. qua ratione librarii non raro alibi lapsi sunt. Vide infra ac librum XXXVII. c. 43. § 10. Præterea *petire*, pro *petiere*, Flor. a m. pr. *petere* a m. sec.

§ 11 *Alios animos in contentione libertatis dignitatisque*] *In contione* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Port. fragm. Hav. Lov. 1. 2. 3. 4. Lipsiens. et Gaertn. *in contionem* Lov. 5. Vide hoc cap. § 4. Præterea *libertatisque dignitatisque* Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *Eorum comitiorum eventus* alio ordine Lov. 4. qui et proximam vocem *docuit* culpa librarii non exhibet.

Alios secundum deposita certamina incorrupto judicio esse] Col. Ms. *in incorrupto judicio esse.* Modius. Codicis Colon. scriba τὸ *in* ex seq. vocis prima syllaba perperam iteravit. Idem error et supra commissus erat I. 45. § 6. II. 52. § 6. III. 15. § 7. mox cap. seq. § 11. c. 44. § 9. VI. 2. § 11. c. 33. § 6. et alibi. Ita præpositio *a* male iteratur ex ultima litera vocis præced. Vide ad II. 59. § 6. Contra alibi sæpissime τὸ *in* omissum est, quod vox proxima ab eadem syllaba inciperet. Vide ad VIII. 33. § 6. Nostri omnes hic nihil mutant, nisi quod *s; tandem*, pro *secundum*, præferat Lov. 5. a m. pr. *post tandem* a m. sec. Verum *secundum* hic ponitur pro 'post:' ultima itaque lectio ex glossa nata videtur. De illa significatione vide ad XXIV. 10. § 11. Paullo post vox *omnis* exsulat ab Port. et paullo inferius transpositis vocibus *eo, quod ratio plebeiorum habita esset* præfert Hav. *eoque ratio* Lov. 3.

§ 12 *Hanc modestiam, æquitatemque et altitudinem animi*] *Æquitatemque exaltitudinem animi* Lov. 5. Sed voculæ *ex* atque *et* etiam alibi sæpe confunduntur. Vide ad XXVI. 45. § 1. Ex hac vitiosa scriptura deinde factum est *ex altitudine animi*, quod præfert Port. Præterea *atque altitudinem animi* habet Hav. *Hanc modestiam, æquitatem, et altitudinem animi* Leid. 2. Harl. 2. et Lov. 1. ac 3. Sed vide ad II. 31. § 1. *Hanc modestiam æquitatemque et habitudinem animi* Neapol. Latinii. Et hoc male atque ex lapsu librarii. 'Altitudo animi' est ejus magnitudo, magnanimitas: quo sensu 'altitudo humanitatis' obcurrit apud Valer. Max. V. 1. ext. 3. 'Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captivos castra sua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem Molossum obviam misit.' Alibi tamen alio sensu sumitur, et 'altitudo animi' tribuitur ei, qui simulandi artifex perite animi sensa occultat; ut apud Cic. de Offic. I. 25. 'In liberis vero populis, et in juris æquabilitate exercenda etiam est facilitas et altitudo animi, quæ dicitur; ne, si irascamur, aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus in morositatem inutilem et odiosam incidamus:' ubi videndus Muretus. Utro sensu accipi debeat apud Tacitum Annal. III. 44. vix constituas: 'Tanto inpensius in securitatem compositus, neque loco neque vultu mutato, sed ut solitum, per illos dies egit: altitudine animi; an compererat modica esse et vulgatis leviora.' Quum tamen de Tiberio illa dicantur, isque animi motus quam maxime abdere solitus sit, posteriori sensu Tacitum accipiendum puto. *Alitudinem*, pro *altitudinem*, habet Flor.

Ubi nunc in uno inveneris, quæ tunc populi universi fuit] *Quātum*, sive *quantum*, Gaertn. *quæ tum populi universi fuit* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 1. Port. fragm. Hav. et vetustiores, quos vidi, excusi, usque ad Gruterum, qui primus a. 1608. *tunc* vulgavit, et post eum plerique recentiores; quum tamen id vix in Lov. 2. Harl. 2. et Hav. apud me supersit. Videtur autem Gruterus, nisi error sit operarum, ita maluisse, quia præcedit *nunc*. Sed recte Stewich. de Partic. Linguæ Lat. in voce 'Tum,' et Tursell. de Partic. c. 189. observarunt, sæpe apud Cic. et alios *tum* conferri cum *nunc*. Priscam igitur lectionem re-

vocandam duxi, quam etiam Hearne restituit. Voculas *tum* et *tunc* passim in Mss. confundi, vidimus ad II. 12. § 15.

Cap. VII. § 1 *Anno trecentesimo decimo*] Ex Dionysio satis aperte convincitur, hunc annum expletum fuisse; quippe qui libro undecimo p. 736. dicat, anno tertio octogesimæ quartæ Olympiados hos tribunos creatos, qui fit ab urbe condita annus trecentesimus undecimus. Sed pro uno duntaxat anno cum nemine depugnabimus. *Glar.* Clericus ad hunc locum notat, primos hos tribunos militum consulari potestate designatos esse anno trecentesimo decimo, sed magistratum gessisse anno sequenti; quod aperte verbis Livii adversatur, qui 'anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat, primum tribunos militum pro consulibus,' non 'designatos esse,' sed 'magistratum iniisse' tradit. Laudat quidem, ut sententiam probet, H. Dodwell. Dissert. x. de Cyclis et Chronol. Dionysianam, sed virum eruditissimum non intellexit, ac male descripsit. Nam Diss. x. de Cycl. § LXXXVI. pag. 623. expresse ait, 'Loquitur enim de 'initio,' ut jam ostendi, non de 'gesto' magistratu.' Et in Chronol. Dionys. p. 34. ad annum ante natum Christum CCCCXLI. "'Initum' dicit hoc anno magistratum, qui 'gestus' fuerit anno 'sequenti:'" et pag. 94. in notis ad eumdem annum: 'Decembris veteris x. Decembris Juliani XI. 'inibant' tribuni Plebis. Decembris autem veteris XIII. qui Juliani Decembris dies erat XIV. 'inibant' tribuni 'in annum sequentem' consulari potestate militares.' Ex sententia itaque Dodwelli non modo 'designati sunt,' sed et honorem 'inierunt' A. U. C. CCCX. Sed 'initum' a 'gesto magistratu' distinguit, quod honorem quidem occeperint CCCX. sed exeunte, nimirum medio fere mense Decembri, adeoque longe maximam partem gerere debuerint anno sequenti CCCXI. Ceterum Sigonius in Chronol. Liviana tribunos militares consulari potestate confert in a. CCCCX. at in Fastis, ubi chronologiam marmorum Capitolinorum sequitur, in annum præcedentem CCCIX.

Quam urbs Roma condita erat] *Postquam urbs* edit. Rom. 1472. et Parm. 1480. aliæque, pro quo jam eodem anno Venetiis substitutum est *quam urbs.* Id autem recte recentiores servarunt. Non aliter enim est in omnibus, quos vidi, scriptis codd. Et solet etiam sæpissime Livius ita loqui. Mox hoc ipso cap. 'Tertio mense quam inierunt.' cap. 47. 'Die octavo, quam creatus erat.' Vide ad XXVIII. 16. § 14. Deinde *urbs Romana* Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. fragm. Hav. a m. pr. et edd. antiquiores. Aldus demum dedit *urbs Roma*, cui consentiunt idem fragm. Hav. a m. sec. et reliqui omnes codd. Similis varietas scripturæ in membranis antiquis frequenter obvia est. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX.

A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cæcilius] 'Cæcilia' gens plebeia fuit: itaque *Cæcilius* tribunus militaris patricius esse nequit. Dionysius lib. XI. p. 736. hunc Τῖτον Κλύσιον Σικελὸν vocat. Cognomen *Siculi* facit, ut mendose esse Κλύσιον, pro Κλοίλιον, putem. *T.* autem *Clœlium Siculum* paulo post commemorat etiam Livius triumvirum coloniæ deducendæ c. 11. In quibusdam manuscriptis libris est *T. Celius.* Sigon. Pal. 2. *Altilius.* Gebh. Primi tribuni consularis cognomen scribitur *Atatinus* in Gaertn. *A. Tractinus* in Flor. *Atractinus* in Harl. 2. *Atracinius* in Lov. 4. *Atracius* in Lov. 5. *Attracius* in Port. *Adtracinus* in fragm. Hav. Sed Semproniorum cognomen *Atratinus* fuit. Et ita Dionys. lib. XI. pag. 736. 'Ατρατῖνος dicitur. Vide etiam hoc lib. ad c. 37. § 1. c. 44. § 1. c. 47.

§ 8. vi. 28. § 4. aliisque locis. Secundus *L. Attilius* vocatur in Lov. 2. *L. Actilius* in Port. et Lov. 5. *L. Altilius* in Harl. utroque. *Laltileus* in Hav. Sed. Λεύκιος 'Ατίλιος adpellatur apud Dionys. loco laud. et apud Diod. Sicul. Bibl. xii. p. 304. Denique ultimi nomen est *T. Cælius* in Leid. 1. *T. Celius* in Voss. 2. Port. Lov. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. *Tercilius* in Hav. Sigonio vero *T. Clœlius* emendanti consentit Pighius in Annal. ad a. cccix. p. 162. Neque aliter hodie editur apud Diodor. Sicul. auctore Rhodom. quum antea legeretur Τῖτος Κοΐντιος. Prope accedit scriptura eorum codd. qui *Cælius* vel *Celius* præferunt. Hudson etiam auctor est, in Dionysii cod. Vatic. Τῖτον Κλύλιον, pro Κλύσιον, legi.

Pacem etiam foris præbuit] *Pacem et foris præbuit* Lov. 4. et Hav. solito errore scribarum. Vide ad xxii. 47. § 9. Reliqui codd. stant a vulgata scriptura.

§ 2 *Adjectum Æquorum Volscorumque bello et Ardeatium defectioni Veiens bellum*] *Volscorumque bellum* male Voss. 1. in margine, et Lov. 4. Tum *Ardeatum* Flor. qui tamen cum reliquis scriptis *Ardeatium* recte præfert hoc lib. c. 1. et c. 10. § 6. Vide ad v. 15. § 2. Mox *veniens bellum* Harl. 1. et Hav. Ita non raro librarii peccarunt. Vide hoc lib. ad cap. 52. § 7.

Quia duo consules obire tot simul bella nequirent] *Q; duo consules* Leid. 2. et Lipsiens. *qui duo consules* Lov. 2. *qui duos consules* Gaertn. *quod duo consules* Lov. 1. Harl. 2. et Hav. Sæpe hæ voculæ commutantur in Mss. Vide ad xxxviii. 36. § 4. Hic tamen librarii ideo τῷ *quia* videntur *quod* substituisse, quoniam prius illud cum subjunctivo non recte construi putarent. Sed vide ad ii. c. 8. § 5. Præterea *obedire*, pro *obire*, Lov. 1. 2. Lipsiens. in contextu, Voss. 1. et Leid. 2. cujus posterioris margo ei substituit *expedire*. Sed vulgatum præstat. 'Obire ad omnia bella' dixit x. 25. 'Periculosum esse, sive juncti unum premant, sive id diversi gerant bellum, ne ad omnia simul obire unus non posset.' Deinde *tot bella simul* Leid. 2. alio verborum ordine. Mox etiam in aliam seriem conjectis vocibus *tribunos militum tres dicant creatos, sine promulgatæ legis mentione de creandis consulibus.*

§ 3 *Non tamen pro firmato jam stetit magistratus ejus jus*] Miror quid scribant Pall. optimi duo *pro fortunato.* Item Andreas *pro formato.* Gebh. *Pro fortunato* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *pro formato* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. a m. pr. Klockian. Harl. 1. fragm. Hav. et edd. Romana 1472. ac Parm. 1480. Sæpe τὰ 'firmare' et 'formare' inter se in membranis vetustis commutantur. Vide Vorstium ad Justin. iii. 2. viros doctos, et in primis Burmann. ad Vell. Pat. ii. 110. et c. 123. Bentleium ad Hor. Od. iii. 24. 55. Torrenium ad Valer. Max. ii. 3. ex. 1. et Oudendorp. ad Frontini ii. 5. ex. 33. Ex *formato* deinde factum *fortunato:* qua ratione apud Vell. loco priori 'fortunatum Augusti animum' editum est, quum in vet. exemplari *formatum* esset. Vide Burer. ad eum locum. Eodem modo 'forma' et 'fortuna' in Mss. commiscentur. Vide ad xli. 20. § 1. Hinc patet varias lectiones, quæ hoc loco in Mss. notantur, pro librariorum aberrationibus habendas esse: quo etiam referendum, quod *iis,* pro *ejus,* sit in margine Leid. 2. *cujus* in Hav. ut et quod *jus* desit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. interceptum ab ultimis literis vocis præced. *ejus;* sed illius loco *vis* legatur in Flor. et Hav. quomodo alibi sæpe peccatum ob literarum in scriptura Longobardica similitudinem. Vide ad iii. 38. § 13.

Tertio mense, quam inierunt, augurum decreto, perinde ac vitio creati, ho-

nore abiere] *Tertio nēse* Harl. 1. *tertio se* Leid. 2. utraque lectio superest in Lov. 1. illa a m. pr. hæc a m. altera. *In mense tertio* Gaertn. Deinde *inierant* Port. Tum *augurium decreto* Voss. 2. et Hav. Postea *ac perinde vitio* Lov. 3. *proinde ac vitio* Leid. 2. et Lipsiens. sed *auspitio*, pro *ac vitio*, adscriptum exstat in margine prioris; *perinde* in margine posterioris. Denique *honore abire* Hav. et fragm. Hav. a m. pr. quæ iterum omnia errantium scribarum sphalmata sunt.

Quod C. Curiatius, qui comitiis eorum præfuerat] *C. Curtius*, ut ante dictum. *Sigon. Curatius* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. *Curiatius* Flor. Leid. 2. Lov. 4. 5. Gaertn. Harl. uterque, Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide hoc lib. ad c. 1. § 1. *centum* etiam loco prænominis *Caius* est in Flor. Deinde *quia cum comitiis* male Leid. 2. in margine.

Parum recte tabernaculum cepisset] Quid sit 'vitio tabernaculum capere' eum, qui comitia habet, declarat Plutarchus in Marcello p. 300. ubi tabernaculo vitio capto a Ti. Sempronio Nasicam et Marcium consules abdicasse scribit. *Sigon.* Melius forte *rite tabernaculum.* Sic Val. Max. I. 1. ex. 3. 'vitio tabernaculum captum comitiis consul.' Vide Servium in Æn. II. 178. ubi *tabernaculum* pro auguraculo dici innuit. Valerius Max. et historiam et verba ea sumpsit a Cicerone de Nat. Deorum II. 4. *H. Vales.* 'Parum recte capere' est 'vitio capere,' ut Livius aliique alibi loquuntur. Vide Brisson. de Formul. lib. I. p. 120. *parum rite* malebat Valesius. Solent passim hæ voces a librariis confundi. Vide ad XXVII. 25. § 8. Hic tamen in vulgatum omnes omnino codd. consentiunt. Id itaque illis invitis mutari non placet, præsertim quum et Cic. in hac re similiter loquatur de Divin. II. 35. 'Quid enim scire Etrusci haruspices aut de tabernaculo recte capto, aut de pomœrii jure potuerunt.' Ceterum male *gubernaculum* loco τοῦ *tabernaculum* pro varia lectione præfert Voss. 1.

§ 4 *Legati ab Ardeatibus Romam venerunt*] Lege ex vet. lib. *ab Ardea.* Sigon. Etiam membranæ, quibus usi nos, *ab Ardea.* Modius. Legendum ut monuit Sigonius, exstatque in Pall. omnibus, *ab Ardea.* Sic mox cap. 9. 'Legati ab Ardea veniunt.' *Gebh. Legati ab Ardeatibus* dictum esse posset, ut 'legatus ab M. Livio,' 'legati ab Latinis et Hernicis,' et similia, (de quibus vide ad XXVIII. 9. § 1.) modo codd. illam lectionem probarent, qui hic stant ab ea scriptura, quam Sigonius, Modius, et Gebhardus in suis Mss. invenerunt. Certe ita mei omnes et, ut videtur, illi, quos Hearne Oxonii evolvit. Memorata enim Sigonii lectione, alios *ab Ardeatibus* exhibere addit, sed codicum suorum non meminit. *Ab Ardea* etiam ex edd. præferunt Rom. 1472. et Parm. 1480. 'Legati ab Ardea' dictum est, ut XXXII. 1. 'Legati ab Ardea questi in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem datam non esse:' 'legati ab Tusculo' III. 38. 'Depopulatumque inde excursionibus Tusculanum agrum legati ab Tusculo, præsidium orantes, nunciant.' IV. 45. 'Ad insequentis anni tribunos militum, &c. legati ab Tusculo venerunt:' 'legati ab Nepete ac Sutrio' VI. 9. 'Inter sermonem ejus legati ab Nepete ac Sutrio, auxilium adversus Etruscos petentes, veniunt:' 'legati ab Antio' VII. 27. 'Quum ex Latio nunciatum esset, legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum:' 'legati a Pæsto' XXII. 36. 'Legati a Pæsto pateras aureas Romam adtulerunt:' 'legati ab Orico' XXIV. 40. 'Legati ab Orico ad M. Valerium prætorem venerunt.' In quibusdam horum exemplorum constructio quidem constitui potest *legati venerunt ab*

Ardea, ab Tusculo, ab Orico, legati adtulerunt a Pæsto. Verum quum ea in reliquis non procedat, potius est, ut dicamus, *legati ab Ardea, ab Tusculo, ab Antio, a Pæsto* poni pro 'legati Ardeates, Tusculani, Antiates, Pæstani,' nota periphrasi, qua Livius alibi utitur. Ita 'Herdonius ab Aricia,' pro Aricinus, lib. I. c. 50. 'Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in absentem Tarquinium erat invectus.' 'Principes a Cora atque Pometia' lib. II. c. 22. 'Armorum inmemores obsides dant trecentos principum a Cora atque Pometia liberos:' 'coloni a Velitris' VI. 17. 'Latinis et Hernicis, simul colonis Circeiensibus et a Velitris, purgantibus se Volsci crimine belli, captivosque repetentibus, ut suis legibus in eos animadverterent, tristia responsa reddita:' 'prædones a Chalcide' XXXI. 22. 'Prædonum a Chalcide naves, quæ non mare solum infestum, sed etiam omnes maritimos agros Atheniensibus fecerant, non modo Sunium superare, sed nec extra fretum Euripi committere aperto mari se audebant.' Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. v. 271. Pari modo eadem præpositio etiam inservit circumscribendo genitivo. Infra XXVII. 5. 'Honores omnibus ad exsolvendam fidem a consule habiti.' Ita recte Gronov. ex Mss. legendum monuit; ubi plura vide.

In fœdere atque amicitia mansuros, restituto agro, adpareret] Pal. 3. *in fide atque amicitia.* Gebh. *In fidere atque amicitia* Lipsiens. ex quo librariorum errore nata esse videtur illa, quam Gebhardus in Pal. 3. invenit lectio. Sed reliqui omnes vulgatum *in fœdere* constanter servant; et recte. Sequitur enim mox hoc cap. 'His consulibus cum Ardeatibus fœdus renovatum est.' 'Fœdus et amicitia' passim junguntur. XXIII. 14. 'In fœdus amicitiamque novam transeant.' c. 33. 'Fœdusque cum eo atque amicitiam junxit.' Præterea *mansuros, quod restituto agro* perperam Voss. 2. male etiam paullo ante *si demerentur ea* Harl. 2. *si dementur ea* Gaertn.

§ 5 *Judicium populi rescindi ab senatu non posse*] *Ab senatu rescindi* Harl. 2. Hav. Lov. 2. 4. et Lipsiens. Præterea *a senatu* hic et in principio §. Gaertn.

Præterquam quod nullo nec exemplo nec jure fieret] Τὸ *quod* abest a Leid. 2. et Lov. 1. sed excidit ob præced. vocis ultimam syllabam *quam.* Vide ad XXXVII. 54. § 4. Præterea *nullo hæc ex. nec jure* Flor. *ullo nec ex. nec jure* Hav. Una sane negatio suffecisset, ac commode legi posset, ut Hav. præfert, vel etiam *nullo vel ex. vel jure.* Sed in editam lectionem conspirant reliqui, quibus usus sum, codd. eaque, si non elegantior, certe æque commoda est. Supra III. 11. 'Ut nemo, non lingua, non manu, promtior in civitate haberetur:' ubi alia vide, et ad c. 26. ejusdem libri § 5. Ita II. 45. 'Nolle successum non Patribus nec consulibus.' VI. 16. 'Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant.' c. 24. 'Nihil neque apud duces, neque apud milites remittitur a summo certamine animi.' Mox vocabulum *etiam* exsulat ab Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Si Ardeates sua tempora exspectare velint*] Pal. 3. cum Pal. 1. referunt *Si Ardeates sua sponte tempora exspectare velint:* quod non probo. *Gebh.* Eadem lectio exstat etiam in Voss. 2. et Lov. 3. Sed recte eam Gebhardus inprobavit. *Sua tempora* est sibi faventia, commoda. Cic. pro Quinct. c. 5. 'Ut eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret, assem sese negat daturum:' ubi videndi viri docti. Vide etiam Klockium ad II. 30. § 4. Gronovium ad XXXV. 12. § 8. et quæ notantur ad XXIII. 41. § 11. Mox *levandæ injuriæ permittant,* omisso pronomine *suæ,* Harl. 2. et Lov. 4.

Ut postmodum gaudeant] Prima vocula non adparet in Lov. 2. et Lipsiens. Deinde *postremo gaudeant* idem Lov. 2. præfert; quod veræ scripturæ glossema esse videtur. Utramque lectionem *postremo postmodum gaudeant* servat Gaertn. Sed ita passim glossas marginales librarius hujus codicis in contextum recepit. Vide hoc lib. ad c. 55. § 5. Idem interdum etiam in aliis factum esse, monui ad III. 44. § 4. At *postmodo* habent Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. Harl. ambo, et Hav. Passim ita optimi codd. Gronoviani in bello Punico secundo præferunt. Vide ad XXV. 38. § 12. Neque dubito quin alii in prioribus Livii libris eamdem scripturam invenissent, si codd. diligentius excutere operæ duxissent. Ego id hoc loco recepi, postquam a pluribus membranis firmatum vidi.

Se iræ moderatos] Ms. Col. *se iram moderatos*. Modius. Modius e membranis Colon. *se iram moderatos*. Et ita ante duo fere secula edidit Andreas. *Gebh.* Similiter etiam editum Romæ 1472. et Parmæ 1480. Cujus loco Mediolani eodem anno *iræ* substitutum est. Utraque constructio, 'moderari iræ,' et 'moderari iram' apud Livium obcurrit. De priori vide quæ notantur ad l. XXXVIII. c. 57. § 1. Alteram habes hoc lib. c. 10. 'Concordiæ pacisque domesticam curam, jura infimis summisque moderando, ita tenuit.' XLII. 62. 'Ita tum mos erat, in adversis vultum secundæ fortunæ gerere; moderari animos in secundis.' Utramque etiam apud Cic. obviam esse, docet Vossius Art. Grammat. VII. 34. Quum tamen omnes mei, et, ut videtur, Gebhardi Palatini, atque Hearnii Oxonienses, in vulgatum conspirent, iis potius, quam uni Modii Coloniensi paucisque excusis, fidem habere malo.

Patribus æque curæ fuisse, ne qua injuria in eos oriretur] *Æque curæ Patribus fuisse* Hav. Præterea *oreretur* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. in contextu, et Harl. 1. Atque ita vir doctus ad marginem edit. Mediol. 1480. emendaverat. Plura vide ad XXIII. 16. § 7.

§ 7 *Ita legati, quum se rem integram relaturos dixissent, comiter dimissi*] *Ita legatum* Leid. 2. Deinde *quum serã integram relaturos dixissent cũiter*, exsulante ultima voce *dimissi*, Leid. 1. Num sub his monstris, ut et quod *dimisit*, pro *dimissi*, in Lipsiens. legatur, aliud quid latere alii contendent, equidem ignoro: mihi tamen non nisi aberrantium librariorum peccata esse videntur.

Quum sine curuli magistratu respublica esset, coiere] *Sine civili magistratu* Voss. 1. Lov. 4. a m. pr. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *et coiere* Lov. 5. Verum illud *et* natum esse puto ex literis finalibus vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *coire* Voss. 1. Lipsiens. et edit. Rom. 1472. Vide ad XLV. 2. § 7. *cohere* Hav. *conjecere* fragm. Hav. a m. pr. Sed tota illa vox deest in Leid. 2. deest etiam in Lov. 1. a m. sec. quum a m. pr. scriptum fuisset *coire*. Flor. et Leid. 1. habent *coierere*. Verum et hæc omnia non alio loco habenda sunt, quam proxime præcedentia. Mox *aut tribuni*, pro *an tribuni*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Solent autem hæ voculæ in membranis vetustis confundi a librariis. Vide ad V. 3. § 7. *consulesne ante tribuni militum* est in Flor. Et hæ etiam voculæ commutabantur III. 69. § 4.

Contentio, &c. in interregno rem dies complures tenuit] 'Tenere' Livio sæpissime est durare. II. 3. 'Per aliquot dies ea consultatio tenuit.' III. 19. 'Hæ tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi.' XXIII. 44. 'Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit.' XXXIII. 22. 'Hæ inter consules tribunosque altercationes biduum tenuerunt.'

xxxvi. 43. 'Aquilones per aliquot dies tenuerant:' et quam plurimis aliis locis. Hinc primum suspicabar, *rem* non esse a Livio. Deinde quia illa *in interregno* jungi possunt cum sequentibus *rem tenuit*, non esse locum dandum suspicioni existimavi. *Duk.* Præpositionem *in* non agnoscit Hav. Ea vero elisa est a prima syllaba vocis seq. quod alibi sæpe evenit. Vide ad viii. 33. § 6. *In interregnorum dies conplures tenuit* Flor. *unde interregem dies complures tenuit* Gaertn. *dies cum plures* Lov. 1. et 2. *dies quam plures* Lov. 5. Vide hoc lib. ad c. 31. § 2. et Cortium ad Plinii Epist. iv. 13. § 4. Ceterum omnia hæc verba *crearentur, in interregno rem dies complures tenuit. Interrex ac senatus consulum comitia, tribuni plebis et plebs tribunorum militum* desunt in Voss. 1. et Leid. 2. per errorem librariorum, quibus peccandi caussam præbuit repetitio τῶν *tribuni militum* et *tribunorum militum.* Vide ad l. ix. c. 11. § 11. et mox hoc cap. § 11. Parum abfuit quin similiter errasset librarius Lov. 1. Jam enim scripserat *consulesne aut tribuni militum ut habeantur, tendunt. Vicerunt patres et plebs,* quum animadverso errore, quæ omisit postea addidit, ne deletis quidem, quæ perperam exarata erant: quod librorum descriptoribus sollemne fuisse, ne lituris codd. deformarent, vidimus ad v. 29. § 2.

§ 8 *Tribuni plebis et plebs, tribunorum militum ut habeantur, tendunt*] *Tribuni plebis inde plebs* Lov. 1. 2. et Lipsiens. utraque lectione juncta *tribuni plebis et inde plebs* est in Gaertn. *tribuni plebis inde et plebs* in Hav. Vide modo ad § 6. Deinde *contendunt* Lov. 4. Harl. 2. Hav. et Oxon. B. et C. quod ex glossa atque expositione marginali in contextum inrepsisse videtur. Passim enim 'tendere' pro contendere apud Livium usurpatum occurrit. Ita mox cap. seq. 'Ne in parvis quoque rebus incommode adversarentur, haud sane tetendere.' Vide quæ notantur ad xxxii. 32. § 7.

Vicerunt Patres, quia et plebs patriciis, seu hunc seu illum] *Vicere* fragm. Hav. Tum vocula *et* deficit in editis vetustis. Primus addidit Aldus, cum quo faciunt omnes codd. scripti. Vide ad ii. 44. § 3. Deinde *sive hunc sive illum* Lov. 5.

§ 9 *Quibus non haberetur ratio sui*] Ita primus edidit Ascensius 1513. 1516. et 1530. quem Parisini 1529. Frobenius 1535. et inde recentiores omnes secuti sunt. Antea male edebatur *haberetur ratio sua,* quod tamen superest in plerisque, quibus utor, scriptis: *sui* enim tantum exstat in Lov. 1. 2. Lipsiens. et Gaertn. Mox *reperirentur,* pro *præterirentur,* Lov. 1. *ut digni* Lov. 3.

Tribuni quoque plebis certamen sine effectu] Semper membranæ *plebei.* Modius. Vox *plebis* non comparet in Harl. 1. *plebi* habent Flor. Leid. 1. Harl. 2. et Port. quomodo pro *plebei* sæpissime in membranis vetustis occurrit. Vide ad ii. 42. § 6. Mox *relinquere* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. At passim notam, qua literæ *m* vel *n* indicari solent, perperam in scriptis vel addi, vel demi, pro arbitrio librariorum, jam aliquoties supra notavimus. *Reliqueretur* Flor.

§ 10 *Interrex consules creat L. Papirium Mugilanum, L. Sempronium Atratinum*] Ex Capit. lap. *L. Papirium Mugillanum.* Menda est fœda apud Dionys. xi. p. 736. Ὕπατοι Μενύκιος Πατρίκιος Μογιλλάνος, pro ὕπατοι μὲν Λεύκιος Παπίριος. *Sigon. Interea,* loco τοῦ *interrex,* pro varia lectione præfert Voss. 1. quæ scriptura originem debet perpetuæ literarum *A* et *X* inter se commutationi; de qua vide ad xl. 59. § 8. Tum *Mulgitanum* Lov. 1. *Mugilanium* Lov. 2. *Mugilarium* Lipsiens. *Mugillanum,* ut Sigonius scribendum monuit, super-

est in fragm. Hav. Eam scripturam alibi semper viri docti secuti sunt in Livio, præterquam hoc loco, et c. 30. ubi nunc, ut similiter vulgaretur, curavi. Denique *Atractinum* Harl. 2. *Attratinum* Port. *Ad tracinum* Hav. *Atracinum* Flor. Voss. 2. fragm. Hav. Lipsiens. et Lov. 3. *Atracini* Lov. 2. *Atracinium* Lov. 4. Paullo ante *T. Ancius Barbatus*, pro *T. Quinctius B.* Lov. 5. Mox *fœdus renunciatum*, pro *renovatum*, Lov. 5. a m. pr.

Idque monumenti est, consules eos illo anno fuisse] Pall. 1. ac 3. *atque monumenti est.* Andreas vero *idque monumento est.* Amplius Pal. 3. *consules eos illo modo fuisse.* Gebh. *Atque monumenti est* Voss. 2. et Lov. 3. *id quod monumenti est* Leid. 2. sed ita legendum foret *id quod monumento est.* Ex editis antiquis *idque monumento est* præferunt etiam Rom. 1472. et Parm. 1480. De locutione 'id quod' vide ad XXIII. 5. § 9. de altera 'esse monumento' vide ad v. 54. § 5. Malim tamen vulgatum servare, ut ita librarius Leid. cod. notas, quibus voculæ *que* et *quod* indicari solebant, perperam confuderit. Vide alia exempla ad II. 41. § 8. *id monumenti* itaque ponitur pro *id monumentum.* Vide ad VII. 26. § 12. Et quidem *idque monumentum est* habet Lov. 4. De locutione 'esse monumentum' dicam ad XXIV. 8. § 20. Insuper *idque momenti est* fragm. Hav. a m. pr. sollemni scribarum aberratione, de qua agitur ad v. 52. § 1. Præterea *consules eo illo anno fuisse* idem fragm. Hav. a m. pr. Mox *qnq;* id est *quinque*, pro *qui neque*, perperam Hav.

§ 11 *Credo, quod tribuni militum initio anni fuerunt*] Vocula *quod* deficit in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Tum *in initio* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Reliquorum codicum in editam lectionem conspiratio persuadet ut eam veriorem esse credam. Supra II. 47. 'Neque inmemor ejus, quod initio magistratus inbiberat.' c. 52. 'C. Nautio et P. Valerio consulibus initio statim anni ab L. Cædicio et T. Statio tribunis die dicta.' III. 36. 'Initio igitur magistratus primum honoris diem denunciatione ingentis terroris insignem fecere.' Sall. in Cat. c. 2. 'Igitur initio reges diversi, pars ingenium, pars corpus exercebant:' ubi videndus Cortius. Ita *principio*, pro *in principio*, II. 30. § 14. 'Romani contra, quia principio pugnæ quieti steterant, vigentes corporibus facile adepti fessos:' ubi alia videri possunt. Vocula igitur *in* male ex initio dictionis sequentis repetita erat. Vide ad cap. præc. § 11. Præterea *fuerint* Lov. 5.

Eo, perinde ac si totum annum in imperio fuerint] Omnia hæc verba exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. cui occasionem dedit repetitio vocum *fuerunt, fuerint.* Vide modo ad § 7. *Eos*, pro *eo*, male habent Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *Eo* enim est 'ideo.' Vide ad v. 16. § 3. Tum *in* non comparet in Leid. 2. et Gaertn. quod varias ob caussas excidere potuisse, vidimus ad III. 41. § 6. Deinde *per totum annum* edit. Parm. 1480. invitis scriptis. Vide ad x. 21. § 6. Tum *fuerunt* Klockian. Sed requiritur subjunctivus, ut est in reliquis scriptis. In verbis seq. τὸ *his* omittitur a scriba cod. Port.

Prætermissa nomina consulum horum] Lego *prætermissa nomina eorum.* Klock. Codd. mei nihil mutant, nisi quod *militum*, pro *consulum*, sit in Lov. 3. Neque caussam aliam vulgatum mutandi prætexere potuisset Klockius, nisi quod præcedat *his consulibus.* Sed vide ad I. 3. § 9.

§ 12 *Et in linteis libris ad Monetæ inventis*] Moguntinus codex habebat *inventa*, ut referret 'consulum nomina:' quidam nuper mutarunt in *inventos*, ut referat 'consules.' *Glar.* Vet. lib. *inventa*, ut referatur ad

'nomina consulum,' quæ prætermissa dixit. *Sigon.* Pall. Mss. et Andreas *in libris linteis ad Monetæ invente.* Infra c. 13. 'In libros linteos utroque anno relatum.' c. 20. 'Quod magistratuum libri, quos linteos in æde repositos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores.' Pertendunt Glareanus Sigoniusque *inventa.* Campan. olim *admonetæ inventa tum. Et foris.* Pal. 2. *Tum et foris.* Gebh. Dodwellus in Appendice Prælect. Camden. § 7. scribit, primos censores censura sibi demandata suffectum hujus anni consulatum supplevisse, ipso Livio id hoc loco observante. Non adsequor quomodo hoc ei in mentem venire potuerit: nam in Livio, neque hoc, neque sequenti capite, quidquam est unde hoc colligi possit. Livius hic nomina horum consulum in libris linteis inventa, et c. 8. anno sequenti primos censores creatos fuisse dicit. An ex eo consequitur, libros linteos ad curam censorum pertinuisse, eosque nomina horum suffectorum consulum, in priscis annalibus et libris magistratuum prætermissa, in libris linteis supplevisse? *Duk. In libris linteis* trajectis vocibus etiam Lov. 5. Gaertn. Voss. 2. Port. et fragm. Hav. *in lentis libris* inepte Hav. Tum *id Monetæ* Lov. 5. *id monẽde* Hav. *id monẽte* fragm. Hav. a m. sec. *id monere* Lov. 1. *admonet* Harl. 2. *admonere* Lipsiens. Denique *invente. Et foris* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. Lipsiens. Harl. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Utrum *inventæ* an *iuventæ* habeat codex, quo usus est, dubium esse monuit Klockius. *Inventi. Et foris* Port. a m. pr. qui *inventos* præfert a m. sec. quomodo Froben. 1531. edidit, et recentiores servarunt usque ad Sigonium. *Inventum. Et foris* Lov. 2. 5. Harl. 2. et fragm. Hav. *inventis. Et foris* Neapol. Latinii, Lov. 4. a m. sec. et pleræque edd. ante dictam Froben. *Invẽtĩ est. Tũ et foris* Hav. Sed unice verum est, quod viri docti probarunt, *et in linteis libris ad Monetæ inventa.* De linteis libris, monente Clerico, consulendus est Dodwell. in Append. Prælect. Academ. p. 654. et seqq.

Quum tot terrores a finitimis ostentati essent] *Ostenti essent* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. De similibus erroribus passim in membranis obviis dicam ad x. 37. § 2.

Cap. viii. § 1 *Tribunis subfectos consules quoque habuit*] Voculam *quoque* ignorant Leid. 2. et Hav. Antea etiam *Hic annos* Gaertn. *Hunc annus* Lipsiens. *Hic annus* Port. a m. pr. et Lov. 2. 4. ac 5. quasi referretur ad sequens *habuit.* Sed recte *Hunc annum* manu emendatrice in Port. illo repositum est, ut reliqui codd. omnesque typis exarati præferunt.

M. Geganio Macerino iterum, T. Quinctio Capitolino quintum consulibus] Voss. uterque, Rott. et Helm. *consule.* Sed utrumque est a mala manu. Suffecerat Livio, *Sequitur annus haud dubiis consulibus M. Geganio Macerino iterum, T. Quinctio Capitolino quintum. Idem hic annus.* J. F. Gron. *Greganio* Leid. 2. et Hav. Vide hoc lib. c. 17. § 7. Deinde vox *iterum* abest ab Hav. In prioribus quidem libris iterum vel sæpius gesti consulatus notas omitti, dictum est ad ii. 16. § 7. eas tamen hoc et seqq. libris diligentius a Livio adjectas esse, ex ipsa historia cuivis patet: quare a plerisque reliquis codd. *iterum* præferentibus non recedo, quum et Quinctius Macerini collega 'quintum' consul dicatur. Unus Gaertn. *item,* pro *iterum,* habet. Vide ad Epit. Liv. lib. xiv. Præterea *quinto* Voss. 2. et Lov. 3. ac 5. Tum *consule* Leid. 1. et Lov. 3. 4. 5. Harl. uterque, Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. Neque aliter vetustiores excusi usque ad Curionem, qui *Coss.* pro *consule* dedit: *consul'* per compendium est in Leid. 2. *consules*

in Port. Sed vocem a mala manu adjectam esse Gronovio consentio. Omnes tamen codd. eam servant.

§ 2 *Senatus equitumque centuriæ, decoris dedecorisque discrimen*] *Centuriis* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. Lipsiens. Klockian. Harl. 1. et vetustiores edd. usque ad Ascensianam 1513. *centuriarum* Lov. 2. in marg. Lov. 4. 5. Gaertn. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. in quo primigenia scriptura tam diligenter erasa est, ut, quænam fuerit, dignosci nequit. Sed vulgatam lectionem, a librariis non intellectam, et ideo varie corruptam, quam ex meis soli Voss. 2. et Lov. 3. servasse videntur, præfero. Ejus autem hic sensus est, sub potestate censuræ fuisse senatum, et centurias equitum. Vox sequens *decoris* deest in Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. at proxima *dedecoris* in Lov. 5. *dedecorisque* a m. pr. in Port. et in fragm. Hav. in quibus tantum a m. sec. margini adscripta est. Mox *sub dictione* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *sub conditione* Voss. 1. Leid. 2. Klockian. Hav. Lipsiens. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. *Sub condictione* Lov. 1.

Publicorum jus privatorumque locorum, vectigalia populi Romani] Lego ex vet. lib. *et vectigalia*. Sigon. Copula, illata a Sigonio, abest a melioribus libris nostris. *Gebh.* Vocem *jus* omiserunt librarii Hav. et Flor. Sed copulam *et* quam primus addidit Sigonius, et Hearne codices suos habere monuit, nesciunt Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Lips. Gaertn. Klockian. et Port. Eam etiam ejiciendam, quod τὸ *et* unius Sigoniani sit, monuit Gronov. ad hujus lib. c. 3. § 12. Quibus omnibus quum meliorum librorum Gebhardi auctoritas concinat, particulam etiam ex contextu expungendam arbitratus sum. Livium autem passim copulas negligere solitum fuisse, ad dictum locum docui. Vocem *locorum* insuper ignorat Lipsiens. Denique pro *populi Romani* fragm. Hav. habet *pariter*.

3 *Ortum autem initium rei est*] Ita quidem editi omnes; sed dissentiunt scripti, qui, inverso vocabulorum ordine, constanter offerunt *initium est rei*, nisi quod *initium est regi* lapsu librarii præferat solus Harl. 1. *est initium rei* Lipsiens. *initium fuit rei* Flor.

Quod in populo per multos annos incenso] Ms. inducto τῷ *per*, habent *in populo multos annos incenso*. Modius. Vocem *per* omnes nostri uno ore tuentur: at τὸ *in* deficit in Harl. 2. Pro *quod* vero Hav. legit *q;* id est *que*. De quo errore vide ad II. 41. § 8. De voce 'incensus' vide ad I. 44. § 1. Ea etiam usus est Ulpian. in Fragm. tit. XI. § 11. 'Maxima capitis deminutio est, per quam et civitas et libertas amittitur; veluti quum incensus aliquis venierit.' Mox pro *poterat* in eodem cod. est *potuerat*.

Neque consulibus, &c. operæ erat id negotium agere] Alii libri *opera* habebant, quod magis intelligitur. Sed neque hic cum quoquam depugnabimus. *Glar.* Ita Latinissimi loquuntur. Itaque male Glareanus censet, magis perspicuum fore, si legatur *opera*. Pejus vero Campanus, dum edidit, *operæ pretium erat id negotium agere*. Lib. v. 15. 'Caussatus de privati portenti procuratione, si operæ illi esset, consulere velle.' XXIX. 17. 'Neque ego exsequi possum, nec vobis operæ est audire singula, quæ passi sumus.' *Gebh.* *Neque in consulibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Harl. 2. et Hav. *nec consulibus* Voss. 2. et Lov. 3. quod posterius probari posset, si plurium codicum consensu firmaretur. Vide ad IX. 9. § 14. Nunc, adversantibus reliquis, vulgato adhærendum censeo. Ceterum *operæ* constanter præferunt, quos vidi, vel quorum excerpta nactus sum, codd. uno excep-

to Lov. 4. in quo est *opera*. Neque illud *opera*, quod alios libros habere Glareanus auctor est, alibi obcurrit, quam in quibusdam edd. et quidem in Tarvis. sec. Veneta 1495. et 1506. triplici Ascensiana annorum 1510. 1513. et 1516. et denique Paris. 1529. quales proinde, non vero scriptos, indicasse videtur. Sed recte Gebhardus *operæ erat* et elegantia et perspicuitate alteri *opera erat* non cedere, et ita Livium alibi locutum esse, exemplis docuit. Adde illis quæ laudavit, loca Livii ex I. 24. 'Multisque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit.' XXI. 9. 'Dicerent, nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatarum gentium arma; nec Hannibali, tanto discrimine rerum, operæ esse, legationes audire:' et XLIV. 36. 'Non operæ sit stanti nunc in acie docere, quibus de caussis hodie quiesse melius sit:' ubi vide Gronov. et Rhenan. ad V. 15. § 6. Pariter etiam alii loqui soliti sunt. Plautus in Mil. Glor. II. 2. 95. 'trecentæ possunt caussæ colligi: Non domi est, abiit ambulatum, dormit, ornatur, lavat, Prandet, potat, occupata est, operæ non est, non potest.' Etiam Gellius Noct. VII. 17. 'At ille oscitans et alucinanti similis, Nunc, inquit, mihi operæ non est; quum otium erit, revises ad me.' Genus autem loquendi exposuit Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. cap. de ellips. nominum, in voce 'Res.' *Operæ erant* perperam est in Lov. 2.

§ 4 *Mentio inlata ab senatu est*] Pighius in Annal. ad a. CCCX. p. 163. locum mutilum esse, itaque integritati restituendum esse credebat, *Mentio illata ab consulibus in senatu est*. Ejus conjecturæ adstruendæ inservire potest, quod mox additur, Patres 'rem,' id est, mentionem hujus rei inlatam, 'lætos accepisse;' non ergo ipsos 'intulisse:' ut et quod Dionys. Halic. refert l. XI. p. 737. consules ipsos senatum docuisse, ob continuas consulum expeditiones fuisse neglectum maxime omnium necessarium institutum, censum nempe fortunarum. Nostri tamen nihil mutant, nisi quod *mentio illa* operarum errore sit in ed. Parm. 1480. *a senatu* in codd. Lov. 4. et Gaertn. quare Pighii sententiæ calculum adjicere periculosum videtur. An forte legendum est *Mentio inlata in senatu est?* Sed nihil definio.

Custodiæque et tabularum cura, cui arbitrium formulæ censendi subjiceretur] *Custodiaque* Hav. Deinde *arbitrium et formula censendi* Hearnii Oxon. N. *arbitrium formula censendi* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *arbitrium formulæ censendæ* Port. *arbitrium censendi formulæ* fragm. Hav. a m. pr. quod ab interpolatione *arbitrium censendæ formulæ* præfert. Denique *subicerentur* Gaertn. et Hav. cum quibusdam edd. ut Venetis 1495. et 1506. et tribus Ascensii: quod ferri posset, nisi alii omnes adversarentur.

§ 5 *Et Patres, quamquam rem parvam*] Prima vox exsulat ab antiquioribus inpressis. Verum quum forte scriptum fuisset *subiceret̃. Et Patres*, ultimæ literæ præcedentis vocis τὸ *Et* interceperunt. Vide ad XXXVII. 59. § 2. Et sane illud *Et* superest in omnibus scriptis meis; in editis vero Aldus pristino loco reddidit.

Læti accepere] Gebhardus ad I. 12. § 1. ex duobus Pall. legit *læti accipere*. Nostri omnes vulgatum pertinaciter servant.

Id quod evenit, futurum credo etiam rati] *Id quod venit* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IX. 12. § 1. Uni et alteri codici hic non puto tantam fidem habendam esse, ut eorum auctoritate recepta lectio mutetur. Præterea *futurum etiam credo rati* editi antiquiores usque ad Aldum, qui, consentientibus Mss. meis, *credo etiam* dedit.

Ut mox ope eorum, qui præessent] Scribendum *ut mox opes eorum, qui*

præessent, ipsi honori jus majestatemque adjicerent. Rhen. *Opes* servant etiam omnes mei; et recte. *Opes* enim hic notant splendorem, amplitudinem, potentiam. Livius II. 41. 'Sollicitudo inerat, largitione consulem periculosas libertati opes struere.' XXIII. 32. 'Qui tum auctoritate atque opibus longe primus erat:' et alibi sæpe. Similiter Florus IV. 2. § 10. 'Forte tunc Crassus genere, divitiis, dignitate florebat: vellet tamen auctiores opes:' ubi vide Duker. Hoc sensu 'opes populi' sunt ejus vires, potentia. Vide ad II. 21. § 5. Præterea antiquiores excusi trajiciunt vocabula, et aliter interpungunt. In quibusdam enim invenio *rati, mox ut ope;* in aliis *rati mox, ut ope.* Distinctio vero et ordo verborum, qui nunc obtinet, Aldo debetur, cui codd. mei consentiunt. Tandem *mos,* pro *mox,* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. culpa scribarum, qui has voculas etiam alibi commutarunt. Vide quæ notavi ad Silii XIII. 405. Similiter alibi peccatur in scriptis. Vide ad II. 53. § 6. Quin et passim literæ *x* et *s* invicem confunduntur; cujus erroris quædam exempla vide ad XXVI. 19. § 4.

Ipsi honori jus majestatemque adjicerent] Gebhardus ad III. 33. § 10. *addicerent,* quod se in Mss. reperisse testatur, probare videtur; quam tamen veram lectionem esse, numquam mihi persuadebit. Pro *adjicerent* more seculi scriptum erat *adicerent,* quomodo plerique codd. præferunt, quibus utor, et quidem ante alios Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. quorum plerique, ut et alii, § præc. *subiceretur,* vel *subicerentur,* pro *subjiceretur,* ostentant. Vide ad II. 10. § 9. Ex *adicerent* autem formare *addicerent* inperitioribus facile ac sollemne fuit. Vide A. Augustin. Emend. II. 3. et quæ notantur ad Livii I. 30. § 3. ad III. 33. § 10. loco laud. hoc lib. ad c. 60. § 2. ad VI. 6. § 9. et alibi: *adjiceret* habet Voss. 1. *illi honori,* pro *ipsi honori,* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 6 *Et tribuni (id quod tunc erat) magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem intuentes*] Expressit lectionem hanc solus Campanus, quam ego legitimam, aut legitimæ proximam existimo. Nam Andreas deterius meo animo, *Et tribuni: id quod tunc erat magis necessarium: quam, &c.* Secundus Palatinorum Mss. codicum, *Et tribuni id quod magis erat necessarium, quam speciosum.* Ceteri unico tantum elemento mendosi mutant. *Gebh.* Lectio, quæ nunc vulgo circumfertur, demum mihi obvia fuit in edit. Mediol. 1505. et Aldi, qui inter errata ita legendum monet, quum in ipso contextu una cum vetustioribus, quos vidi, excusis vulgasset *et tribuni id, quod tunc erat magis necessarium, quam, &c.* Eidem contextus lectioni consentiunt ex scriptis Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Unus Lov. 2. habet *et tribuni id quod tunc erat magis necessarium, quam speciosum, ministerii procurationem intuentes.* Neque inde differt Hav. nisi quod insuper omittat voculam *tunc.* Sed omnino præferenda est edita scriptura; qua indicat Livius, ministerii procurationem, sive ipsam censuram, magis necessariam quam speciosam non modo tribunis plebis visam fuisse, sed etiam re vera eo tempore exstitisse. Patet itaque librarios ferre non potuisse *magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem,* pro *magis necessarii, quam speciosi m. p.* Sed ea forma *majora rerum initia,* pro *majorum rerum in.* supra est I. 1. *violati hospitii fœdus,* pro *violatum h. f.* c. 9. *domesticam curam* infra hoc lib. c. 10. pro *domesticæ c.* quomodo Jac. Gronovius ibi legendum censet. Videnda dissertat. de voce Μέγας, ad locum priorem laudata. Ceterum

suspiciosi, pro *speciosi*, male est in Lov. 1. et Leid. 2. Denique *ministerii justū procurationem intuentes* Harl. 2. in margine.

Ne parvis quoque rebus incommode adversarentur] Ms. *ne in purvis quoque rebus*. Modius. Pall. omnes *ne in parvis quoque rebus*: quæ lectio reponatur. *Gebh.* Præpositionem *in*, quam Modius et Gebhardus restituendam docuerunt, et Gronovius jam in prima ed. in contextum recepit, servant omnes non modo codd. mei, sed et antiquiores typis descripti usque ad Frobenium, qui eam primus a. 1535. perperam omisit. Præterea *pravis quoque rebus* Hav. errore, quem et alibi viri docti observarunt in Mss. obcurrere, literis transpositis. Vide ad XXIX. 37. § 16. Tandem vocabula *incommode adversarentur, haud sane tetendere. Quum a primoribus* culpa librarii exsulant a Voss. 2. *retendere* autem, pro *tetendere*, habet Lipsiens.

§ 7 *Quum a primoribus civitatis spretus honor esset*] *Quum ab primoribus civitatis spretus honos esset* Hav. *sumptus honor esset* contra mentem Livii dedit scriba cod. Harl. 2.

Quorum de consulatu dubitabatur] *Dubitur* Harl. antiq. *dubitatur* Lov. 4. et vetustiores typis exarati usque ad Aldum, qui *dubitabatur* reposuit. Quamvis autem Aldo concinant reliqui codd. scripti, videtur tamen prisca lectio præferenda esse. Non enim, quo tempore censores creabantur, dubitabatur, vel dubitari potuit, utrum anno proximo consules fuissent, an minus; sed Livius indicat, de consulatu Papirii et Sempronii suo tempore nunc, quum hæc scribit, dubitari, quia, ut cap. præc. dixit, eorum nomina neque in annalibus priscis, neque in libris magistratuum inveniuntur. Illud *dubitabatur* jam Doujatium etiam sollicitum habuit, qui *demebatur* reponendum censebat: quam conjecturam nulli, credo, verosimilem reddet. Quum enim censuram in quinquennium integrum acceperint, atque omni eo tempore gesserint, illud tempus aut etiam minima ejus particula non fuit *demta* dė consulatu Papirii et Sempronii, qui honore consulatus anno elapso perfuncti erant. In primis vero animadversione digna est ratio, qua conjecturam tueri conatur. 'Cum enim mense Decembri iniissent, auctore Dionysio, annum solidum non impleverant.' Ex quibus verbis patet, eum confudisse Papirium et Sempronium, anni proximi consules, qui honore deposito censores creati sunt, cum hujus anni consulibus M. Geganio Macerino et T. Quinctio Capitolino; de quibus, non autem de Papirio Semproniοque, Dionys. l. XI. p. 737. testatur, eos consulatum iniisse τῇ διχομήνιδι τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. Id autem post abrogatos decemviros ordinarium tempus ineundo consulatui per aliquot tempus mansit, atque hoc anno etiam fuit. Vide Dodwell. notas ad Chronolog. Dionys. ad annum ante natum Christum CCCCXLVI. p. 92. Id tamen verum est, anni proximi consules Papirium et Sempronium non per integrum annum dignitatem gessisse. Idibus enim Decembribus magistratum occeperunt tribuni consulares, qui post septuagesimum tertium diem, teste ibid. Dionys. p. 736. vel post mensem tertium, quam inierunt, teste Livio cap. 7. honore iterum abiere: his autem in reliquam partem subfecti Papirius et Sempronius Idibus Decembribus proximis, tempore ordinario, consulatum successoribus tradiderunt. Vide Dodwell. ibid. ad a. CCCCXLI. p. 94.

Censores ab re adpellati sunt] *Censoresque* Lov. 5. reliquis omnibus adversantibus. Tum voces *ab re* non adparent in Leid. 2. quas male librarius neglexit. Similiter loquitur Liv. I. 17. 'Id ab re, quod nunc quo-

que tenet nomen, interregnum adpellatum.'

Cap. ix. § 1 *Pro veterrima societate, renovatoque fœdere recenti, auxilium prope eversæ urbi inplorantes*] *Pro vetustissima societate* Harl. 2. invita reliquorum codd. turba. Tum *revocatoque fœdere* Voss. 1. Lov. 2. et Lipsiens. solita librariorum aberratione. Vide supra ad iii. 51. § 7. *renovato fœdere* sine particula connectente Hav. et fragm. Hav. Deinde *prope eius urbi* Leid. 2. quæ lectio nata videtur ex compendio scribendi *eůsæ* vel *eůse*, ex quo parva mutatione fit *ejus:* at *eversæ urbis* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Non bene.

§ 2 *Quorum caussa atque initium traditur ex certamine factionum ortum*] *Quorum eam utque initium* Lov. 3. Scriptum fuerat *cā* per compendium, idque errandi ansam dedit ob similitudinem literarum *c* et *e*. Vide ad xxxviii. 58. § 11. *quorum caussæ utque initium* Flor. Tum *traditur et certamine* Port. Vide ad xxvi. 45. § 1. Præterea *factione*, pro *factionum*, nullo sensu Hav. *sociorum* Flor. Insuper *ortum fuisse* Lov. 5.

Quæ fuere eruntque pluribus populis magis exitio] Duæ priores voces deficiunt in Lov. 5. a m. pr. pro quibus deinde a m. sec. adscriptum *quæ fuerunt*, quemadmodum etiam præferunt Gaertn. Flor. Port. et Hav. Ea forma tamen ideo abstinuisse Livius videri potest, ut addens *erunt* evitaret ingratum ὁμοιοτέλευτον, licet id non admodum religiose alibi observaverit. Vide ad xxvi. 46. § 6. Præterea *potentibus populis* edidit Sigonius. Verum neque hujus mutationis ipse in Scholiis rationem reddidit, neque illa lectio mihi alibi, vel in scriptis, vel in editis vetustioribus, obcurrit, ut contra mentem ac voluntatem ejus inrepsisse verosimile sit. Si tamen codicum fide dignorum auctoritate niteretur, lectio ea posset inlustrari simili loco Livii ii. 44. 'Æternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus sæviant: id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia essent.'

§ 3 *Quam fames, morbive, quæque alia in Deum iras, &c. vertunt*] Repetit Pal. 2. *quum quæ alia.* Lib. xxvii. c. 46. 'In illis locis hunc coëgisse exercitum, quibus ille majorem partem militum fame ac frigore, quæ miserrima mortis genera sunt, amisisset.' *Gebh.* *Quum quæ alia* Sigonius quoque se in vet. lib. invenisse prima Scholiorum ed. professus est, quod in postea secutis omissum video. Ea vero scriptura in nullo meorum codicum superest, licet non per omnia cum edita lectione consentiant. Nam *quam fames, morbi, quæque alia* est in Port. a m. sec. *quam fames, morbi, neque alia* in Leid. 2. *quam fames, morbive, quamquam alia* Harl. 2. Sed optimi servant vulgatum, quod propterea verius puto. Præterea *vel in ultima publicorum* Harl. 1. pro *velut ultima p.* Præterea *in Deos* Flor. a m. pr. pro quo recte emendatum *in Deũm.* Denique *vertunt* Lov. 4. *vertit* Hav. Male. *Vertunt* est, homines vulgo vertere solent. Vide ad xxxiv. 56. § 11. Paullo ante *bella hesterna*, pro *b. externa*, Gaertn. solito scribarum errore. Vide ad xl. 14. § 2.

§ 4 *Virginem plebeii*] Similes seditionum caussas vide apud Aristotelem πολιτ. v. 4. *J. F. Gron.*

Alter virgini genere par, tutoribus fretus] *Alter virgini pavere p tutoribus*, neglecta ultima voce *fretus*, Hav. Τὸ *genere* non adparet in Lov. 4. et Gaertn.

§ 5 *Adjuvabant eum optimatium studia*] *Primatum studia* Leid. 2. quod ex glossa marginali receptum videtur. Vide ad Epit. Liv. lib. lviii. *optimatum* Lov. 1. 4. Harl. 1. Port. et Hav. Sed alterum, pro quo stant

reliqui, et inter eos primæ auctoritatis codd. loco non movendum judico. Vide ad Epitom. Liv. lib. LXXIX. *optumatium* habet Voss. 1. a m. pr. Vide mox ad § 8.

Per quæ domum quoque puellæ certamen partium penetravit] Pall. omnes *per quæ in domum*. Plautus Cistellaria I. 1. 94. 'Inde in amicitiam insinuavit cum matre et mecum simul, Blanditiis, muneribus, donis.' *Gebh.* Vitium recentium, nescio unde ortum: nam et scripti et editi veteres omnes *per quæ in domum*. Lib. II. c. 53. 'Tumultus et e castris in urbem penetrat.' x. 1. 'In eam speluncam penetratum cum signis est.' *J. F. Gron.* Præpositionem *in*, quam præter Lov. 4. agnoscunt omnes codd. mei, ut et illi, quos Hearne Oxonii evolvit, primus omisit Curio. Licet autem postea Gryphius 1554. et Basileenses atque Sigonius anno sequenti, eam pristino loco restituerint, Parisienses tamen 1573. ejusque exemplo omnes recentiores usque ad Gronov. errantes sequi maluerunt. Passim cum præpositione hoc verbum construere Livius amavit. Supra II. 12. 'Primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit.' IV. 34. 'Jam enim et ipse in deserta hostium castra penetraverat.' c. 39. 'Lætus ab tumulo suos devocat, et in castra Romana penetrat.' x. 41. 'Penetrare in interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent.' Ita Modius in cod. Fuld. et Gronov. in Voss. 1. invenerunt, quod quorumdam ex meis triumque Oxoniensium Hearnii auctoritate firmatum in contextum recepi. Vulgo ibi quoque τὸ *in* omissum erat. XXXVIII. 7. 'Nec tamen penetrare in urbem poterant.' Similiter Virgil. in Culic. vs. 41. 'Igneus æthereas jam sol penetrarat in arces.' Alios tamen, etiam optimos scriptores, præpositionem omittere solitos fuisse, docent viri docti, quos laudat Oudendorp. ad Frontini Strateg. III. 9. ex. 5. Silius etiam, alioqui perpetuus Livii imitator, utraque constructione usus est: altera I. 64. 'Jamque aut nocturno penetrat Capitolia visu, Aut rapidis fertur per summas passibus Alpes.' et III. 650. 'Maxime Belide, patriis qui mœnibus arces Servitium dextra, Libycas penetravimus oras:' altera eodem lib. III. vs. 708. 'Sidonios augebis avos; nullique relinques Altius Ausoniæ penetrare in viscera gentis.' Sed prius, quamvis interdum apud scriptores prosaicos reperiatur, frequentius tamen apud poëtas obcurrit. Hic tamen *domo*, pro *in domum*, præferunt excerpta Flor. Ceterum *per qua*, pro *per quæ*, est in Flor. eodem, et in Harl. 1. *per quã* in Leid. 1. Deinde *certamen patrium*, transpositis literis, pro *partium*, in Leid. 2. Vide hoc lib. ad c. 60. § 3. *certam penetravit partium* Lov. 5. Sed solis tantum vocibus trajectis *certamen penetravit partium* Port. Hav. et fragm. Hav.

Tutores, in ea quoque re partium memores, ad suum tendere] *Quoque in ea re* Gaertn. *in ea re*, voce media omissa, Hav. invitis atque adversantibus reliquis. Vir doctus ad marginem edit. Curionis notavit sibi post τὸ *suum* vocem deesse videri. Gronovius etiam in prima notarum ed. scribebat *ad suam*, nempe partem aut factionem, quam conjecturam recte postea in repetitis curis omisit. Nam *ad suum* est ad plebeium, qui erat sui corporis, sui ordinis. Infra hoc lib. c. 24. 'Adeo se suis etiam sordere, nec a plebe minus, quam a Patribus contemni.' Postea eodem cap. 'Adparebatque, irritatis animis, plebem ad suos studia inclinaturam.' c. 35. 'Sed ne in tribunis quidem militum creandis (quæ communia essent comitia Patrum ac plebis) aut sui aut suorum meminisset.' v. 29. 'Sceleris plebem arguere, quæ jam in suos versa non intelligeret, se in-

tercessionem sustulisse.' Et sæpe. Ita *sui*, qui suarum partium sunt, ut obponantur *hostibus*, hoc cap. in fine: 'Et alia parte consul muro Ardeæ brachium injunxerat, qua ex oppido sui commeare possent:' III. 5. 'Et suorum animos turbavit, et ferociores hostes fecit.'

§ 6 *Quum res peragi intra parietes nequisset, ventum in jus est*] *Inter parietes* Flor. Lov. 2. et Hav. Male. Cic. pro Quinctio c. 11. 'Si quid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur.' Passim *inter* et *intra* in scriptis commutantur. Vide ad v. 27. § 3. Perperam etiam idem codex *ventum ad jus est:* Lov. 4. *in jus ventum est.*

Postulatu audito matris] *Postulato audito* Harl. 2. Gaertn. a m. pr. Lipsiens. et Hav. quod apud Livium, Cicer. aliosque frequens est. Alterum contra rarissime obcurrit, neque alibi, quam hoc loco, notavi. 'Postulatum' enim casu quarto, adeoque incertum, utrum a recto 'postulatus,' an a 'postulatum' declinatum sit, habes III. 47. 'Priusquam aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus.' XXIII. 22. 'Eam sententiam haud æquioribus animis, quam ipsorum quondam postulatum Latinorum, Patres audierunt.' Propterea tamen non displicet, sed contra alteri præferendum puto, partim auctoritate et consensu reliquorum codicum, partim ne duo eodem modo desinentia vocabula jungantur. Ob quam eamdem rationem Cic. in Verr. v. 66. 'perangusto fretu,' et in Verr. II. 78. 'manifesto peccatu' dixisse, observat Gellius Noct. XIII. 20. Ad Cic. autem priorem locum etiam Lambin. observat, Lucretium I. 720. dixisse, 'Angustoque fretu rapidum mare dividit undis.' Quin et multa alia obcurrunt vocabula, quæ olim ad legem et secundæ et quartæ declinationis nominum formata sunt. Vide Burmann. ad Nason. Metam. IV. 566. Cortium ad Sall. Jug. c. 2. § 4. et Torren. ad Valer. Max. I. 1. ex. 1. ubi ex Livio etiam similia quædam notavit. Talia quoque habenda sunt *senatusconsultus*, pro *senatusconsultum*, (vide ad Livii v. 13. § 5.) *plebiscitus*, pro *plebiscitum*. (vide ad XXV. 7. § 5.) Plura vide ad XXIV. 19. § 6. et quædam ad VI. 20. § 11. Mox *arbitrium dantium nuptiarum* male Flor.

§ 7 *Sed vis potentior fuit*] *Sed jus potentius fuit* Hav. *sed ius potentior fuit* Leid. 2. et ed. Mediol. 1480. ut pateat, variam lectionem ortam esse ex librariorum operarumve aberratione, qui voces *ius* et *uis* ob ductuum adfinitatem confuderunt, et postea demum, ut posteriora prioribus convenirent, *potentius* τῷ *potentior* substitutum esse. Alibi sæpe in his vocibus perperam commutandis peccatum est. Vide ad III. 38. § 13.

De injuria decreti palam in foro concionati] *Concionanti* primo datum est in Leid. 1. et Voss. 1. a m. pr. quod, aperte mendosum, deinde mutatum est in *concionantes*, quemadmodum præferunt Lov. 2. 4. Lipsiens. et Harl. 2. quo eodem errore *inopinantes*, pro *inopinati*, et similia alia passim in Mss. obcurrunt. Vide ad XXI. 52. § 10. *concionali* est in Hav. Mox *mane facto*, pro *manu facta*, Lov. 4. et 5. Tum *ex domo patris* incogitanter admodum librarii dederunt in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Verum præterquam quod jam ter antea in hac re 'matris' mentio facta sit, si pater virginis viveret, unde 'tutores' habuisset? Voces *ex domo matris rapiunt: adversus quos infestior coorta optimatium acies sequitur accensum injuria juvenem* perperam omittuntur culpa librarii in Harl. 1.

§ 8 *Adversus quos eo infestior coorta optimatium acies*] In volumine scripto tantum legitur *adversus quos infestior.* Rhen. Non aliter etiam legitur in

omnibus meis ac veterrimis editis. Aldus demum voculam *eo* interposuit, quam recte Rhenanus expunxit. Deinde *exorta* Lov. 4. Male. Supra II. 35. 'Sed adeo infensa erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum esset Patribus.' III. 41. 'Ferociores iterum coorti Valerius Horatiusque vociferari.' VI. 18. 'Quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset.' *Infestior* tamen non comparet in Hav. Tum *obtumatium*, vel *optumatium acies* Flor. et Voss. 1. a m. pr. non hoc loco tantum, sed et mox hoc § ubi eadem scriptura etiam superest in Leid. 1. aliisque. *Optimatum* Leid. 2. Lov. 1. 4. (qui et mox ita præferunt) et Hav. in quo et vox *acies* aberratione scribæ deficit. Vide modo ante ad § 5. Mox *fuit prœlium atrox* Lipsiens. Pari modo etiam alibi librarii hæc verba commutarunt. Vide ad XL. 15. § 2.

Nihil Romanæ plebi similis] *Nihil Romanæ plebi simile* Lov. 5. *in hec Romanæ plebi similis* fragm. Hav. Librarii mentem Livii non perceperunt. Ideo enim Romanæ plebi illam Ardeatium dissimilem dicit, quod ab optimatibus secedens patriæ bellum intulerit; quum de priori plebis Romanæ in montem Sacrum secessione locutus Livius dicat II. 32. 'Ibi, sine ullo duce, vallo fossaque communitis castris, quieti, rem nullam, nisi necessariam ad victum, sumendo, per aliquot dies, neque lacessiti neque lacessentes, sese tenuere:' de altera autem III. 54. 'Sed, qua bic modestia fuistis, ubi nullius ager in tot rerum usu necessario tantæ multitudini est violatus, eam modestiam ferte in urbem.' *Nihil similis* est 'non similis.' Vide ad XXXVII. 54. § 22. Præterea *Roma ve plebis* Hav. *Romanæ plebis* Flor. et Leid. 2. Tradunt quidem grammatici, τὸ *similis* casum secundum requirere, si ad mores; casum tertium, si ad formam referatur: verum hanc regulam infinitis locis optimi scriptores neglexerunt. Quin et eam Livius hic observasse censeri potest, licet recepta scriptura servetur. *Plebs* enim casum secundum non modo *plebis* et *plebei*, sed etiam *plebi*, formasse, dictum est ad II. 42. § 6. Vulgatum igitur, in quod alii codd. et, uno Flor. excepto, etiam integerrimi, conspirant, præfero, et literam initialem τοῦ *similis* in fine præcedentis vocis *plebi* perperam repetitam esse existimo. Vide ad VI. 13. § 3.

Colle quodam capto, in agros optimatium cum ferro ignique excursiones facit] Pal. 2. *in agros optimatium ferro ignique excursiones facit.* Gebh. Præpositio *cum* similiter exsulat etiam a Lov. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. quam tamen ab ultimis literis vocis proximæ elisam reor, quum Livius in similibus locutionibus eam addere amaverit. Vide ad XLIII. 23. § 1. Præterea *colle quodam in agros capto* habet fragm. Hav. a m. pr. *in agro* Voss. 2. et Port. a m. pr. *optumatium* et *optimatum* nonnulli codd. ut modo hoc § dictum. Insuper *igneque* Lov. 2. Male. Vide ad I. 41. § 3. Infra hoc lib. c. 33. 'Si igni non telis pugnandum est.' V. 14. 'Cui ferro aut igni noceri posset.' VI. 33. 'Satricum urbem igni concremarent.' Tum *excursione facit* Lipsiens. in contextu. Sed litera finalis sibilans intercepta est a seq. vocis initiali ob ductuum similitudinem. Vide hoc lib. ad c. 33. § 11. Denique *faciunt* Port. a m. pr. *plebs faciunt*, ut *plebs amitterent*, de quo vide ad II. 5. § 2. ita mox quidam codd. *parant*, pro *parat.* Reliquis tamen codd. cum edita lectione stantibus, ei quoque adhæreo. Paullo ante *ex urbe perfecta*, pro *ex u. profecta,* Lipsiens. Vide ad XXXVII. 6. § 7.

§ 9 *Urbem quoque, omnis etiam expertem ante certaminis*] Doujatius, præfatus urbem, in qua prœlium atrox inter nobilitatem et plebem commissum, et unde plebs armis pulsa esse narratur, 'omnis exper-

tem ante certaminis' dici non posse, scribendum una literula mutata conjicit *expertes*, et per 'expertes' intelligit cives locupletes, qui neutrarum partium fuerant. Verum locupletes illi ordinem ab optimatibus ac plebe diversum constituisse non videntur, sed ad alterutrum eorum pertinuisse; quemadmodum Romæ cives in patricios et plebeios divisi fuerunt, postea etiam in optimates et populares, teste Livio IX. 46. 'Ex eo tempore in duas partes discessit civitas: aliud integer populus et cultor bonorum; aliud forensis factio tenebat.' Codd. scripti et editi nihil variant, nisi quod *omnes*, pro *omnis*, sit in Hav. et quod *omnis* deficiat in Lov. 5. *etiam* in Lov. 4. *ante* in Leid. 2. Posset itaque vulgatum servari, et *expertem* exponi 'expertam:' quo sensu eam vocem olim in usu fuisse, ex glossis docuerunt Taubmann. ad Plauti Captiv. III. 1. 26. et Casaub. ad Persii Satyr. VI. 38. Id tamen obstat, alibi apud Livium vel ejus ætatis scriptores eo sensu non obcurrere. Confugiendum itaque ad medicinam, quæ quidem duplex mihi in mentem venit. Primo autem tentabam *omnis etiam experte ante certaminis:* verosimile enim est, multitudinem opificum, qui per homines utriusque ordinis panem lucrari debebant, certaminibus ordinum se non inmiscuisse, usque dum spe prædæ a plebeiis inlecta ad eos defecerit. Quum autem librarii pro lubitu, præsertim ultimis vocum syllabis virgulam, literæ *m* indicem ac notam, addere vel omittere soliti fuerint, ut jam sæpe dictum, mutatio hæc fere pro nulla haberi potest. Minus tamen satisfacit, quod voces *experte ante* iisdem literis finiantur. Magis itaque placet *omnis etiam expertam ante certaminis.* Urbs experta ante fuerat omnis certaminis, in qua post utriusque factionis varias turbas tandem atrox prœlium commissum erat. Alibi autem 'expertus' apud Livium cum casu secundo construi, videbimus ad XL. 8. § 4.

Multitudine opificum ad spem prædæ evocata] Et hunc locum Aldinus codex mutavit in *advocata:* mihi *evocata* magis arridet. *Glar.* Glareanus *evocata*, ut habet et Andreæ ed. Ceterum Pall. tres *advocata;* et amplius Pal. 2. *multitudine opificum ad spem prædæ advocata parant.* Campanus vulgavit *ad spem prædæ revocata.* Gebh. Aldum *advocata* edentem nullus recentiorum secutus est. Sed eum ita in scriptis, quibus usus est, invenisse, illud indicio est, quod non modo eamdem lectionem in Pall. Gebhardus, sed ego quoque invenerim in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sane ambæ lectiones ferri possunt, *ad spem prædæ advocata* repetita præpositione, cum qua verbum componitur; quod Livio familiare esse, vidimus ad præfat. § 11. vel *ad spem prædæ evocata*, sc. ex urbe, quomodo 'educere in aciem,' nempe ex castris: de quo vide ad III. 62. § 5. 'evocare ad colloquium,' nempe ex castris, ex urbe. Vide ad cap. seq. § 1. Et quidem hæc lectio elegantior videtur, quam altera, pro qua tamen stat codicum insignis multitudo. Sed quis præstare poterit, semper scriptori id, quod nunc elegantius habetur, placuisse? Dubius itaque hæreo, cui scripturæ accedam: vulgatum certe loco movere ausus non sum. Nunc tamen *evocata* præfero, postquam ex Ms. Florentini excerptis didicerim, in eo codice a principio scriptum fuisse *revocata*, sed literam initialem a manu antiqua expunctam esse. Præterea vox *opificum* negligentia librarii aberat a Lov. 3. et Voss. 2. Tum *parant*, quod etiam Gebhardus in Pal. 2. invenit, habent et Port. Lov. 5. atque Hav. Sed vide ad finem § præc.

§ 10 *Velut contacta civitate rabie duorum juvenum*] *Concitata civitate rabie* Neapol. Latinii, quod olim

margini pro expositione adscriptum postea male in contextum irrepsit. Vulgatæ lectionis metaphoram elegantem exposui ad II. 5. § 2. Apul. Metam. l. IX. p. 217. edit. Elmenh. 'Venenatis morsibus contacta nonnulla jumenta efferari jam simili rabie.' Ceterum verbis proxime præcedentibus *cladisque*, pro *cladesque*, est in Gaertn. Vide ad XXI. 57. § 14. Deinde omnia illa, *abest; velut contacta civitate, &c. armorum bellique* omiserunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui error provenit ex repetitione τῶν *belli adest* et *bellique est*. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 11 *Optimates Romanos ad auxilium urbis obsessæ, &c. excitavere*] *Optumates* Flor. et Leid. 1. Vide ad § 5. Præterea ultima Gruteri ed. omisit præpositionem, ut per adpositionem dicatur *Romanos auxilium*. Verum voculam illam agnoscunt omnes, quibus utor, codd. quare recte eam Gronovius revocavit, rem testatus in priori notarum ed.

Plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos excitavere] Gebhardus monet ad Liv. II. 24. § 2. Ms. Pal. *plebes* habere: per quem videtur indicasse Pal. 2. Similis enim lectio est in Hav. qui plerumque ipsi consentire solet. Reliqui vero constanter *plebs* servant. Deinde *ad expugnandum secum Ardeam* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. et Harl. 2. quod ibidem etiam Gebhardus ex Ms. Pal. laudat. Vide ad XL. 49. § 1. *expugnandum secum Ardeam*, omissa præpositione *ad*, Lov. 2. unde suspicio nasci posset, scriptum fuisse *expugnatum secum Ardeam*. Facile enim scribæ *expugnatum* et *expugādum* confundere potuerunt, ac sæpe etiam confuderunt. Vide ad VI. 37. § 4. Aliorum tamen vulgatum servantium fides apud me potior est. Denique *excitavere* primus edidit Jac. Gronovius, sine dubio lapsu operarum; quem, quod inter errata adnotatum non invenerit, fideliter Clericus exprimi curavit. Omnes tamen et scripti et editi ceteri conspirant in lectionem vetustiorem *excivere*. Infra XXVIII. 24. 'Juventute Celtiberorum excita, agrum Suessetanum Sedetanumque sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt.' XLV. 4. 'Qui paullo ante Dardanos Illyriosque oppugnasset, Bastarnarum excivisset auxilia.' Quibus locis videnda plura exempla.

§ 12 *Priores Volsci, duce Æquo Cluilio, Ardeam venerunt, et mœnibus hostium vallum objecere*] *Clœlio*, ut ante sæpe dixi de *Cluiliis*. Sigon. Sigonius et hic censet legendum *Clœlio*. Pall. omnes *Civilio:* amplius Pal. 2. *duce suo Civilio*. Gebh. *Duce suo Æquo*, addita voce, Lov. 5. Sed eam recte nulli alii agnoscunt. *Æquo Civili* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *Æquo Civilio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. fragm. Hav. et priscæ edd. usque ad Frobenianam 1535. quæ *Cluilio* dedit. *Æquo Emilio* Voss. 2. At cap. seq. § 7. omnes libri, qua scripti, qua excusi dicta Frobeniana ed. antiquiores, *Civilio Volscorum duce*. Quum autem Volsci ducem ex gente Æquorum sumsisse dicantur, ac supra dux Æquorum *Gracchus Clœlius, gentis suæ longe princeps* memoretur III. 25. ubi in omnibus Mss. Sigonii, Gebhardi, et tantum non meis etiam *Clœlius*, in vetustis edd. *Chlœlius* vocatur, pro quo Frobenius demum *Cluilius* edidit, Sigonius iterum *Clœlius* restituit, eumdem hic indicari, et proinde idem nomen revocandum verius videtur, quod etiam hoc loco et cap. seq. in contextum recepi. Alibi etiam *Clœlius*, pro *Cluilius*, restituendum Sigonius docuit. Vide ad I. 22. § 4. Tum, addita præpositione, *in Ardeam* præfert Voss. 2. Præterea ex duobus melioribus Pall. *venire* et *obicere* legendum esse supra censuit Gebhardus ad I. 12. § 1. quod in solis meorum Voss. 2. Lov. 3. et 5. a m. pr. inveni: at *venere* et *obicere* habent

Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et a m. sec. Lov. 5. Port. ac fragm. Hav. a m. pr. sed *venere* et *objecere* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Et in similem codicem videtur incidisse scriba cod. Hav. Quum enim iisdem literis terminatum *excivere* præcedat, ea caussa fuisse existimanda est, cur sequentia *Priores Volsci duce Æquo Clœlio Ardeam venere* omiserit, quod adeo facile committere non potuisset, si in exemplari, unde sua hausit, *venerunt* invenisset. Denique vocem *hostium* nescit Leid. 2. *mœnibus ostium et vallum objecere* habet Lipsiens.

§ 13 *Quod ubi Romam est nunciatum*] *Romæ* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Male. Infra xxv. 22. 'Hæ clades, super aliam alia, Romam quum essent nunciatæ:' ubi plura vide. *Nunciatum est* habet Hav. Mox *M. Geginius* Hav. idem, *M. Greganius* Leid. 2. *M. Genanius* Gaertn. Vide ad cap. præc. § 1.

Tria millia passuum ab hoste locum castris cepit] Pall. duo, primus ac tertius, *tribus millibus*. Gebh. In quibusdam codd. numerus notis scriptus fuit hoc modo *III. M. passuum*, quomodo in fragm. Hav. aliisque superesse video. In iis autem explicandis varie errarunt imperiti librarii. Quidam enim ex numeri ternarii nota literas *in* formarunt, ac dederunt *iñ mille passuum*, quomodo præfert Port. quidam *inde mille passuum*, ut est in Lov. 5. Contrarius hic error est illi, quo ex pronomine plurali *ii* factum est *II.* vel *duo.* Vide ad xxxvi. 43. § 11. Alii iterum scripserunt *tribus millibus passuum*, quod exhibet, præter Pall. a Gebhardo hoc loco et a Gronov. ad Livii xxv. 9. § 16. memoratos, etiam Lov. 3. Ita Livius loquitur xxiv. 33. 'Romanus exercitus ad Olympium mille et quingentis passibus ab urbe castra posuit:' atque alibi. Plures tamen, iique optimi, codd. vulgatum tuentur; quod etiam servo. Supra I. 23. 'Castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant.' xxiv. 14. 'Ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calorem fluvium castra posuisse audivit.' c. 20. 'castra ab urbe ferme passus mille locat.' Alia exempla, ubi librarii in explicandis notis numerorum peccarunt, vide ad xxv. 9. § 16. Præterea voces *ab hoste* desunt in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui iidem codd. cum Lov. 2. 4. Lipsiens. et Harl. inverso ordine exhibent *cepit castris.*

Præcipitique jam die curare corpora milites jubet] 'Præcipitem diem' vocat extremum diei. Sic Curtius vi. 5. 'præcipitem senectutem' dixit. *Rhen.* *Præcipiti die* est jamjam occasum minanti. Lib. x. c. 42. 'Jam enim præceps in occasum sol erat.' xxv. 34. 'Ni præcipiti jam ad vesperum die nox intervenisset.' *Gebh.* Cicer. Fragm. Arat. ex edit. Grotii p. 10. 'Jam prope præcipiti ante licebit visere nocti.' Curtius iv. 16. 'Tantoque cursu corpora exhausta, et præceps in noctem diei tempus caussatus est.' Tacit. Histor. iii. 86. 'Præcipiti in occasum die, ob pavorem magistratuum senatorumque vocari senatus non potuit.' Vide Freinshem. in Indic. Flori voce 'Præcipitantibus fatis:' ubi tamen ex Sallustio laudatum exemplum illud est, quod melius Gebhardus profert hoc loco ex Livii xxv. 34. Eodem sensu 'sol præcipitans' est apud Cicer. de Orat. iii. 55. 'His autem de rebus sol me ille admonuit, ut brevior essem, qui ipse jam præcipitans me quoque hæc præcipitem pene evolvere coëgit.' Præterea *curare milites corpora jubet* Hav. *curare corpora jubet milites* Harl. 2.

Cœptumque opus adeo adproperatum st] Pall. 1. ac 2. quod raro solent, conveniunt, leguntque *apparatum.* Gebh. *Apparatum* etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. quæ lectio ex compen-

diaria scribendi ratione *apppatum* nata est, elisa media litera *p.* Brevius adhuc *paratum est* habet Hav. *properatum est* Harl. 2. *ac properatum est* Lov. 4. Reliqui codd. quorum fides apud me potior est, nihil mutant. Livius XXVII. 25. ‘Ita addita Virtuti ædes, adproperato opere:’ et ita is alibi. Præterea mox *firmiores e,* pro *firmiore se,* perperam in voces divisis literis, Lipsiens. *firmiores se munimento,* Lov. 1. in fine repetita vocis seq. litera initiali. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *monumento* Flor. et Lipsiens. Vide ad cap. seq. § 6. Tum *a Romanis* Gaertn. et contra *ab se* Lov. 3.

§ 14 *Et alia parte consul*] Vet. lib. *ex alia parte.* Sigon. Forsitan legendum *ex alia parte.* J. F. Gron. Primam voculam omittunt Lov. 3. et Voss. 2. quam interceperunt ultimæ literæ vocis *viderĕt.* Vide ad XXXVII. 59. § 1. Sed Sigonii vet. lib. consentientes Leid. 2. et Hav. *ex alia parte* præferunt. Infra VII. 3. ‘Fixus fuit dextero lateri ædis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervæ templum est.’ XXVIII. 19. ‘Et ex altera parte Lælius instat.’ Hic tamen propter alios codd. inter quos sunt integerrimi, in vulgatum conspirantes, nihil muto. Liv. XXIV. 3. ‘Arx Crotonis una parte inminet mari, altera, vergente in agrum, muro cincta est.’ c. 30. ‘Appio quoque accito, ut altera parte adgrederetur.’ c. 33. ‘Non diffidebant, vastam disjectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros.’ Passim *et* et *ex* commutantur librariorum negligentia. Vide ad XXVI. 45. § 1. *Ut altera parte* Gaertn. De commutatis *ut* atque *et* vide ad Liv. XXI. 28. § 8. de *alia* et *altera* ad Epit. Liv. lib. L.

Muro Ardeæ brachium injunxerat] Vet. lib. *immiserat.* Sigon. Vet. lib. inquit Sigonius, *brachium inmiserat.* Nescio, Sigoni, quam veteribus et probis exemplaribus usus sis: illud scio, membranas tam Fuldenses, quam Colonienses disertim habere *injunxerat.* Et sic ait Livius V. 7. ‘Nam quum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus essent.’ *Modius.* Pal. 2. *immiserat,* quod et ex suo prodidit Sigonius, maximo opere damnatum Modio. Nam præter Fuldenses Colonienses que membranas Pall. duo meliores editionesque veterrimæ τὸ *injunxerat* defendunt. Lib. V. cap. 7. ‘Nam cum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus essent:’ ubi tamen duo Mss. Pall. *invinctæ.* X. 34. ‘Opere ac vineis demum injunctis muro cepit.’ Sic adolescens emendaram Ovidium Amor. II. 1. 27. ex libro castigatissimo membranaceo, ‘Carminibus cessere fores: injunctaque posti, Quamvis robur erat, carmine victa sera est.’ Juvenil. Curar. III. 25. *Gebh. Injunxerat* recte probatum Modio contra Sigonium, qui de suo *immiserat.* Lib. V. c. 7. ‘Vineæque tantum non injunctæ mœnibus essent.’ Lib. X. c. 34. ‘Opere ac vineis demum injunctis muro.’ Lib. XXVII. cap. 41. ‘Grumenti mœnibus prope injunctum videbatur Pœnorum vallum.’ Sic ex optimis restituimus. Lib. XXXVII. c. 26. ‘Utrimque vineas et aggerem muro injunxit.’ Lib. XLIII. cap. 19. ‘Ubi primum agger injunctus muro est.’ *J. F. Gron. Immiserat* etiam Port. a m. pr. et Hav. suffragantes Sigonii vet. lib. et Gebhardi Pal. 2. quæ varietas lectionis nata videtur ex adfinitate ductuum utriusque vocis *immisi* et *injunxi.* Sed *junxerat* Leid. 2. præfert, in quo primam syllabam intercepit ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. Recte igitur viri docti defenderunt vulgatum *injunxerant,* pro quo stant reliqui codd. Exemplis, quæ adtulerunt, addendum illud Livii XLIV. 5. ‘In eos transversi incumbentes tigni ad tricenos longi pedes, ut pons esset, injungebantur:’ ubi tamen alia verbi constructio est. De voce *brachium* vide ad XXII. 52. § 1.

Qua ex oppido sui commeare possent] *Quod ex oppido* Lov. 1. Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lipsiens. *quæ ex oppido* Flor. *que ex oppido* Leid. 1. *ut ex oppido* Harl. 2. *quo ex oppido* Port. Hav. et Lov. 2. 4. et 5.

Cap. x. § 1 *Ad eam diem non commeatu præparato*] *Ad eamdem diem* Lov. 5. Gaertn. et Port. Sæpe librarii pronomina *is* et *idem* confuderunt. Vide ad x. 10. § 6. Ultimam autem illam syllabam in voce *eamdem* addere hic tanto facilius fuit, quod eam repetierint scribæ ex similitudine vocis sequentis *diem*. Tum *properato* Lov. 5. Mox *ex pop. agr. rapta*, pro *ex pop. agr. rapto*, verba et constructionem Livianam non intelligens, librarius Hav. dedit.

Postquam septus vallo repente inops omnium rerum erat] Pall. 1. et 3. *postquam septus vallo repente inopem omnium rerum videt*, appositis tamen proxime verbis vulgatæ lectionis. Ex quo apparet dubitasse exscriptorem, utra legitima esset lectio: et quia videbat posteriorem, margini appositam, captui magis obviam esse, subjunxit. Verbum autem *videt* referendum est ad τὸ *militem:* postquam repente inopem militem omnium rerum septus vallo videt. *Gebh.* Pall. duo meliores et Voss. alter *repente inopem omnium rerum videt:* militem scilicet, de quo præcesserat. *J. F. Gron.* *Repente in os onium rerum erat* corrupte Flor. Omnes reliqui servant priscam lectionem *repente inops omnium rerum erat*, præter Voss. 2. a Gronovio memoratum, et Lov. 3. quorum tamen posterior etiam, id quod de Pall. refert Gebhardus, alteri scripturæ illam priscam subjunxit. Si vero cum viris doctis *repente inopem omnium rerum videt* probandum, *inopem* non ad præcedens *militem* referam, sed, subintellecto τῷ *se*, ad imperatorem Volscum. Imperator Volscus, qui militem ex populatione agrorum rapto frumento aluisset, vallo septus repente videt omnium rerum inopem scilicet se esse: erepta enim erat facultas deinde ex agro rapiendi, unde militem suum aleret. Alibi sæpe id prænomen subintellectum est. Infra xxvii. 19. 'Quem quum percunctaretur Scipio, quis, et cujus, et cur id ætatis in castris fuisset? Numidam esse, ait; Massivam populares vocare.' xxx. 22. 'Quum seniores, qui fœderibus interfuerant, alia alii interrogarent, nec meminisse per ætatem dicerent legati.' xl. 42. 'Ex regno ejus omnes naves esse, quæ superi maris oram depopulatæ essent. De his rebus legatos misisse, nec conveniendi regis potestatem factam.' Vide ad i. 23. § 5. Recte vero Gebhardus monet, duorum Pall. lectionem inde natam, quod ex duplici scriptura, quarum altera in contextu, altera in margine erat, librarii eam, quam veriorem crederent, eligere non potuerint, ideoque, ne errarent, utramque dare maluerint. Vide ad iii. 44. § 4.

Ad colloquium consule evocato] *Ad consilium* Leid. 2. Deinde *advocato* Lov. 4. et Hav. *vocato* Lipsiens. et priscæ edd. usque ad Aldum, qui *evocato* primus substituit, quod in ceteris codd. meis superest. Et recte. *Evocato*, nempe ex castris. Liv. xxiii. 43. 'Hanno, quum ad murum successisset, Herennium Bassum et Herium Petrium ad colloquium evocatos, permissuque Marcelli egressos, per interpretem adloquitur.' xxiv. 1. 'Bruttiorum cohortem adire muros, atque evocare principes Locrensium ad colloquium jussit.' Similiter 'evocare ad spem prædæ' cap. præc. § 9. ubi alia vide: 'evocare Romam' viii. 3. 'Decem principes Latinorum Romam evocaverunt:' 'excire Romam,' de quo vide ad iii. 4. § 5.

Abducturum se inde Volscos ait] *Aducturum* fragm. Hav. a m. pr. *adducturum* Lov. 4. Lipsiens. Port. et Voss. 1. a m. pr. sollemni et passim obvio in Mss. librariorum lapsu. Vide ad xxvii. 29. § 1. Tum *se* non est in

Lov. 3. Deinde *Vulscus ait* Flor.

§ 2 *Ut venerint ad obpugnandos socios*] *Ut venerunt* Leid. 2. et Lov. 1. *ut venirent* Lov. 5. et Hav. Mox *habituros*, perperam addita adspiratione, Klockian. et Hav. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 3 *Tam abeuntibus, quam manentibus se hostem infensum*] *Tamen abeuntibus* Lov. 3. Vide ad XXII. 59. § 13. *tam abutentibus* Flor. Deinde *infessum* Lov. 1. 4. Lipsiens. et Voss. 1. pro quo in margine posterioris emendabatur *infestum : infœstum* etiam Harl. 2. Sed nihil muto, melioribus codd. adversantibus. Supra II. 20. 'Tarquinius retro in agmen suorum infenso cessit hosti.' Alibi sæpe hæc vocabula commutari, monui ad II. 46. § 7. Paullo ante ordine verborum inmutato *jubet poni* Lov. 5. Tum *fatentes se victos esse* Voss. 2. et Hav.

Victoriam potius ex Volscis Romam relaturum] *Allaturum* Hav. quem unicum testem audiendum non existimo. Frontin. II. 2. ex. 4. 'Eorumdem partem, pedites proturbantem, insecutus clarissimam victoriam retulit.' c. 7. ex. 10. 'Ita, confirmatis suis, victoriam retulit.' c. 8. ex. 1. 'Romani ita ardenter pugnaverunt, ut et signum et victoriam retulerint.' Valer. Max. II. 7. ex. 7. 'Gloriosam victoriam et speciosa spolia referentem abripi a lictore, et in modum hostiæ mactari jussisti.' III. 2. ext. 4. 'Direptam hostibus victoriam tantum non post fata sua in sinum patriæ cruento tropæi titulo retulit:' et ita 'referre triumphum' Ovid. Trist. Eleg. IV. 2. 71. 'Is quoque jam serum referet veteremque triumphum.' et Valer. Max. III. 6. ex. 4. 'Primus navalem triumphum ex Pœnis retulit.' Similiter quoque 'referre spolia.' Vide ad Epit. Liv. lib. IV. Hæc exempla contra Sciopp. in Infam. Famiani p. 133. evincere possunt, non minus Latine dici 'referre,' quam 'reportare victoriam.'

§ 4 *Volsci exiguam spem in armis, alia undique abscissa, quum tentassent*] Hic 'abscisam' dicit, quod supra est 'incisa' III. 58. 'Itaque spe incisa, priusquam prædicta dies adesset, Appius sibi mortem conscivit.' *Rhenanus.* Vox deest, quæ est in Mss. *Volsci exiguam spem in armis ponentes*, id est, Volsci exigua spe in armis posita, cum alia tentassent, id est, an per colloquium res componere possent, nec quicquam profecissent. Hoc est enim *undique abscissa.* Sigon. Sigonius, (ante quem legebatur *Volsci exiguam spem in armis, alia undique abscisa, cum tentassent,*) deest, inquit, vox, quæ est in Mss. *Volsci exiguam spem in armis ponentes*, id est, Volsci, exigua spe in armis posita, cum alia tentassent, id est, an per colloquium res componere possent, &c. ubi iterum profiteor, non videri per omnia satis bonæ notæ fuisse exemplaria Livii scripta, quibus usus Sigonius: optimæ sane membranæ Colonienses illud *ponentes* ignorant, et habent expressim, *Volsci, exigua spe in armis, alia undique abscissa cum tentassent.* Neque mihi dubium est, quin ita scripserit Livius. *Modius.* Gaudeo me suffragatorem dudum nactum Modium, diffidentem admodum sinceritati codicis Sigoniani, e quo et hæc lectio *Volsci, exiguam spem in armis ponentes* injecta ac propagata. Sed hic bonitati Sigonii veniam tribuo, quandoquidem ducem habuit Campanum, in quo primitus hæc lectio in vulgus manavit. Pall. tres Andreæque ed. ejurant τὸ *ponentes.* Ergo legendum *Volsci, exigua spe in armis, alia undique abscissa cum tentassent*; ut visum quoque doctissimo Modio. Infra XXIV. 30. 'Unum spe undique abscissa consilium esse rati.' XXXV. 32. 'Quamquam prope abscissa res erat:' ubi tamen Pall. *abscisa.* Sic c. 27. legerim, 'Itaque hostes, nulla in prœlio justo spe, noctu adorti castra consulis,' ejecto τῷ *relicta*, contra Mss. omnes codd. *Gebh.* Vocem *ponentes* ex codice suo,

aliis Mss. et vett. ed. præter Campani ignoratam, interserit Sigonius, et ita dein explicat: Volsci exigua spe in armis posita, cum alia tentassent (hoc est, an per colloquium rem componere possent) nec quicquam profecissent. De colloquio somnium. Sed non stetit hac fini error. Nam cum et Modius eam in Col. non reperisset, oggessit nobis ex eodem, *exigua spe:* invenitque, cui mirifice placeret. Quid ergo *tentassent?* cui verbo nihil potest adjungi præter *spem:* nam 'tentare abscissa alia' prorsus est ineptum. Livius ait omnem undique spem fuisse Volscis abscissam, nisi quod exigua in armis et perrumpendo desperatis animis superesset, eam quoque fefellisse, ut tentarunt exsequi. Cæsos itaque sine modo, et, quum ne fugæ quidem restaret copia, ad preces conversos. Lege igitur, *Volsci exiguam spem* (quam habebant) *in armis, alia* (spe) *undique abscissa, quum tentassent.* Frequens Livio utrumque dicendi genus. Lib. XXIV. c. 30. 'Unum, spe undique abscissa, consilium esse rati.' XXVI. 3. 'Inde alia spes ab eo tentata est, si adesse in judicio Q. Fulvius frater posset.' XXVIII. 38. 'Tentata est triumphi spes.' XXXVII. 32. 'Tentata interim spe auxilii ab Antiocho.' Polyb. II. 34. Οἱ δὲ ἀποτυχόντες καὶ κρίναντες ἐξελέγξαι τὰς τελευταίας ἐλπίδας. XIV. 9. Ἐπί τε τὸν Ἀννίβαν πέμπειν ἠξίουν, καὶ μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησαμένους, ἐξελέγχειν καὶ ταύτην τὴν ἐλπίδα. *J. F. Gron.* Vet. lib. Sigonii, quemadmodum alibi passim, ita etiam hoc loco consentiunt ex meis Harl. 2. et Hav. ex Hearnii autem Oxon. unus B. cujus ejusdem L. 1. firmat scripturam, quam Modius in membranis Colon. invenit. At cæcus est, qui non videat vulgatam scripturam, *Volsci exiguam spem in armis, alia undique abscisa, quum tentassent,* quam magnus Livii sospitator ipsi vindicavit, verissimam esse. Vide eumdem virum eximium in priori ed. Observ. II. 12. 'Tentare spem' etiam ex Gronovii emendatione Livius dixit XLIV. 45. 'Perseus una tantum spe Bisaltarum auxilii tentata, ad quos nequidquam miserat legatos, in concionem processit:' 'abscindere spem,' et 'abscissa spes' obcurrit XXXV. 45. 'Nec, nisi abscissa omni spe, auxilium Antiochi inploraturos fuisse.' XLV. 25. 'Ita per tot annos in amicitia fuerant, ut sociali fœdere secum Romanis non inligarent, ob nullam aliam caussam, quam ne spem regibus abscinderent auxilii sui, si cui opus esset:' quibus locis, ut et alio a viris doctis laudato, XXIV. 30. partim plures codd. partim primæ edd. *spe abscisa* et *spem absciderent* præferunt: et ita *alia undique abscisa* hic etiam legunt Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Voss. 2. et Port. cum vetustis edd. usque ad Gryphianam 1548. *alia undique abscisā* Leid. 1. *alia undique asscisam* fragm. Hav. a m. pr. *aliam undique abscisam* Gaertn. Vide ad Livii XXXI. 34. § 4. Præterea *cum tentarent* Klockian. *dum tentassent* Lov. 5.

Ad preces a certamine versi] *Ab certamine* Lov. 3. 5. Port. Hav. fragm. Hav. et Voss. 2. a m. pr. Et idem placuisse videtur librario Leid. 1. qui tamen lapsus *ad certamine* exaravit.

Traditisque armis sub jugum missi] *Missis* Voss. 1. unde conjici posset legendum esse *missi sunt,* et hic periodum finiendam esse. Verius tamen est, ea usque ad vocem 'dimittuntur' continuata, nihil mutandum esse.

Ignominiæ cladisque pleni dimittuntur] *Ignominiose* fragm. Hav. reliquis omnibus invitis.

§ 5 *Vix nunciis cædis relictis*] Vet. lib. *cladis.* Sigon. Novat hic iterum Pal. 2. et distinctione et forma constructionis, *inermes oppressi dederunt pœnas. Vix nuncius cladis relictus.* Semper autem de magna clade sic loqui amant scriptores, 'ne nuncium relictum esse.' Lib. VI. c. 28. 'Tunc

cum effecerint, ne quis hostis, qui mœnia Romana intrasset, nuncium secundæ adversæque fortunæ domum perferret.' Diodorus l. xi. p. 254. Παρὰ δὲ τοῖς Καρχηδονίοις μὴ μόνον ἀπολέσθαι τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετασχόντας τοῦ πολέμου κατακοπῆναι, και, τὸ δὴ λεγόμενον, μηδὲ ἄγγελον εἰς τὴν Καρχηδόνα διασωθῆναι. Liv. x. 26. 'Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non superesset, quidam auctores sunt.' Justin. i. 8. 'In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuncius quidem tantæ cladis superfuit.' Et eleganter Diodor. paullo post p. 255. Ὀλίγοι δέ τινες ἐν μικρῷ σκάφει διασωθέντες εἰς Καρχηδόνα διεσάφησαν τοῖς πολίταις σύντομον ποιησάμενοι τὴν ἀπόφασιν, ὅτι πάντες οἱ διαβάντες εἰς τὴν Σικελίαν ἀπολώλασιν. Lib. xiii. Ἀπὸ γὰρ τῆς τηλικαύτης παρασκευῆς οὔτε ναῦς οὔτ᾽ ἀνὴρ οὐδεὶς ἐπανῆλθεν, ὥς τε μηδὲ τὸν ἀγγελοῦντα αὐτοῖς τὴν συμφορὰν περιλειφθῆναι. *Gebh.* *Cladis*, quod Sigonius ex vet. lib. recepit in contextum, sed reliqui posteriores omnes spreverunt, superest in uno tantum meorum Hav. Verum, quod inermes Volsci a Tusculanis obpressi sunt, proprie 'cædes' magis, quam 'clades,' dici potest. Reliquis igitur codd. *cædis* servantibus subscribo. Alibi sæpe librarii has voces inter se confundere consueverunt. Exempla videri possunt ad xxxv. 37. § 1. c. 39. § 7. et ap. N. Heinsium ad Claudian. in Rufin. ii. 187. Præterea *vix nuncius cladis relictus* idem Hav. *ne nunciis quidem cædis relictus* Lipsiens. *vix nuncius cædis relictus* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 2. Port. fragm. Hav. et Gaertn. quod non videtur spernendum. Sollemne enim scriptoribus, ut, exercitum ad internecionem deletum indicaturi, dicant potius 'neminem,' vel 'ne nuncium quidem,' quam 'ne nuncios quidem relictos esse.' Livius x. 26. 'Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non superesset, quidam auctores sunt.' Justin. xxiv. 8. 'Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu, qui paulo ante fiducia virium etiam adversus Deos contendebat, vel ad memoriam tantæ cladis superesset.' Florus iii. 11. 'Reliquiæ infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque distractæ, vix nuncium cladis retulerunt:' ubi vide Freinshem. et in indic. Flori voce 'Nuncius.'

§ 6 *Romanus consul Ardeæ turbatas seditione res, &c. composuit*] *Consul* non est in cod. Ms. Paullo ante vero § 1. dixit 'Romanus' simpliciter, ubi subauditur 'consul.' Et mox sequitur 'Consul triumphans in Urbem redit.' Non gaudet autem ejusdem repetitione verbi Livius. *Rhen.* *Consul* non est in vet. lib. *Sigon.* Τὸ *consul*, a male feriatis inculcatum, spretum quidem Pall. tribus, exsulansque ed. Campani. Sic paullo ante hoc cap. 'Si solvendæ obsidionis caussa venerit Romanus;' absolute, i. e. Romanus consul. Sic mox hoc cap. *consul* omittit Pal. 2. *Æquavit, quod haud facile est, Quinctius togatus armati gloriam collegæ.* Gebhard. Τὸ *consul* spretum Mss. nostris Rhenanique et Sigonii, exsulatque ed. Campani. Recte. Lib. xxiv. c. 17. 'Postero die Romanus in aciem descendit.' Quis? consul Marcellus. xxvii. 42. 'Postero die Pœnus quievit, Romanus in aciem copiis eductis,' &c. Etiam consul Claudius Nero. xxxii. 39. 'Inde ubi de conditionibus amicitiæ cœptum agi est, Romanus duas postulare res.' Loquitur de Flaminini Quinctii proconsulis congressu cum Nabide. Et hoc lib. paullo ante hoc cap. 'Si solvendæ obsidionis caussa venisset Romanus, abducturum se inde Volscos ait.' *J. F. Gron.* Mirum est, omnes tantum non viros doctos, qui Livium ediderunt, in id consentire, vocem *consul* non a manu Livii, sed ab interpolatore profectam

esse, et tamen nullum eam ex contextu ejecisse, præter unum Sigonium, cui tamen nemo recentiorum editorum dicto audiens fuit. Quum itaque meorum codicum Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. *τὸ consul* excluserint, exemplo Sigonii vocabulum illud ὑποβολιμαῖον iterum expunxi. Alibi sæpe 'Romanus' ponitur pro populo Romano. Vide ad III. 2. § 11. Interdum etiam, ut hoc loco, 'Romanus' notat consulem Romanum, summum exercitus Romani ducem, quocumque magistratu, sive consulatu, sive prætura, fungatur. Infra XXIV. 27. 'Nunc apud mercenarios milites, nunc apud transfugas, prodi Romano Syracusas criminabantur.' Ita enim recte, pro *Romanis*, emendavit Gronovius; et intelligitur Marcellus consul, cujus proxime mentio præcesserat. XXVI. 17. 'Quam rem quum læto animo Romanus accepisset, diem posterum Hasdrubal colloquio petivit, ut Romani leges conscriberent de tradendis arcibus urbium:' ubi per *Romanum* intelligendus est C. Claudius Nero, qui, post annum præturæ exactum, pro prætore in Hispaniam missus est. XXVII. 17. 'Ita prorsus respondet facturum Romanus, nec pro transfugis habiturum:' id est, P. Scipio cum imperio proconsulari in Hispaniam missus. c. 41. 'Id modo Romanum quærere adparebat, ne abire hostem pateretur:' id est, C. Claudius Nero consul. c. 42. 'Romanus, in aciem copiis eductis, postquam neminem signa contra efferre vidit, spolia legi cæsorum hostium, et suorum corpora conlata in unum sepeliri jussit.' Alia plura exempla videri possunt apud Cortium ad Sall. Jug. c. 81. Similiter *Veiens*, pro Tolumnius rex Veientium, infra est hoc lib. c. 18. 'Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana adgrederentur, post montes circummisit.' Præterea *turbatas Ardeæ seditione res* alio ordine Lov. 4. *turbata seditione res composuit* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Sed ultima litera vocis *turbatas* intercepta est a prima proximæ. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Mox *Ardeatum* ed. Parm. 1480. Vide hoc lib. c. 7. § 2.

Tanto beneficio populi Romani] *Tanto pop. Rom. benef.* trajectis vocabulis Lov. 3. et Voss. 2. Paullo ante *inj. indicii*, pro *inj. judĭcii*, Lov. 3. Vide ad VII. 39. § 5.

Delendum publicæ avaritiæ monumentum] *Munimentum* Lov. 3. et Voss. 2. qui error alibi etiam culpa librariorum in Mss. obcurrit. Vide ad I. 33. § 7. c. 36. § 5. c. 55. § 1. II. 10. § 2. c. 25. § 3. c. 59. § 2. hoc lib. c. 9. § 13. c. 17. § 12. c. 27. § 4. V. 13. § 9. c. 44. § 6. VI. 2. § 9. c. 20. § 12. c. 29. § 5. VII. 3. § 7. et alibi sæpe.

§ 7 *In Urbem rediit, Cluilio Volscorum duce ante currum ducto*] *In urbem redit* Voss. ambo, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. Gaertn. Port. et fragm. Hav. neque aliter edd. quas vidi, veterrimæ usque ad Frobenianam 1531. quæ prima *rediit* ostentavit, ab aliis deinde constanter servatum. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Præterea *Romam*, pro *in urbem*, Lov. 5. at vocibus trajectis *in urbem tr. redit* Gaertn. Mox *Civilio* omnes scripti editique usque ad Vascos. qui *Cluilio* vulgavit. Sed *Clœlio* restitui, atque in contextum recepi. Vide ad cap. præc. § 12. Deinde omnes iterum manu exarati alio vocum ordine *duce Volscorum* exhibent, in quo ipsis obsecutus sum. Paullo post *prædatisque spoliis* Voss. 1. et Lipsiens. perperam litera *l* in *d* migrante, quod in Mss. non infrequens est. Vide ad I. 4. § 6. Verbum 'præferre' in hac re usitatum est. Vide ad XXXIX. 42. § 4. Denique *misit*, pro *miserat*, Lov. 4.

§ 8 *Æquavit, &c. Quinctius consul*

togatus armati gloriam collegæ] Vocem *consul* deesse in Pal. 2. testis est Gebhard. ad § 6. hujus cap. sed omnes nostri uno ore eam tuentur. Deinde *rogatus* Hav. et Voss. 1. in contextu; margini tamen postea *togatus* recte adscriptum est. Vide ad III. 50. § 10.

Qua concordiæ pacisque] Vet. lib. *qui*, nam ad *Quintium* refertur. *Sigon.* Præfero hanc lectionem *qua concordiæ*, fultam auctoritate Pall. primi tertiique atque ed. antiquissimæ. Refertur itaque ad præcedens *gloriam*. Male Pal. 2. et Campani ed. *qui*, quod tenerrime amplexus Sigonius. *Gebh.* *Qua concordia* Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. et Lipsiens. *qua concordiæ* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *qua concordiam* Lov. 1. a m. sec. *qui concordia* Leid. 2. *qui concordiæ* Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxoniensis B. *quia concordiæ* Gronovius a. 1665. vulgavit, idque recentiores servarunt. Et ita fuit in Harl. 1. si excerptis ejus cod. fidem habere possim. Licet enim commissus sit cum excuso *quia* præferente, nihil tamen varietatis ex eo notatur; nihil etiam Hearnius, qui et ipse *quia* edidit, de reliquis codd. subjecit. Illud *quia* non incommodum est. Et solet id sæpe in scriptis modo degenerare in *qui*; vide ad XXXVI. 33. § 5. modo in *qua*; vide ad XL. 29. § 8. Vellem tamen apertius codices favere. Nihilominus ex contextu ejicere ausus non sum.

Concordiæ pacisque domesticam curam] Lego *domesticæ*. Livius ipse dictat XXII. 10. 'Non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos in aliqua sua fortuna publicæ quoque contingebat cura.' *Jac. Gron.* *Pacisque domestica curam* Voss. 1. a m. sec. *pacis qua domestica* Leid. 2. *pacisque domestica* Lov. 1. *τῷ curam* ab utroque exsulante. Quæ eadem vox exsulat etiam a Voss. 2. Ego nihil, invitis scriptis, mutandum puto. *Pacis domesticam curam*, pro *pacis domesticæ*, ea forma dictum est, qua 'magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem' hoc lib. c. 8. § 6. ubi alia videri possunt.

Ut eum et Patres severum consulem et plebs satis comem crediderint] Pal. 3. *satis communem*. Gebh. *Ut et eum et Patres* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *cōem* Gaertn. *comunem* Voss. 2. et Lov. 3. *communem*, pro *comem*, Gronovius quoque priori edit. Observat. II. 12. ex Mss. probavit, et variis exemplis docuit, 'communis,' ut Græce *κοινὸς*, significare civilem, popularem, et commodum inter cives hominem patientemque æquitatis; adeoque errasse G. Faërnum, qui ad Terentii Heaut. v. 1. 39. monuit, vocabulum 'communis' non inveniri hac significatione, nisi apud Sueton. in vita Claudii c. 11. et id quidem mendose. Sane alibi sæpe 'communis' hoc sensu obcurrit. Apud Cicer. de Senect. c. 17. 'Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio atque imperii gloria, quum Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eique dona a sociis adtulisset, et ceteris in rebus communem erga Lysandrum atque humanum fuisse:' ita Grævius ex Mss. restituit, quum vulgo *comem* legeretur; et pluribus vocem inlustravit. De Amicit. c. 18. 'Simplicem præterea et communem et consentientem, qui rebus iisdem moveatur, eligi par est: quæ omnia pertinent ad fidelitatem.' Pro Muren. c. 31. 'Quemquamne existimas Catone, proavo tuo, communiorem, commodiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis.' Et ita forte restituendum apud Columell. I. 7. 'Communiter agat cum colonis, facilemque se præbeat, et avarius opus exigat, quam pensio-

nes:' in Ms. enim Sangerman. cuiter est, ubi vulgo editur *comiter agat*, quod ex interpretis glossa esse videtur. Vide etiam eumdem Grævium ad Cic. Orat. pro Balbo c. 16. Hic vero nihil mutandum puto, tum quia reliqui codd. scripti, et inter eos præcipuæ auctoritatis, in vulgatum consentiunt, tum quoniam Livium alibi ea voce hoc sensu usum fuisse non constat; qui tamen 'comis' ita adhibuit VIII. 34. 'Nunc patres comes et senes faciles de alieno imperio spreto, tamquam rei parvæ, disciplinæ militaris eversæ juventuti gratiam facere.' *Communem* igitur, quod in quibusdam codd. obcurrit, pro aberratione librariorum habendum, de quo vide ad XXV. 12. § 9. Et ita ipse etiam vir summus J. F. Gronovius censuisse videtur, qui non modo in iterata Observ. ed. hanc conjecturam induxit, sed etiam in notis Livianis nullam ejusdem mentionem fecit. Præterea *crediderit* Hav. et Harl. 2. invitis reliquis scriptis, qui in receptam lectionem conspirant, nisi quod manifesto librariorum lapsu *crediderunt* sit in Leid. 2. Harl. 1. et Gaertn. Vide modo ad § seq. Tanto minus autem de integritate vulgatæ lectionis dubitandum hoc loco, quod, licet non præcessisset vox *Patres*, per se ipsum tamen probum foret *plebs crediderint*. Vide ad II. 5. § 2.

§ 9 *Auctoritate plura, quam certamine, tenuit*] *Tenuerit* Hav. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. sec. Male. Vide de hoc errore ad XL. 14. § 10. Præterea in verbis proxime præcedentibus omittitur vocula *Et* in Lov. 2. At mox in seqq. *terrore gesti*, pro *tenore ges.* habet Leid. 2. Adfines maxime ductus literarum *n* et *rr* in scriptura Longobardica fecerunt, ut voces *tenor* et *terror* hic confundantur. Quo modo *irritus* etiam corrumpitur in *initus* hoc lib. c. 56. § 12. *cuniculus* in *curriculus* V. 19. § 10. et similia alia passim. 'Tenor' in hac re Livio alibi usurpatum. Vide ad hunc lib. c. 37. § 9.

Verendum pene ipsum magis, quam honorem faciebant] Dicit, amplissimum honorem consulatus non tantum majestatis obtinuisse in animis hominum, quam ipsius Quinctii personam. Solis autem in Pall. 1. ac 3. id integrum remansit. Quippe Pal. 2. *quam honorabilem faciebat.* Camp. *quam honores faciebant.* Gebh. *Ipsum magis pene* alio ordine Lov. 4. Tum *quam honores* Lov. 5. *quam horrendum* Port. et Hav. *quam honorandum* Lov. 2. et Hearnii Oxoniensis N. *quam honerandum* Gaertn. *quam honorabilem* Lipsiens. in margine, Lov. 4. a m. sec. et veterrimi typis excusi usque ad Aldum, qui recte *quam honorem* edidit. Cum eo autem stant omnes reliqui codd. Idem Aldus primus vulgavit *faciebant*, cum priores præferrent *faciebat*. In eo etiam Aldo consentiunt omnes codd. nisi quod *faciebant* desit in Lov. 5. *Quinque consulatus ... vitaque omnis ... faciebant*, non *faciebat*, ut modo § præc. *Patres et plebs crediderint*, non *crediderit;* licet id posterius in nonnullis codd. obcurrat. Vide ad III. 30. § 1.

Tribunorum militarium nulla mentio] Vox secunda exsulat ab Harl. altero, quam reliqui, qua scripti, qua excusi, tuentur.

CAP. XI. § 1 *Consules creant M. Fabium Vibulanum, Postumium Æbutium Cornicinem*] *Postumum Æbutium* hoc loco quidam habent libri, quemadmodum ante docui etiam scribendum esse ad II. 18. § 1. Idem docet Valerius in prænominibus. *Sigon. Jubulanum* Voss. 1. Lov. 1. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *Jubilanum* Lov. 5. et Hav. *Vibilanum* Port. *Vibullanium* Leid. 2. Vide ad Livii III. 22. § 1. Tum *Postumium* perperam servant Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et alii. Sigonio consentit Pighius in Annal. ad a. CCCXI. p. 170. Hinc

Cornicem Lov. 4. a m. pr. et Harl. 1. *Cornenem* Harl. 2. At cognomen illud deficit in Gaertn.

§ 2 *Fabius et Æbutius consules quo majori gloriæ rerum, &c. se succedere*] Tres priores voces non adparent in Harl. 2. et Port. Sed copula deest in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *majori gloria rerum* perperam Leid. 2. et Gaertn. Idem peccatum olim commissum erat XXIV. 5. 'Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedenti tantæ caritati Hieronis:' ubi olim edebatur *tanta caritate*. Vide quæ ad eum locum notavit magnus Gronov. Mox *foris domique* alio ordine Gaertn. Insuper *subvectum*, pro *subventum*, Klockian. Sed passim 'veho' et 'venio' eorumque composita in codd. scriptis confunduntur. Vide ad III. 23. § 3.

§ 3 *Ut delerent prorsus ex animis hominum*] *Cum delerent* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed in posteriori τὸ *ut* inter versus adscriptum est. Forte ea vocula displicuit, quod eadem mox repetatur. Verum quo jure colligi poterit ex illis quæ notantur ad I. 17. § 11. Deinde *ex animis omnium* Hav. Vide ad III. 54. § 6.

Redacta ad paucos esset] *Apud paucos* Hav. errante librario. Præterea non melius *colonie præsidii caussa* scriba Harl. 1. Ceterum Sigonius in priore ed. scholiorum notavit, videri a Livio intelligi coloniam militarem, siquidem Vell. I. 14. colonias alias militares, alias jussu senatus deductas scribit: quod omne recte secunda recensione omisit. Non enim omnes coloniæ, quæ deductæ sunt, ut locis hostium excursioni opportunis præsidio essent, militares fuerunt: sed potius id inter ordinarias rationes referri debet, cur Romani colonias, et quidem jam antiquis temporibus, deduxerint, antequam adhuc militares deduci mos invaluisset, ut nempe excursus hostium arcerentur. Dion. Halic. Antiq. VII. p. 439. Αἱ δὲ ἀποστολαὶ τῶν κληρούχων ἀντ' ἀναγκαίου ἐγένοντο, κοινῇ δόξαν ὑμῖν ἅπασιν διὰ φυλακῆς ἔχειν χωρία εἰς πόλεμον ἐπιτήδεια. Sicul. Flacc. de Condit. Agr. p. 2. 'Coloniæ autem inde dictæ sunt, quod populi Romani in ea municipia miserint colonos, vel ad ipsos priores municipiorum populos coërcendos, vel ad hostium incursus repellendos.' Ita Minturnæ et Sinuessa numerantur inter colonias, quæ non fuerunt militares, apud Vell. Pat. II. 14. Et tamen, quam ob rationem deductæ sint, referens Livius, ita inquit X. 21. 'Tum de præsidio regionis depopulatæ ab Samnitibus agitari cœptum. Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quæ Minturnæ adpellata; altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuisse; Sinuessa deinceps ab colonis Romanis adpellata.' Vide Goesii Antiquit. Agrar. c. 5. Sane quum Vell. loc. laudato colonias 'jussu senatus' deductas distinguat a militaribus, atque hoc ipso loco Livius dicat, 'senatusconsultum' factum esse, ut, quoniam civitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eo præsidii caussa adversus Volscos scriberentur, satis patet coloniam hanc militarem non fuisse, et recte Sigonium priorem adnotationem omisisse. Paullo ante *Ardeatum* ed. Rom. 1472. invitis scriptis. Vide hoc lib. ad c. 7. § 2.

§ 4 *Palam relatum in tabulas, ut plebem tribunosque falleret judicii rescindendi*] Prima vox exsulat a Gaertn. secunda vero a contextu Port. cujus margini tamen adscripta est. Deinde *ne falleret* male Lovel. 2. 4. 5. *ut ne falleret* Gaertn. Vide ad X. 27. § 2. Tum *rescendendi* Leid. 1. *rescedendi* Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1.

Multo majore parte Rutulorum colonorum] Perperam vocem *parte* neg-

lexit librarius Leid. 2.

Nec ager ullus divideretur, nisi is, qui interceptus judicio infami erat] Pal. 1. *nec ager illuc divideretur.* Pal. 2. *nec ager ullius.* Gebh. *Nec ager nullus* Leid. 1. Tum *is* exsulat a Lipsiens. quæ vox forte intercepta est a præcedentis syllaba ultima. Deinde *judicio erat infami* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. 2. 4. et Lipsiens.

Nec ulli prius Romano ibi] *Nec ulli esset prius* Hav. *nec ulli erat prius* Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. in quo deinde manus interpolatrix dedit *nec ulli etiam prius:* quod superest in Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. *nec ulli Romano,* relicta lacuna post τὸ *ulli,* habet Lov. 3. Mox *gleba ulli agri* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. *gleba ullius agri* Lov. 5.

§ 5 *Sic ager ad Ardeates rediit*] *Reddit* Voss. 1. *redit* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Lipsiens. et Harl. 2. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Præterea *ager non ad Ardeates* male Lov. 3.

Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati] *Creati sunt,* addito verbo substantivo, Hav. et Harl. 2. quod tamen ab aliis omnibus abest, et sæpe alibi intelligi solet. Deinde *adducendam* Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1.

Agrippa Menenius, T. Clœlius Siculus, M. Æbucius Elva] *Menius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Meneius* Port. et Lov. 5. *Menevius* Hav. Deinde *Cluilius* Flor. *Civilius* omnes reliqui codd. mei cum priscis excusis usque ad Froben. qui a. 1531. *T. Clœlius* edidit. Ad veram lectionem deprehendendam præluxisse videtur vox *Siculus.* Ita enim constanter omnes manu exarati, quum multæ edd. eadem Frobeniana antiquiores, corrupte etiam *Suculus* præferant. *Siculus* autem gentis Clœliæ cognomen fuit. Ei vero prænomen *Caius* tribuunt Lov. 4. Lipsiens. et Gaertn. Denique *Belva* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et Port. *Helva* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et Harl. 1. *Helna* Gaertn. Sed vulgatum probum est. Vide hoc lib. cap. 21. § 10.

§ 6 *Qui præter minime populare ministerium*] Vetus lectio *per minime populare.* Recte. Hæc enim caussa est, cur plebem offenderint, quia minime populare munus susceperint. *Sigon.* Pal. 2. *qui per minime:* quod majorem in modum arridet Sigonio. Neque ego dissentio. Cæteri Pall. *qui propter minime.* Vulgata lectio sane optima est, quæ et probata fuit priscis editoribus. *Gebh.* Sigonii codici succinunt Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. 2. et B. legentes *qui per minime.* Contra scripturam, quam Gebhard. in duobus Pall. offendit, *qui propter minime* servant Voss. 2. Lov. 3. 5. et Oxon. N. sed *qui præter minime* exstat in Flor. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. utroque, Port. fragm. Hav. et in contextu Voss. 1. qui in margine ut et Lov. 1. in contextu præferunt *qui P̣º Ṛº minime.* Et ita *qui Poplo Roño minime* Leid. 2. *qui præter p̊. ro. minime postulare ministerium* Lipsiens. Ego omnino vel *qui per,* vel *qui propter minime* præferendum judicarem. *Per* autem et *Propter* alibi non raro in Mss. mutari solent. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Deinde *postulante,* pro *populare,* Lov. 1. Leid. 2. et in margine Voss. 1.

Ne primoribus quidem Patrum satis accepti] *Prioribus* fragm. Hav. a m. pr. qui error in libris scriptis admodum frequens est. Vide ad Livii XXXVII. 43. § 10. Τὸ *quidem* autem, quod in aliis omnibus constanter superest, in uno non comparet Harl. 2. Paullo ante *ostendissent,* pro *offendissent,* Lipsiens. quomodo etiam alibi scribæ errarunt. Vide hoc lib. c. 43. § 2.

Quod nihil gratiæ cujusquam dederant] *Cuiquam* Port. Harl. 2. et Hav. quorum librarii non videntur sensum Livii adsecuti esse, sed credidisse *gratiæ* hic casu secundo poni, quum casu tertio accipi debeat. 'Dare gra-

tiæ alicujus' est gratificari propter aliquem, ob gratiam, qua quis valet, concedere. Justin. xxxi. 7. 'Quod ad bellum pacemque pertineat, nihil neque gratiæ dari, de jure patriæ decidi posse.' Præterea transpositis vocibus *gratiæ dederant cuiquam* Hav. *gratiæ cujusdem dederant* Lipsiens.

§ 7 *Ad populum jam die dicta ab tribunis*] *A tribunis* Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. uterque, Lipsiens. et Gaertn. *die dicta tribunis* sine præpositione Leid. 2.

Colonis adscripti remanendo in colonia] Sincera lectio hæc, attamen invitis libris scriptis et priscis editis. Nam Pall. 1. et 3. *colonia scripti.* Pal. 2. cum Campano *colonis adscriptis remanentibus.* Gebh. Voss. 1. *ascuti*, et in margine *ascitis.* Voss. 2. cum duobus Pall. *cotonia scripti.* Rott. *coloni asscripti.* J. F. Gron. *Colonis ascitis* Lov. 1. *colonia scripti* Lov. 3. *a colonia scripti* Gaertn. *colonis adscriptis* Harl. 2. et Hav. *colonis adscripti* Port. *colonis a scitis* Leid. 2. *coloni adscripti* Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. et C. et omnes priscæ edd. quas vidi, usque ad Paris. 1573. in qua prima *colonis adscripti*: utrumque *colonis adscripti* et *coloni adscripti* commodum est. Cic. ad Fam. xiii. 30. 'Erat enim adscriptus in id municipium ante civitatem sociis et Latinis datam.' Orat. Philipp. ii. c. 40. 'Negavi in eam coloniam, quæ esset auspicato deducta, dum esset incolumis, coloniam novam jure deduci; colonos novos adscribi posse rescripsi.' Liv. vi. 31. 'Eodem anno Setiam, ipsis querentibus penuriam hominum, novi coloni adscripti.' xxxi. 49. 'Hi colonos Venusiam adscripserunt.' xxxiii. 24. 'Cosanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur, mille adscribi jussi.' Præfero itaque *coloni adscripti*, quod in tot libris, iisque optimis, superest, quum alterum tantum in uno obvium fuerit. Præterea *remanentibus* Harl. 2. Port. et Hav. *in colonia remanendo* transpositis dictionibus Lov. 4.

Quam testem integritatis justitiæque habebant, vitavere] *Contestem*, pro *quam testem*, Flor. *quam in testem* Gaertn. Tum *integritatis justitiæ*, sine conjunctione connectente, Leid. 2. Lov. 1. et Port. Deinde *vitare* Hav. *mutævert* Gaertn.

Cap. xii. § 1 *Pax domi forisque fuit et hoc et insequenti anno*] *Et hoc insequenti anno* Voss. 2. Lov. 4. et Lipsiens. *et hoc insequente anno* Voss. 1. Leid. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Port. a m. pr. qui a m. sec. *et in hoc et in sequente anno* præfert, quomodo etiam est in Lov. 5. a m. sec. *et in hoc et in sequenti anno* Harl. 2. *et hoc et sequente anno* Leid. 2. Lov. 1. et a m. pr. Lov. 5. *et hoc et sequenti anno* Lov. 2. et 3. *et hoc et insequente anno* Flor. et Harl. 1. quod recepi, quia in terminationem illam *insequente*, pro *insequenti*, plerique et optimi codd. conspirant.

C. Furio Pacilio] 'Pacilum' esse cognomen 'Furiorum,' qui Capitolinos consules legerit, facile invenerit. Quare *Pacilo* legendum. *Sigon.* Sigonium recte *Pacilo* emendasse credo. Nulli tamen codicum huic emendationi favent. *Pacilio* enim Leid. uterque, Voss. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *Petilio* Lov. 4. 5. Harl. 2. Hav. et Port. *C. Furio P.* Flor. Vide etiam hoc lib. ad c. 22. § 7.

M. Papirio Crasso] Diodorus Siculus Bibl. lib. xii. p. 305. hunc consulem Μάνιον Παπίριον vocat. Fuisse autem 'Papiriis' familiare prænomen 'Manii,' Dionys. ostendit, qui primum regem sacrificulum Manium Papirium nominat lib. v. pag. 278. *Sigon.* Pighius in Annal. ad a. cccxii. pag. 170. ei prænomen *Marci* etiam apud Cassiodorum et Marianum Scotum dari, et utrumque *Manius* et *Marcus* apud Papirios reperiri testatus, posterius illud hujus anni consu-

li tribuit. Quum tamen prænomen illud *Manius* librariis indoctis minus notum fuerit, quam alterum *Marcus*, iique passim *Marcus*, pro *Manius*, scribere soliti sint, vel *M.* per compendium pro *M'.* notaverint, (vide ad xxvii. 25. § 2.) potius *Manii* prænomen huic Papirio fuisse, Diodori Siculi auctoritate permotus, mihi persuadeo. *Petilio*, pro *Papirio*, perperam est in Harl. 2.

§ 2 *Ludi ab decemviris, per secessionem plebis a Patribus, ex senatusconsulto voti, eo anno facti sunt*] Ita in recentioribus excusis interpungitur, unde sequi debet, ludos ab decemviris eo anno factos esse; quum tamen hoc anno nulli fuerint decemviri. Distinguo igitur, *Ludi, ab decemviris per secessionem, &c.* ut indicetur, hoc anno factos esse ludos, qui, quo tempore plebs a Patribus secesserat, ex senatusconsulto a decemviris voti erant. Intelligendi autem sunt decemviri legum ferendarum caussa creati. In historia quidem decemvirorum Livius antea nullam ludorum votorum mentionem fecit, verum solitus est nonnunquam in tanta rerum, quas describendas suscepit, copia aliquid suo loco præterire, quod postea per occasionem tamquam antea memoratum verbo memorat. Vide ad xxxiii. 44. § 2. Præterea *ad decemviris* Flor. a m. pr. *a decemviris* a m. sec. *ab iis decemviris* Lov. 3. Tum *ex senatusconsultu* Voss. 2. Vide ad v. 13. § 5. Uni tamen codici aures præbere periculosum puto. Denique *noti*, pro *voti*, Hav. sollemni librariorum lapsu. Vide quæ dicta sunt ad i. 5. § 3. et dicentur ad v. 13. § 7.

§ 3 *Caussa seditionum nequidquam a Petilio quæsita: qui, tribunus plebis iterum ea ipsa denunciando factus*] Dubium, 'iterumne tribunus,' quod videtur, an 'iterum denunciando.' Nam quid denunciarit, ne uno quidem verbo antea commemoravit, vel de ipso tribuno, vel de denunciatione: ut taceam, quod *neque* non geminatum subjungit, cum a superioribus neutiquam hæreat, meo quidem judicatu. *Glar.* *Pœtelio*, ut ante, lege. Cum autem de priore ejus tribunatu ne verbum quidem ante fecerit, hoc loco, ut alibi sæpe, tribunum etiam ante fuisse, tacite intelligendum est. *Ea* vero *ipsa*, intelligit legem agrariam et delectus impedimentum. *Sigon.* *Nequaquam* Flor. *necquicquam* fragm. Hav. *nequiquam* Leid. 1. Vide mox ad § 9. et ad xl. 47. § 9. Præterea *Petirio* Flor. *Petilio* Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. Port. et Hav. *Pœtilio* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 5. Lipsiens. et fragm. Hav. *Pœtelio* veram hujus nominis orthographiam esse, Sigonius etiam monuit ad iii. 35. § 10. ad quem locum, in recensenda emendatione Sigonii Donjatium per negligentiam lapsum fuisse, monui; qui hic quoque non majori cura versatus est, principi juventutis Franciscæ persuadere conatus, Sigonium legere velle *Petelio*. Verum antecessorum Parisiensium primicerius non solet minima curare. Ceterum Pighius in Annal. ad a. cccxii. p. 171. cum vocat *C. Petillium*, et hoc anno iterum tribunum fuisse dicit, quam eamdem dignitatem anno elapso etiam ab eo gestam credit pag. 170. Id mox Gruterus a. 1628. in contextum Livii recepit, et, quum reliqui omnes priores, præter Sigonium, qui *a Pœtelio* edidit, *a Petilio* vulgassent, edi curavit *a Petillio*, quod omnes recentiores, excepto Donjatio, qui priscam lectionem reduxit, servarunt. Id mihi præter rationem factum videtur. 'Pœteliorum' et 'Petilliorum' diversæ Romæ gentes fuerunt, sed ambæ plebeiæ: ex illa in marmoribus Capitolinis consul memoratur C. PŒTELIVS C. F. Q. N. LIBO. VISOLVS. A. U. C. CCCXCIII. ex hac Q. PETILLIVS. C. F. Q. N. SPVRINVS. A. DLXXVII. 'Pœteliorum' vero frequens circa hæc tempora mentio in historia obcurrit;

sed 'Petilliorum' demum diu postea: quare ex mente Sigonii *a Pœtelio* contextui reddidi. Denique per 'ea ipsa' cum eodem Sigonio non intelligo legem agrariam et delectus inpedimentum; sed potius legem agrariam et comitia tribunorum consularium, in quibus plebeiorum ratio haberi poterat. Id indicant verba Livii seqq. Denique *factus* omittitur in Lov. 2.

Referrent consules ad senatum, pervincere potuit] *Referrent, consules ac senatum pervincere potuit* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Sed ita librarius scripsisse videtur, quod verbum 'pervincere' non recte sine casu poni existimaret, quod tamen Livio frequens est. Vide ad XLII. 45. § 4. Solent autem voculæ *ac* et *ad* sæpius in Mss. confundi. Vide ad XXI. 32. § 2.

§ 4 *Obtinuisset, ut consulerentur Patres*] *Obtinuissent* male Leid. 2. Tum *consulerent Patres* fragm. Hav. de quo errore vide ad X. 10. § 1. *consularentur Patres* Voss. 1. ut forte librarius *consultarentur* dare voluisse videatur. 'Consultare' enim interdum pro *consulere* poni solet. Vide ad Epit. Liv. lib. LIV. Sed reliqui stant pro vulgato; a quo discedendi legitimam caussam non video. Mox *ante tribunorum*, pro *an tribunorum*, Flor.

§ 5 *Ludibrioque erant minæ tribuni*] *Ludibrio erant*, omisso τῷ *que*, Harl. 2. et prisci typis inpressi usque ad Aldum, qui primus *ludibrioque* dedit, probantibus eam lectionem reliquis Mss. Præterea *nunc*, pro *minæ*, Voss. 2. et Leid. 2. Mox *dilectum*, loco τοῦ *delectum*, Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Neque belli adparatu opus esse] *Apparato* Voss. 1. a m. pr. Vide ad I. 15. § 7. *apparatus* Lipsiens.

§ 6 *Proculo Geganio Macrino*] Non hic solum, sed et alibi, liber scriptus habet *Macerinus*. Rhen. Prænomen abest a Pall. tribus et Campan. *Gebh.* Deficit etiam prænomen in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. utroque, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. ut et illis, quos Hearne Oxonii consuluit. Sed servant recte non modo Diodor. Sicul. lib. XII. p. 305. verum etiam ex Mss. Livii optimus Flor. cum omnibus excusis. Præterea *Macerino* habent quoque omnes mei manu exarati et vetustiores excusi usque ad Moguntinos, qui *Macrino* dederunt. Eorum lectionem deinde Frobenius a. 1531. recepit. Sed vide ad III. 65. § 5.

L. Menenio Lanato] *Et L. Menenio* Voss. 2. Vide ad II. 17. § 1. *L. Menio* Leid. 2. et Lov. 1. Vox *Menenio* in Hearnii Oxon. L. 1. non comparet. Denique *Lavato* errore scribæ præfert Hav.

Regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto] *In cervicem* Hav. Vulgo Servius aliique grammatici notarunt, 'cervix' in numero singulari collum significare, in plurali 'cervices' superbiam. Vide Servium ad Virgil. Æneid. II. 707. Quæ differentia si perpetuo a scriptoribus observata foret, Hav. codicis lectio recipienda esset: nam *in cervices accipere*, hic est in collum accipere, locutione deducta ab animalibus, quorum collo jugum inponi solet; qua metaphora etiam usus est Florus IV. 12. § 2. 'Necdum adsuetæ frenis servitutis tumidæ gentium inflatæque cervices ab inposito nuper jugo resiliebant.' Verum contra monet Quinctil. Instit. Orat. VIII. 3. Hortensium videri primum dixisse *cervicem*, veteres autem potius plurali usos esse. Quamvis itaque Hortensius primus *cervix* pro collo usurparit, non tamen τὸ *cervices* numero plurali eodem sensu apud omnes ex usu abiit. Vide Burmann. ad d. loc. Quinctil. Et eo sensu illa vox accipi debet in locutione 'esse in cervicibus' pro prope adesse. Infra XXII. 33. 'Etsi bellum ingens in cervici-

bus erat, nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat.' XLIV. 39. 'Quanto enim facilius abire fuit, quum procul abessemus, quam nunc, quum in cervicibus sumus?' apud Justin. XXIX. 3. § 7. 'Sed nec Romani, tametsi Pœni et Hannibal in cervicibus erant, soluti metu Macedonico videbantur:' et apud Pseudo-Egesipp. de Excid. Urb. Hier. IV. 7. 'Quia bellum in cervicibus, multi jam ex fratribus capti, multi necati, aliis dolor ex mortuis, gemitus ex revinctis.' Eodem etiam sensu apud Cic. aliosque sæpissime obcurrit 'repellere,' vel 'depellere a cervicibus.' Quum itaque omnes alii codd. in vulgatum conspirent, inde etiam recedendum non arbitror. Ceterum *per dulcedinem largitionis* alio ordine Lov. 4.

Unum abfuit bellum externum] Ms. Coloniense *Unum affuit bellum externum:* et mox, *resisti potuisset*. Nempe scribendum *Unum afuit bellum externum:* in qua voce millies apud hunc, apud alios scriptores peccatum: ad posterius autem facit, quod ait eodem hoc libro Livius cap. 43. 'Quæ si in unum conveniant, vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, resisti posse.' *Modius.* Andreas edidit *Unum fuit bellum externum.* Ceterum legendum cum Modio ex Mss. Pall. editioneque adeo Campani, *Unum afuit bellum externum, quo si aggravatæ res essent, vix ope Deorum omnium resisti potuisset.* Infra cap. 43. ex oratione L. Papirii Mugillani: 'Quæ si in unum conveniant, vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, resisti posse.' Sic adolescens restitui Ovidium Metam. X. 90. 'Umbra loco venit, non Chaonis afuit arbor:' et Ciceronem Tuscul. V. 3. 'Constantem hominem et gravem, qui glorietur a gloria se afuisse.' Vide Crepundiorum II. 5. *Gebh.* *Abfuit* est in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. 5. Lov. 1. a m. sec. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. '*affuit* in Voss. 1. Lov. 5. et 1. a m. pr. ut et fragm. Hav. a m. pr. pro quo *abffuit* emendatur a m. sec. *afuit* in Leid. 1. ac Flor. et ita in utroque Harl. fuisse inde conjicio, quod in excerpta eorum codicum nihil notatum videam, licet collati sint cum ed. quæ etiam *afuit* habuit: nam ita uterque Gronovius, eosque secutus Clericus ediderunt, quod servavi. Supra I. 51. 'Dilatam rem esse, quod auctor concilii afuerit.' c. 58. 'Unde consilium afuerit, culpam abesse.' II. 33. 'Nisi fœdus cum Latinis, columna ænea insculptum, monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega afuerat, ictum.' IV. 30. 'Quidam Ostiam relegati, quod, cur per eos dies a Fidenis afuissent, parum constabat.' c. 58. 'Tantum afuit, ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur.' V. 4. 'Res repetentes legatos nostros, haud procul afuit, quin violarent.' VI. 31. 'Tantum afuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet.' VII. 7. 'Multum ab spe adeundi valli res Hernicis afuit.' Quibus aliisque locis ex auctoritate codd. integerrimorum ita edidi. Vide etiam ad III. 13. § 3. Alibi etiam in Livio viri docti ita restituerunt. Vide ad XXVI. 41. § 11.

Quo si adgravatæ res essent] *Quod si aggravatæ res essent* Leid. 1. *quo si res aggravatæ essent* Voss. 2. *quo si gravatæ res essent* Harl. 2. Infra VI. 27. 'Adgravantibus summam etiam invidiæ ejus tribunis plebis.' XLIV. 7. 'Adeo sine ulla ope hostis, quæ adgravaret, cum ipsa difficultate rerum pugnandum erat.'

Vix ope Deorum omnium resisti potuisset] Sic libuit reponere, quod ita offenderim in ed. Veneta 1506. longe omnino vividius, quam ut nuper cusi *res sisti;* quod præcessisset 'si aggravatæ res essent.' Neque enim voces similes facile iterant boni auc-

tores tantulo intervallo. *Grut.* Propagata est hæc lectio a Modio et Grutero, cum antea haberetur *omnium res sisti potuisset.* Et habent illi quidem adsentientes fere codd. et veteres edd. nihilominus certum est mihi, libros omnes esse corruptos ex ignorantia purissimæ loquendi formulæ, Livio peramatæ. Scribe *vix ope Deorum omnium sisti potuisset.* Et *res* et *re*, quibus aggravati sunt libri, importuna sunt. L. II. c. 29. 'Totam plebem ære alieno demersam esse, nec sisti posse, nisi omnibus consulatur:' id est, nec rem salvam esse posse. Iterum c. 44. 'qualicumque urbis statu, manente disciplina militari, sisti potuisse.' Catonis phrasi 'rem servari quivisse.' Lib. III. c. 9. 'Si quem similem ejus priore anno inter morbum bellumque irati Dii tribunum dedissent, non potuisse sisti.' Actum fuisse, pereundum fuisse. Eodem lib. c. 16. 'Vixque concordia sisti videbatur posse: tantum superantibus aliis atque emergentibus malis, nemo tribunos aut plebem timebat.' Iterumque c. 20. 'Non ita civitatem ægram esse, ut consuetis remediis sisti posset.' Quod imitatus Tacitus Ann. III. 52. 'Sperni sumtuariam legem, vetitaque utensilium pretia augeri in dies, nec mediocribus remediis sisti posse.' Non *resisti*, quod dederunt, qui istud non caperent. Trogo Pompeio vel Justino eadem labes oblata, XI. 1. 'Qui omnes populi si pariter deficiant, sisti nullo modo posse.' Ita enim Mss. servarunt: sed in editis ubique legitur *resisti.* Livius rursum XXIX. 10. 'Se exercitumque suum gravi morbo adflictari, nec sisti potuisse, nisi eadem vis mali aut gravior etiam in hostes ingruisset.' Hoc omnes scripti editique ante Rhenanum, qui supposuit *subsisti*, haud congruenter aliis meritis suis. Lib. XLV. c. 19. 'Si vero ad externum bellum domestica seditio adjiciatur, sisti non posse.' Utitur et Plautus Trinummo III. 2. 92. 'Stasime, restas solus: quid ego nunc agam? Nisi uti sarcinam constringam, et clipeum ad dorsum accommodem, Fulmenta jubeam suppingi soccis. Non sisti potest:' hoc est ἔῤῥει τὰ καλὰ, funditus periimus, res vergit ad interitum, neque potest ultra sustineri, actum est de nobis. At boni interpretes de Lesbonico intelligunt, quasi dicat illum non posse retineri, retrahi a fuga. Formula est de summa re animum despondentium. Curtius IV. 16. 'Ni mature subveniretur, non posse sisti:' sic enim Flor. et optimi Mss. Quod qui parum intelligerent, addiderunt *fugam*, vel *fuga.* Ex eodem genere est illud Ciceronis in Verr. III. 96. 'Qui quotidie templum tenet, qui rempublicam sistere negat posse, ni ad equestrem ordinem judicia referautur:' id est, sisti, salvam et incolumem esse. Nam 'sistere,' interdum est sisti, ut apud Plautum Curcul. II. 3. 8. 'Quin cadat, quin capite sistat.' Propert. Eleg. IV. 10. 36. 'Plano sistit uterque gradu.' Tacitus Ann. IV. 20. 'Vis tu quidem intra istum locum sistere.' Male supposuerunt *subsistere.* P. Manucius retinet veterem scripturam, sed annotat, '*stare* malim, quam *sistere*, ex consuetudine Latini sermonis.' Non ego. *J. F. Gron. Resisti*, præter Gruterum, etiam probarunt Modius et Gebhardus; quorum adnotationes superius hoc § videri possunt. Neque aliter inveni in omnibus meis scriptis et editis usque ad Frobenium, qui a. 1531. substituit *res sisti:* quod cum Grutero damno, non tamen ob hanc caussam ab eo additam, quod non facile voces similes iterarint boni auctores tantulo intervallo. Id enim Livium sæpissime fecisse, patet ex illis quæ notavi ad I. 3. § 9. et quidem fecisse in eadem hac voce *res*, ex illis constat, quæ dicta sunt ad II. 18. § 2. Sed ideo potius damno,

quod ea lectio nullius codicis testimonio firmetur. Contra egregie probavit magnus Gronovius elegantiam et usum locutionis 'sisti non potest,' de qua etiam videndus Pichena ad Tacit. Annal. III. 52. An tamen ea hic nunc Livius usus fuerit, illud efficit, ut dubitem, quod omnes codd. stent pro altero *resisti*. Certe omnibus illis invitis *sisti* in contextum recipi non oportuerat, pro quo *resisti* substitui, donec Gronovii conjectura vel unius codicis consensu probetur: *resisti* nempe tot hostibus externis et domesticis. Klockius in exemplari suo inter versus adscripserat *vix ope Deorum sisti potuissent;* quasi ita legendum censeret, et ad *τὸ potuissent* vox præcedens *res* revocanda foret. Sed ita elegantior foret conjectura Gronovii, et minus a codd. lectione discederet.

§ 7 *Cœpere a fame mala, seu adversus annus frugibus fuit*] *Ab fame* Hav. qui idem etiam trajectis vocibus præfert *annus adversus frugibus*. At *adversis annis frugibus* Voss. 1. altera lectione tamen margini adscripta.

Dulcedine concionum et urbis deserto agrorum cultu] *Condionum* Leid. 1. *condicionum* Lov. 5. a m. pr. fragm. Hav. et a m. pr. Port. qui error alibi etiam in Mss. obcurrit. Vide ad I. 28. § 2. III. 66. § 2. IV. 55. § 3. V. 10. § 6. c. 32. § 5. VI. 5. § 1. c. 40. § 10. et pluribus aliis locis. Sed *dulcedine conditionum urbis*, insuper omissa copula, Lov. 4. Deinde *deserit agrorum cultu* Voss. 1. *deserit agrorum cultum* Leid. 2. corruptius *desit agrorum cultũ*, pro *des'it*, Lov. 1. *deserto agrorum cultũ* Leid. 1. *desertorum agrorum cultu* Port. quæ omnia ex aberratione librariorum profluxerunt.

Et Patres plebem desidem, et tribuni plebis] Prima vocula aberat a Port. Tum *desidere* Lov. 2. Præterea *tribuni populi* Hav. Mox *neglegentiam* Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4.

§ 8 *Postremo perpulere plebem, haud adversante senatu*] Lege *perpulere plebeii:* nam id et sensus postulat, et veteres libri habent. *Sigon. Populere* Lipsiens. in contextu: *pepulere* Lov. 2. et Hav. Male. Vide ad l. III. c. 30. § 4. Præterea *plebei* Hav. *plebeii*, ut Sigonius voluit, Harl. ambo, et Hearnii Oxon. B. L. 1. et 2. Sed *plebem*, quod editi ante Sigonium exhibuerunt, superest in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Port. et fragm. Hav. quam lectionem, tot et inter illos optimorum codd. præsidio firmatam, non temere rejiciendam arbitror. *Perpulere plebem*, nempe tribuni plebis modo memorati. Denique *ut adversante senatu* Leid. 1. Sed in cod. illo plerumque *aut*, pro *haud*, scribi solet; et ita hic exhibet Lipsiens. inde vero detrita prima litera factum est *ut*. Sæpius autem *aut* et *ut* commutantur in membranis. Vide ad II. 48. § 6. hoc lib. ad c. 6. § 6. ad VI. 16. § 3. ad c. 40. § 7. et alibi. Cur autem *haud adversante senatu*, patet ex illis, quæ Livius de censoribus primum institutis inquit hoc lib. c. 8. 'Patres, quamquam rem parvam, tamen, quo plures patricii magistratus in republica essent, læti accepere.' Sed *haud aversante senatu* est in Gaertn. sollemni lapsu scribarum. Vide ad III. 50. § 5.

Ad curationem ministerii sui] *Creationem* Hav. *Curationem ministerii* vocat, quod supra *procurationem* dixerat hoc lib. c. 8. 'Magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem intuentes.' Ceterum pronomen *sui* exsulat a Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Lipsiens. et Gaertn.

Quamquam postremo annonæ quoque levatæ haud inmeritam gratiam et gloriam tulit] Scribe *haud inmeritam et gratiam*. Rhen. *Quemquam* Leid. 1. *quam*, pro *quamquam*, Leid. 2. et Voss. 1. altera syllaba ab altera absorpta. Vide hoc lib. c. 15. § 5. et c. 24. § 8.

Contra *quamquam* male, pro *quam,* datum vidimus II. 54. § 9. Præterea *annonæ quicquam levatæ* fragm. Hav. *annonæ levatæ* Gaertn. Tum illud *et,* priori loco ab Rhenano insertum, non comparet in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Soli tantum Flor. et Harl. 1. voculam illam servant. Vide ad II. 44. § 3. Denique vocibus transpositis *gloriam et gratiam tulit* Voss. 2. et Hav. *gloriam et gloriam tulit* Lov. 3.

§ 9 *Qui quum, multis circa finitimos populos*] Expungunt hic *cum,* et statim mox substituunt *ut* Pall. 1. ac 3. *ut nullum momentum annonæ fecisset.* Gebh. Etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. τὸ *cum* hoc loco expunxerunt; verum non ii modo, sed et alii, mox *ut* receperunt, ut ibi videbimus. Deinde *multos circa finitimos populos legationibus* Lov. 4. *multis circum finitimos populos legationibus* Lov. 5. et Port. quorum librarii forte imbuti fuerunt opinione illorum grammaticorum, qui existimarunt, *circum* esse loci, *circa* autem temporis, ideoque *circa* hic admitti non posse. Sed diu est, quod viri docti hanc sententiam rejecerint. Apud Livium, qui vix alibi τῷ *circum* usus est, frequentissime *circa* de loco obcurrit, partim cum casu (de quo vide ad XXXVI. 14. § 10.) vel sine eo (de quo vide ad IX. 2. § 7.). Totam vocem *circa* neglexit librarius Hav. *Circa* et *circum* sæpe commutantur. Vide quæ olim notavi ad Silii II. 546. Similiter ad v. 39. § 5. et alibi.

Legationibus terra marique nequidquam missis] Unus Pal. *amissis.* Nam 'amittere' est amandare, ablegare. *Gebh.* Nostri omnes constanter *missis:* quare unum Pal. Gebhardi, *amissis* legentem, non audiendum censeo. Et sane quis idoneus auctor 'amittere legatos,' pro 'mittere,' umquam dixit? Idem tamen repetiit Gebhardus ad Livii VII. 36. § 10. Contra 'mittere' proprium adeo in hac re verbum est, ut id simpliciter sæpe notet mittere legatos, nuncios. Vide ad VIII. 23. § 1. Insuper *nequiquam* iterum Leid. 1. Vide hoc cap. ad § 9.

Nisi quod ex Etruria haud ita multum frumenti advectum est] *Nisi ut* fragm. Hav. a m. pr. Tum *extruria* Flor. et Harl. 1. *et Extruria* Leid. 1. Deinde *haud multum frumenti* Lipsiens. male. In his enim passim τὸ *ita,* tamquam augendi particula, interponi solet. Cic. in Verr. II. 20. 'Unus legatus P. Tadius, qui erat reliquus, haud ita multum tecum fuit.' Similiter 'haud ita multo post' I. 33. 'Additi eodem haud ita multo post novi cives:' ubi etiam τὸ *ita* in uno codice omittebatur. Vide quæ eo loco notavi. Insuper *adventum est* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Sed passim 'veho' et 'venio,' eorumque composita confundi solent. Vide ad III. 23. § 3. *adductum est* Lipsiens. cum edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Vide ad XXVII. 38. § 12. *advectum sit* Hav.

Et nullum momentum annonæ fecisset] Dele particulam *et* ex veteribus libris. *Sigon.* Illud *et* primum vidi in ed. Frobeniana 1531. Omnes priores habent ejus loco particulam *ut,* quam etiam servant Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Port. a m. pr. Hav. et fragm. Hav. Sed vel *et* legendum, ut est in Flor. pro quo sæpe errore scribarum in vetustis membranis *ut* exaratum obcurrit. Vide ad XXI. 28. § 8. Tum vero ita cohærebit; 'quum et nullum momentum annonæ fecisset, et aperiret inopiam.' Vide ad II. 44. § 3. Vel particula illa *et,* ut Sigonius voluit, delenda est; quæ etiam non exstat in Leid. 1. et Harl. utroque. Præterea *monumentum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. solito errore scribarum. Vide ad v. 52. § 1. *munimentum* Lov.

2. et Gaertn. qui etiam lapsus librariorum in codd. scriptis frequens est. Vide hoc lib. ad c. 27. § 4. 'Nullum momentum facere,' ut contra 'magnum momentum facere' infra XXVIII. 13. 'Neque in iis tamen tantum virium ponendum, ut mutando fidem, quæ cladis caussa fuisset patri patruoque, magnum momentum facerent:' et 'momentum habere' l. XLII. c. 46. 'Magis et literæ et verba legatorum benigne sunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt.'

§ 10 *Revolutus ad dispensationem inopiæ, confiteri cogendo frumentum*] O asinum, qui hic *confiteri* infulsit, quum sit legendum *profiteri*. Rhen. Ita solus Andreas. Ceterum asinum illum proclamat Rhenanus, cui primitus infulta est lectio *confiteri*: omnes nostros libros Mss. eo convicio pulsat. Verius tamen est *profiteri*. Gebh. *Confiteri* ex scriptis meis habent Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. et 5. Port. et Hav. Reliqui faciunt cum Rhenano. Ex editis vero id primum invenio apud Aldum. Sed recte viri docti *profiteri* probarunt. Tum *rogando*, pro *cogendo*, Gaertn. Præterea vox *inopiæ* aberat a Voss. 2. et Lov. 3.

Vendere, quod usui menstruo superesset] Ita primum editum obcurrit Venetiis 1495. eamdemque scripturam tantum in Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. inveni: et forte etiam in Flor. unde nihil notatum video, superest. Vetustiores excusi cum reliquis manu exaratis præferunt *usu menstruo*. Et hoc modo postea etiam Aldus vulgavit, cui pauci sequentium auscultarunt. Attamen sic optimis etiam scriptoribus formari solet casus tertius quartæ declinationis; idque etiam a Livio factum esse videbimus ad XXIV. 19. § 6. Plurium itaque et optt. codicum ac principum edd. lectionem recepi.

Fraudandoque parte diurni cibi servitia, criminando inde] Plautus vocat 'demensum diurnum.' Claudianus de Bello Gildonico vs. 70. 'Pascimur arbitrio Mauri, nec debita reddi, Sed sua concedi jactat, gaudetque diurnos, Ut famulæ, præbere cibos, vitamque famemque Librat barbarico fastu, vulgique superbit Fletibus, et tantæ suspendit fata ruinæ.' Similis locus apud Juv. Sat. XIV. 126. 'Servorum ventres modio castigat iniquo.' Male ergo Pal. 2. *diuturni cibi*. Pejus Campanus *fraudando partem diurni cibi: servitia criminando*. Gebh. *Fraudandoque partem diuturni cibi, servitia criminando* Voss. 1. et Leid. 2. *fraudandoque partem diurni cibi, servitia criminando* Lov. 1. 2. Port. et fragm. Hav. quomodo etiam Aldus edidit, qui tamen inter errata priorem lectionem revocavit: *fraudandoque partem diurni cibi, sævitia criminando* Leid. 1. Lov. 4. ac 5. et Gaertn. *diuturni* etiam Harl. 2. et Flor. Sed recte Gebhardus vulgatum defendit. 'Fraudando servitia cibo,' ut 'fraudare se victu' II. 10. 'In magna inopia pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit:' ubi vide. 'Cibum' autem 'diurnum' vocat, quia servis in dies panis ad pondus dabatur, unde vitam alerent. Vide Barth. ad Claudiani Bell. Gildon. vs. 71. Aus. Popmam de Instrum. Fundi c. 20. et Pignor. de Servis p. 310. et seqq. 'Diurnus' et 'diuturnus' etiam alibi commutantur. Vide ad v. 28. § 10.

Objiciendo iræ populi frumentarios] *Commentarios* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. lapsu scribarum, qui forte non intellexerunt vocem, eique aliam magis notam substituerunt. Sed 'frumentarius' est mercator, qui lucri caussa frumentum coëmit, ut majori pretio postea divendat. Infra hoc lib. c. 15. 'Sp. Mælium, cui tribunatus plebis magis optandus, quam sperandus fuerit, frumentarium divitem,

bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse.' XXXVIII. 35. 'Et duodecim clipea aurata ab ædilibus curulibus P. Claudio et Ser. Sulpicio Galba sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt.'

Acerba inquisitione aperiret] *Inquæsitione* Leid. 1. Vide Corte ad Plinii Epist. I. 8. § 17. Perperam deinde *aperuit* Leid. 2. et Lov. 1. quod etiam exstat in margine Voss. 1.

§ 11 *Spe amissa potius, quam ut cruciarentur trahendo animam*] *Spe emissa* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. solito errore. Vide Burmann. ad Phædri Fab. I. 13. 10. ubi, inter verba cognata 'amittere,' 'emittere,' et 'omittere' distinguens, illa proprie 'amitti' docet, quæ invitis elabuntur: *admissa* erat in fragm. Hav. a m. pr. quæ etiam verba a librariis confundi olim docui ad Silii IV. 698. Adde ad III. 59. § 3. ad V. 7. § 13. et aliis locis. Tum vocula *ut* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Capitibus obvolutis se in Tiberim præcipitaverunt] Adprime huc facit locus Horat. Satyr. II. 3. 37. 'Nam male re gesta cum vellem capite operto Me mittere in flumen:' ubi vide Lambin.

CAP. XIII. § 1 *Tum Sp. Melius ex equestri ordine*] *Mælius* scribe ex fragmentis Capitolinis, Græcorum libris, et quibusdam etiam Mss. Latinis. *Sigon.* Vide etiam Sigonium ad Epitom. hujus lib. et ad IX. 8. § 13. *Cum Sp. Mellius* habet fragm. Hav. Vide etiam ad VI. 17. § 2.

Ut illis temporibus, prædives] *Perdives* Leid. 2. Sed pro altero stant reliqui codd. eoque Livius alibi usus est. XLV. 32. 'Prædivites alii, alii, quos fortuna non æquarent, his sumtibus pares.' c. 40. 'Perseus contra prædives bellare cum Romanis incepit.' Similiter auctor Epit. Liv. lib. LII. 'Nec quidquam ex iis opibus ornamentisque, quæ prædives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit.' Ovidius Metam. IX. 91. 'totumque tulit prædivite cornu Autumnum, et mensas, felicia poma, secundas.' Eadem forma 'præaltus' et Livius et auctor Epit. usurparunt. Vide ad Epit. Liv. lib. VII. Altera lectio nata erat ex non intellecto compendio scribendi. Vide ad IX. 10. § 7.

§ 2 *Per hospitum clientiumque ministeria*] Pall. duo *per hostium.* Gebh. *Per hostium* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Lipsiens. fragm. Hav. a m. pr. et Neapol. Latinii: *hostum* Gaertn. quod referendum est inter errores librariorum, qui alibi sæpe voces *hostes* et *hospites* in Mss. commutarunt. Vide ad II. 41. § 6. Ulterius corrupit librarius Harl. 1. scribens *postium,* pro *ꝑostium,* sive *per hostium.* Detracta enim vel addita adspiratione *hostium* et *ostium* non raro commutari, dicam ad Livii XXXVII. 13. § 8. Præterea *clientumque* Lov. 5. et Hav. cum edd. Rom. 1472. Parm. 1480. et paucis aliis, inprobantibus reliquis et scriptis et editis, qui constanter receptæ lectioni adhærent. Vide ad XXIII. 3. § 3.

Quæ, credo, ipsa res ad levandam publica cura annonam inpedimento fuerat] *Quia,* pro *quæ,* est in Voss. 2. ac Lov. 2. 3. 4. et 5. a m. pr. Insuper *res alienandam publica cura annonam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Lipsiens. *res ad levandam publicā curā annonam* Leid. 1. *res ad levandam publicam curam annonæ* Lov. 2. 5. Harl. 2. et Gaertn. Deinde *implemento fuerat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Lipsiens. Quæ singula errantibus librariis tuto adscribi possunt. 'Ad levandam annonam' ut XXVI. 40. 'Ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula, sed urbis Romæ atque Italiæ annonam levaret.'

§ 3 *Plebemque hoc munere delinitam*] *Delenitam* Voss. 1. Leid. 1. Gaertn. et Lov. 3. Non aliter etiam hoc loco Hearne edidit. Quid de ea lectione

sentiam, dicam ad XXXIX. 11. § 2. Interim vulgatam scripturam servavi. Τὸ *hoc* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Sed tuentur id omnes scripti.

Quocumque incederet, conspectus] Fœda insidet menda in voce *conspectus*, si quibusdam veteribus libris credimus, in quibus est *consulis pectus gerens*. Error ex compendiosa scriptura natus est, *cons. pectus*: quas voces cum quidam conjunxissent, tertiam *gerens* alius, ut supervacaneam prætermisit. Est autem 'consulis pectus gerens,' consularem spiritum habens, aut ad consulatum aspirans, qui ipsi a plebe despondetur. Ut III. 11. 'Velut omnes dictaturas consulatusque gerens in voce ac viribus suis.' Et alibi III. 46. 'Tribunatum spirans.' Ego tamen *conspectus* etiam probo. *Sigon.* Pall. omnes *incederet*: probo. Plautus in Milite II. 1. 14. 'Is deridiculu 'st, quaqua incedit, omnibus.' Amplius Pal. 2. *consulis pectus gerens*: qua in lectione nimium deliciatur Sigonius. Mihi prima specie alicujus momenti visa revocavit ad mentem locum Propertii Eleg. IV. 12. [aliis 11.] 39. 'Et Persen proavo stimulantem pectus Achille.' At excussa vanitatem librarii aperuit; quomodo enim 'pectus consulis gessit,' qui altiora et non concessa tendebat? Tum quia statim sequitur, multitudinem secum traxisse, 'haud dubium consulatum ei favore ac spe despondentem:' ut habent Pall. Mss. *Conspectus* vero hic est περίβλεπτος: quod non venit in mentem Sigonio. Lib. VI. 15. 'Jam nihilo mea turba, quam ullius, conspectior erit.' XXI. 4. 'Arma atque equi conspiciebantur.' XXVII. 33. 'Quo minus conspectus, eo solutior erat.' *Gebh.* Sigonianus *consulis pectus gerens*. Quod turpissimum mangonium domino suo probavit. Mihi tanto vilior est. *Conspectus* est ingerens et venditans se oculis hominum. Cornelius Nepos in vita Attici c. 13. 'Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset.' Ita scripsisse illum ex præcedentibus apparet: nam omnes antitheses ita sunt conceptæ, ut quid fuerit, affirmet, quod non fuerit, neget. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumtuosus; adfectans munditiem, non adfluentiam; sic etiam *supellex* ei *modica, non multa*, hoc est, modo, non copia æstimanda; instrumentum modice, non abundanter sufficiens: ut in neutram partem notari posset, neque sordium, quia aderat modus, neque luxus, quia aberat superfluum. Huic sensui verba mihi satis esse videntur exprimendo: neque aut τὸ *multa* ad defectum referendum, aut alia negatio adjicienda. *Multus* interdum nimius est: nam qui habet multa, habet et supervacua, quia natura paucis contenta est. Petronius de potentia pecuniæ c. 137. 'Multa loquor: quidvis nummis præsentibus opta.' Hoc est, nimis multis verbis utor. Et 'homo multus' pro satageo, ardelione. Plaut. Menæch. II. 2. 41. 'Heu hercle hominem multum et odiosum mihi.' Afranius apud Nonium voce 'Facessere.' 'Multa atque molesta es: potin' ut hinc facessas?' *Conspectum* vero tam Irum reddit egestas, quam opes Crœsum. Ovidius Trist. II. 113. de domo sua. 'Et neque divitiis, neque paupertate notanda, Unde sit in neutrum conspiciendus eques.' Augustus apud Sueton. in Claudio c. 4. 'Ne quid faciat, quod conspici et derideri possit:' ubi frustra Torrentius *despui*. Livius XXXIV. 4. 'Sic æquato omnium cultu, quid unaquæque vestrum veretur, ne in se conspiciatur?' Adde ad Tacitum Annal. XII. 49. *J. F. Gron.* *Quacumque cederet* Gaertn. *quacumque incederet* Hav. *quacumque incideret* Flor. et fragm. Hav. a m. pr. Et ita præferunt primæ Gruteri edd. adversus

quas Gebhardus alterum *incederet* recte vindicavit. Et ipse etiam Gruterus ita in postrema ed. vulgari curavit. Alibi hæc vocabula frequenter permiscentur. Vide ad IX. 24. § 10. Deinde *consulis pectus gerens elatusque* libris interpolatis Sigonii et Pal. 2. Gebhardi, ut solent, concinentes præferunt Harl. 2. et Hav. quod recte et Gebhardus et Gronovius rejiciendum monuerunt. *Consul petitus elatusque* Lipsiens. *consul' pectus elatusque* Lov. 2. *consulis spectus elatūque* Gaertn. *consul pectus elatum* Lov. 4. a m. pr. *cons̃ pectusque elatum* Lov. 5. a m. pr. *conspectusque elatus* a m. sec. *coñs. pectus elatusque* Klockian. Sed viris doctis credo, qui non tantum vet. lib. Sigonii lectionem rejiciendam, sed etiam vulgatam probam esse docuerunt, multisque vim vocis *conspectus* inlustrarunt. Sæpe eo sensu apud Livium obcurrit. Supra II. 5. 'Damnati proceres sumtumque supplicium, conspectius eo, quod pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis consulatus inposuit.' Infra, v. 23. 'Maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invectus.' VI. 4. 'Opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum.' VII. 7. 'Extra ordinem quoque in acie locati, quo conspectior virtus esset.' XXII. 40. 'Plebeium consulem sua plebs prosecuta, turba, quam dignitate, conspectior.' XXXVII. 57. 'M. Cato ante alios testes conspiciebatur: cujus auctoritatem perpetuo tenore vitæ partam toga candida elevabat.' XXXIX. 6. 'Vix tamen illa, quæ tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ.' XLV. 7. 'Nec ipsius tantum, patris, avique fama conspectum eum efficiebat.' Eodem sensu etiam locus dicitur *conspectus* XXII. 24. 'Deinde castra ipsa propius hostem movit duo ferme a Geronio millia, in tumulum hosti conspectum:' ubi veram lectionem contra Lipsium J. F. Gronovius adseruit, qui etiam videndus est ad Livii XXVII. 31. § 6. ut et Sigonius ad Livii XXI. 4. § 8.

Elatusque supra modum hominis privati] Claudianus in Rufinum II. 315. 'contingat in uno Privati fugisse modum crimenque tyranni:' id est, mediocritatem privati. Idem de Laudibus Stilic. III. 39. 'Solus hic invidiæ fines virtute reliquit, Humanumque modum.' Seneca Thyeste vs. 254. 'Nil quod doloris capiat adsueti modum.' vs. 266. 'solito amplius Supraque fines moris humani tumet.' Livius IV. 58. 'Parum cogitarunt, nulla virtute superari humanarum virium modum.' *Gebh.* Spartianus in Hadriano c. 9. 'Omnia denique ad privati hominis modum fecit.' Præterea *secum trahens*, pro *sec. trahere*, Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. Quod ut admitti possit, supra etiam legendum foret *plebem hoc munere*, pro *plebemque, &c.* Quum tamen ibi omnes codd. in vulgatum conspirent, hic etiam nihil mutandum puto.

Haud dubium consulatum favore ac spe despondentem] Vet. lib. *consulatum ei favore.* Sigon. *Consulatum ei favore* non modo Pall. Mss. teste Gebhardo ad verba præc. sed etiam Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et priscæ, quas vidi, edd. usque ad Frobenianam 1535. quæ prima pronomen omisit. Sane pronomen illud omitti potest, et solet. Supra hoc lib. c. 3. 'Civis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit:' infra cap. seq. 'Postremo quum adparitor jussu magistri equitum duceret, ereptus a circumstantibus:' ubi vide Rhenan. In primis autem omitti solet ante relativum, de quo vide ad XXIII. 15. § 4. Præterea *consulatum ei favore ac se despondentem* Lov. 1.

§ 4 *Ut est humanus animus insatiabilis*] *Animus humanus*, trajectis vocabulis, priscæ, quibus usus sum, edd. usque ad Frobenianam 1535. in qua

dictiones in eum digestæ sunt ordinem quem nunc obtiuent. Ei autem concinunt omnes codd. Mox *sponderet*, pro *spondet*, Lov. 2. Vide ad XXXIX. 52. § 6. Tum *tenderet*, pro *tendere*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed iterum librarii orationem infinitam ferre non potuerunt, ut sæpe alias errasse dictum est ad I. 50. § 5. Cur autem infinitivum *tendere* potius mutarint in *tenderet*, quam in aliam formam, caussa esse potuit, quod mox sequatur vocula *et*. Alia exempla vide ad XXIX. 22. § 5.

Quoniam consulatus quoque eripiendus invitis Patribus esset] Pal. 3. *eripiendum*. Forte *consulatum quoque eripiendum invitis Patribus esset*: ut Lucretius I. 112. 'Æternas quoniam pœnas in morte timendum est.' Infra c. 35. habet Pal. 3. *Experiendum rem denique in uno aut altero esse*. Sic habetur in Pal. 2. XXVI. 44. *Quodque plurimum ad incendendum militum animos intererat*: in Pal. 3. *ad accendendum*. Gebh. De genere loquendi, quod Gebhardus hic restitutum Livio volebat, vide ad VI. 35. § 2. Hic tamen nihil mutandum puto. Omnes enim mei manu exarati vulgatæ lectioni constanter subscribunt, nisi quod vocula *quoque* desit in Lov. 4. Si voluisset Gebhardus, eodem jure, quo 'eripiendum esset consulatum,' etiam probare potuisset ipsam codicis lectionem 'consulatus eripiendum esset,' vocem *consulatus* accipiens casu quarto plurali.

Id unum dignum tanto adparatu consiliorum et certaminum, quod ingens exsudandum esset, præmium fore] Si sic legamus, oportebit *quod ingens* referre ad *præmium*. Secus est, si quis *certamine* legat. *Rhen.* Alii *certamine* legunt, alii *certaminum*. Sed id non probatur; sequitur enim *quod ingens exsudandum esset*, quamquam hoc ad *præmium* etiam referri potest. *Glar.* Pall. omnes *certaminum*. Blitei fuerunt qui mutarunt. Non enim sequens provocabulum *quod* eo revocandum, sed ad subnexa *ingens exsudandum* erat. Lib. V. c. 5. 'Relinquendane hæc censetis, ut ad æstatem rursus novus de integro his instituendis exsudetur labor?' Male ibi Pall. duo *exudet labor*. Forte *exundet labor*. Gebh. *Atque certaminum* Neapol. Latinii: *et certaminum* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et, una atque altera excepta, omnes edd. principes usque ad Frobenianam 1531. quæ *certamine* prima exhibuit: quomodo etiam in Voss. 2. et Lipsiens. fuisse, codicum eorum excerpta fidem faciunt. Doujatius *certaminum* sibi non placere testatur, quod ita sequentia *quod ingens exsudandum esset*, referenda essent ad *præmium*, et nemo dixerit 'præmium exsudare.' Verum cur non simili ratione 'exsudare præmium,' pro multo sudore acquirere, parare, dici posset, quo secundum ipsum Doujat. dicendum foret 'exsudare certamen,' pro multo sudore ac labore certamen sustinere? Certe 'exsudare laborem' dici, videbimus ad V. 5. § 6. 'laborare letum' dixit Silius Ital. XVI. 411. 'Et nobis et equis letum commune laboras:' pro labore certaminis letum arcessis. Ipse Doujatius *et certaminis* non male alios legere testatur. Verum ea lectio in nullis mihi membranis obvia fuit; neque est, qui se eam in scriptis invenisse adfirmet. Solæ tantum Ascensianæ edd. 1513. et 1516. ac Parisina 1529. ita præferunt. Quare eam probare nolim. Sed vel legendum puto *certaminum* cum plerisque codd. vel, si nimis poëticum videatur 'exsudare præmium,' servandum videtur, quod est in uno et altero scripto, *certamine*. Neque longe hinc abeunt Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et C. qui *certamini* exhibent; modo ita revera exhibeant. Hearne enim referendo inter codd. qui hanc lectionem

præferunt, etiam cod. Neapol. Latinii, qui tamen *certaminum* habuisse in ejus bibliotheca dicitur, legitimam suspicionem injecit, manum ejus in codicum Oxon. lectione describenda similiter aberrasse, ibique pari modo *certaminum* exaratum esse. Ceterum *exuadandum*, pro *exudandum*, Lov. 3. *exundandum* Lov. 4.

§ 5 *Quæ res eum, necdum compositis maturisve satis consiliis, obpressit*] Dura locutio est 'Componere consilia.' Itaque sequamur auctoritatem veterum librorum, qui habent *necdum compositis rebus maturisve satis consiliis*. Sigon. Pal. 2. ab mangone librario locupletior *necdum compositis rebus, maturisve satis consiliis*. Quæ Sigonius tanti putat, ut vulgatam lectionem, stabilitam fide codicum meliorum Mss. edd. quoque priscarum auctoritate confirmatam, duram pronunciet. *Gebh.* Dura locutio Sigonio 'Componere consilia:' itaque suffragatur vett. libris, qui habeant *compositis rebus*. Sed meliores tuentur vulgatum. Qui concoxit id locutionis III. 53. 'Quærentibus legatis, quæ postulata plebis essent, composito jam ante adventum legatorum consilio, ea postulavit.' Et cur non diceretur, quod alioqui 'formare?' Trogus de Zopyro I. 10. 'Formatoque in futura consilio, transfugæ titulo Babyloniam proficiscitur.' *J. F. Gron.* Lectionem vet. lib. Sigonii et Pal. 2. Gebhardi interpolatam esse, illud tanto magis firmat, quod ex nostris soli Harl. 2. et Hav. ipsis consentiant: reliqui omnes vocem insertam *rebus* ignorent. Sine caussa etiam 'componere consilia' locutio ipsi durior visa est. Similiter enim 'componere dolum' dixit Sall. in Jug. c. 111. 'Ita, composito dolo, digrediuntur:' ubi videndus est Corte. Insuper τὸ *eum* deest in Lov. 4. quod transponens Gaertn. *necdum eum compositis* præfert. Voces *consiliis oppressit* perperam exsulant a Lov. 3.

§ 6 *Minime opportunus vir novanti res*] *Novandi res* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. *novandis rebus* fragm. Hav. a m. pr. et Neapolit. Latinii: *novandæ rei* Lov. 4. 5. et Hearnii Oxon. C. Nihil muto. *Novanti res* nempe Mælio, regno inhianti. Paullo ante *sextus* Voss. 2. et Lov. 3. *sexto* Hav. et Lov. 5.

Collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen] *Collega ei additur* transpositis vocabulis Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. et Harl. 2. Tum *Melenius* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. *Menenus* Harl. 2. sed corruptissime *jam aninius enenius* Flor. Hinc *Lanata* Harl. 1. et Leid. 2. Deinde τὸ *cognomen* aberat a Port. Mox *Numicius*, pro *Minucius*, transpositis literis, Lov. 5. Vide ad II. 63. § 1. et mox ad § 8.

§ 7 *Seu refectus, seu, quoad res posceret, in incertum creatus*] *Seu quod res posceret* Flor. a m. pr. *seu id quod res posceret* Lov. 2. *seu, quod ad res posceret* Voss. 1. et Leid. 1. *seu id res posceret* fragm. Hav. a m. sec. in quo a m. altera emendatum erat *seu, quod id res posceret*. Neque aliter est in Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. Lov. 3. 4. 5. a m. pr. vet. cod. Latinii, Hearnii Oxon. L. 2. et edd. vetustis usque ad Aldinam, in qua prima *quoad* comparuit. Et ita reliqui codd. Denique præpositio *in* deficit in Leid. 2. quam absorpsit prima syllaba seq. vocis *incertum*. Vide ad VIII. 33. § 6. Mox *in libris linteis*, pro *in libros linteos*, Lov. 4.

§ 8 *Minucius eamdem reipublicæ curationem agens, quam Melius privatim agendam susceperat*] Vet. lib. *quam Sp. Mælius*. Cæterum A. Florebellus, Episcopus Lavellinus, vir doctrinæ atque ingenii laude præstantissimus, legit *eandem publice curationem agens;* ut *publice* sit adverbium, cui respondeat *privatim*. Erat autem curatio frumentaria. *Sigon.* Pall. 2. *Spurius Melius*, dissentientibus ce-

teris. Neque ego hic probo A. Florebelli, Episcopi Lavellini, correctionem *eandem publice curationem agens*, ut sit antithesis adversans τῷ *privatim*. Sed bellior est oppositio *reipublicæ privatarumque rerum*. Nam non semper, qui publice agit, reipublicæ bono agit. Quippe et hic Melio publice diributum frumentum, sed non reipublicæ bono; potius privatim, hoc est, privatorum commodorum respectu. Supra II. 30. opponit rempublicam rebus privatis. 'Sed factione,' inquiens, 'respectuque rerum privatarum, quæ semper offecere, officientque publicis consiliis.' *Gebh.* Scribendum, quod et aliis fuisse in mentem audio, *eandem publice curationem agens*, id est, publica auctoritate, publico nomine et mandato. Ut hoc lib. c. 48. 'Quod venisset, assignatumve publice esset.' v. 28. 'Hospitium cum eo senatusconsulto est factum, donaque publice data.' Eodemque c. 50. 'Cum Ceretibus publice hospitium fieret.' Et c. 55. 'Tegula publice præbita est.' XXII. 60. 'Et alii redimendos de publico, alii nullam publice inpensam faciendam:' sic scribendum, non *publicam*, ut vulgo: nam liber optimus *publicæ*. Terent. Eunucho II. 2. 59. 'Nam ibi custos publice est nunc.' Nisi malis *ejusdem rei publicæ*. J. F. Gron. Omnes etiam codd. mei *reip.* vel *reipublicæ*, nisi quod Lov. 5. et fragm. Hav. a m. sec. omittant vocem *publicæ*. Doujatius vulgatum ferri posse putat, atque ita explicari, ut ea pars reipublicæ, sive munus illud publicum curandum Minucio esset mandatum, quod privato consilio sibi ipse Mælius curandum suscepisset. Sed nihilominus præfero cum Gronovio Florebelli apud Sigonium conjecturam *eamdem publice curationem agens;* idque cum iisdem expono, auctoritate publica, sumtibus et inpensis publicis. Supra I. 26. 'Velut sub jugum misit juvenem. Id hodie quoque publice semper refectum manet.' II. 41. 'Invenio apud quosdam, dirutas publice ædes.' III. 26. 'Navis Quinctio publice parata fuit.' Infra hoc lib. c. 17. 'Legatorum, qui Fidenis cæsi erant, statuæ publice in Rostris positæ sunt.' Et ita forte ex codicum vestigiis legendum hoc lib. c. 35. 'Spectaculum comitate etiam hospitum, in quam publice consenserant, advenis gratius fuit.' VI. 39. 'In aciem adversus optimates maximo privatim periculo, nullo publice emolumento stare:' ubi eodem modo, ut hic, *privatim* et *publice* obponuntur, et olim ante Gronov. *nullo publico emolumenta* edebatur. Sueton. in Cæsare c. 17. 'Q. Curio constituta erant publice præmia.' Justin. XII. 2. § 15. 'Corpus ejus Thurii publice redemtum sepulturæ tradiderunt.' Auctor Epit. Liv. l. LXXVII. 'Inpositus publice in navim delatus est in Africam:' ita ibi quoque legendum esse, suo loco dicam. Front. Strat. IV. 3. ex. 4. 'In summa paupertate decessit, ne ea quidem relicta pecunia, quæ sufficeret in dotem filiarum, quas ob inopiam publice dotavit senatus:' ubi vide Tennul. Vide etiam Cortium ad Sall. Cat. c. 11. § 6. cap. 40. § 1. et ad Jug. c. 8. § 2. Præterea Gronovius aliam etiam conjecturam proposuit, nempe legendum esse *ejusdem rei publicæ curationem*. Et ita quidem editur in duabus edd. 1665. et 1679. Pro quo tamen præstare videtur *ejusdem rei publice curationem;* nisi forte in conjectura Gronovii reddenda operæ typographorum erraverint, atque ipse ita legendum censuerit. Et hanc conjecturam haud displicituram spero illis, quibus nimis audax videbitur integram vocem *rei* invitis scriptis et editis ex contextu expelli, quæ nihilominus mihi a mala manu invecta videtur. Ceterum Hearne monuit, in Mss. et edd. vett. esse *eamdem reipublicæ curatio-*

nem, in aliis *curam*. Eo sensu 'cura' usurpari, pro munere publico, ejusque administratione, sponte confiteor. Ita apud Sueton. in Tiber. c. 8. 'Interque hæc duplicem curam administravit, annonæ, quæ artior inciderat, et repurgandorum tota Italia ergastulorum.' Hic tamen eam vocem in nullo vel scripto vel excuso libro notavi; sed *procurationem* præferunt Lov. 2. et 4. Quomodo fere supra locutus est hoc lib. c. 8. 'Tribuni, magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem intuentes, haud sane tetendere.' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 1. Sed neque duorum illorum codicum auctoritate vulgatum mutari par est. Reliqui enim omnes *curationem* servant. Et sane 'curatio' quoque hoc sensu in Livio non infrequens est. II. 27. 'Populus dedicationem ædis dat M. Lætorio primipili centurioni: quod facile adpareret, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior fastigio data esset, factum, quam ad consulum ignominiam:' hoc lib. c. 12. 'Felicior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus, quam ad curationem ministerii sui.' Insuper *Sp. Mælius*, quod ex suo profert Sigonius, servant etiam Hav. et fragm. Hav. Sed veriores puto reliquos codd. prænomen omittentes. Id enim quum modo in princ. cap. positum sit, ex more Liviano hic repeti nihil erat necesse. Denique *privatus*, pro *privatim*, fragm. Hav. aberratione manifesta scribæ, quemadmodum etiam *Numicius*, pro *Minucius*, Lov. 5. Vide hoc cap. ad § 6.

In utraque domo genus idem hominum versaretur] *Genus idem nominum* Lipsiens. de quo librariorum lapsu vide ad XXIV. 18. § 8. *genus idem omnium* Hav. solito errore. Vide ad III. 54. § 6. Deinde *genus id hominum* Gaertn. Vide ad Livii X. 10. § 6. Tum *vexaretur* Leid. 2. Voss. 1. Lov. 1. et Lipsiens. quæ ipsa quoque verba passim stupore librariorum in libris scriptis confunduntur. Vide ad II. 34. § 5. Paullo post *rem comperatam*, pro *rem compertam*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hav. Vide ad XXXIX. 29. § 5. *compertam rem* Gaertn.

Ad senatum refert] Codd. vel edd. quas consului, omnes ita constanter legunt; nisi quod una, Curionis nomen exhibens, item ed. Hearnii, eamque secuta postrema ed. Londinensis præferant *ad senatum defert*. Utrum præfecti annonæ hoc tempore ad senatum referre, vel non referre potuerint, non constare arbitror; quare invitis etiam libris vetustis nihil mutare audeo. Ceterum 'referre' et 'deferre' sæpe in libris Mss. confunduntur. Vide ad XXI. 6. § 5. *Defert* tamen requirere videtur id, quod mox sequitur § 9. 'Serius se pene, quam tutum fuerit, ea deferre:' ut et § 10. 'Quod exspectassent, donec a præfecto annonæ tanta res ad senatum deferretur:' etiam cap. seq. 'Caussam dicendam esse proponeret, crimenque a Minucio delatum ad senatum diluendum.'

§ 9 *Eumque conciones domi habere*] Non placent hæ domesticæ conciones. Livius quoties eo applicat verbum, modificat. Lib. VI. c. 14. 'Domi concionantis in modum sermones pleni criminum in Patres.' Non dicit *Domi conciones plenæ*. Lib. XXI. c. 53. 'Hæc assidens ægro collegæ, hæc in prætorio prope concionabundus agere.' Nimirum hic quoque legendum *coitiones*, quod verbum utiliter alibi Rhenanus, alibi Sigonius, Livio restituere. Cœtus clandestinos intelligit. Mox, 'Quod eas largitiones cœtusque plebis in privata domo passi essent fieri.' II. 13. 'Ne, si dimissus exercitus foret, rursus occulti cœtus conjurationesque fierent.' Iterum c. 35. 'Absterrendo singulos a coitionibus conciliisque.' IV. 25. 'Cœtus indicere in domos tribunorum plebis, ibi secreta consilia agitare.' *J. F. Gron.* Dou-

jatius existimat, vocem *conciones* hic pro coitionibus aut cœtibus accipi posse; non enim semper concionem pro oratione sumi, sed sæpe numero pro conventu aut multitudine convocata; et huic significationi favere originem vocis, quæ deducitur a 'conciendo:' licet autem proprie dicatur de multitudine publice congregata; trahi tamen etiam posse ad eam, quæ privatim coit, præsertim si quis rem criminandi animo amplificet. Hæc Doujatius; qui non animadvertit, Minucium, si inlicitos conventus, quos Mælius domi habebat, *conciones* vocaverit, non rem criminandi animo amplificasse, sed contra atrocitatem criminis plurimum minuisse adhibendo vocem, quam proprie de multitudine publice congregata, adeoque de ea, quæ licito more convenit, usurpatam fuisse ipse profitetur. Mihi itaque verior Gronovii sententia videtur, qui observat, Livium, quoties de multitudine hominum privatim coëuntium vocem hanc adhibeat, eam modificare. Locis quæ laudavit, adde illud ex II. 28. 'Quum ad nomen nemo responderet, circumfusa multitudo in concionis modum negare, ultra decipi plebem posse:' et III. 47. 'Hæc prope concionabundus circumibat homines.' Adsentior itaque eidem Gronovio existimanti, pro *conciones*, hoc loco *coitiones* legendum esse, quoniam mox 'cœtus plebis' vocet, quibus inliciti ac clandestini hominum conventus indicantur, ut III. 48. 'Certis quoque indiciis compertum se habere, nocte tota cœtus in urbe factos esse ad movendam seditionem.' Et sane multis passim locis indocti librarii pro *coitiones* substituerunt *conciones*, pro voce minus sibi nota longe notiorem. Vide Rhenan. ad Liv. II. 35. § 4. Gelen. ad IX. 26. § 12. et Sigonium ad III. 35. § 8. et c. 65. § 5. Adde Gronovium in Syllog. Epist. quas Burmann. edidit tom. III. p. 249. Eamdem vocem supra etiam auctori nostro restituendam esse conjeci II. 28. § 3. 'Profecto si essent in republica magistratus, nullum futurum fuisse Romæ, nisi publicum concilium. Nunc in mille curias coitionesque dispersam et dissipatam esse rempublicam:' ubi etiam vulgo *curias concionesque* editur. Videnda quæ ad eum locum notavi. Paullo ante *in domo Mælio*, pro *in domum Mælio*, Lov. 2. 4. et Lipsiens.

Tempus agendæ rei nondum stare] Supra I. 47. 'Postremo, ut jam agendæ rei tempus visum est, stipatus agmine armatorum in forum inrupit.' 'Stat tempus,' quum rei agendæ tempus convenit. Ita 'stat sententia,' quæ placet. Infra XLIV. 3. 'Interim consuli sententia stetit, eo saltu ducere.' Silius Italic. VII. 223. 'Stat pensata diu belli sententia, vincam Servare invitos.'

Partita ducibus multitudinis ministeria esse] *Multitudinem* Port. a m. sec. *7 multitudinis* Hav. utramque hanc lectionem adoptans Harl. 2. præfert *partita ducibus in multitudinem ministeria esse*, sine commodo sensu. Τὸ *esse* exsulat a Lov. 4.

Serius se pene, quam tutum fuerit] *Serius sæpe ne quam tutum* male dispescentes voces, olim perpetua serie scriptas, Leid. 1. et Lipsiens. *Serius ne sæpe quam tutum* Gaertn. *Serius ne quam sæpe tutum* Lov. 2. insuper verbis trajectis. *Serius sæpe ut quam tutum* Lov. 4.

Ne cujus incerti vanique auctor esset, ea deferre] *Ne alicujus incerti* Lov. 1. *ne cujus incertati* Harl. 1. Hinc *actor esset* Lov. 5. et Port. solito errore. Vide ad I. 26. § 5. Tum *deferre ea* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ea differre* Lov. 4. a m. pr. *id ferre* Harl. 2. et Lov. 2. Sed vox *ea* deficit in Voss. 2. At *ea deferre* verum videtur. Vide modo ad § 8.

§ 10 *Primores Patrum et prioris anni consules increparent*] Vocula *et* exsulat

ab Harl. 2. et a Port. a m. pr. pro qua *ac* præfert Voss. 2. Insuper *priores annui consules* Lipsiens. *priores anni consules* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. et Hav. Male. Passim 'priore anno' Livio est anno proxime præcedenti. Supra III. 9. 'Si quem similem ejus priore anno inter morbum bellumque irati Dii tribunum dedissent.' c. 10. 'Cavisse Deos priore anno, ut tuto libertas defendi posset.' Infra hoc lib. c. 17. 'Is magistrum equitum ex collegio prioris anni, quo simul tribuni militum consulari potestate fuerant, L. Quinctium Cincinnatum dixit.' c. 56. 'Castigantes ignaviam, quod, abditi intra muros, populabundos in agris vagari Romanos priore anno passi essent.' c. 57. 'Priore anno per indignissimos ex plebeiis candidatos omnium etiam dignorum tædium fecerant.' Et sæpissime alibi. Denique *increpare* Harl. 2. Port. et Hav.

Cœtusque plebis in privata domo passi essent fieri] *Cœtus eosque plebis* Lov. 5. *cœtusque ejus plebis* Port. a m. pr. Deinde vox *privata* perperam omittitur in Voss. 2. in quo etiam mox deficit τὸ *et*. Quæ conjunctio exsulat quoque ab Lov. 3. Præterea *consulesque exspectassent*, pro *consules, quod exspectassent*, idem Lov. 3. et 5.

Consulem non auctorem solum desideraret, sed etiam vindicem] Vigenerius legerat *indicem*. T. Faber. Alibi quidem 'index' et 'vindex' in Mss. commutantur. Vide ad Epitom. Liv. lib. LXIII. Hic tamen Vigenerium *indicem* legentem, gravissime lapsum esse, nullus non videt. Quod enim per vocem *indicem* intelligit, jam Livius per præcedentem vocem 'auctor' indicarat, quæ nuncium hic significat. Infra v. 1. 'A quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe, non vani sermonis auctorem habebat:' ubi plura vide. 'Vindex' autem est ultor; id enim primores Patrum dicunt oportuisse, ut consules non tantum hujus momenti rem senatui indicassent, sed etiam pœnam ejus exegissent. Ita 'vindicare' pro 'punire' mox usurpatur: 'Nequaquam tantum virium in magistratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi, haberent.' Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 10. § 6. Ita judices ac magistratus vocantur 'vindices' scelerum. Ovid. Metam. I. 92. 'nec supplex turba timebat Judicis ora sui; sed erat sine vindice tuta.' Cic. Orat. Catil. II. 12. 'Sentiet in hac Urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt.' De Invent. II. 34. 'Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Hoc genus vix in judicio probari potest, ideo quod, concesso peccato, difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, ut ignoscat, impetrare.' Vide Nic. Heinsium ad Nason. Fastor. VI. 648. Ceterum τὸ *solum* deest in Lov. 2. et Lipsiens. Vide mox ad § seq. Sed loco τοῦ *solum* Gaertn. præfert *simul*, quæ lectio aperte falsa est. Paullo ante *deferretur* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. *defertur* est in Lipsiens. *deferetur* in Gaertn.

§ 11 *Tum T. Quinctius, consules inmerito increpari*] *Tum Quintius*, omisso prænomine ejus, Flor. Insuper *tunc Quintius* edd. principes. Aldus demum *tum T. Quintius*, ut hodie editur, vulgavit; cum quo etiam faciunt reliqui codd. mei. Passim *tum* et *tunc* commutantur. Vide ad II. 12. § 15. Deinde *consul*, pro *consules*, Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Latinii V. C. errore ex compendio scribendi orto. Vide ad x. 10. § 2.

Constricti legibus de provocatione ad dissolvendum imperium latis] Quid si

natis? Lib. XXIX. c. 19. 'Natum eum ad corrumpendam disciplinam militarem arguere.' *J. F. Gron.* Proprie leges de provocatione non latæ sunt ad dissolvendum imperium, sed ad coërcendam patriciorum potentiam ac tyrannidem. Non displicet igitur Gronovii conjectura *ad dissolvendum imperium natis*, quæ dissolvendo imperio aptæ, adcommodæ sunt. Ita sæpissime Livius locutus est. V. 38. 'Nata in vanos tumultus gens.' c. 54. 'Ad incrementum urbis natum unice locum.' XXIV. 4. 'Et jam pervenerat ad loca nata insidiis.' c. 28. 'Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori, &c. re ipsa natus tegendis insidiis.' XXXVI. 17. 'Levissima genera hominum et servituti nata.' XXXIX. 1. 'Is hostis velut natus ad continendam inter magnorum intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam erat.' Ovidius Epist. Heroid. XX. 119. 'Serventur vultus ad nostra incendia nati.' Vide Gronov. ad Livii IX. 33. § 3. sed inprimis Observ. IV. 17. p. 277. Burmann. ad Nason. Amor. Eleg. I. 9. 41. et Fastor. VI. 433. Duker. ad Flori I. 13. § 4. et quæ olim notavi ad Silii Ital. III. 335. Præterea *constrictis de prov. legibus* Gaertn. *constructis legibus de prov.* Lov. 2. Voss. 1. et Lipsiens. *cum structis legibus de prov.* Leid. 2. et Lov. 1.

Nequaquam tantum virium] *Tantum virum* Voss. 2. et Lov. 4. a m. pr. lapsu librariorum, qui alibi pari modo peccarunt. Vide ad II. 1. § 10.

Ad eam rem pro atrocitate vindicandam] *Ad eandē rem* Lov. 2. solito errore. Vide ad X. 10. § 6. Mox *quam tum animi*, pro *quantum animi*, Lov. 1. Vide hoc lib. ad c. 49. § 8. *quantum animum* Lov. 4.

Opus esse, non forti solum viro, sed etiam libero] Ms. Coloniensis non habet τὸ *solum*. Modius. Infra XXVIII. 11. 'A Bruttiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt, ita ut non præda, sed armati quoque in periculo fuerint:' ita enim Gronov. recte legendum docuit ex auctoritate codicum, quum antea ederetur, *non præda tantum:* ubi plura vide. Si itaque codd. addicerent, facile lectio illa ferri posset. At nunc uni codici Modii ita præferenti fidem habere nequeo, quod omnes libri Mss. quibus utor, in vulgatum conspirent, nisi quod quidam invertant vocabulorum ordinem. Nam *non solum forti* est in Harl. 2. et Hav. Deinde non modo *viro* deficit in Leid. 2. sed insuper vox *etiam:* quæ posterior etiam abesse posset. Sæpissime enim Livius eam in similibus locutionibus neglexit. Vide ad II. 6. § 1. Quum tamen et reliqui illam defendant, hic servandam, nihilque mutandum arbitror.

Exsolutoque legum vinculis. Itaque se dictatorem] *Legum vinclis* Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. Neque aliter Gebhardus se in Pall. 1. et 3. reperisse professus est. Vide ad III. 56. § 4. ubi similes contractiones, poëtis fere proprias, in scriptis aliorum exemplaribus errori descriptorum tribuendas esse judicavi. Præterea *ita*, pro *itaque*, Port. Vide ad XXI. 53. § 7. Ceterum ex his verbis patet, Quinctium sive ipsum Livium credidisse, hoc tempore a dictatore ad populum provocationem datam non esse. Hinc Ant. Perizon. margini adscripsit, 'Quid ergo factum de legibus III. 55. latis?' quibus nempe constituebatur, 'Ne quis magistratum ullum sine provocatione crearet: qui creasset, eum jus fasque esset occidi.' Doujatius ad d. loc. verba accipit de magistratibus novis, antea numquam creatis: adeoque dictatoribus, qui jam sæpius antea dicti erant, jus pristinum hac lege ademtum non esse: quæ ratio probabilis non videtur. Ita enim et decemviros sine provocatione creare extra pœnam legis fuisset. Verius itaque videtur, ut dicamus legem de

magistratibus sine provocatione non creandis primo quidem etiam dictatores comprehendisse; sed patricios, ex quorum adhuc solo corpore eo tempore dictatores creabantur, mox legem tacito consensu abrogasse, patriciosque dictatores jus sine provocatione judicandi sibi iterum vindicasse. Certe, a dictatoribus provocationem datam non fuisse, dictatoresque ad populum provocantibus non cessisse, aperte evincit Liv. VIII. 33. et seqq. Contrarium quidem nonnulli probare conantur ex Festo voce 'Optima lex:' 'Postquam provocatio ab eo magistratu' (dictatore) 'ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est dici, ut optima lege, utpote inminuto jure priorum magistratuum.' Verum aut Festus intelligendus est de tempore mox post legem Duiliam latam; quamvis tamen post eam jussam hoc demum anno primus creetur dictator: aut Festo, omni adversante antiquitate, fides non est habenda.

§ 12 *Et, quid sibi vellent, rogitare*] *Quid si vellent* Hav. *quid illi vellent* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quid ibi illi vellent* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. utraque quasi lectione recepta. Male. Infra XXXII. 25. 'Missus a Philocle, qui quæreret quid sibi vellet:' ubi plura vide. Mox *cogitare*, pro *rogitare*, Hav. et fragm. Hav. *rogare* Lov. 2. Vide ad v. 40. § 3.

§ 13 *Dein, quum undique plus in illo senili animo non consilii modo, sed etiam virtutis esse*] *Deinde* Leid. 2. Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 3. § 6. Insuper vocula *plus* perperam omittitur in Lov. 3. Eamdem trajicientes *quum plus undique* habent Lov. 5. et Gaertn. Hinc vocem *illo* omittit Lov. 5. Præterea *non consilia modo, sed etiam virtutis* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. sine sensu. *Non consilia modo, sed etiam virtutes* Lov. 2. et Lipsiens. *non consilio modo, sed etiam virtute* Lov. 4.

Laudibusque haud inmeritis onerarent] Si laudes haud immeritæ, quomodo igitur onerant? At occinent mihi correctores illud Euripidis Orest. vs. 1161. Βάρος τι κἂν τῷ δ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν. et ex Livii XXXI. 15. 'Aut referendis suis in civitatem beneficiis erubescere, aut significationibus acclamationibusque multitudinis, assentatione immodica pudorem onerantis.' Quid amplius? Scriptum reperi in Pall. tribus *laudibusque haud immeritis honorarent.* Gebh. *Honerarent* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. et fragm. Hav. a m. sec. *honorarent* Voss. 2. Harl. 2. Lov. 2. 3. 4. Lipsiens. Gaertn. et Hav. quæ inservire possent adstruendis illis quæ Acidalius notavit ad Vell. Paterc. II. 124. § 3. Potius tamen referenda arbitror inter librariorum aberrationes, qui passim 'onerare,' et 'honorare' vel 'honerare' invicem commutare soliti fuerunt. Vide ad v. 39. § 13. x. 14. § 12. c. 17. § 4. XXIV. 13. § 4. XXIX. 32. § 1. XXXVI. 40. § 9. et alibi sæpe. Verbo 'onerare' magnitudo ac cumulus rei indicatur, et 'Quinctium haud inmeritis laudibus onerare' est Quinctium ex merito maximis laudibus extollere, laudes, quas promeritus erat, magno cumulo in eum conferre. Locutio Livio est familiarissima. Infra XXIV. 13. 'Hannibal conlaudatos eos, oneratosque ingentibus promissis domum ad cœpta maturanda redire jubet:' ubi videndus est Gebhard. XXXIV. 61. 'Partim donis, partim spe præmiorum oneratum, quibus etiam ipse rex adnuerat, Karthaginem cum mandatis mittit.' Alia exempla vide apud Cortium ad Sall. Jug. c. 12. et in notis meis ad Silii Ital. III. 15. 'Laudibus haud inmeritis' ut infra c. 57. 'Quum haud inmeritam laudem gratiamque apud omnes tulisset:' 'Haud inmeritus' per meiosin pro 'meritissimus,' ut 'haud quaquam spernendus,' pro

'maximi faciendus,' xxx. 45. § 5. 'Meritæ' autem 'laudes' inlustrantur ad xxvi. 50. § 13. Erravit autem scriba Flor. quem *laudibus haud emeritis* dedisse, excerpta ejus testantur.

§ 14 *Precatus tandem Deos inmortales Cincinnatus*] *Precatur* Hav. *precantes* Gaertn. Præterea *Quintius*, pro *Cincinnatus*, se in Oxoniensi C. reperisse, auctor est Hearne. Et ita præferunt Lov. 2. 4. et Gaertn.

Damno dedecorive reipublicæ esset, dictator a consule dicitur] *Decorive reipublicæ esset* Harl. 1. *dedecori vere p. esset* Leid. 1. *dedecorique reipublicæ esset* edd. principes. Aldus postea *dedecorive* dedit, cum quo faciunt reliqui codd. Deinde *ab consule* Hav. Voces *a consule* exsulant a Voss. 2. In verbis etiam præcedd. vox *sua* deficit in Lov. 5.

Ipse deinde C. Servilium Halam magistrum equitum dicit] Legendum ut habet Campani ed. *Ahalam*. Gebh. *Ipse deinde consul Servilium* Voss. 2. Lov. 3. 4. a m. pr. Port. a m. pr. et Lov. 5. ac fragm. Hav. a m. pr. in quibus duobus posterioribus a m. sec. vox *consul* deletur. *Ipse deinde C. L. Servilium* Leid. 1. Tum *Halam* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Port. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. cum edd. si Sigonianas excipiamus, omnibus usque ad ultimam Gruteri, in qua *Ahalam* receptum est, verosimiliter ex Pighio, qui hoc Servilio cognomen fuisse docuit in Annal. ad a. cccxiv. p. 172. quemadmodum etiam Sigonius supra ad Epitom. hujus lib. ubi alia vide. Hinc *magistratum equitum* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. ac 5. *magistrum militum* Lov. 4. Denique *dixit* præferunt Harl. 2. Hav. Lov. 2. et Lipsiens.

Cap. xiv. § 1 *Conversaque in eum plebs novitate ac miraculo esset*] Vocula *que* non est in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *ad miraculo* Leid. 1. *a miraculo* Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr.

Mæliani atque ipse dux eorum in se intentam vim tanti imperii cernerent] *Et ipse dux* principes excusi, pro quo Aldus dein *atque ipse dux* dedit; cujus lectionem probant omnes scripti. Tum *in se tantam vim tanti imperii* Voss. 2. pessime. Et præcedens vocula *in* et sequens *tanti* librarium in errorem pellexit. *In se in tantam vim tanti imperii* dedit librarius Lov. 3. *in se tantam vim imperii* Lov. 5. Denique *Mæliani atque ipse dux, &c. cerneret* Lov. 5. et Harl. 2. Si plures codd. ac fide digniores accederent, id Livianum censeri posset. Vide ad xxxvii. 5. § 3. Nunc, aliis omnibus in vulgato tuendo uno ore conspirantibus, nihil muto. Vide ad iii. 30. § 1.

§ 2 *Qui tumultus, quod bellum repens ad dictatoriam majestatem*] Erratum in novissimis exemplaribus est. Legendum enim *aut dictatoriam*. Gebh. Ita erratum est in edd. Gruteri, quod Gronovius jam correxit. Præterea *equi tumultus* Hav. ut legendum videri posset *ecqui tumultus, ecquod bellum*. Sed reliquis codd. vulgatum servantibus consentio. Denique *quod bellum repetis* Voss. 2. Alibi etiam librarii vocem hanc minus sibi notam ferre non potuere, eamque ob caussam, licet alio modo, corruperunt. Vide ad viii. 29. § 1.

§ 3 *Missus ab dictatore Servilius*] *A dictatore* Voss. uterque, Lov. 2. 4. Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. Præterea *Servilius Hala* voce auctior Lov. 4. Sed reliqui eam repudiant: neque etiam necessariam puto. Mox *ad Mevium*, pro *ad Mælium*, et *vocate, inquit*, pro *vocat te*, altero *t* male eliso, Leid. 1.

Quum pavidus ille, quid vellet, quæreret] Tò *ille* non comparet in Leid. 2. et Lov. 1. Mox etiam copula *que* exsulat a Lov. 4. et dictio *esse* ab Harl. 2. et Port. *proposuit* autem, pro *proponeret*, exhibet Gaertn.

Crimenque, a Minucio delatum ad senatum, diluendum] Verba sunt Agrœtii de Orthogr. et Propriet. p. 2267.

edit. Putsch. 'deluit, purgat: diluit, temperat:' et Bedæ de Orthogr. p. 2333. 'deluit, purgavit, per de: diluit, temperat, per di.' Et ita Festus: 'Deluit, solvit: a Græco διαλύειν.' Si discrimen illud verum foret, hoc loco legendum esset *deluendum*, quomodo unus codex exhibet apud Plin. Epist. II. 11. 'Commune crimen ab utroque defendi, et, si dilui non posset, in utroque punire:' ubi, testibus viris doctis, cod. Oxon. præfert *delui*. Similiter apud Curtium III. 6. § 11. 'Crimen parricidii, quod mihi objectum est, tua salus diluet:' et VII. 1. § 31. 'Nunc vero, si, ut omnibus diebus, illo quoque, qui suspectus est, fecimus, consuetudo diluet crimen:' ubi cod. Pith. utroque loco habet *deluet*. Et ita etiam dare voluisse videntur librarii apud Sueton. in Vespas. c. 23. 'Ut invidiam aliqua cavillatione dilueret, referretque ad sales:' ubi codd. Torrent. et Casaub. *deflueret* legunt, unde, si quid ibi mutandum, quod tamen non puto, una litera expuncta, faciendum *delueret*. Ita etiam apud Valer. Max. IX. 2. ex. 1. 'Ne memoria tam præclaræ rei dilueretur:' ubi cod. Bitur. 1. *deleretur:* unde, addita una litera, pronum esset formare *delueretur*. Verum passim differentia illa negligitur, et semper fere *diluere*, etiam sensu purgandi, in Mss. et optimis edd. obvium est. Ut XLV. 10. 'Nequaquam tamen tam grata oratio eorum fuit, qui, quæ Popillius objecerat, diluere utcumque conati sunt:' apud Cic. Orat. pro Sex. Roscio c. 15. 'Ego, res tam leves qua ratione infirmem ac diluam, reperire non possum.' in Verr. IV. 20. 'Dilue sane crimen hoc Calidianum, dum ego tabulas adspicere possum.' in Verr. V. 30. 'Ego illum ad judicium meum, quo facilius crimen inimicorum diluere possum, vivum atque incolumem reservavi.' Ovid. Amor. El. II. 2. 37. 'Tu contra objiciens, quæ tuto diluat illa, In verum falso crimine deme fidem.' In Remed. Amor. vs. 695. 'Nec peccata refer, ne diluat: ipse favebis, Ut melior caussa caussa sit illa tua.' Vide etiam loca quæ Corte ad Plinium loc. laud. produxit. Ceterum *crimen quod a Minucio* Lov. 2. sollemni scribarum aberratione. Vide ad II. 41. § 8. Deinde voces *ad senatum* deficiunt in Harl. 1.

§ 4 *Tunc Mælius recipere se in catervam suorum*] *Tum Mælius* Voss. 2. Lipsiens. et Lov. 3. ac 4. Vide ad II. 12. § 15. et mox ad § 7. Deinde *se recipere* Gaertn.

Postremo quum adparitor jussu magistri equitum eum duceret] Accusativus *eum* non est in scripto volumine: subauditur. *Rhen.* Exturbandum provocabulum *eum* et Rhenanus recte indicavit, mandantque Pall. omnes. *Gebh.* Illud *eum* primum adparuit in ed. Mogunt. Reliquæ illa vetustiores, ut et postea Aldina eamque secutæ una et altera voculam hanc ignorant. Neque etiam est in ullo meorum codd. nisi quod Hav. *postremo eum apparitor jussu magistri equitum duceret* præferat. Hearne etiam, *eum duceret* ex ed. Sigonii proferens, ac de codd. Oxon. nihil addens, videtur indicare, in illis similiter pronomen defuisse. Recte itaque Gronovius, Rhenano et Gebhardo obsecutus, pronomen expunxit. Ita Tibull. Eleg. II. 3. vers. penult. 'Ducite; ad imperium dominæ sulcabimus agros: Non ego me vinclis verberibusque nego.' Senec. de Ira II. 33. 'Rogante patre, ut salutem sibi filii concederet, quasi de supplicio ejus admonitus, duci protinus jussit.' Qui τὸ *eum* addiderunt, existimasse potuerunt, a proximæ vocis ultima syllaba elisum esse. Sed sæpe pronomen hoc, ubi commode subintelligi potest, omissum fuisse, patet ex illis, quæ notantur ad cap. præc. § 3. Paullo ante *primo circumspectans* Gaertn. An librarius ita maluit,

quod mox non *postremum*, sed *postremo* sequatur? Verum, τῷ *primum* sæpe *postremo* subjungi, docuit Tursell. de Partic. Ling. Lat. c. 137.

Inplorare: et opprimi se consensu Patrum dicere] Recte ita primus Aldus edidit, concinentibus omnibus meis scriptis. Priores excusi ut et Lov. 2. ac Gaertn. habent *imploraret* et *diceret*: quasi hæc etiam verba penderent a proxima vocula *quum*, contra mentem Livii. Et quidem tanto facilius *implorare* mutarunt in *imploraret*, quod mox sequatur vocula *et*. Vide ad XXIX. 22. § 5. Sane *imploraret* exhibet etiam Lov. 4. quamvis in eo *dicere* scriptum exstet. Similiter etiam Flor. in quo tamen litera *t* inter versus ad vocem *dicere* adscripta est.

§ 5 *Quod plebi benigne fecisset*] Pal. 2. *si quid plebi benigne fecisset*: eleganti admodum formula. *Gebh.* Si lectio Pal. 2. placet, mutanda est interpunctio hoc modo: *et opprimi se consensu Patrum dicere: si quid plebi benigne fecisset, orare, ut opem.* Elegantiam hujus formulæ inlustravit Corte ad Sall. Jug. c. 24. § 10. Similiter Ovidius Metam. VII. 852. 'per nostri fœdera lecti, Perque Deos supplex oro, superosque meosque; Per si quid merui de te bene.' Virgil. Æn. IV. 317. 'Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum; miserere domus labentis, et istam, Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.' Et ita accipi potest, quod occurrit III. 48. 'Quæso, inquit, Appi, primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum invectus:' pro, quod sum invectus. Fatendum tamen, quum codex Pal. 2. vel ipsi Gebhardo minimæ auctoritatis sit, nullusque alius ei concinat, in eo uno non satis præsidii videri ad lectionem receptam mutandam. *Et plebi*, pro *quod plebi*, habent Voss. 2. et Lov. 3. *sed quicquid plebi* Hav. *quod plebei* Port. Deinde *bene fecisset* Lov. 4. qui audiendus non est. Cic. ad Fam. XIII. 67. 'Plurimis in ista provincia benigne fecisti.' de Offic. I. 14. 'Videndum est enim primum, ne obsit benignitas, et iis ipsis, quibus benigne videbitur fieri, et ceteris.'

Orare, ut opem sibi ultimo in discrimine ferrent] *Oravit opem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Lipsiens. *orabat opem* Harl. 2. *orabat ut opem* Hav. Deinde *si ultimo in discrimine ferentur* idem Hav. *ultimo in discretione* Voss. 1. sed pro eo in margine *discrimine* emendatur. Mox *neque ante oculos*, pro *neve a. o.* Harl. 1. *ne ut ante oculos* Lov. 3.

§ 6 *Stipatus caterva patriciorum juvenum*] *Stipatus a caterva* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. et Hav. Male. Supra I. 47. 'Postremo, ut jam agendæ rei tempus visum est, stipatus agmine armatorum, in forum inrupit.' *Stipatusque caterva* vetustiores inpressi usque ad Aldum, qui particulam connectentem expunxit. Eadem etiam abest ab omnibus codd. quibus usus sum. Ceterum trajectis vocibus *stipatus a caterva patriciorum juvenum, respersusque cruore obtruncati* Lov. 5.

§ 7 *Tum dictator, Macte virtute, inquit*] *Tunc dictator* Leid. 2. Vide modo hoc cap. § 4. Præterea inepte *Matre virtute* est a m. pr. in fragm. Hav. De formula 'macte virtute' vide ad II. 12. § 14. Mox Servilii prænomen omittitur in Lov. 3.

CAP. XV. § 1 *Tumultuantem deinde multitudinem, &c. ad concionem vocari jussit*] Primam vocem ignorant Lipsiens. et Lov. 4. a m. pr. Sed *Tumultus autem deinde* est in Leid. 2. et Lov. 1. Ut 'tumultus' dicatur 'jubere,' quemadmodum 'arma' seu bellum 'vocare:' de quo vide quæ dixi ad Silii Italic. X. 112. Sed quum alii codd. stent pro recepta scriptura, eam etiam veriorem esse nullus dubito.

Etiamsi regni crimine insons fuerit] Pall. tres *regni discrimine:* non probe. *Gebh. Regni discrimine* etiam Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. et C. quomodo etiam supra peccatum vidimus ad II. 7. § 5. Mox τὰ *a magistro equitum* non comparent in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 2 *Se ad caussam cognoscendam consedisse*] *Sed ad caussam* Lipsiens. et fragm. Hav. Utramque lectionem jungentes *sed se ad caussam* præferunt Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *ad caussam præcognoscendam* Lov. 2. *ad caussam percognoscendam* Lipsiens. indoctis librariis aberrantibus. Tum *conscendisse* edd. principes usque ad Aldum, qui *consedisse* vulgavit, adsentientibus omnibus meis scriptis. Recte. Proprium enim hoc judicum est. Vide ad III. 46. § 9. Mox τὸ *fuisse* non adparet in Lov. 4.

Vim parantem, ne judicio se committeret, vi coërcitum esse] *Ne judicio se conjungeret* Hearnii Oxon. L. 2. manifesta librarii aberratione: *ne in judicio se committeret* Hav. Verum addita præpositione 'committere' non 'in acie,' sed 'in aciem,' dixit XXIII. 11. 'Quia se in aciem nunquam commiserit.' Et id forte voluisse videtur librarius Gaertn. qui dedit *ne judicium se committeret;* ubi præpositio *in* excidere potuit ob similitudinem priorum literarum vocis seq. vel etiam ob solam literam initialem, si per compendium præpositio scripta fuerit ĩ. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXV. At neglecta præpositione Livius alibi non raro locutus est. Infra X. 42. 'Samnitium exercitum, nusquam se prœlio committentem, postremo expulit finibus.'

§ 3 *Natus inter jura legesque, ex qua urbe reges exactos sciret*] *Intra jura* Harl. 2. et Hav. quod peccatum infinitis locis in libris scriptis obcurrit. Vide ad V. 27. § 3. Livius X. 16. 'Gallos inter ferrum et arma natos.' Tum *inter jura leges,* omisso τῷ *que,* Lov. 4. Deinde *ex sua urbe reges* Lov. 4. *ex urbe sua reges* Lov. 2. et Gaertn. Voces *ex qua urbe reges* omittuntur in Flor. Sed ordine vocabulorum aliter immutato *exactos sciret reges* habent Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Paullo ante *neque cum eo,* pro *nec cum eo,* Lov. 4.

Sororis filios regis et liberos consulis] Hic locus haud dubie corruptus est. Nam Aquilios intelligit, qui erant ex sorore Collatini nati, qui cognatus erat Tarquinii regis, non ipse rex. Fortassis autem 'regem' pro cognato regis dixit. *Glar.* Vox *regis* inducenda est, quia abest a quibusdam vett. libris, et quia historiæ veritatem pervertit. Non enim Collatinus, de quo intelligit, rex fuit. Intelligit enim Vitellios Aquilliosque, natos ex duabus sororibus Collatini consulis, et Junios liberos Bruti consulis: ita ut *consulis* bis accipiendum sit. Cur enim Collatinum 'regem' appellet, quem sequenti versu 'consulem' nominat? *Sigon.* Si nullos alios, quam Aquilios Vitelliosque et Junii filios intelligit, magnas tenebras nobis offundit vocabulum *regis.* Quas evitans Pal. 2. omisit τὸ *regis:* quod et ex suis fecit Sigonius. *Gebh.* Vocem *regis* ex meis non habent Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. item, ut Hearne auctor est, Oxoniensis B. Quam si inducimus, nondum locus plane erit expeditus. Incommoda enim sunt verba subseqq. *a patre securi esse percussos;* quæ recte de filiis Bruti dici possunt, non autem de filiis sororis Collatini: siquidem hi quidem 'securi,' sed non 'a patre, percussi' sunt. Ob hanc igitur caussam, et quod codd. integerrimi stent pro vulgato, nihil muto, et cum Doujatio verba hæc *sororis filios regis et liberos consulis* de solis Bruti liberis intelligo; qui quidem non ex sorore regis nati erant, sed sororis istius nepotes fuerunt. Nam

pater eorum L. Junius Brutus 'Tarquinia sorore regis natus' est, secundum Livium I. 56. Liberi itaque Bruti non 'filii,' sed 'nepotes sororis regis' fuerunt, sive ipse Livius, eorum, quæ ante scripserat, oblitus hic erraverit, sive dedita opera, rei augendæ caussa, 'filios' vocarit, qui 'nepotes' erant: non enim credo eidem Doujatio scribenti, filiorum adpellatione sæpe nepotes ceterosque liberos intelligi; quod ne uno quidem exemplo probavit. Alii id firmare conati sunt ex l. 220. π. de Verb. Sign. Sed videnda sunt quæ ei respondit Dukerus ad Flori III. 8. § 1. Hoc sensu tamen 'Superbus Demarati Corinthii filius' vocari videtur apud Pompon. l. 2. § 2. π. de Orig. Jur. Verum et hic scripturæ vulgatæ a nonnullis apud Rupert. ad Pompon. Encheir. I. 3. ex Ms. controversia movetur. Videndus est etiam Bynkershoek. in Prætermiss. ad h. leg. qui ingeniosa conjectura *FILIus*, id est *filii filius*, adeoque nepos, refingit. Ceterum Sigonius, scribens intelligi Vitellios Aquilliosque, natos ex duabus sororibus Collatini consulis, in eo secutus est Plut. in Poplic. p. 98. ut dixi ad Epitom. lib. II.

Propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum] *Judicatam* Voss. 1. de quo errore dicam ad Epit. Liv. lib. LXIII. *indictam* Leid. 2. Sed *indicatam* eodem sensu capiendum, quo 'indicium' et 'index:' de quibus vide ad VII. 39. § 5. Denique *recip. in urbe regum* Leid. 2. Lov. 1. 3. et Hav. At dixit Livius II. 3. 'De accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur.' Mox *a patriæ securi* Hav. *a patre e securi* Harl. 1.

§ 4 *Collatinum Tarquinium consulem*] Cognomen nomini præpositum displicuit librario codicis Lov. 4. qui propterea dedit *Tarquinium Collatinum.* Sed vide ad XXX. 1. § 9. Mox etiam trajectis dictionibus *se abdicare* Lov. 5.

Post aliquot annos propter consilia inita de regno supplicium sumtum] *Post aliquos annos* Hav. Alibi similiter variant codd. scripti. Vide ad VI. 37. § 8. *p aliquot annos* Lov. 2. Tum *consilia* exsulat a Gaertn. culpa et negligentia scribæ. Deinde *sumtum supp.* est in Harl. 2. et Hav.

Decemviros bonis, exsilio, capite mulctatos] *Dec. omnes exsilio* Voss. 2. et Lov. 3. Supra III. 67. 'Decemvirorum vos pertæsum est: coëgimus abire magistratu. Manente in eosdem privatos ira vestra, mori atque exsulare nobilissimos viros honoratissimosque passi sumus.' Non sequor. Supra III. 58. 'Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere, collegæ eorum exsilii caussa solum vertebunt: bona publicata sunt.' Hinc *auxilio capiente,* pro *exsilio, capite,* Flor. Sed 'auxilium' et 'exsilium' etiam alibi commutantur. Vide ad XXXVI. 7. § 15. Deinde *multatos* Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. quod rectum est. Vide ad III. 67. § 5.

In ea Sp. Mælius spem regni conceperit] *Conceperat* Hav. et fragm. Hav. *concipit* Voss. 2. et Lov. 3. *concepit* Port. et Lov. 1. 4. 5. solito errore, ob neglectam adpictam notam, *concep'it,* vel *concepit.* Vide ad XL. 14. § 10. et ad c. 15. § 7.

§ 5 *Ad dominationem pandere viam; sed tamen Claudios, Cassios*] Verba sunt Nonii voce 'Pandere.' 'Pandere Varro existimat ea caussa dici, quod qui ope indigerent, et ad asylum Cereris confugissent, panis daretur. Pandere ergo quasi panem dare, et quod numquam fanum talibus clauderetur. De vita populi Romani lib. I. Hanc Deam Ælius putat esse Cererem; sed quod, in Asylum qui confugisset, panis daretur, esse nomen fictum a pane dando pandere, quod est aperire.' Ad hanc vocabuli proprietatem Livium adludere voluisse miro acumine Doujatius conjicit. Ita vero conjiciendi occasionem

ipsi dedisse videtur, tum quod hunc Livii et illum Nonii locum simul junctum in Calepino suo invenerit; tum quod in historia Sp. Mælii, qui frumenti in Etruria coëmti largitiones facere instituit, Livius verbo *pandere* usus sit. At si cogitasset, Livium non dixisse, 'nullum frumentum' vel 'panem datum Mælio,' sed 'nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita cuiquam pandere viam,' ab hac conjectura abstinuisset: et quidem tanto magis, si fidem habuisset Vossio, cui visum est in Etymol. Ling. Lat. in voce 'Pando,' Varronem, etymologiam illam proponentem, suo more lusisse. Ceterum *si non*, pro *sed tamen*, male præferunt Leid. 2. Lov. 1. et in margine Voss. 1. *sed tum* Lov. 2. utroque juncto *si non tum* Lipsiens. Præterea τὸ *Cassios* omittunt Lipsiens. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Cassiosque* præferunt Lov. 2. 4. et Gaertn. Paullo ante *quam*, pro *quamquam*, est in Gaertn. eodem, omissa per librarii inertiam syllabæ duplicatione. Vide hoc lib. ad c. 12. § 8.

Sustulisse animos, quod nefas fuerit] Scribe *quo nefas fuerit*. Adverbium est loci. *Rhen.* Vocem *suis* nescit Hav. Tum *quo*, pro *quod*, firmant omnes nostri, nisi quod τὸ *quod* sit in Lov. 4. et a m. sec. in fragm. Hav. et *quos* habeat Harl. 1. *Quo* et *quod* passim in codd. scriptis confunduntur. Vide ad XXXVI. 33. § 3.

§ 6 *Frumentarium divitem, bilibre farris sperasse libertatem se civium suorum emisse*] In volumine veteri legitur *bilibris farris*. Diu locum expendenti venit in mentem, optime legi posse *vilibus farris libris*. Nam arbitror scriptum primo fuisse *vilibus farris libris*. Et *v* litera mutata in *b*, more librariorum, factum est *bilib.* Alius deinde adjecit *ris*, inducta dictione *farris*. Est autem non incommoda sententia, Sp. Mælium, cui tribunatus plebis magis optaudus, quam sperandus fuerit, frumentarium divitem, vilibus libris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse. *Rhen.* In omnibus antiquis libris legitur *bilibre farris*. Quam lectionem immutavit Rhenanus. Est autem optima sententia, si binas libras pro vili pretio ponat, quippe quum sic etiam locutus sit in VI. 17. 'Selibris ne farris gratiam servatori relaturum?' 'Bilibrem' autem et 'trilibrem' dici docet Priscianus de Mensuris p. 1356. [' In aliis legitur *bilibra farris*. Nam 'bilibris' est adjectivum, ut apud Martialem Epigr. III. 45. et Epigr. XI. 50. 'mullumve bilibrem.' Sed considerandum erat, qua ratione hic dicatur *bilibre farris*. Quod si legeretur in ablativo *bilibri farris*, melius fortassis intelligeretur: nec male *bilibra farris*. Sed *bilibre farris* non ita clare.'] *Sigon.* Veteres frumentum non solum metiri, sed et appendere solebant: quod nunc quoque in paneficio observamus. Hinc illud Livii hoc loco *bilibri farris*. Iterum VI. 17. 'Selibrisne farris gratiam servatori relaturum?' et illud Horatianum Sat. I. 5. 'cui satis una Farris libra foret, tenui sic tamque pusillo.' In lege XII. tabularum apud Gell. XX. 1. 'Si volet, suo vivito: ni vivit, qui eum vinctum habebit, libram farris in diem dato.' 'Farris' autem nomine etiam farina intelligitur. Itaque apud jurisconsultum l. 7. § 1. ff. ad legem Juliam Repetund. legendum censeo *Frumentumve publice dandum præbendum, appendendum*: non, ut vulgo, *apprehendendum*, aut, ut quidam emendat, *approbandum*. Turneb. Advers. II. 13. Scriptus Rhenani habuit *bilibris*, ex quo facit ille *vilibus libris*. Sigonius tuetur alterum; ut 'bilibrem' et 'trilibrem' adjective dicimus. Malit ergo Glareanus *bilibri*, aut *bilibra*. Scio 'bilibres offas' Plinii XVIII. 11. sed salva sit optimi libri ed. *bilibris*: quod utique est a 'bilibra' substantivo sic formato, ut 'selibra,' ut 'bi-

mensis, bilanx.' Nec opus singulari, quia in multos intelligendum datas singulas bilibras. Sic VI. 17. 'Selibrisne farris gratiam servatori patriæ relatam?' quia multi contulerant Manlio singulas selibras. Dixerat V. 47. 'Cui universi selibras farris et quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt.' Lex duodecim tabb. apud Gell. XX. 1. 'Libras farris in dies dato.' Frustra criminatur G. Fornerius Select. I. 6. infinitum esse, atque eo auget nexorum demensum, scribendo *libra S.* quod sit *selibram.* Finitum utique est 'libras in dies,' et significat quot diebus unam libram. Plautus Aulular. I. 2. 29. 'nostræ qui est magister curiæ, Dividere argenti dixit nummos in viros.' Cato de Re Rustica c. 58. 'Loram bibunt menses tres: mense quarto heminas in dies: mense quinto, sexto, septimo, octavo in dies sextarios, &c. Hoc amplius Saturnalibus et Compitalibus in singulos homines congios.' Sic mox Livius cap. seq. 'Frumentum Mælianum assibus in modios æstimatum.' *J. F. Gron.* In adnotatione ad hunc locum describenda manus Rhenani aberravit: nam, pro *inducta dictione farris,* scribendum, ut sensus constet, *inducta dictione libris:* vox enim *farris* in omnibus exstat Mss. at contra *libris* in nullo excuso invenit, quam propterea librarios induxisse accusat. Id ideo moneo, quoniam error hic in alium errorem Gronovium conjecerit, ex vitiosa illa scriptura existimantem, Rhenanum repositum voluisse *vilibus libris sperasse,* quem ex adposita nota patet scribendum putasse *vilibus farris libris sperasse.* Sed recte idem vir magnus hanc ejus conjecturam inprobat; quam etiam nullus vel scriptorum vel excusorum codd. firmat. Nam *vilibre libris farris* est in Flor. *bilibere farris* præferunt Voss. 1. et Leid. 2. *bilibre farris* Voss. 2. Leid. 1. Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. a m. sec. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et N. *bilibri farris* Hav. In fragm. autem Hav. quamvis primigenia scriptura erasa sit, vestigia tamen, quæ supersunt, indicant a m. pr. *bilibris farris* exaratum fuisse, quod et Rhenanus in suo invenit, et optime Gronovius probavit. Et hæc etiam lectio firmatur a scriptura Flor. cod. modo memorata. Librarius enim *vilibre libris* exhibens indicare voluit, se duplicem lectionem *vilibre* sive *bilibre,* et *bilibris* in exemplari suo invenisse. Recte autem Gronovius docuit 'bilibris' esse a recto 'bilibra,' et 'bilibris farris' dici, quia duæ libræ sive singulæ bilibræ datæ erant in multos. Ita Plin. XIV. 16. 'Nardi et malobathri selibris in musti congios duos additis.' XVIII. 3. 'M'. Marcius ædilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donavit:' id est, quemque modium uno asse. Et eo sensu Gronov. verba Livii emendanda docuit, quæ supra obcurrunt III. 24. 'Ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio judices:' id est, quisque unum, adeoque multi multos, alius alium. Alibi etiam hujus locutionis in Livio exempla supersunt. Infra VII. 37. 'Iisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt:' id est, quisque unam libram atque unum sextarium. XXII. 36. 'Millibus peditum et centenis equitibus in singulas' legiones 'adjectis:' id est, mille peditibus et centum equitibus in quamque legionem. XXVI. 47. 'Pateræ aureæ fuerunt ducentæ septuaginta sex, libras ferme omnes pondo:' ubi indicat unamquamque fere pateram auream habuisse pondus libræ. XXIX. 15. 'Stipendium præterea iis coloniis in millia æris asses singulos imperari:' id est, in singula millia imperari singulos asses. Vide ibidem Gronov. XXXVII. 45. 'Pro inpensis deinde in bellum factis quindecim millia

talentum Euboicorum dabitis: quingenta præsentia; duo millia et quingenta, quum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint; millia deinde talentum per duodecim annos.' Id est, mille talenta quolibet anno, idque spatio duodecim annorum. Eam locutionem, præter Forner. recte a Gronovio castigatum, non intellexit etiam Rævard. ad Leg. XII. Tab. c. 8. qui loco Gellii a Gronov. laudato legebat *libram farris endodie dato*. Ceterum *frumentarium neque divitem*, media voce perperam adscita, est in Lov. 5. Tum autem *sperasse* exsulat a Lov. 1. In principio autem hujus §, Mælii prænomen *Sp.* sive *Spurium* deerat in Gaertn. Denique *contribunatus*, pro *cui tribunatus*, habet Lov. 3.

Victorem finitimorum omnium populum in servitutem perlici posse] *Victorem finit. omnium populorum* Hav. Male. Ita ' princeps terrarum populus, victor gentium populus' inlustravi ad Livii Præfat. § 3. ' liberator populus' XXXV. 17. ' Et alias civitates, simul duas jugum exuisse vidissent, ad liberatorem populum defecturas.' Vide Jensii Lect. Lucian. I. 8. Pariter ' potio indigena' apud Flor. II. 18. ' Quum se prius epulis, quasi inferiis, inplevissent carnis semicrudæ et celiæ: sic vocant indigenam ex frumento potionem:' ubi vide Duker. ' exercitus tyro ' apud Frontin. I. 3. ex. 2. ' Quum veteranum exercitum haberet, hostium autem tyronem esse sciret:' ubi vide Oudend. ut autem hic est ' victor populus,' ita ' victor exercitus ' dixit idem Frontin. II. 2. ex. 11. ' Sparsos milites per Numidiam persecutus, eorum exercitum fudit, in illam diem terra marique victorem:' ubi vide Tennul. Insuper *pelici* Portug. *pellici* Voss. 2. Harl. ambo, et Neapol. Latinii: *pelli* Lov. 2. 4. et Lipsiens. Paullo ante *tantum*, pro *ratum*, Lov. 4. a m. pr. et Lipsiens.

§ 7 *Quem senatorem concoquere civitas vix posset*] Verbum *concoquere* semper in libris manu exaratis corruptum est. Nam et hic et supra pro illo referunt Mss. *cum quo vivere*. Pal. 2. *quem senatorem ferre civitas:* ad marginem autem *conquore*. Andreas *quem sen. compati civitas*. Campan. *quem sen. ferre, cum quo vivere civitas*. Gebh. Τὸ *concoquere* in contextu fragm. Hav. a m. pr. aberat, sed postea ab emendatrice margini adscriptum erat *quem sen. ferre civitas;* quomodo præferunt etiam Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Neque multum inde abeunt Lov. 2. et Gaertn. qui *quem senatorem ferre vẽ* (id est *ferre vere*) *civitas vix posset* præferunt, et Lov. 4. in quo *quem sen. civitas vix ferre posset* ordine verborum mutato obcurrit. Sed *quem sen. cum quo vivere civitas* habent Lov. 3. et Voss. 2. quæ lectio ex glossa interpretis nata videtur. Reliqui nostri servant *concoquere*, vel *conquoquere*, litera *c* mutata in *qu*. Vide ad IX. 2. § 15. Unus tamen Leid. 1. inperite divisa voce *c̄quoq. uere* præfert. Ceterum ex hoc loco probare conatus est Zamosc. de Senatu I. 6. jam illo tempore plebeios senatores lectos esse; quod tamen ex eo necessario sequi non videtur. Sensus enim esse potest, humiliorem vulgo Mælium haberi, quam ut senatum explendi gratia in ordinem patriciorum referri, et ita in senatum allegi queat. Deminutus enim patriciorum numerus expleri solebat primoribus equestris gradus lectis, teste Liv. II. 1. Indicare igitur potest Livius, Mælium non fuisse ex primoribus equestris gradus. Vide ad V. 12. § 11. Mox *legem*, pro *regem*, Lovel. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIX.

Ab Diis orti, recepti ad Deos] *A Diis orti* Gaertn. *ab Diis sorti* Flor. et Harl. 1. principio τοῦ *orti* ultima vocis præcedentis litera adhærente. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Tum *recepti*

ad eos Flor. contrario errore ultima litera præpositionis *ad* absorbente primam vocabuli seq. Vide ad l. II. c. 44. § 6. In verbis seqq. pronomen *id* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 8 *Sanguine ejus expiatum, nisi tecta parietesque*] Τὸ *ejus* exsulat ab Lov. 3. et Voss. 2. *ubi tecta*, pro *nisi tecta*, præfert Hav.

Intra quæ tantum amentiæ conceptum esset] *Amentiæ tantum* Lovel. 1. 2. Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Harl. 2. Tum *esset* deficit in Voss. 2. at *conceptum esset* in Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *dissipentur*, pro *dissiparentur*, Harl. 2. et Lipsiens.

Bonaque contacta pretiis regni mercandi] Libro secundo hujus Decadis c. 5. ‘ Ut contacta regia præda spem in perpetuum cum his pacis amitteret.’ *Rhen.* *Contacta* sunt polluta, μεμιασμένα. Hinc ‘ contagium ’ pollutio ἐκ παρατριβῆς. Supra II. 5. ‘ Diripienda plebi sunt data, ut contacta regia præda spem in perpetuum cum his pacis amitteret.’ VI. 28. ‘ Etenim si diem contactum religione, insignem nomine ejus loci, timeant Romani.’ VII. 6. ‘ Quæ ut primum contacta sint ab eo, a quo nec jus nec fas fuerit.’ X. 28. ‘ Contacturum funebribus diris signa.’ XXI. 47. ‘ Contactosque eo scelere velut injecta rabie ad arma ituros.’ XXIX. 8. ‘ Illa pecunia omnibus, contactis ea violatione templi, furorem objecit.’ Ibid. c. 18. ‘ Milites contactos sacrilegio furor agitat.’ XXXI. 8. ‘ Multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate.’ XXXVIII. 55. ‘ Ut omnia contacta societate peculatus viderentur.’ *Gebh.* · Nescio an legendum *contracta:* id est, quæ contracta ab eo fuerant, ut pretio sibi regnum pararet. *T. Faber.* T. Faber infelici conjectura *contracta.* Livius IV. 9. ‘ Velut contacta civitate rabie duorum juvenum.’ Et sæpe alibi. Servius ad Virgil. Æn. III. 233. ‘ Pollutum sacrificium contactum dicitur.’ *Duk.* *Contecta* Hav. *contracta*, ut Faber conjecit, Voss. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et N. quod etiam commodius Hearne judicat. Mihi secus videtur, qui tum codd. auctoritate nisus, tum exemplis a Gebhardo laudatis evictus, Livium ita sæpissime loqui solere, vulgatum probo. Vide etiam ad II. 5. § 2. Non raro autem ‘ contactus ’ et ‘ contractus ’ in Mss. commutantur. Vide ad VI. 28. § 6. Vulgatum adversus Fabrum etiam in margine Livii defendit Perizonius, adscripto loco ex c. 9. hujus lib. ‘ Velut contacta civitate rabie duorum juvenum.’ Præterea non male Doujatius adversus Fabrum observat, ‘ bona contracta pretiis regni,’ pro bona parata, acquisita ad pretia regni, sive ut pretia regni essent, ut eo regnum emeret, haud facile aliquem dicturum. Ceterum *bona quoque* Lov. 4. Vide ad V. 27. § 1.

Jubere itaque, quæstores vendere ea bona, atque in publicum redigere] Publicatio bonorum tantum exercita antiquitus fuit, ait vir doctus, in crimine perduellionis et hostilitatis ac fortasse parricidii: ita enim et Ciceronis damnati a Clodio, et M. Lepidi a senatu publica facta, quia secutus Antonii sectam. Primus publicationem ad omnia crimina (publica intelligo) traxit Cæsar: qui, ut Suetonius ait in Cæsar. c. 42. ‘ Pœnas facinorum auxit: et cum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exsulabant, parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit.’ Tenuit ea lex sub Augusto: qui tamen, cum multis divitibus vel dimidia pars nimiæ essent opes, et in ipso exsilio caussa luxus, sanxit, ut iis omnibus, quibus aqua et igni interdictum, (id est, jurisconsultorum verbo, deportatis) non plus possidere liceret quingentis millibus nummum. Dio l. LVI. p. 587. Intenditque iterum sævitiam

eam Tiberius lata lege, quæ interdictis aqua et igni ademta omnis testamenti factio. Idem Dio l. LVII. p. 618. Quam legem interpretans Caius l. 8. π. Qui testam. fac. poss. 'Si cui aqua et igni interdictum sit,' inquit, 'ejus nec illud testamentum valeat, quod ante fecerit, nec id, quod postea. Bona quoque, quæ tunc habuit, cum damnaretur, publicabuntur.' *Modius.* *Lubere itaque quæstores* Harl. 1. errore scribæ librarii. Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. IV. 747. *jubere ita quæstores* Leid. 1. Sed ultima syllaba vocis *itaque* absorpta est a prima seq. *quæstores.* Vide ad XLI. 2. § 3. *jubere igitur quæstores* Gaertn.

CAP. XVI. § 1 *Ut monumento area esset oppressæ nefariæ spei*] *Monumenta area esset* fragm. Hav. a m. pr. unde conjici posset, forte voluisse scriptorem ejus codicis *monumentum area esset.* Sed vulgatum, ob aliorum codicum, qui in *monumento* conspirant, auctoritatem præfero. Vide ad V. 54. § 5. Præterea *archa,* pro *area,* Leid. 2. et Hav. *ut monumento ea re esset oppressa nefariæ spei* Gaertn.

Dirui extemplo jussit] Pal. 2. *prorui.* Gebh. Omnes nostri recte *dirui* tuentur, nisi quod ejus loco sit *dum* in Gaertn. Supra II. 41. 'Invenio apud quosdam, a quæstoribus diem dictam perduellionis, damnatumque populi judicio, dirutas publice ædes: ea est area ante Telluris ædem.' VIII. 19. 'Ædes fuere in Palatio ejus, quæ Vacciprata, diruto ædificio publicatoque solo, adpellata.'

Id Æquimelium adpellatum est] Vet. lib. *Æquimælium.* Sigon. *Id equi Melium* Hav. *id equum Melium* Leid. 2. Quum ipsius Mælii nomen per diphthongum scribatur, ut dictum est ad Epit. hujus libri, area domus ejus, ex ipsius nomine adpellata, etiam eadem orthographia scribi debet. Dicitur enim 'Æquimælium, quod æquata Mælii domus publice, quod regnum occupare voluit is,' teste Varr. de Ling. Lat. IV. 37. De Æquimælio vide Donat. de Urb. Rom. II. 27. et Nardin. in Roma Vetere III. 15. ac V. 5. Ceterum *adpellatum esse* Flor. verum τὸ *est* omittitur in Harl. 1.

§ 2 *L. Minucius bove aurato extra portam Trigeminam est donatus, &c.*] Eadem tradit Plinius XVIII. 3. 'Minucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit undecimus plebei tribunus: qua de caussa statua ei extra portam Tergeminam a populo stipe collata statuta est.' *Sigon.* *Bovem auratum* non sine suspicione corrupti loci lego: primum, quia Plinius duobus locis XVIII. 3. et XXXIV. 5. non *bove,* sed *statua* donatum eum scribit extra portam Trigeminam, stipe collata: deinde, quia non persuadeor, rudi illa ætate statuas fuisse auratas; quas multis annis post Romæ non legimus. Imo Livius XL. 34. Valerius II. 5. ex. 1. Ammianus XIV. 6. notant, statuam auratam nec in Urbe, nec in ulla Italiæ parte visam, priusquam a M'. Acilio Glabrione patri poneretur in æde Pietatis. Id fuit A. U. C. DLXII. Addo vetustum meum codicem, qui præfert *Minucius bñ auro.* Correctionem tamen nunc non eruo, nisi si *bove et agro.* Lipsius, Elect. I. 8. *Bue aurato* Ms. Ego hic 'bovem auratum' capio bovem auratis cornibus: ut VII. 37. Decius ob virtutum bove auratis cornibus donatus est. Vel lege *bove aratore,* vel *aratorio.* Vide Cujac. Observ. IV. 20. *Klock.* Lipsius, Elect. I. 8. factum istud (bove aurato donatum esse) refellit. Ipse conjicit *bove et agro.* Quid, si *bove et auro,* vel *bove tauro.* Grut. Lipsianus codex *bñ auro,* unde conjicit dominus *bove et agro* Elect. I. 8. Voss. 1. sane *aurato,* sed in mar-

gine antiqua manu, *arvo*. Forsitan igitur *bove et arvo*. J. F. Gron. Præter codd. Leid. 2. qui idem est ac codex Lipsii, Lov. 1. ei consentientem, Lipsiensem, qui præfert *bene aurato*, Flor. in quo est *bove aturato*, et Voss. 1. cujus scripturam Gronovius in medium protulit, reliqui omnes m nu exarati in vulgatum conspira quod tamen mihi quoque omnino vitiosum et a librariis corruptum esse videtur. Quum Plinius xviii. 3. statuæ meminerit, quæ Minucio extra portam Trigeminam, a populo stipe collata, statuta est, hic vero bos auratus vocetur, hinc Clericus simulacrum bovis deauratum fuisse conjicit; conjecturam tamen doctiorum judicio submittit. Contra Harduin. ad loc. illum Plinii statuam a bove distinguit, dicens præter statuam a Plinio memoratam, cujus memoriam servare credidit nummum gentis Minuciæ apud Patin. p. 179. in quo expressa columna, cui inposita viri statua est, adjecto annonæ symbolo, spicis duabus, &c. etiam secundum Livium Minucium donatum fuisse aurato bove. Contra Nardinus in Rom. Vet. vii. 9. locum corruptum etiam credit, et ex Plinii xxxiv. 5. qui populum unciariam stipem contulisse narrat, *binis æris*, pro *bove aurato*, scribendum suspicatur; et ex Livio ita emendato vicissim Plinio lucem accendere conatur, existimans unciariam illam stipem non semel a volente populo conlatam, sed binis illud vicibus factum videri. Verum nemini facile hanc emendationem recipiendam esse probabit. Jac. Gronovius, quum olim discipulis Livium exponeret, bovem auratum nugatorium esse monuit, idque magis patere, quod eo donatus dicatur extra portam Trigeminam. Ipse itaque conjicit, legendum esse *bove ac prato*: et eo modo memorari docet 'prata Quinctia' iii. 26. 'prata Flaminia' iii. 54. et 63. ac 'Vacciprata' viii. 19. Et hæc emendatio quam proxime ad vulgatam scripturam accedit, quam etiam veram esse suspicabor, donec magis commoda proferatur.

Assibus in modios æstimatum plebi divisit] Febriunt hic libri nostri, e quibus Pall. 1. ac 3. *extimatum plebi dimisit*; Pal. 2. *extimatum plebi divisisset*. Gebh. Perperam tantum distinctis vocibus *modiosa ẽ stimatum plebi divisit* Leid. 1. Sed *in modios extimatum plebi divisit* Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. Lipsiens. et fragm. Hav. *in modios extimatum plebi divisisset* Hav. *in modios æstimatum plebi dimisit* Port. a m. pr. *in modios extimatum plebi dimisit* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. passim in male confundendis vocibus 'æstimare' et 'extimare' sive 'existimare' turbarunt codd. scripti. Vide ad Livii xxxiv. 2. § 5. Idem etiam error in vocibus 'dividere' et 'dimittere' commissus est. Vide ad xxxvii. 45. § 19.

§ 3 *Transisse a Patribus ad plebem*] *Transiisse*, Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. ciii. Tum voces *a Patribus*, quæ in reliquis scriptis et edd. omnibus supersunt, ab uno Leid. 2. exsulant: quemadmodum mox præpositio *ex* ab Hav. cujus loco *et* est in Gaertn. Paullo ante *Nunc Minucium*, pro *Hunc M.* idem Gaertn. quomodo etiam alibi peccarunt librarii. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Epist. Her. xiii. 85. et quæ notavi ad Silii vi. 580. Error autem in scriptis frequentissimus est, ut confundantur literæ *N*. et *H*. Vide ad Liv. xxxii. 20. § 7.

§ 4 *Ceterum vix credibile est*] Ita primus Aldus edidit; et consentiunt codd. mei. Priores excusi ignorant vocem *est*. Ceterum quod Livio vix verisimile videbatur, attamen verum fuisse existimat Pighius in Annal. ad a. cccxiv. p. 173. tum auctoritate Plinii xviii. 3. tum quoniam Ti. Minucius Augurinus a. cdxlviii. ple-

beii consulis locum obtinet, unde hoc tempore Minucium præfectum annonæ ad plebem transiisse, et ita tribunum plebis factum esse colligit.

Idque potissimum exemplum a patricio homine introductum] Pal. 1. ac 3. *idque pessimum exemplum ab patricio.* Gebh. *Pessimum exemplum* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *ab patricio* autem Hav. Sed *exemplo a patr. hom. intr.* Voss. 1. *exemplo a patr. hom. introducūt* Leid. 2. et Lov. 1.

Nec deinde id plebem concessum semel obtinuisse] Quidam codd. habent *plebi:* ut sit, ' semel concessum plebi.' Alii habent *plebem:* ut sit, ' obtinuisse plebem semel concessum.' *Glar. Plebi concessum* non modo præter Flor. et forte etiam Lipsiens. omnes scripti mei, ut et Hearnii Oxon. B. N. L. 2. et Neapol. Latinii, sed et, quas vidi, edd. usque ad Frobenianam, quæ a. 1531. *plebem concessum* recepit. Insuper, trajectis perperam vocibus, *obtinuisse semel* Leid. 2. et Lov. 1. Mox autem voces *aut certe tentasse* omittuntur in Lov. 4. quibus etiam vix locus esse posset, si cum plerisque scriptis et vetustioribus excusis *plebi* legendum foret. Quum autem reliqui omnes vocabula illa servent, ibi etiam potius *plebem* legendum esse existimo. Et ita ' obtinere' hic accipiendum non est pro consequi, sed pro perseverare in tenendo, obstinate tenere; ut Gronov. docet ad III. 36. § 9.

Ante omnia refellit falsum imaginis titulum] Imagini domesticæ L. Minucii falso tribuni plebis nomen affixum fuisse significat ab iis, qui laudem familiæ ex eo magistratu tituloque quærebant. Sic VIII. 40. ' Vitiatam memoriam falsis imaginum titulis reor, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt.' Sic III. 58. ' Ap. Claudium decemvirum, virum honoratissimæ imaginis futurum ad posteros, legum latorem, conditoremque Romani juris.' *Sigon.* Livius XXII. 31. ' Res inde gestas gloriamque insignem ducis, et augentes titulum imaginis posteros, ut dictator prodictatore diceretur, facile obtinuisse.' *Imaginis falsum titulum,* transpositis vocibus, est in Lov. 4.

Paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret] Quod dicitur de cautione, ne tribunis collegam cooptare liceret, nusquam in Livio lectum ante. Rogationis interpretationem vide A. U. C. CCCV consulibus L. Valerio ac M. Horatio ad finem III. 64. ni quis Treboniam legem id posse contendat, qua de, anno deinde proximo CCCVII. III. 65. *Glar.* Patet ex his, Glareanum existimasse, legis, qua cavebatur, ne tribunis collegam cooptare liceret, vel numquam antea Livium mentionem fecisse, vel id factum esse III. 65. Verum quum Parisienses anno 1573. perperam lapsis operis librariis, in nota Glareani edidissent *ne quis Treboniam legem,* pro *ni quis T. l.* et reliqui recentiores editores eos secuti essent, unde sensus verborum Glareani alius ac contrarius efficiebatur, eorum errore ablatus JCtus et antecessorum Parisiensium primicerius J. Doujatius minus recte existimavit, contendere Glareanum, cautionem hanc Treboniæ legi, A. U. C. CCCVII. latæ, adsignari non posse: adversus quem deinde probare conatus est, legem Treboniam latam esse abrogandæ alterius legis caussa, quæ tribunos, si qui numero deessent, a collegis cooptari juberet, adeoque per legem Treboniam cooptandi potestatem ipsis ademtam fuisse: quod integer et a librariis non corruptus Glareanus numquam negavit.

§ 5 *Q. Cæcilius, Q. Junius, Sext. Titinnius*] *Titinius* scribe ex Græcis et Mss. Latinis libris, itemque nummis argenteis. *Sigon. Que* vel *Quæ,* pro prænomine *Q.* utroque loco præ-

ferunt Voss. 2. ac Lov. 3. et 5. posteriori tantum Leid. 1. Deinde *Cecicilius* Lov. 2. *Cicilius* Harl. 2. et Lipsiens. *Citilius* Voss. 1. *Cclius Catilius* Flor. *Titilius* Leid. 2. Denique *Titinius*, ut Sigonius voluit, est in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. 5. fragm. Hav. et priscis edd. *Ticinius*, mendose quidem, attamen unica tantum litera *n*, habent Harl. 2. Port. Hav. et Neapol. Latinii: corruptius *Citinius* Lipsiens. *Cōcĭnus* Gaertn. *Titinnius* primus Aldus vulgavit. Sed alterum *n* expunxi. Vide ad III. 54. § 13.

Neque tulerant de honoribus Minucii legem] *Non tulerant* Lov. 4. Deinde *Minuei* Leid. 1. pro quo facili lapsu ob literarum similitudinem ac ductuum adfinitatem datum est *inimici* in Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. Mox vocula *et* non comparet in Voss. 2. et pro *nunc Servilium*, Leid. 2. habet *nec Scrvilium.* Alio ordine *nunc Servilium, nunc Minucium* est in Lov. 5. Denique *non destiterunt*, pro *non destiterant*, Lov. 2.

§ 6. *Pervicerunt igitur, ut tribunorum*] *Pervicerant* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 4. Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. *Pervineerant* Lov. 3. *Pertulerant* Lov. 5.

Haud dubii, quin sex lectis] Antiqua lectio, *haud dubii, quin sex locis*. Rhen. Vet. lib. *haud dubia spe, quin*. Sigon. Pall. 1. ac 3. *haud dubia, quin sex locis*. Pal. 2. cum Camp. *haud dubia spe, quin sex locis*. Andreas *haud dubie, quin sex locis*. Gebh. In antiquis hoc *sex lectis* non invenio, præterquam in Aldina, Juntæ, et Frobeniana. Ceteræ omnes, etiam Curionis et Gryphii, *locis*, quæ Borbet. etiam Voss. Rott. et meliorum Pall. scriptura est. Infra c. 57. ‘Primoribus Patrum splendore gratiaque ad petendum præparatis, omnia loca obtinuere.’ L. v. c. 10. ‘Comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequivit. Pugnatum inde, in vacua loca ut patricii cooptarentur.’ vi. 37. ‘Qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint.’ ix. 30. ‘Quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia.’ x. 15. ‘Ut patricii recuperarent duo consularia loca.’ *J. F. Gron. Haud dubiæ, quin* habet Harl. 1. *aut dubia, quin* Leid. 1. *haud dubia, quin* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Port. et fragm. Hav. a m. sec. in quo *haud dubie, quin* est a m. pr. *haud dubia spe quidem sex* Hav. *haud dubia quidem spe sex* Harl. 2. Præterea *locis* etiam omnes mei, nisi quod *lectis* sit in uno fragm. Hav. a m. sec. *quin bis seni* in Lov. 2. *quin sex bisseni locis* in Gaertn. *quin in sex locis* in Leid. 2. Sed τὸ *in*, quod a reliquis omnibus abest, repetitum videtur ex proximæ vocis ultimis literis. Tandem *quin senex locis* præfert Voss. 1. a m. pr. pro quo in margine emendatur *quin senos locis*, quod habent etiam Lipsiens. unde suspicio nata est, legendum esse *quin senis locis.* Livio enim admodum frequens est, numero distributivo uti pro cardinali. Ita vi. 37. in nota Gronovii; cui addo similem, ex quo etiam *locis*, pro *lectis*, hoc loco firmatur, ex v. 2. ‘Non fuisse, ne in octo quidem tribunis militum, locum ulli plebeio. Antea trina loca cum contentione summa patricios explere solitos, nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire.’ Alibi etiam apud Nostrum distributivus pro cardinali obcurrit. v. 33. ‘Ii in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras.’ ix. 30. ‘Ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur.’ x. 18. ‘Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas in trinis annalibus invenio.’ xxiii. 49. ‘Inter hæc trina castra hostium Scipiones frumentum, cujus inopia erat, advexerunt:’ ubi vide quæ notantur. xxxiv. 11. ‘Quina millia

militum satis esse; nec hostes, si tanta manus venisset, mansuros.' XLII. 7. 'Pax deinde data petentibus Corsis, et exacta ceræ ducena millia pondo.' Similiter distributivo pro cardinali utitur, licet distributive locutus addat insuper 'in singulos,' vel 'in capita:' ut XXXIX. 38. 'Quum eas legiones quatuor descripsissent, quod plus quam quina millia peditum treceni equites in singulis legionibus esset, dimitterent:' ubi plura exempla videri possunt. Et eo modo distributivis etiam alii passim utuntur. Virgil. Æneid. l. I. vs. 381. 'Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor.' Æneid. X. 213. 'Tot lecti proceres ter denis navibus ibant.' Æneid. XI. 326. 'Bis denas Italo texamus robore naves.' Silius Italic. III. 398. 'Ter denos decies emensus belliger annos.' Si autem hoc loco *senis locis* placet, existimandum est errorem (ut pro eo *sex locis* in reliquis codd. legatur,) ortum inde esse, quoniam numerus per notam scriptus fuerit, quam librarii male exposuerunt: quomodo sæpissime alibi peccarunt. Vide ad VII. 3. § 3. ubi *duobus* quidam codd. præferunt pro *secundum*: præsertim vero distributivum mutarunt in cardinalem. Vide ad XXXII. 17. § 2. Verum quum tamen reliqui codd. voculam *sex* constanter servent, potius librarium Voss. 1. aberrasse puto, et *senex*, pro *sex*, scripsisse, idque deinde ab æque inperito pejus *in senos* interpolatum esse. Nihil itaque muto. Mox alio ordine *creari jam licebat* Lov. 5.

Et plebeii aliqui, profitendo se ultores fore] Harl. 2. qui supra τὸ *quin* omiserat vel ejus loco vocem aliam exhibuerat, hic, pro *et*, præfert *quod*. Sed 'haud dubia spe, quod crearentur' non est Livianum. Præterea *plebei* Flor. Leid. 1. et Port. *plebi* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. fragm. Hav. et Lipsiens. a m. pr. *plebis* Lov. 2. et 4. *plebes* Gaertn. Denique *aliquid*, pro *aliqui*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Hav. et fragm. Hav. *aliquod* Lov. 5. An forte legendum est *plebeii aliquot?* ut est in Lov. 2. et 4. Certe *aliquos* et *aliquot* librarii alibi commutarunt. Vide ad VI. 37. § 8. Mox transpositis vocibus *ultores cædis fore Mælianæ* Lov. 4.

§ 7 *Agitata multis eo anno et variis motibus*] *Agitata multis et variis eo anno motibus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *agitata eo anno multis et variis motibus* Hav. Mox *judicaturæ*, pro *dictaturæ*, Flor.

§ 8 *Prælatus suffragiis Quinctio M. Æmilius vir summæ dignitatis. L. Julium tertium creant*] Ita quidam codd. habent: at alii *M.* mutarunt in *Mamercus*. Ego autem *Mamercus* cognomen puto, ut de eo patet, qui ad finem hujus libri c. 61. A. U. C. CCCL. et libro sequenti ab initio c. 1. quem existimo hujus fuisse prolem. Et vide hoc dicendi genus in horum trium tribunorum nomenclatura: tum an non potius *tertium creat* legendum. *Glar.* *Mamerci* prænomen tribus literis notatur in lapidibus Capitolinis MAM. AEMILIVS. *Sigon.* Errore librarii *Prælatus suff. Quintus Mamercus Æm.* Voss. 2. Neque longe discedunt fragm. Hav. et Lov. 2. *Quintius* præferentes. Ambigue *Prælatus suff. Q. Mamercus Æm.* habent Gaertn. ac Lov. 3. et 5. In quales codd. si Glareanus incidisset, inde ipsi opinio *Mamercus* cognomen esse, firmata fuisset, idque non suo loco positum credidisset. Interim *M. Æmilius* est in antiquioribus edd. pro quo *Mamercus Æmilius* jam a. 1495. Mediolani editum vidi. Et sane *Mamercus* est in omnibus scriptis meis, nisi quod *Mauricus* habeat Hav. *Mãmercus* Leid. 1. *Mamercus* autem Romanorum prænomen fuisse, hodie inter omnes constat. Quem autem Æmilium Glareanus ex l. hujus fin. et sequentis initio hoc eodem cognomine laudat, non *Mamercus*, sed

Mamercinus cognominatus est, ut ad IV. 61. § 1. et ad V. 1. § 2. Sigonius observavit. Male etiam Glareano τὸ *creant*, quod in omnibus scriptis et editis superest, displicuit; pro quo malebat *creat*, quod est in Lov. 2. Caussa esse videtur, quod 'plebs creavit' præcesserit; cui non recte *creant* subjungi posse forte judicavit. Verum admodum hospes esse debet in Livio, qui non videt Livianum illud in primis esse. Livius enim non modo collectivis singularibus verba pluralia addidit, (vide ad XXXV. 26. § 9.) verum etiam, ut grata varietate orationem distingueret, eidem collectivo singulari prioris membri verbum singulare, posterioris plurale junxit. Supra I. 26. 'Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum: absolveruntque admiratione magis virtutis, quam jure caussæ.' III. 27. 'Sic juventus discurrit ad vallum petendum. Sumsere, unde cuique proximum fuit.' c. 29. 'Plebes vicit, ut quintum eosdem tribunos crearent.' Infra VI. 24. 'Hostis dolo, non metu, pedem retulit: lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra: et, quod multitudo suppeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant.' VIII. 19. 'Ingredenti fines senatus Fundanorum obcurrit, negant se pro Vitruvio sectamque ejus secutis precatum venisse.' XXV. 34. 'Cuneusque is hostium, qui in confertos circa ducem inpetum fecerat, ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes discurrunt, imperatorem Romanum cecidisse.' XXVI. 21. 'Exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.' XLV. 35. 'Totus Macedonicus exercitus imperatori erat negligenter adfuturus comitiis ferendæ legis. Sed eos Ser. Sulpicius Galba stimulaverat, ut frequentes ad suffragium adessent.' Et infinitis aliis locis. Ex continua Livii lectione id etiam obhæsit ei, qui Epitomas Livianas composuit lib. XXVI. 'Quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit. Nam quum in castra rediissent, statim serenitas erat.'

CAP. XVII. § 1 *Ad Lartem Tolumnium Veientium regem ac Veientes defecere*] Primo *Laërtem* Hav. Deinde *Columnium* Lov. 2. et 5. *Colunnium* Lov. 3. *Columium* Leid. 2. et Lov. 1. *Tolumium* Voss. 2. et Harl. 2. *Colūpnium* Port. et fragm. Hav. a m. pr. in quo *Tolūpnium* legitur a m. sec. *Columinium* Gaertn. Vide ad Epitom. hujus libri, et ad cap. seq. § 1. et ad c. 32. § 4. Hinc *Vehientium* Hav. *venientium* Lipsiens. Vide hoc lib. c. 52. § 7. Tum *ad Veientes* Leid. 2. Sed passim voculæ *ad* et *ac* a librariis confunduntur. Vide ad XXI. 32. § 2. Verum *et ad Veientes* Lov. 4. Quod Livianum esse videri posset, si plures ac gravioris auctoritatis codd. concinerent. Vide ad VI. 28. § 6. Denique *deficere* Leid. 1. a m. pr. *de fœdere* Lov. 3.

§ 2 *Majus additum defectioni scelus*] Pal. 2. *Majusque addunt def. scelus, et C. Fulcinium.* Gebh. Similiter legitur in Hav. Sed *Majusque additum def. scelus* in Lov. 5. *Majus additum defectionis cœlius* in Leid. 1. *Majus additum defectionis scelus* in Leid. 2. *Magis additum def. scelus* in Gaertn. Vide ad XXVI. 41. § 16. Tum *et C. Fulcinium* in Port. Lov. 5. et fragm. Hav. *C. Fulvium* in Harl. 2. *C. Fulcium* in Lov. 4. *Cum Fulcilium* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *C. Fulcilium* in Lov. 2. et Klockiau. *Cn. Fulcilium* in Lipsiens. *C. Fulginium* in Flor. sollemni confusione literarum *C.* et *G.* Vide ad VI. 25. § 6.

C. Julium Tullum, Sp. Nautium, L.

Roscium] Horum legatorum meminit etiam Cicero Philipp. IX. 2. *Tulli Clinii, Sp. Ancii.* Neque Mss. libri a vulgatis dissident. Veteres libri Liviani habent *Clœlium Tullum, Sp. Ancium.* Itaque satis mirari non possum, cur antiqua lectio immutata sit, et *C. Julium Tullum, Sp. Nautium* factum sit. 'Tullus' autem in Clœlio prænomen est, ut in 'Tullo Hostilio' et 'Tullo Attio.' 'Ancia' vero gens Romæ fuit, ex qua 'Ancius Briso' tribunus plebis, de quo Cicero in Bruto c. 25. ab 'Anco' prænomine deducta. *Sigon.* *C. Julium Julum* legimus in correctioribus Livii exemplaribus, qui mendose in exemplaribus vulgatis *Clœlius Tullius* dicitur. Qui item in Philip. Cic. IX. 2. inter eosdem legatos, ut opinor, pari menda vocatur *Tullius Clivius.* Opinor autem legationis istius principem fuisse hunc C. Julium consularem, qui et decemvir a. CCCII. fuerat. *Pighius,* Annal. ad a. CCCXV. p. 174. Interpolata sunt hæc nomina. Nam libri Pall. *Clœlium Tullum, Spurium Antium.* In postremo variant iidem. Primus enim ac tertius *L. Conscium:* secundus autem *Roscitium.* Andreas *L. Roseium.* Amplius Campan. *Clœlium Tullium, Servilium, L. Roscium.* Gebh. Sane et Sigonianum hoc probant Mss. Voss. Rott. aliique. Sed tamen Plinius XXXIV. 6. hos legatos ita nominat: 'Inter antiquissimas' (nempe statuas) 'sunt et Tulli Clœlii, Lucii Roscii, Spurii Nautii, C. Fulcinii in rostris, a Fidenatibus in legatione interfectorum.' *J. F. Gron.* Quod Pighius in correctioribus Livii exemplaribus se legisse professus est, in nullo inveni; neque etiam ab eo vel in uno lectum esse credo. *Dioclium Trillum* habet Voss. 1. *Dioclillum Trillum* Leid. 2. *Dioclilum Trillum* Lov. 1. *Oclium Tullum* Lipsiens. *Clodium Tullum* Hav. *Clœlium Tullium* Voss. 2. Port. et Gaertn. *C. Celium Tullum* Lov. 2. *Claudium Tullium* Neapol. Latinii. Reliqui codd. mei *Clœlium Tullum* servant. Neque multum hinc abeunt vetustiores typis descripti, qui *Chlœlium,* vel *Clœlium,* vel operarum errore *Cœlium Tullum,* aut *Tullium* omnes præferunt usque ad Frobenium, qui a. 1531. *C. Julium Tullum* edidit. Et eam scripturam, licet interim Sigonius *Clœlium Tullum* revocandum docuerit, et contextui restituerit, recentiores omnes servarunt usque ad Gronov. qui a. 1665. Sigonio recte obsecutus est. Et eo ducunt vestigia lectionum, quæ apud Cic. et Plinium a viris doctis in codd. manu exaratis repertæ sunt. Ciceronis enim codd. *Tullio Cluvio,* vel *Tullo Cluvio,* id est *Tullo Cluilio,* præferunt. 'Cluilius' autem et 'Clœlius' ejusdem gentis nomen, tantum diversa orthographia scriptum esse, jam sæpius dictum est. Apud Plinium vero, ubi *Tulli Cælii* edebatur, Harduinus *Tulli Clœlii* in contextum recepit, et ita Ms. Reg. 2. habere notavit. Incertum etiam esse puto, utrum hic, sive C. Julius Julus, sive Clœlius Tullus, legationis ad Fidenates missæ princeps fuerit; quamvis enim et apud Cic. et apud Plin. priori loco nominetur, alius tamen ordo apud Livium observatur: eum autem primum fuisse, non nisi ex ordine quo recensentur, verosimile reddi potest. Pighii conjecturam sibi etiam displicere, Jac. Perizonius ad marginem Livii testatus est. Deinde *Sp. Nautium* primum iterum obvium fuit in Frobeniana ed. 1531. et præter Sigonianas, in reliquis recentioribus usque ad Gronovium: quæ lectio primum recepta fuisse videtur ex Plin. ubi ita hodie adhuc vocatur, et Harduinus ad ejus exemplum Ciceronis lectionem, in quo *C. Antius* editur, refingendam censet; contra Ferrarius ad Cic. auctor est, se in Lang. Ms. invenisse *Sp. Actio,* apud Plin. autem legi *Sp. Matium.* At *Sp. Antium* præferunt hic Flor. Voss. ambo,

Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. Port. et fragm. Hav. quomodo potius, quam *Sp. Ancium*, scribendum puto, et etiam in contextum recepi. An enim gens 'Ancia' Romæ exstiterit, quæ, ut Sigonius censet, ab 'Anco' prænomine adpellata fuisset, merito dubito; neque alibi ejus mentionem reperi, nisi in lapide apud Gruter. p. DCCLIV. num. 12. ubi memoratur ANCIA. BONTAEI. F. Sed lapidis ejus auctoritatem illud minuit, quod eadem inscriptio referatur etiam p. DCCLX. num. 2. ubi vocatur ATTVA. BOVTIA. BOV. F. Contra 'Antia' gens Romæ satis nota est. Supersunt apud Ursin. Patin. et alios nummi antiqui cum inscriptione C. ANTIVS. C. F. et C. ANTIVS. RESTIO. et C. ANTIVS. C. F. RESTIO. 'M. Antius Briso tribunus plebis,' in eo magistratu L. Cassii, qui legem tabellariam tulit, collega, memoratur apud Cicer. in Bruto c. 25. Ita enim hodie vulgo circumfertur; non, ut Sigonius laudat, *Ancius*. 'Antius Restio,' qui legem sumtuariam 'Antiam' dictam, post mortem Sullæ et post legem sumtuariam Æmiliam, tulit, memoratur Macrob. Saturn. II. 13. Vide etiam Gellium Noct. II. 24. et Corrad. ad Cic. ad Attic. IV. 16. 'Antius,' qui tribunos plebis adpellavit, ne injussu populi judicaret, memoratur Cic. ad Att. IV. 16. 'Antii Restionis' a posterioribus triumviris proscripti historiam referunt App. Bell. Civ. l. IV. p. 612. et Macrob. Saturn. I. 11. In lapidibus etiam literatis apud Gruter. et alios plures 'Antii' passim obcurrunt, ut et in Fastis consularibus atque historicis post tempora Augusti, quos omnes enumerare nihil adtinet. Neque aliter hic legit Pighius, qui ex hoc loco effinxit *Sp. Antium*, quem annis 297. 298. 306. et 310. tamquam tribunum plebis produxit. Vide ejus Annal. tom. I. p. 133. 'Antiam' autem gentem alii Lanuvio Romam migrasse volunt, alii Antio, et ab ea urbe nomen habuisse. Vide Spanhem. de Præst. et Us. Numism. Diss. X. p. 13. et Philipp. a Turr. in Monum. vet. Antii cap. 1. Illud unum scrupulum injicere posset, quod 'Antiorum,' præterquam hoc loco, circa hæc tempora in historia Romana mentio non reperiatur, quum 'Nautii' frequenter obcurrant. Verum similiter 'Fulciniorum' et 'Rosciorum' non iterum meminerunt scriptores Romani, nisi diu postquam jam 'Antiorum' mentio facta fuerit. Denique Roscii prænomen *Lucius* abest ab Harl. 2. *L. Ronscium* habet Voss. 2. *L. Rescium* fragm. Hav. a m. pr. *L. Rosium* Lipsiens. *L. Conscium* Lov. 3. Mox *tamen novi consilii*, pro *caussam novi cons.* Gaertn. qui error ex non intellecto compendio ortus videtur. Scriptum fuerat *cām*, id est *caussam*, unde factum est *tām*, id est *tamen*, perpetua confusione literarum *c* et *t*, de qua vide ad VI. 35. § 2. Præterea *Tolumni* Leid. 1. *Columni* Lov. 2. Port. et fragm. Hav. a m. pr. *Columnii* a m. sec. *Collumni* Voss. 1. et Lov. 1. *Collumnii* Lov. 5. *Columinii* Gaertn. *Collinini* Leid. 2. *Tolumii* Harl. 2. *Tollumpni* Lipsiens. *Tulunnii* Lov. 3. Vide ad § præc.

§ 3 *Ab Fidenatibus exceptam, caussam mortis legatis fuisse*] Haberi possent pro assutamento interpretis voces hæ quatuor *caussam mortis legatis fuisse*. Grut. Licet ita haberi possent, non tamen debent. Constanter enim supersunt in omnibus scriptis et excusis: quibus invitis tot voces expungere, solummodo quod iis deletis sensus commodus supersit, calidius est, quam ut umquam probari possit. Similis audaciæ Gruteri in Livio alia plura exempla vide ad XXIII. 34. § 15. Licet autem omnes codd. quatuor has voces servent, in aliis tamen aliter leguntur. Nam *caussam mortis legutorum fuisse* præferunt Leid. 2. Voss. 1. in margine, Lov. 1. 4. Port. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. L. 1.

et C. *caussam legatorum mortis fuisse* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. Reliqui stant pro vulgato, a quo deficiendi caussam nullam video. Liv. I. c. 13. 'Nos caussa belli, nos vulnerum ac cædium viris ac parentibus sumus.' c. 33. 'Eaque caussa diruendæ urbis ejus Romanis fuit.' Cic. pro Cœlio c. 8. 'Ostendam hanc Palatinam Medeam, migrationemque huic adolescenti caussam sive malorum omnium, sive potius sermonum fuisse.' Præterea vocula *ab* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. pro ea *et a* exhibet Harl. 2. *a* vero Flor. Voss. ambo, Lov. 2. 3. 4. Lipsiens. Gaertn. Port. fragm. Hav. et omnes excusi usque ad Gronov. qui a. 1665. *ab* edidit; quod habent reliqui mei Leid. 1. Harl. 1. et Hav. Idem se etiam in Pall. reperisse Gebhardus mox monebit ad § 7.

§ 4 *Fidenatium, . . . ruptura jus gentium*] *Fidenatum* Lov. 4. et Harl. 2. Vide ad I. 27. § 5. et ad V. 15. § 11. Deinde *rupturum jus gentium* Lov. 4. a m. pr. *rupturam jus gentium* Flor. *rupta jus gentium* Gaertn.

Non aversum ab intentione lusus animum: nec deinde in horrorem versum facinus] Vet. lib. *ac deinde in errorem versum facinus.* Cujus lectionis hic est sensus: Ambiguam regis vocem, a Fidenatibus exceptam, mortem attulisse legatis: post autem caussam facinoris in errorem esse conjectam. Qui sensus optimus cum sit, idem admonet, reliqua omnia a 'Rem incredibilem' ad 'lusus animum,' parenthesi esse includenda. *Sigon.* Argumentum jam evidentissimum dicam, corruptissimum esse Pal. secundum, quo omnia Sigoniana uituntur, quippe sic hunc locum concipit: *non audet, ab intentione eludi animum aiunt: ac deinde in errorem versum facinus propius est fidem.* Cujus lectionis hunc esse sensum disputat Sigonius: ambiguam regis vocem, a Fidenatibus exceptam, mortem attulisse legatis: post autem caussam facinoris in errorem esse conjectam. Sed centies atque amplius dixi, vaniores hos ambos Pall. 2. ac dein Sigonianum codd. nuce cassa doctioribus repertum iri. Ego potius vulgatæ lectioni adhæresco, confirmatæ ab omnibus reliquis Pall. Dicit autem Livius, rem incredibilem videri, vocem regis, in prospero tesserarum jactu ambiguam exceptam, caussam mortis legatis exstitisse; primo, quod, consulentibus legatis de cæde ruptura jus gentium, animus regis ab intentione lusus non averteretur; deinde, quod non exhorruisset ad tantum facinus, quo jus gentium violaretur. *Gebhard.* In libris nonnullis est, *ac deinde in errorem versum facinus:* quod placet Sigonio. Sed meliores pro altero stant, et hoc minus convenire consilio Livii videtur. Nihil enim præter factum ex aliorum sententia narrat, cum rationem ex sententia auctoris, cur verisimile non sit, ita factum, dare deberet. Jam ante narraverat esse qui scribant, non jussu Lartis interfectos legatos, sed exceptam vocem ejus, sane pertinentem ad ludum, male interpretatos Fidenates qui adstarent, et, venisse expostulatum secum Roma legatos, commemorarent, quasi jussi essent quod fecerunt, postea eos occidisse. Id incredibile sibi videri addit ob duas caussas, sumptas ex momentis temporum, quod præcessit, quodque secutum est cædem. Aderant Fidenates novi socii, quibuscum tam secure quam cum suis, agere minime ipsum decebat, quos admittere promptius, nec exspectare commodum suum, utique nulla gravi re destrictus, jubere debebat: hi consulebant de magna re atque atroci, quid responderent legatis, et numquid in eos gravius statuerent. Cum tales rogarent de tanto negotio, quis credat nihil hominem commotum in alveo ac tesseris animum habuisse, illos sine responso prætermisisse, cum collu-

soribus jocatum esse, quod male intellectum in legatorum capita expeteret? Quid, postquam satiatus ludo ad seria rediit, audivitque quam crudelis interpretatio joci sui fuisset? quis credat, ne tum quidem ipsum piguisse sui, ne tum quidem horruisse facinus, quo jus gentium violatum, et sibi hominis nefarii et exsecrabilis infamiam impositam videret, nec id vel hosti excusatum voluisse? *J. F. Gron.* Nostros etiam omnes codd. alios magis, alios minus corruptos hic esse, expertus sum. Quod ad primam partem præscriptorum huic adnotationi verborum adtinet, *non aversum ab intent. animum elusum aiunt* habet Harl. 2. *non adversum ab int. elusum animum* Lov. 2. et Gaertn. *non adversum ab int. elusum animum aiunt* Hav. *non ad verbum ab int. elusus aiunt* Leid. 2. et Lipsiens. et ita est pro varia lectione in Voss. 1. qui in contextu *animum*, loco τοῦ *aiunt*, præfert: *non ad verbum ab int. lusus aiunt* Lov. 1. *non adversum ab int. lusus animum* fragm. Hav. pro quo *aversum* deinde emendavit manus altera: *non aversum ab int. elusus animum*, ultima litera vocis *intentione* non recte repetita in principio sequentis, Flor. Leid. 1. Lov. 4. et Port. *non adversum ab int. elusus animum* Lov. 5. *non aversum ab int. luxus animum* Voss. 2. solito scribarum peccato, qui passim voces 'lusus' et 'luxus' confuderunt. Vide ad I. 5. § 2. et ad V. 6. § 3. Soli Lov. 3. Harl. 1. et Klockian. cum editis vulgatum servant: et recte. In altera parte *ac deinde in errorem versum facinus* legunt Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et N. *ac deinde errore eversum facinus* Harl. 2. *nec deinde in errorem versus facinus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *nec deinde in errorem versum facinus* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. 1. Lipsiens. Klock. Port. et Neapol. Latinii, etiam fragm. Hav. a m. pr. (in quo *ac deinde* repositum est a m. sec.) et Lov. 3. a m. pr. ubi deinde manus interpolatrix dedit *in horrorem*. In quibus omnibus codd. librarii, errore alibi non raro obcurrente, voces 'horror' et 'error' inter se commutarunt. Vide ad XXXIX. 8. § 4. Soli ex nostris Voss. 2. et Gaertn. istius erroris, qui etiam in una vel altera vetustissimarum edd. committitur, liberi sunt. Et recte hic etiam Gebhardus et Gronovius vulgatum adversus Sigonium defenderunt.

§ 5 *Propius est fidem*] Pall. 1. ac 3. *fide*. Camp. *fidei*. Malo vulgatum. Sic I. 25. 'Quo prope metum res fuerat.' *Gebh.* *Fide* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod pro *fidei* positum esse accipi posset: nam ita *pernicie* casu tertio, pro *perniciei*, infra est V. 13. 'Cujus insanabili pernicie quando nec caussa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex senatusconsulto aditi sunt.' Vide ad VI. 24. § 8. et IX. 37. § 4. Sed recte Gebhardus monuit, nihil mutandum esse. Supra II. 41. 'Invenio apud quosdam, idque propius fidem est, a quæstoribus K. Fabio et L. Valerio diem dictam perduellionis:' ubi, Livium τῷ *propius* casum quartum addere solitum esse, multis exemplis evici. Præterea *propius fidem est* Lov. 2. *proprius est fidem* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Qui error alibi etiam committi solet in scriptis. Vide ad I. 27. § 5. II. 41. § 11. cap. 64. § 5. III. 15. § 4. infra ad IV. 27. § 3. c. 37. § 1. V. 15. § 4. c. 26. § 7. et aliis locis. Vide etiam Pierium ad Maron. Georg. III. 58. Mox *Fidenatium populorum* mendose Flor.

Nec respicere spem ullam ab Romanis posset] Præfero *ne respicere*, ut habent Pall. omnes. *Gebh.* Præter Leid. 2. in quo est *re respicere* aberrante librarii manu, etiam omnes nostri habent *ne respicere*. Neque aliter præferunt editi usque ad Gruter. cujus edd. operarum culpa legunt *nec respicere*: quod Dan. Heinsius itc-

rum recte mutavit. Præterea *spem nullam* male Hav. *rem ullam* Lov. 4. alibi etiam obvio errore. Vide ad v. 12. § 4. Perperam etiam mox *tantis sceleris*, prima litera τοῦ *sceleris* repetita in fine vocis præcedentis; quod in litera sibilante frequens esse, videbimus ad xxviii. 25. § 2. Denique *noluisse*, pro *voluisse*, Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad xxxix. 15. § 11.

§ 6 *Legatorum, qui Fidenis cæsi erant*] Nota morem statuas publice in rostris ponendi legatis, qui in legatione obiissent, ut et Cicero testatur Philipp. ix. 1. et Plinius xxxiv. 6. *H. Vales.* Vide Emund. Figrelium de Statuis c. 13. Ceterum *cesserant*, pro *cæsi erant*, Voss. 1. De similibus librariorum erroribus vide ad xxiii. 29. § 16. Mox *statuæ publicæ in Rostris positæ sunt* excusi priores usque ad Frobenium, qui a. 1535. *publice* subposuit. Et recte *publice positæ* est auctoritate et inpensis publicis. Vide hoc lib. cap. 13. § 8. Præterea *positæ erant*, pro *pos. sunt*, Hav.

Cum Veientibus Fidenatibusque, præterquam finitimis populis] *Cum Veient. ubique præt. cum fin. populis* Hearnii Oxon. L. 1. Tum *populis præt. fin.* alio ordine Lov. 5. *finitumis* autem præfert Leid. 1. De qua orthographia vide ad iv. 3. § 4.

Ab caussa etiam tam nefanda bellum exorsis atrox dimicatio instabat] *Ob caussam etiam tam nefandam* Lov. 5. quod ex interpretatione veræ lectionis marginali ortum videtur. Vide ad xxvi. 1. § 3. *ob caussam et tam nefandum bellum exorsis* Lov. 4. *tam nefandum bellum exorsis* etiam Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. et Lipsiens. Male. *Ab caussa etiam tam nefaria* Harl. 2. et Hav. quod et ipsum ab interpretatione ac glossa natum puto. Vide ad vi. 17. § 8. Denique vox *atrox* deest in Leid. 2. Supra iii. 1. 'Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio neutri parti acerbo rem expedisset:' ubi tamen de certamine inter patricios et plebem adhibetur.

§ 7 *Ad curam summæ rerum, quieta plebe tribunisque ejus*] *Ad summæ curam rerum*, ordine alio, Port. *ad summæ rerum curam* Lov. 3. Tum *quieta plebe, tribunis ejus nihil contr. fuit* Hav. et fragm. Hav. *tribunis quoque ejus* Harl. 2. Vide ad v. 27. § 1. Vox *ejus* non comparet in Leid. 2. et Lov. 1.

M. Geganius Macerinus tertium] *Gebanius* Lipsiens. *Greganius* Leid. 2. qui error jam antea aliquoties notatus est. Vide ad i. 30. § 2. ii. 34. § 1. iii. 65. § 5. hoc lib. c. 8. § 1. c. 9. § 13. c. 22. § 7. c. 27. § 10. vi. 31. § 1. et alibi. Tum *tertius* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. a m. pr. qui error ex compendio scribendi *tert.* vel *III.* ortus est.

A bello, credo, quod deinde gessit, adpellatus] In archetypo Vormaciensi legitur *a bello credo, quod deinde gessit, appellatum.* Subauditur 'eum esse.' *Rhen.* Rhenanus e Wormatiensi *appellatum*, subintelligens 'eum esse.' Sed hæ λεπτολογίαι sunt. Scribe potius *ab bello*, et supra *ab Fidenatibus*, atque infra *ab consulibus* e Ms. Pal. *Gebh.* Quamvis Gebhardus λεπτολογίων loco habeat, monendum tamen duxi, ex nostris Flor. Voss. 1. Leid. utrumque, Lov. 1. Harl. 1. et Lipsiens. Rhenani Vormaciensi consentientes *appellatum* præferre. Utrumque ferri posse puto. Vulgato adstruendo inserviunt loca varia apud Livium, ut i. 46. 'Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna, credo, populi Romani, quo diuturnius Servii regnum esset.' c. 59. 'His atrocioribusque, credo, aliis, quæ præsens rerum indignitas haud quaquam relatu scriptoribus facilia subjicit, memoratis, incensam multitudinem perpulit.' cap. 54. 'Huic nuncio, quia, credo, dubiæ fidei videbatur, nihil voce responsum est.' iv. 8. 'Id quod

evenit, futurum, credo, etiam rati, ut mox opes eorum, qui præessent, ipsi honori jus majestatemque adjicerent.' Et ita alibi. At pro altera lectione stant codd. optimæ fidei atque integerrimi. Etiam ita Livius interdum loquitur. II. 8. 'Bruto statim Horatium subgerunt. Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse.' Unicuique igitur liberum sit, eam scripturam probare, quam veriorem existimabit. Contra *ab bello* in uno tantum Hav. apud me est. Ceterum sententiæ Livii, credentis Sergium in hoc magistratu *Fidenatis* cognomen adeptum esse, illud obstare, Pighius monuit in Ann. ad a. CCCXVI. pag. 174. quod *Fidenatis* cognomen apud alios ejusdem gentis, non tamen stirpis, hujus L. Sergii reperiatur. Quum enim hic memoratus fuerit L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS, quemadmodum eum in tertio tribunatu militari a. CCCXXXV. describunt fasti Capitolini, attamen in iisdem fastis a. CCCLI. obcurrit M'. SERGIVS. L. F. L. N. FIDENAS. II. TR. MIL. qui eumdem honorem biennio antea gesserat. Hic si ex prioris stirpe descendisset, ejus nepos esse debuisset, ut patrum et avorum utriusque addita prænomina docent. Id vero ex eo minus verosimile fit, quod hac ratione inter avi tertium et nepotis primum tribunatum militarem tantum quatuordecim anni interfuissent.

§ 8 *Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo prœlio conflixit*] *Hinc enim* Lov. 1. Deinde *primum*, pro *primus*, Voss. 2. Male. Vide ad Epit. Liv. lib. I. Tum *circa Anienem* Lov. 5. *citra Anienem* Lov. 2. 4. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. *circa cis Anienem* Port. priori voci additis notis, quæ delendam esse indicant: at τὸ *cis* in quibusdam edd. vetustis deficit. Ex his itaque colligo, scribas librarios voculam minus obviam non intellexisse, ideoque eam omisisse, vel ejus loco aliam, quæ expositionis caussa margini adscripta erat, in contextum recepisse. Denique *secundo bello conflixit* Hav. Quod nec ipsum probandum. Vide ad III. 61. § 2.

Nec incruentam victoriam retulit] *Is cruentam victoriam* Voss. 2. et Lov. 3. Minus recte. Infra XLII. 66. 'Nec incruentam victoriam fuisse: supra quatuor millia et trecentos de exercitu consulis cecidisse.' Paullo post, *Major idque ex civibus*, pro *Major itaque ex civ.* Hav. Deinde *quam lætitia ex fusis* Lov. 4. quod genuinum Livii videri posset, quia is præpositionem eamdem, et quidem in simili orationis compositione, repetere solet. Vide hoc lib. ad c. 58. § 4. Verum, reliquis codd. in alia omnia euntibus, vulgatum præfero.

Et senatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mam. Æmilium jussit] Pal. 2. *ut trepidis rebus*, omisso *in*. Gebh. Omnes nostri præpositionem *in* constanter servant; ut vicissim τὸ *ut* neglexerunt Leid. 2. et Lov. 1. Cujus loco *et* scriptum fuerat in Voss. 1. a m. pr. Sed postea notis adjectis eam voculam delendam esse alius indicavit. Verum τὸ *ut* est necessarium. Re vera non erant trepidæ res, reportata ex hostibus victoria. Ob dolorem tamen interfectorum quorumdam civium idem remedium adhibitum, ad quod in rebus trepidis decurrebant Romani, ut dictatorem dici juberent. Vide ad III. 49. § 6. Præterea *eo senatus* Harl. 2. Alii omnes vulgatum defendunt.

§ 9 *Ex collegio prioris anni*] Locutio haud satis probatur Donjatio, qui propterea *collegis* legendum conjicit. Si tamen locutioni ac stilo Liviano magis adsuetus fuisset, a loco sanissimo corrumpendo manus continuisset. Pariter enim aliquoties uno lib. X. Livium locutum meminisset: ut c. 22. 'Censura duobusque consulatibus simul gestis expertum se, nil concordi collegio firmius ad rempub-

licam tuendam esse.' c. 24. 'Nimirum adversarium se, non socium imperii legisse, sensim exprobrat; et invidisse Decium concordibus collegiis tribus.' c. 26. 'Ceterum si sibi adjutorem belli sociumque imperii darent, quonam modo se oblivisci P. Decii consulis per tot collegia experti posse:' et ita etiam de tribunis consularibus v. 18. 'Omnesque deinceps ex collegio ejusdem anni refici adparebat:' et iv. 49. 'Neminem ex collegio tribunorum militum sæpius, quam Postumium, in disceptationem trahebat.' Constanter etiam receptam lectionem omnes codd. scripti ab intempestiva conjectura vindicant.

L. Quintium Cincinnatum . . . dixit] Quidam, ut dixi, Mss. libri semper *Quinctium* habent una cum tabulis Capit. et Diodoro. *Sigon.* Inter eos codd. qui semper *Quinctium* scribunt, ex meis est Leid. 1. quam scripturam passim in Livio recepi. Vide ad i. 30. § 2. Præterea *dicit* est in Leid. 2.

§ 10 *Ad delectum ab consulibus habitum*] *Dilectum* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Lipsiens. Klockian. et fragm. Hav. Vide ad xxxvii. 51. § 7. Præterea *ab consulibus* Gronovius demum edidit a. 1665. eademque scriptura superest in Leid. 2. Hav. et Harl. 2. Gebhardus etiam supra hoc cap. § 7. ita emendandum monuit ex Pal. Ms. id est, ut conjicio, ex Pal. 2. In his non versatur salus literarum, notandum tamen *a consulibus* non modo inpressos Gronoviana illa edit. antiquiores præferre, sed idem etiam superesse in Flor. Voss. utroque, Leid. 1. Lov. quinque, Gaertn. Klockian. Port. et fragm. Hav. Tota præpositio exsulat ab Harl. 1. et Lipsiens. quam scripturam probat Longolius ad Plin. Epist. x. 43.

Centuriones veteres, belli periti, adjecti] Inclinat animus reponere *adlecti*. Grut. Præfert Gruterus *adlecti*. Me vox ista non offendit, vel propter ea quæ ad xxxv. 28. § 9. de verbo 'conjicere' notabimus. Exspectabam potius ut τὸ *periti* deleret, ac 'veteres belli centuriones' dictos putaret, ut apud Tacitum Hist. iv. 20. 'vetus militiæ.' Annal. i. 20. 'vetus operis ac laboris.' Quod tamen nemini obtrudimus. *J. F. Gron.* Gruterus *adjecti* in *adlecti* mutavit. Voces 'adjectus' et 'adlectus,' item 'conjectus' et 'conlectus,' passim a librariis confundi, non diffiteor. Vide ad xxxvi. 12. § 4. Quum tamen hic codd. scripti omnes in vulgatum *adjecti* conspirent, eaque lectio optimum sensum reddat, recte Gronovium ei consensum negasse puto. Perperam enim Donjatius scribere sustinuit, Gronovium *adlecti* præferre: ut hinc iterum pateat, quanta diligentia atque animi intentione Livium ejusque priores interpretes evolverit is, qui Livium principi juventutis Francicæ inlustrare suscepit. Similiter 'vetus belli' locutionem esse, quibusdam scriptoribus usitatam, probavi olim ad Silii xi. 26. Verum neque hic Gronovii *periti* ejicientis sententiam probare queo, tum quod codd. eam vocem uno ore tuentur, tum etiam quod alibi Livium ea constructione delectatum vel usum fuisse ostendi nequeat. Quin contra ut hic 'centuriones veteres belli periti,' ita etiam 'veterani et periti belli' dixit xxxvii. 20. 'Veterani omnes et periti belli erant, et ipse dux Philopœmenis, summi tum omnium Græcorum imperatoris, discipulus.' Ceterum *expletur*, pro *expletus*, habent Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. 2. 4. et in margine Voss. 1.

Legatos Quinctium Capitolinum et M. Fabium Vibulanum sequi se dictator jussit] *Jubulanum* Lov. 5. Harl. 2. Lipsiens. et Gaertn. *Jubilanum* Hav. Vide ad iii. 35. § 11. Præterea *Quintum*, pro *Quinctium*, Leid. 1. et Harl. 1. Sed videntur eorum codicum scribæ existimasse, non decere,

ut Quinctii prænomen omitteretur, quum Fabii alterius legati addatur. Interdum tamen id Livium facere solitum fuisse, videbimus hujus lib. c. 49. § 1. Præterea Quinctio Capitolino non *Quinti*, sed *Titi*, prænomen fuit. Denique alio ordine *Q. Capitol. et M. Fab. Vibul. legatos sequi se dict. jussit* Leid. 2. et Lov. 1. *sequi se dict. dixit jussit* Gaertn. et Port. Sed voci *dixit* subjecta sunt stigmata, quibus innuunt librarii, vocem delendam esse. *Sequi se dictatorem jussit* Flor. a m. pr.

§ 11 *Quum potestas major, tum vir quoque potestati par, hostes ex agro*] Quidam continuate hoc legunt, quasi *hostes* sit accusandi casus, ac ab dictatore intelligemus submotos hostes trans Anienem, quod sub Sergio factum non erat. Verum ii quomodo sequentia ordinant verba: 'collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra?' Nempe ut aut *colles* sit nominandi casus, et *referentes* accusandi, quod durum sane videtur; aut in *ceperunt* intelligamus nominativum *hostes*. Ego, salvo aliorum judicio, malim distinguere ante *hostes* ad hunc sensum: Cum esset jam in armis potestas, tum vir quoque potestati par; hostes, qui id non ignorabant, submovere ex agro Romano trans Anienem, collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra. *Glar.* Recepta majori distinctione post vocem *par*, ut Glareanus volebat, sequens *hostes* casu recto, et 'hostes submovere' per ellipsin accipi debet, pro 'submovere se,' vel 'submovere castra.' Eo sensu simplex 'movere' sæpius usurpari, videbimus ad x. 4. § 9. At, præterquam quod, τὰ 'Quum potestas major, tum vir quoque potestati par' ita abscise poni, displiceat, neque etiam illa commode conjungi posse censeam præcedentibus 'sequi se dictator jussit, quum potestas major, tum vir quoque potestati par,' quia potius his verbis ratio redditur, cur hostes ex agro Romano trans Anienem cesserint; insuper verbum 'submovere' eo modo absolute positum nondum observavi. Contra vero 'submovere' et apud Livium et apud alios est 'repellere,' 'efficere, ut quis recedere cogatur.' II. 59. 'Tum expressa vis ad pugnandum, ut victor jam a vallo submoveretur hostis.' XLV. 10. 'Postquam debellatum in Macedonia, et statione submotos hostium lembos audivit.' Florus I. 10. 'Postquam hostes undique instantes solus submovere non poterat.' IV. 2. § 59. 'Ædificiorum proximorum atque navalium incendio infestorum hostium tela submovit.' Justin. II. 3. 'Darium regem Persarum turpi ab Scythia submoverunt fuga.' VII. 3. 'Darius rex Persarum turpi ab Scythia fuga submotus.' Vulgatam itaque distinctionem servavi. Quod autem adtinet ad difficultatem, quam ex verborum sequentium constructione sibi movet Glareanus, de ea mox videbimus. Ceterum *Ut potestas major, tum vir* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn. *Tum potestas major, tum vir* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Port. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et edd. vetustæ usque ad Aldum, qui substituit *Cum potestas:* cum quo faciunt Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad VI. 23. § 3.

Collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra] Non est dubium quin ita intelligendus hic locus sit. Dictator trans Anienem submovit hostes; qui, cum castra referrent, colles inter Fidenas atque Anienem ceperunt. *Sigon.* Perizonius ad l. XXVIII. c. 12. *colles qui inter Fidenas.* Non persuadet. Vide ad III. 38. *Duker.* Sensum Livii Sigonius recte adsecutus est: qui ut melius ex verbis colligatur, medicinam iis adtulit Jac. Perizon. qui ad XXVIII. 12. § 13. scribendum conjicit, *colles, qui inter Fidenas atque Anienem, ceperunt*, et multis exemplis docet, verborum hauc conlocationem, ut pro-

nomen relativum non semper in initio orationis ponatur, Livio familiarissimam esse. Vide quæ etiam eo loco notavi, ut et ad III. 38. § 2. Hac conjectura, quam verisimilem puto, recepta, evanescit omnis difficultas, quam ex horum verborum structura ad proxime præcedentia movere Glareanus conatus erat. Eamdem difficultatem etiam animadvertisse videntur librarii Lov. 4. et 5. ideoque verba præcedentia hoc modo dedisse, adoptata voce, *Tum potestas major, tum vir quoque potestati par erat:* quæ tamen lectio satisfacere nequit. Interim *intra Fidenas* vetustiores, quibus usus sum, typis descripti. Voces has confundi solere librariorum culpa, vide ad v. 27. § 3. Aldus *inter Fidenas* primus reposuit, cum quo stant omnes Mss. Et id verius est. Deinde *et Anienem cepere* præferunt Lov. 4. Harl. 2. et Lipsiens. At verba *submovere, collesque inter Fidenas atque Anienem* deficiunt in Lov. 1. et Harl. 1. negligentia scribarum, cui tamen occasionem præbuit vocis *Anienem*, quæ præcesserat quoque, repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Eadem vocabula non modo, sed etiam sequens *ceperunt*, omittuntur in Voss. 1. et Leid. 2. Verum *deserunt*, pro *ceperunt*, est in Lov. 2. et Lipsiens. *cepere* in Harl. 2.

Nec ante in campos digressi sunt] *Degressi.* Loquitur enim de descensu ex collibus in campos; ut et ante dixi, et post dicam. Nam sæpius hoc mendum est apud Livium. *Sigon.* Sigonius *degressi.* Non refragor. Cap. 33. habet Pal. 3. *Cum eo degressos modo de montibus.* Lib. v. c. 46. 'Eadem degressus nuncius Veios contendit,' ut legit Sigonius ex illo loco Quadrigarii, 'Cominius qua ascenderat, descendit, atque verba Gallis dedit.' Lib. VII. c. 14. 'Deinde ubi degressos repente viderunt.' Non dubito, ibi sic recte legere Sigonium. Sed Pall. omnes Mss. atque editi *digressos.* Lib. eodem c. 24. 'Alia in campum degressis supererat moles:' ut recte habent Pall. Mss. duo, 1. ac 3. Ibidem c. 34. 'Nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur.' XXIII. 27. 'Degressus colle pergit ire acie instructa ad castra.' Ita ibidem Pal. 1. primus et Andreæ ed. Lib. XXIX. c. 11. 'Equitibus ad pedes degressis.' Sic legendum XXXII. 15. e Pall. *Degressus in campos Thessaliæ.* Gebh. *In campos digressi* servant Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed cum Sigonio tamen *degressi*, quod, a reliquis editoribus neglectum, Gronovius recte recepit, probandum puto. Voces 'degressus' et 'digressus,' significatione magis, quam ductuum dissimilitudine, diversas, passim librarii in scriptis commutarunt. Id infra etiam factum puto hoc lib. c. 39. 'Tempanius metu insidiarum suos ad lucem tenuit. Digressus deinde ipse cum paucis speculatum, quum ab sauciis hostibus sciscitando comperisset, castra Volscorum deserta esse, lætus ab tumulo suos devocat.' Ita præferunt et scripti plerique, et editi omnes; pro quo *Degressus* legendum puto. Nam Tempanius, a reliquo exercitu interclusus, se receperat cum equitibus in tumulum. Unde præcesserat, 'tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur,' et 'Tumulus tamen circumsessus ultra mediam noctem est;' et hic etiam dicitur 'ab tumulo suos devocat.' Inde itaque speculatum profectus quid hostes agerent, qui tumulum in planicie circumsederant, proprie non tam 'digreditur,' quam 'degreditur.' Alia plura hujus corruptelæ exempla videri possunt apud Rhenanum ad hunc lib. c. 33. § 12. et ad Taciti Histor. III. 67. Sigonium ad Livii v. 46. § 10. VII. 14. § 10. c. 24. § 1. c. 34. § 11. XXI. 38. § 5. XXIII. 27. § 4. XXIX. 2. § 14. XL. 22.

§ 7. XLIV. 5. § 12. et quæ notantur ad III. 62. § 9. VIII. 35. § 8. XXI. 32. § 12. c. 59. § 1. XXII. 12. § 7. XXXII. 15. § 5. ad XLI. 14. § 2. et ad XLIV. 35. § 23. Adde Cortium ad Sall. Jug. c. 49. § 4. et Duker. ad Flori III. 16. § 6. et quos ibi notavit. Pari modo 'demittere' ac 'dimittere' et alia similiter composita verba confundi solent. Vide ad VII. 23. § 6.

Quam legiones auxilio Faliscorum venerunt] Hæ legiones non veniebant auxilio Faliscis, sed Veientibus et Fidenatibus, atque ex ipsis Faliscis constabant. Lego proinde *auxilia Falisc.* id est, legiones, quæ erant auxiliariæ Faliscorum copiæ. Hinc c. 18. 'Trium populorum exercitus ita stetit instructus, ut dextrum cornu Veientes, sinistrum Falisci tenerent, medii Fidenates essent.' Nisi tamen ita construendus locus, *quam legiones Faliscorum venerunt auxilio,* et distinctio post *legiones* tollenda sit. *G. Cuperus.* Nescio utrum prior Cuperi conjectura admitti possit. Ut enim 'auxilia Romanorum' sunt copiæ alienigenæ, quibus Romani utuntur; 'auxilia Romana,' quæ Romani mittunt aliis; (vide Gronov. ad Livii I. 26. § 4.) ita etiam *auxilia Faliscorum* forent copiæ aliarum gentium, quæ Faliscis auxilium ferebant, non vero auxilia, quæ Falisci aliis mittunt; ea enim eadem ratione *auxilia Falisca* dicenda erant. Contra autem verum censendum est, quod Cuperus subjungit, verba hoc ordine accipienda esse, *quam legiones Falisc. venerunt auxilio.* Ceterum *devenerunt,* pro *venerunt,* Lov. 4.

§ 12 *Ad confluentes consedit in utriusque ripis amnis*] *Ad confluentem* Lov. 5. Ita Justin. XXXII. 111. 'Ex his manus quædam in confluente Danubii et Savi consedit.' Indifferenter Plinius nunc *confluentem,* nunc *confluentes* vocat: ita Hist. Nat. VI. 26. 'In confluente Euphratis fossa perducti et Tigris:' et c. 28. 'Infra confluentem Euphratis et Tigris.' At c. 27. 'Est etiamnum oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes.' Quum vero omnes reliqui codd. vel *ad confluentes,* vel *ad confluentis* præferant, nihil mutandum judico. Præterea male *conscendit* Port. et fragm. Hav. a m. pr. Similiter confunduntur 'desedit' et 'descendit' XXXII. 9. § 3. Tum *in utrisque ripis amnis* Lov. 3. 4. a m. pr. et 5. ac Gaertn. Paullo ante *castra Faliscorum,* pro *cast. Etruscorum,* Lov. 4.

Qua sequi munimento poterat] Vide quid sibi velit *munimento sequi.* Nam ego sane non intelligo; nisi sit, in faciendo munimentum. *Glar.* *Munimento* ipse Livius mox exponit verbis seqq. *vallo interposito.* Indicat igitur Livius, dictatorem Romanum consedisse in ripis Tiberis et Anienis, qua parte indoles ac situs riparum permitteret ut munimento sive vallo interposito tectus eas adire posset. 'Qua sequi poterat' nempe ripas utriusque amnis, id est, eas petere, in eas pervenire poterat. Vide Gronovium ad Sen. Epist. LXXVI. Burmann. ad Valer. Flacc. I. 3. et 66. et quæ notavi ad Silii Ital. II. 86. Male vir doctus in ora ed. Curionis conjecerat *qua sequi munimenta poterat.* Præterea *quo sequi* Lov. 2. 4. et Lipsiens. Tum *monumento* perperam habet Hav. Vide hoc lib. ad c. 10. § 6. Denique in verbis seqq. *nullo interposito,* pro *vallo interposito,* Flor. librarii aberratione.

CAP. XVIII. § 1 *Inter hostes fuere variæ sententiæ*] Vox *fuere* minime desideraretur, si liberet abire loco. *Grut.* At in omnibus superest codd. neque justa ei expungendæ caussa adparet. Sæpius jam dictum est, ac sæpius dicendum erit, non omnia, quæ salvo sensu abesse possunt, deleri debere. Vide ad XXIII. 34. § 15. *Inter hostem* habet Lov. 4. et Lipsiens. Tum *variæ fuerunt sententiæ* Lov. 1. Port. et fragm. Hav. a m. pr.

variæ fuere sententiæ Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. 3. 5. Harl. uterque, Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et edd. priores: quod recepi. Nam Curio demum anno 1549. ordinem vocabulorum inmutavit. Non aliter etiam est in Lipsiens. nisi quod sollemni errore legat *vanæ fuere sententiæ.*

Procul ab domo militiam ægre patiens] Prima vox abest a Leid. 2. *prope ab domo* habet Harl. 2. *procul a domo* Lov. 1. *a domo* etiam servant Voss. ambo, Leid. 2. Hav. Lov. 3. 4. 5. et Gaertn.

Veienti Fidenatique plus spei in trahendo bello esse] Copula *que* abest a Port. Deinde mox *Columnius* Lov. 2. 5. et fragm. Hav. a m. pr. *Tolluppnius* Port. *Toluminius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Tolunnius* Lov. 3. Vide ad Epitom. hujus lib. et ad cap. præc. § 1.

§ 2 *Ne longinquam militiam non paterentur Falisci*] Vet. lib. non habent *non.* Sigon. Sigonius ejecit *non*, quod habent Pall. 1. ac 3. et Andreas Campanusque *non paterentur.* Gebh. Negationem alteram exturbavit Sigonius: nos, volentibus Mss. et vett. edd. ipsaque sententia, restituimus. Lib. x. c.45. 'Secundum vota militum, qui vim frigoris jam in Samnio non patiebantur.' xxxv. 25. 'Sed metuens, ne dilationem res non pateretur.' Petronius in Satyr. c. 111. 'Desiderium exstincti non posse feminam pati.' Senec. ad Helv. c. 14. 'Quod desiderium ipsum per se pati non potes.' Noster lib. præcedenti c. 52. 'Novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium.' Ergo 'ne non paterentur,' id est, ne gravarentur, ne recusarent, et ab signis discederent. Hic erat metus ad compellendum Tolumnium potens: non, ne aliquid duri et molesti Faliscis eveniret, quam facit mentem lectio Sigonii. *J. F. Gron.* Voculam *non* ex meis delent Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. ex Hearnii autem Oxon. eamdem ignorant B. L. 1. et C. Sed recte Gronovius illam servandam docuit, cui Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. consentiunt. Supra dixerat Faliscum 'procul ab domo militiam ægre pati;' ne itaque Falisci longinquam hanc militiam 'non paterentur,' id est, diutius pati recusarent, se subducerent oneri militiæ longinquæ. Infra v. 6. 'Ut, tamquam navale bellum tempestatibus captandis et observando tempore anni gerant, non æstus, non frigora pati possint.' Ceterum *lonquam militiam* Harl. 1. quasi voluisset *longam militiam*, eodem sensu; ut enim 'longinquus' pro longus, ita et 'longus' pro longinquus ponitur. Vide quæ notavi ad Silii Ital. vi. 628.

Postero die se pugnaturum edicit] Tò *se* non comparet in Hav. Vide ad i. 23. § 5. Reliquis tamen eam voculam servantibus, non expungendam etiam judico. Præterea *dicit*, pro *edicit*, vett. edd. usque ad Aldum, qui vulgatæ lectionis auctor existit. Cum eo autem stant omnes codd. scripti.

§ 3 *Quod detrectasset pugnam hostis*] *Quia detrectasset* Lov. 4. sæpius obvio errore. Vide ad xxxviii. 36. § 4. Tum *detractasset* Voss. ambo, Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad xxxiv. 15. § 9. *detrectassent hostes* Hav. reliquis numerum singularem servantibus, quorum etiam lectionem probandam puto. Vide ad v. 52. § 2.

Posteroque die jam militibus] Conjunctionem *que*, ab antiquioribus excusis exsulantem, primus admisit Aldus. Eamdem vero servant omnes scripti, præter Lov. 5. et Port. qui similiter eadem carent. Mox *pugnæ fuit*, pro *pug. fiat*, Lov. 5.

§ 4 *Qui inter dimicationem castra Romana adgrederentur*] *In dimicatione*

se in Oxon. L. 1. invenisse, Hearne professus est: quomodo etiam præfert Lov. 4. Omnes reliqui nostri, et scripti, et excusi, in vulgatum conspirant: quod etiam verum judico, alterum autem ex glossa marginali natum esse: nam *inter dimicationem* est in dimicatione, interea dum dimicatur. Ita 'inter prœlium' infra est c. 19. 'Inter prœlium et ad castra Romana pugnatum est adversus partem copiarum.' Et 'inter certamen commissum' VI. 24. 'Quod multitudo suppeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant, quæ inter commissum jam certamen, ubi vallo adpropinquasset hostis, erumperent.' Pari modo 'inter fluctuantem aciem' emendandum censet Gronov. ibid. 'Optimum visum est, inter fluctuantem aciem tradi equos, et pedestri pugna invadere hostem:' ubi hodie editur *in fluctuantem aciem*. Plura ad eum locum exempla videri possunt. Mox *Tum populorum ita stetit instructus* Lov. 4. et, mutato ordine, *Fidenates medii essent* Gaertn.

§ 5 *Sinistro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit signa*] *Contra Veientes* Voss. 2. invitis reliquis, manu et typis exaratis. 'Veiens,' ut 'Romanus' supra III. 2. § 11. *Veientes* autem librarius dedisse videtur, quod pluralem exigi putaret ob præcedens 'Faliscos;' quasi non ubique Livius simili modo orationis gratam varietatem captare solitus esset. Infra X. 27. 'Dies indicta pugnæ: Samniti Gallisque delegata pugna:' ita Gronov. malebat, pro vulgato *Samnitibus Gallisque*. Plura ibidem notabuntur.

Ante mediam aciem cum equitatu magister equitum processit] Transpositis vocibus *mag. equit. cum equit.* Gaertn. Deinde *mag. equit. fuit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Malc. Præcessit paullo ante hoc ipso cap. 'Utrimque acies inter bina castra in medium campi procedunt.' I. 23. 'Postquam instructi utrimque stabant, cum paucis procerum in medium duces procedunt:' ubi plura vide.

§ 6 *Parumper silentium et quies fuit*] *Parumper par sil.* Lov. 5. qui etiam verbum *fuit* ignorat. Mox *ne Etr.* pro *nec Etr.* Lipsiens. Tum *inituris, a dictatore,* pro *inituris, et dictatore,* Lov. 5.

Ut ex auguribus, simul aves rite admissæ essent] Ridebit fortassis aliquis, quid hic hæsitem: at ego quid *ex auguribus* sit nescio. Nisi *ex* pro *ab* positum existimemus: quidam enim ita emendarunt: quod si exemplariorum vetustorum fide fecerunt, eo melius res habet. Ceterum ordo erit: ut ex composito tolleretur signum, simul ab auguribus aves rite admissæ essent: ut *simul* intelligamus dictum, pro 'statim ut,' quemadmodum huic auctori perquam familiare est; ac item Horatio Od. IV. 7. 9. 'ver proterit æstas Interitura, simul Pomifer autumnus fruges effuderit.' *Glar.* Contaminatus locus curiositate correctorum. Pall. omnes *ut ex aug. simul aves rite adm. essent.* Gebh. Glareanus *admissæ essent.* Hoc merito rejicit Lipsius Ant. Lect. I. 7. *Duk.* Glareanum tamquam auctorem lectionis istius *admissæ essent* traducit Lipsius Antiq. Lect. I. 7. Sed male. Nihil aliud peccavit, quam quod veriorem lectionem, ab aliis jam receptam, non admiserit. Nam *ex auribus*, mendosius quidem, sed ita tamen, ut jam in eo τὸ *ex* legatur, præfert Flor. *ex auguribus*, et *admissæ essent* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. L. 2. N. C. Neapol. Latinii, et priscæ edd. usque ad Frobenium, qui a. 1531. *ab auguribus* et *admisissent* recte primus vulgavit. Eam autem lectionem partim firmat Flor. præferens *admisissent;* neque longe aberrat Lov. 5. in quo quidem *ex auguribus*, sed insuper *admissi essent* inveni. Ceterum in disciplina augurali apud Romanos

aves dicuntur 'admittere,' quæ permittunt, quæ sinunt, ut aliquid fiat. Supra I. 36. 'Auguriis certe sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicato, gereretur: concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur:' eodem sensu 'aves' dicuntur 'admittere exaugurationem' I. 55. 'Quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere.' Tales aves vocatæ sunt 'admissivæ.' Festus ea voce: 'Admissivæ aves dicebantur ab auguribus, quæ consulentem juberent.' Ei obponuntur 'aves remores,' quæ morari jubent. Festus ea voce: 'Remores item in auspicio aves dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt.' Vocantur etiam 'arculæ' ab arcendo. Fest. ea voce: 'Arcula dicebatur avis, quæ in auspiciis vetabat aliquid fieri.' Denique vocantur etiam 'Inebræ.' Festus iterum ea voce: 'Inebræ aves, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent. Et prorsus omnia inebra adpellantur, quæ tardant, vel morantur agentem.' Vide Scalig. ad Festum in voce 'Enubro.' Quemadmodum autem in hac re usitatum est verbum 'admittere,' ita etiam 'addicere;' de quo vide ad XXVII. 16. § 15. In vulgata scriptura, quæ olim obtinuit, nullus sensus est. *Admisissent* eodem modo abiit in *admissæ essent*, quo 'reliqua erant,' in 'reliquerant;' de quo similibusque aliis vide ad XXIII. 29. § 16. De voce *simul*, pro 'statim ut,' vide ad verba seqq. Narratio autem Livii has ob caussas nemini sano suspecta esse potest, quod Æmilius diem horamque prœlii auguribus prædicere non potuerit, neque adeo acutis oculis fuerit, ut ad quatuor aut quinque millia passuum positus signum ex Capitolio elatum videre potuerit: ob quas rationes fidem vel judicium Livii Doujatius ille in dubium vocabat. Nam quum tantopere dictatori ejusque militibus animi aucti essent, ut se castra urbemque obpugnaturos fremerent, ni copia prœlii postero die fieret, potuit dictator, prœlium committendi consilio ex castris progressurus, jussisse, ut eo die augures de cœlo servarent. Fidem etiam non excedit, si, arcem ac Capitolium in conspectu habens, licet inde quatuor vel quinque milliaria remotus foret, dicatur videre potuisse signum, vel fumo excitato vel alia notabili ratione inde datum.

§ 7 *Quod ubi conspexit*] In archetypo Vormaciensi est *Quod simul ubi conspexit*. Rhen. Pall. omnes *Quod simul ubi*. Visum id quoque Rhenano. *Gebh*. *Quod simul ubi* etiam Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. uterque, Lipsiens. a m. sec. (in quo olim transpositis vocibus scriptum fuerat *Quod simul conspexit ubi*) Gaertn. Port. Hav. Hearnii Oxon. et priscæ edd. usque ad Aldum, qui primus τὸ *simul* expunxit. Alterutram vocem a mala manu esse videbat. Sed posteriorem potius, quam priorem, servasse videtur, quod modo præcessisset 'Simul aves rite admisissent.' Contra Jac. Gronovius (qui *Quod simul ubi conspexit*, præterquam in Pall. Rhenani, et Voss. utroque, etiam in Rott. exhiberi monet ad VI. 1. § 6.) non dubitabat, Livium scripsisse *Quod simul conspexit*, quomodo in Ms. Helm. habetur. Et id verius videtur. Licet enim τὸ *simul*, pro 'ubi,' Livio perquam familiare sit, ut Glareanus ad § præc. monet, grammatico tamen, non satis in Livii scriptis versato, id dignum visum fuit, quod in margine codicis per vocem *ubi* exponeret. Quam alius variam lectionem esse existimans, neque dijudicans utra lectio præferenda foret, ambas voces simul recepit; ex quibus deinde veriorem et a Livio profectam Aldus delevit. Ut ita judicem, me permovit quum codicis Helm. a Gronovio laudati auctoritas; tum quod, si cum Aldo Livium *Quod*

ubi conspexit scripsisse credamus, (quam etiam lectionem servat Lov. 4.) ratio dari non possit, cur postea in omnibus fere Mss. et edd. prioribus datum sit *Quod simul ubi conspexit:* verosimile enim non est, vocem notissimam *ubi* per minus notam hoc sensu *simul* in ora cod. expositam esse; tum denique quod alibi non raro τῷ *simul* alias voces ejusdem potestatis ac significationis jungere soliti fuerint indocti librarii. Vide ad locum laudatum VI. 1. § 6.

Primos equites clamore sublato in hostem emisit] Pall. 1. ac 3. *in hostes misit*. Gebh. *Primores equites* Ascensii ed. 1510. quam lectionem idem Ascensius in seqq. in marginem rejecit, priori scriptura in contextum revocata. *Primo equites* Lov. 5. a m. sec. et Hav. Male. Infra XXXIV. 14. 'Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit:' ubi plura vide. Deinde *in hostes emisit* Lov. 3. *in hostem mittit* Voss. 2. Forte prius scriptum fuerat *in hostē emittit*, ut exstat in Leid. 1. et tum primam literam τοῦ *emittit* intercepit ultima præcedentis, ut infinitis locis factum in libris scriptis. Vide ad II. 44. § 6. 'Emittere in hostem,' nempe ex reliqua acie, in quam ordinati erant. Infra XXVIII. 14. 'Equitatum omnem extemplo in equites emittit:' ubi plura vide. Mox *vi conflixit* Gaertn. *vi confixit* Lipsiens.

§ 8 *Legiones Etruscæ sustinuere inpetum Romanorum*] *Sustinere* Lov. 2. Lipsiens. et priscæ edd. Primi Mediolanenses 1505. eosque secutus Ascensius 1513. *sustinuere* reposuerunt; quod non modo recentiores omnes servarunt, sed etiam superest in omnibus scriptis. Deinde *impetum Romanum* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480.

Equitumque longe fortissimus ipse rex] Conjunctio *que* non adparet in Lov. 5. et Port. quam reliqui omnes retinent. Mox *effusis sequentibus* Lov. 5. Deinde *trahebant certamen* Gaertn. prioris tamen vocis penultimæ literæ subjecta nota, qua indicatur aliquid delendum esse. In verbis præcedd. *consistebat,* pro *resistebat*, est in Lov. 4. a m. pr.

CAP. XIX. § 1 *Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius Cossus*] *Tunc* fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. *tam* Lov. 5. Vide ad VII. 8. § 4. *tamen* Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Præterea *in equites* Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 52. § 6. *intus equites* Lipsiens. *inter eques* Harl. 1. Sed vox *equites* abest ab Harl. 2. Unde videri posset scribendum esse *Erat tum inter tribunos militum A. Corn. Coss.* Quod, si codd. probarent, non displiceret. Et sane potuit per compendium scriptum fuisse *trib.* vel *tr.* Nunc nihil muto. Videtur Livius indicare, A. Cornelium Cossum nondum id ætatis fuisse, ut in senatum adlectus fuerit, sed adhuc in ordine equestri substitisse. Quum enim tribunus militum fuerit, eum inter equites militasse, intelligi nequit. Mox *animo et viribus* Lov. 4.

Memorque generis, quod, amplissimum acceptum, majus auctiusque reliquit posteris] Optime Ms. *magis auctius reliquit posteris*. Vide Scalig. in Culicem p. 12. et Brisson. in Pareg. Lexici p. 687. § 87. *Klock. Memor generis*, sine copula *que*, Gaertn. Tum corrupte *quod, accep. amp. majus atrociusque* Leid. 2. et Lov. 1. Supra hoc lib. c. 2. 'Reminiscerentur, quam majestatem senatus ipsi a patribus accepissent, quam liberis traditari essent; ut (quemadmodum plebs gloriari posset) auctiorem ampliorem-que.' *Magis auctius*, quod Klockio placuit, videri potest dictum esse, ut illud IX. 7. 'Tristior deinde ignominiosæ pacis magis, quam periculi, nuncius fuit:' ubi alia vide. Quum tamen meorum nullus ejus codici consentiat, eam lectionem a librarii potius quam a Livii manu profectam arbitror. Sæpe enim scribæ *majus* et *magis* confuderunt. Vide ad XXVI. 41. § 19.

§ 2 *Quum ad inpetum Tolumnii, qua-*

cumque se intendisset] *Columinii* Gaertn. *Columini* Leid. 2. *Columnii* Lov. 2. et Hav. *Columpnii* Lipsiens. Port. et fragm. Hav. a m. pr. *Tolunnii* Lov. 3. *Tolunii* Lov. 5. Vide ad Epit. Liv. hoc lib. Tum *se intendissent* Hav.

Trepidantes Romanas videret turmas] *Videret Romanas turmas* alio ordine Leid. 2. et Lov. 1. *videt Romanas turmas* Voss. 1. *Romanas videt turmas* Flor. Leid. 1. Lov. 5. et Harl. 1. Scriptum fuerat *vid'et*, id est *videret*. Sed librariorum culpa nota deinde neglecta est. Alia exempla vide ad XL. 14. § 2.

Insignemque eum regio habitu] *Insignemque cum regio habitu* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. 5. et Port. Si certiores codd. accederent, non displiceret. Ita enim alibi etiam quum Livius, tum reliqui scriptores, loqui soliti sunt. Supra III. 47. 'Virginius sordidatus filiam cum obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum deducit:' ita Gronov. ex Mss. vestigiis ibi legendum censuit, et plura hujus locutionis exempla adtulit. Auctor ad Herenn. IV. 52. 'Venit iste cum sago, gladio subcinctus, tenens jaculum.' Florus IV. 2. § 45. 'Mane cum pullo (nefas) apud principia conspectus.' Silius Ital. I. 94. 'Atque Acheronta vocat Stygia cum veste sacerdos.' Sæpe librarii in confundendis *cum* et *eum* in Mss. peccarunt. Vide Rhenanum ad Livii XXIX. 30. § 4. Sigonium ad XLV. 37. § 4. et quæ notantur ad III. 70. § 4. et hoc lib. ad c. 56. § 4. V. 4. § 7. c. 17. § 10. c. 23. § 10. c. 25. § 12. c. 32. § 8. c. 34. § 9. ad VI. 1. § 7. c. 17. § 4. c. 20. § 5. c. 22. § 8. ad XXVII. 44. § 9. XXXV. 41. § 7. XXXVI. 2. § 11. et XXXIX. 19. § 2. Errori vero originem dedit similitudo ductuum literarum *c* et *e*, præsertim in scriptura Longobardica. Vide ad XXXIX. 35. § 8. Si lectio placet, non jungendum est 'insignem cum regio habitu,' sed 'volitantem cum regio habitu.' Quum tamen codd. quorum auctoritatem præfero, in vulgatum consentiant, id etiam præferendum puto.

Volitantem tota acie cognovisset] Scribe *cognosset*. Sic enim Flor. Et hoc satis erat: sed subscribunt et Rott. Helm. Mureti codd. Voss. *cognoscet*. J. F. Gron. Forte Gud. vel alius codex, non Voss. fuit, in quo Gronovius *cognoscet* invenit. Certe in excerptis istorum codicum, quibus utor, eam scripturam adnotatam non modo non video, sed etiam ex eorum priori producitur *cognosceret*, in quo consentientes habet Leid. 1. et Lov. 1. neque aliter vir doctus ad marginem ed. Mediol. 1480. emendavit: ex Vossianorum autem posteriori in excerptis ejus adfertur *cognovisset*, quod servant etiam Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Recte tamen idem Gronovius ex reliquis *cognosset* probavit, quod idem præferunt etiam Leid. 1. Harl. ambo, et Hearnii Oxon. L. 1. et N. Vide ad XXII. 3. § 2. Præterea *volutantem* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *voluntatem* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 3 *Hiccine est, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris*] *Hicine* Flor. et Leid. 1. Vide ad VI. 17. § 3. Tum *τὸ est* non comparet in Port. a m. pr. Denique transpositis vocibus *violatorque juris gentium* Hav. cui immerito vulgatus vocabulorum ordo displicuit. Ceterum Tolumnius vocatur 'ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris,' quod jussu ejus legati a Romanis ad Fidenates missi interfecti sunt. Similiter milites, qui legatos a senatu in castra missos violarant, eosdemque, nisi Germanicus inpedivisset, interfecissent, 'omnis humani juris violatores' vocantur apud Tacit. Annal. I. 40. De quibus mox etiam addit c. 42. 'Hostium quoque jus, et sacra legationis, et fas gentium rupistis.' Vide ad V. 4. § 14.

Jam ego hanc mactatam victimam,

&c.] Vocem *hanc* non agnoscunt Leid. 2. Lov. 5. et Lipsiens. *mactam*, pro *mactatam*, neglecta literarum *ta* duplicatione, præferunt Lov. 4. a m. pr. et fragm. Hav. Vide ad x. 37. § 2. Mox alio ordine *in terris Dii esse volunt* Hav. Tandem *legat. animabus*, pro *legat. manibus*, fragm. Hav. a m. pr. Monachi Christiani mangonium esse facile patet. Supra I. 25. 'Duos fratrum manibus dedi.'

§ 4 *Confestim et ipsa hasta innixus, se in pedes excipit*] Scribe *confestim et ipse, h. inn., se in pedes excepit.* Rhen. Pall. 1. ac 3. et Campan. *excepit.* Gebh. *Ipse*, pro *ipsa*, quod Frobenius 1535. in contextum monente Rhenano recepit, in omnibus meis scriptis superest. Neque aliter præferunt antiquissimi, quos vidi, excusi: *ipsa* demum obvium fuit in Tarvis. 1. *excepit* vero primus Jac. Gronovius a. 1678. admisit. Id vero superest in omnibus et Hearnii Oxon. et meis Mss. solo excepto Hav. qui, ut et Gebhardus de Pal. 2. non obscure innuit, *excipit* servarunt: quod eorum scribæ maluisse videntur, quia mox sequitur *resupinat.* Sed ei iterum subdidit *adfixit.* Vide ad III. 46. § 9. *recepit* est in Klockian. Præterea *hastæ innixus* Lov. 4. ut hoc lib. c. 28. 'Uni viro Messio fortuna hostium innititur.' Sed alteram lectionem defendunt reliqui omnes codd. Et ita Livius etiam locutus est VI. 1. 'Quo primo adminiculo erecta erat, eodem innisa M. Furio principe stetit:' VIII. 7. 'Cuspide parmaque innisum:' quem locum ad verba seqq. plenius laudabo. Et ita Tacit. Annal. XV. 60. 'Salutem suam incolumitate Pisonis inniti.' Insuper pronomen *se* non adparet in Lov. 4.

§ 5 *Repetitumque sæpius cuspide ad terram adfixit*] Ms. Col. *ad terram afflixit:* quæ varietas in his verbis frequens et solens admodum est in libris veteribus. *Modius.* Modius *afflixit.* Camp. *in terram affixit.* Gebh. 'Affigere' et 'affligere' passim in Mss. inter se commutari, patebit ex illis quæ olim notavi ad Silii I. 674. et IX. 631. Lambinus autem, multis agens de verbo 'adfligere' ad Horatii Satyr. II. 2. 79. hunc quoque locum ad partes vocavit, eumque ita produxit, quasi ipse quoque *ad terram afflixit* in editis reperisset: quum tamen non modo omnes codd. mei, sed et, quascumque vidi, edd. constanter *affixit* præferant, nisi quod *afixit* sit in Lov. 2. et Lipsiens. Neque etiam Lambinus existimari potest, *afflixit* fide Modii, qui lectionis ejus auctorem cod. Colon. profert, laudasse; quum notæ Modii in Livium illis Lambini in Horatium posteriores sint. Quum itaque nemo præter Modium ex codd. suis hoc loco *adflixit* protulerit, ideoque omnium codd. scriptis meis et excusis consentientes, *adfixit* exhibuisse verisimile sit, vulgatum loco non movendum censeo. Accedit receptam lectionem defendi simillimo loco Livii VIII. 7. 'Excussit equitem: quem, cuspide parmaque innisum, adtollentem se ab gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ adfixit.' Una tantum differentia est, quod hic dixerit 'ad terram adfigere,' altero loco ex lib. VIII. 'terræ adfigere.' Sed similiter 'adfigere' cum præpositione conjungit Cic. Orat. pro Rosc. Amer. c. 20. 'Literam illam, cui vos usque eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita graviter ad caput adfigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras, accusare possitis:' et de Invent. I. 26. 'Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper adfixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari.' Livium autem solitum esse in regimine præpositionem, et quidem etiam præpositionem *ad*, ex qua compositum est verbum. repetere, vidimus ad Præfat. § 11. et II. 36. § 7. Mox *tum detracta exsangui spolia*, ordine vocum mutato, Leid. II. et Lov. 1. Paullo ante vero *Exsurgentem*, pro *Adsurgentem*,

Gaertn. Male. Supra III. 24. 'Ex quo semel fuerit æger, &c. ne adsurrexisse quidem ex morbo.'

Caputque abscissum victor spiculo gerens, terrore cæsi regis hostes fundit] Pall. 1. ac 3. Andr. et Campan. *abscisum*. Pal. 2. post *fudit*. Justinus XXIV. 5. 'Ptolemæus multis vulneribus saucius capitur: caput ejus amputatum et lancea fixum tota acie ad terrorem hostium circumfertur.' Interdum et ad contumeliam. Claudian. in Rufin. II. 431. 'laceros juvat ire per artus, Pressaque calcato vestigia sanguine tingi. Nec minus assiduis certant elidere saxis Prodigiale caput, quod jam de cuspide summa Nutabat, digna rediens ad mœnia pompa.' Euripides in Bacchis vs. 1137. κρᾶτα δ' ἄθλιον, Ὅπερ λαβοῦσα τυγχάνει μήτηρ χεροῖν, Πήξασ' ἐπ' ἄκρον θύρσον, ὡς ὀρεστέρου Φέρει λέοντος διὰ Κιθαιρῶνος μέσου. *Gebh.* *Absissum* Lipsiens. sed *abscisum* obferunt etiam Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. 5. Port. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et ex inpressis edd. Rom. 1472. Parm. 1480. Mediolan. 1480. ac 1505. et Tarvis. prior. Et ita hic legendum conjecit Arntzen. ad Aur. Vict. Epit. c. 23. Vide plura ad XXXI. 34. § 4. Præterea copulam *que* non agnoscit fragm. Hav. a m. pr. Tum *fudit* etiam Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Lipsiens. Hav. et, quos Hearne Oxonii vidit, B. L. 2. et C. quomodo librarii illorum codicum dedisse videntur ob eamdem caussam, ob quam paullo ante etiam § 4. *excepit*, pro *excipit*, dedisse dictum est.

Itaque equitum quoque fusa acie] Pall. omnes *Ita equitum*. Gebh. Illud *Itaque* primum invectum est a Curione. Omnes autem non tantum editi priores, sed etiam codd. quibus usus sum, constanter servarunt *Ita equitum:* quod Gronovius recte revocavit, licet tamen receptæ priscæ lectionis in notis non meminerit. Post Curionem τὸ *Ita* etiam servarunt Gryphiana 1554. et variæ Sigonii edd.

Quæ una fecerat anceps certamen] *Anceps fecerat cert.* Hav. *quæ una fuerat anceps cert.* Leid. 2. Alibi *fui* et *feci* confuderunt indocti librarii. Vide ad XXXI. 45. § 2.

§ 6 *Dictator fugatis legionibus instat*] In archetypo Vormaciensi est *Dictator legionibus fugatis.* Rhen. Non aliter etiam est in omnibus scriptis meis. Res eodem redit. At eam ob caussam præeuntium codicum vestigiis insistendum putavi, eorumque exemplo vocabula in contextu Liviano composui. Mox *Fidenates plurima* Lov. 2. *Fidenatum plurima* Leid. 1. *Fidenatum plurimi* Hav. et fragm. Hav. Male. Vide ad I. 27. § 5. *ppl'm*, id est *populum*, pro *plurimi*, Lipsiens.

Transvectus, ex agro Veientano ingentem detulit prædam ad urbem] *Transactus* Klockian. Deinde *ex agro Veientino* Lov. 2. et Lipsiens. Male. Vide Cluverii Ital. Antiq. II. 3. p. 534. et Cellarii Geogr. Antiq. II. 9. p. 462. Alibi similiter errarunt librarii. *Veietano* Voss. 2. et Lov. 1. ac 3. Deinde τὰ *ad urbem* desunt in Lov. 2. *in urbem* quædam edd. invitis scriptis.

§ 7 *Inter prœlium et ad castra Romana pugnatum est*] *Inter prœl. et castra Rom.* Harl. 2. Qui error forte inde originem habuit, quod indoctus librarius non viderit *Inter prœlium* hic positum esse pro in prœlio, sive interea dum prœlium committitur: de quo dictum est modo ad cap. præc. § 4. et plura dicam ad VI. 29. § 10. Vocula *et* deficit in Lov. 4. Sed voce addita *et ad ea castra* habet Gaertn. Mox *a Tolumnio*, pro *ab Tol.* Voss. 2. *ab Tolumnino* Leid. 2. *ab Toluminio* Lov. 1. *ab Tolunnio* Lov. 3. *ab Tolunio* Lov. 5. *ab Tollumpnio* Lipsiens. *ab Columnio* Lov. 2. *a Columinio* Gaertn. *ab Columpnio* fragm. Hav. a m. pr. *ab Collumpnio* Port.

Vide ad Epitom. hujus lib.

§ 8 *Fabius Vibulanus corona primum vallum defendit*] Prænominis literam reperi Fabio adscriptam, sed calamo recentiore. *Rhen.* Nullus eorum codicum, quibus usus sum, prænominis literam *M* (eam enim indicari constat ex c. 17.) adscriptam ostentat: unde neque codicis Borbetomagensis, quem Rhenanus consuluit, interpolatori fidem habeo. Ceterum *Fabius Jubilanus* habent Leid. 2. et Hav. *Fabius Jubulanus* Lov. 5. Lipsiens. Harl. 2. et Gaertn. Vide ad III. 35. § 11. Tum alio ordine *Corona Fabius Vibulanus* Lov. 4. Præterea voces *defendit: intentos deinde hostes in vallum* exsulant ab Lov. 5. Gaertn. et Hav. Ansam autem omissioni dedit vox *vallum*, quæ modo præcessit. Vide ad IX. 11. § 11. *defendi* habet Lipsiens.

Intentos deinde hostes in vallum, egressus dextra principali, cum triariis repente invadit] Habet exemplar Borbetomagense *principia.* Verum extremæ duæ literæ in erasæ scripturæ locum suppositæ videntur. Supra scriptum est *alias, principali.* Si libet legere *principia*, intellige dictum appositive: 'intentos hostes in vallum dextra principia cum triariis repente invadit.' Significat autem, validiorem hostium partem aggressum: nam ii 'principiorum' nomine intelliguntur, ut exponit apud Terentium in Eunuch. IV. 7. 11. Donatus, quo loco Thraso dicit 'Hic ego ero post principia.' Livius noster lib. octavo hujus decadis c. 8. docens quo ordine solitus fuerit componi Romanus exercitus, 'Robustior inde ætas,' inquit, 'totidem manipulorum, quibus principibus est nomen.' Quod si mavis vulgatam lectionem sequi, notum est, auctore Festo, 'Principalem castrorum portam nominatam, quod in eo loco sit, in quo principes ordines tendunt.' Sed an duæ fuerint, dextra et sinistra, nescio. Quare non displicet ut legamus *principia.* Rhen. *Regressus* male Klockian. Vulgatum autem *dextra principali* servant omnes scripti, nisi quod, teste Latinio, codex Neapol. præferat *dextra primipili*, nullo commodo sensu. Ceterum pudet me Rhenani, profitentis se nescire, an duæ fuerint portæ principales dextra et sinistra; de quo ei, qui Livium edidit, et ut digne edere posset, sæpius evolvere ac perlegere debuit, minime dubitandum erat, quum id aperte aliquoties Livius ipse testetur. Ita XXXIV. 46. 'Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre jussæ:' et XL. 27. 'Ad dextram principalem hastatos legionis primæ instruxit; principes ex eadem legione in subsidiis posuit. M. Servilius et L. Sulpicius tribuni militum his præpositi. Tertia legio adversus principalem sinistram portam instructa est.' Ex quorum priori loco duas portas principales fuisse, ex posteriori autem alteram portam principalem dexteram, alteram sinistram dictam esse constat: recte igitur hic legi *egressus dextra principali.* Miror Rhenanum hanc emendationem a prioribus editoribus, et in primis a Gebhardo, qui nihil omittit, ut eum carpere possit, tamen tacitam tulisse.

Fuga non minus trepida, quam in acie, fuit] *Fugaque non minus trepida* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed copula a melioribus ac fide dignioribus codd. exsulat. Paullo ante *cædes fuit minor* Lov. 2. et Lipsiens. Melius tamen verbum, quod mox sequitur, ibi subauditur.

CAP. XX. § 1 *Omnibus locis re bene gesta, &c. in urbem rediit*] *Omnibusque locis* unus habet Hav. Deinde *redit* quædam ex vetustioribus excusis. Aldus deinde τὸ *rediit*, quod tamen jam antea etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. inveni, sed postea immutatum fuerat, iterum in contextum recepit. Cum Aldo autem fa-

ciunt omnes scripti mei. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

§ 2 *Maximum triumphi spectaculum fuit*] *Maxime* Lipsiens. Deinde *spolia optima*, pro *sp. opima*, Lipsiens. et Gaertn. quomodo iidem aliique codd. infra hoc cap. variisque locis passim apud Livium errarunt. Vide ad XXXVIII. 8. § 9. Insuper *æquantes cum Romulo* Lov. 2. 3. et Gaertn. Utraque locutio, 'æquare alicui' et 'æquare cum aliquo,' passim obcurrit. Quare verius videri posset *æquantes cum Romulo*, quia τὸ *eum* modo præcessit. Potius tamen est, ut vulgatum præferatur, quia pro eo stant optimi et integerrimi codd. Solent autem passim voces *cum* et *eum* in Mss. commutari. Vide quæ notata sunt ad cap. præc. § 2.

§ 3 *Romuli spolia, quæ Opima prima adpellata sola ea tempestate erant*] In exemplari Borbetomagensi est *quæ prima Opima appellata*. Rhen. Vox *prima* redundat. Neque enim tum *prima* appellari poterant, cum adhuc secunda non essent relata. Abest certe ab antiquis libris. ['*Primus* respicit antecedentia, non sequentia: ut, Maria primogenitum Christum peperit, nullum postea. Sigonius hic non satis circumspectus.'] *Sigon.* Abest a Pall. tribus vox *prima*, quod et Sigonius animadvertit. *Gebh.* Vocem *prima* abundare censet Sigonius. Non ego. Vide Observ. I. 7. *J. F. Gron.* In vet. cod. *prima* non haberi, et satis esse dixisse *sola*, observat etiam Pierius ad Maron. Æneid. VI. 860. Eadem vox etiam non exstat in Lov. 3. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et, quem Hearne Oxonii excussit, codice B. Insuper non tantum illa, sed et præcedens *quæ* deest in Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. et Leid. 1. Reliqui eo ordine exhibent, quo in suo Rhenanus invenit. Gronovius loco, quem ipse indicavit, mentem Livii, quam Sigonius non intellexit, necessario vocem *prima* requirere existimat. Sensum enim hunc esse: Spolia, quæ primum hoc nomen tulerunt, ut *Opima* dicerentur, etiam tum sola sic, nempe *Opima*, adpellata, nondum aliis spoliis ejusmodi subsecutis. Locutionem deinde pluribus aliorum scriptorum exemplis, quæ ibi latius videri possunt, illustrat, tum etiam illo ipsius Livii ex XXIX. 21. 'Prætor legatique, Locros profecti, primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere:' addens, ita Mss. omnes habere, quod male mutavit Sigonius. Alia vide ad eum locum.

Cum sollemni dedicatione dono fixit] Lego *tholo fixit*. Klock. Conjectura illa ex eo adstrui potest, quod poëtæ donaria tholo suspensa in templis fuisse testentur. Virgil. Æneid. IX. 406. 'Si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi, Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi:' ubi vide Emmen. Valer. Flacc. I. 56. 'pecoris Nephelæi vellera Graio Redde tholo, ac tantis temet dignare periclis.' De tholo vide Cerdam et Pontan. ad d. l. Virg. Neapol. ad Ovid. Fastor. VI. 282. Barth. ad Stat. Silv. I. 4. 99. et Baldi Lexic. Vitruv. in voc. 'Tholus.' 'Fixus tholo' autem, ut 'fixus lateri' VII. 3. 'Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi.' An tamen ea voce hic Livius uti voluerit, vehementer dubito. Certe omnes codd. *dono* servant, nisi quod a solius Lov. 5. contextu absit, sed errore librarii, quem recentior emendavit, margini adscribendo *fixit dono* transpositis vocibus, quemadmodum etiam præfert Hav. 'Dono figere' autem dictum est, ut 'dono dare,' 'dono mittere,' et similia passim obvia. Vide mox ad § seq.

Averteratque in se a curru dictatoris civium ora] *Adverteratque* Flor. Lov. 5. Port. fragm. Hav. a m. pr. et quædam ex edd. principibus. Verum antiquissimæ, quas vidi, ut Rom. 1472.

Parm. 1480. deinde etiam Mediol. 1495. et Venet. ejusdem anni, aliæque deinceps *averterant* exhibent: quam lectionem reliqui codd. firmant. Vide plura ad VI. 23. § 8. Præterea Gebhardus ad II. 27. § 9. probare videtur Pal. 2. lectionem *averterantque in se a curru dict. civium ora*, id est, aversa erant: quod, credo, haud facile cuiquam persuadebit. Nam 'ora civium averterant in se' non notare potest, ora civium in Cossum, spolia opima regis interfecti gerentem, versa fuisse, quod tamen sensus Livii requirit. Nullus etiam codicum meorum, nisi unus tantum Lov. 4. illi Msto consentit. *Ab curru*, pro *a curru*, est in Hav.

Et celebritatis ejus diei fructum prope solus tulerat] Male Pal. 2. *celebritati ejus diei*. Gebh. Eadem vitiosa scriptura est etiam in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Corruptius *celebrati ejus diei* Lov. 5. et Port. *celebritate ejus diei* in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *celebritate hujus diei* in Harl. 1. Deinde *solus Cossus tulerat*, ex liberalitate librarii, Lipsiens.

§ 4 *Coronam auream libram pondo*] *Libra pondo* omisso signo, quo vulgo litera *m* notari solet, Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et Klockian. Eam lectionem corruptam esse, quum vel indocti librarii animadverterent, loco male adfecto se integritatem restituturos existimarunt, τὸ *libra* mutando in *libræ*, quomodo præferunt Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et, teste Hearnio, codd. Oxon. B. et C. quod etiam receperunt omnes Livii editores usque ad J. F. Gronovium, qui a. 1665. reposuit *libram pondo*. In notis vero mutationis nullam rationem dedit, neque etiam ejus mentionem fecit. At vide ad III. 29. § 3. Callidior Lov. 2. librarius per compendium scripsit *lib̃*.

In Capitolio Jovi donum posuit] *Dono posuit* Lov. 5. et Harl. 2. quomodo § 3. locutus est: 'Spolia in æde Jovis Feretrii cum sollemni dedicatione dono fixit:' et VII. 37. 'Centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant.' Quum tamen reliqui codd. in vulgatum conspirent, nisi quod, trajectis vocibus, *posuit donum* habeant Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. id etiam verius esse non dubito. Supra II. 22. 'Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt.' III. 57. 'Donumque ob eam Jovi optimo maximo coronam auream in Capitolium tulere parvi ponderis.' XLIII. 6. 'Coronam auream quinquaginta pondo, quam in Capitolio ponerent, donum Jovi optimo maximo adtulisse.' Silius Italic. XVI. 164. 'Hinc juveni dona insignem velamine picto Dat chlamydem, stratumque ostro (quem ceperat ipse Dejecto victor Magone, animique probarat) Cornipedem.' Ceterum *Jovis donum posuit* perperam est in Lov. 2.

§ 5 *Omnes ante me auctores secutus, &c.*] Multa de spoliis opimis docte disputavit Perizon. in Animadv. Histor. c. 7. In quo capite quum plura unde verba Liviana egregie inlustrantur, obcurrant, quæ haud facile in compendium contrahi possunt, et tamen, ut hic integra adponantur, ratio adnotationum non permittit, totum id caput in Appendicem variarum dissertationum ad calcem Livii rejiciendum existimavi. Vide autem quæ ad hunc locum notavit p. 252. Ceterum *omnes ante auctores secutus*, omisso pronomine *me*, est in Harl. antiq.

§ 6 *Præterquam quod ea rite opima spolia habentur, quæ dux duci detraxerit*] Habet exemplar Borbetomagense *dux duci detraxit*, non *detraxerit*. Rhen. *Dux duci detraxit* legendum ex Pall. tribus ac Campani recensione. Vulgo *detraxerit*. Confirmant opinionem Livii Claudianus in

IV. Consulatum Honorii Augusti 632. 'Confessusque parens Odothæi regis opima Retulit, exuviasque tibi.' Florus II. 17. 'Lucullus Turdulos atque Vaccæos: de quibus Scipio ille posterior, singulari certamine cum a rege fuisset provocatus, opima retulerat,' &c. Livius lib. XXIII. c. 47. 'Cur non ferro decerneret, daretque opima spolia victus, aut victor caperet?' *Gebh.* *Detraxit* etiam omnes mei: et ita quoque in Hearnii Oxon. fuisse videtur. Ex editis enim *detraxerit* memorans, nullius tamen codicum suorum meminit, in quo eadem superfuit lectio. Recte igitur Gronovius *detraxit* recepit, quum priores Rhenano meliora monenti auscultare neglexissent. Alibi sæpe ita erratum est. Vide ad XL. 14. § 10. Insuper *postquam*, pro *præterquam*, male Voss. 2. et Lov. 3. Ceterum primum hoc Livii argumentum, quod omnibus ante se auctoribus obponit, scribentibus Cossum hoc anno spolia opima retulisse, examinat Jac. Perizonius laud. cap. 7. Animadv. Histor. p. 252. et seqq.

Titulus ipse, spoliis inscriptus, illos meque arguit, consulem ea Cossum cepisse] Est vir doctus, qui ob temporis rationes putans Cossum non consulem spolia opima tulisse, eique honorem hunc extra ordinem datum esse, ut, licet non suis auspiciis rem gessisset, tamen spolia illa consecraret, insuper conjicit, titulum ita conceptum fuisse: A. CORNELIVS. COS. Ultimas autem literas COS. Augustum ejusque testimonio Livium pro compendio vocis *consul* accepisse, quum per ea intelligendum esset A. Cornelii cognomen *Cossus*. At huic sententiæ adversantur verba finalia hujus cap. 'se A. Cornelium Cossum consulem scripserit:' quæ indicant, titulo et cognomen et dignitatem comprehensum, et forte inscriptionem ita conceptam fuisse: A. CORNELIVS. COSSVS. CONSVL. Ad ea non videtur adtendisse.

§ 7 *Hoc ego quum Augustum Cæsarem*] *Hæc ego* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 5. et Port. ex vetustis etiam edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. *Hoc ergo* fragm. Hav. a m. pr. Alibi sæpe *ego* et *ergo* librariorum culpa commutantur in scriptis vetustis. Vide ad XXXVII. 53. § 11. Etiam τὸ *quum* abest a Leid. 1.

Ædem Feretrii Jovis, quam vetustate dilapsam refecit] Pall. *delapsam.* Gebh. Refecit autem Augustus Cæsar monente Attico, quemadmodum Klockius ad marginem Livii docuit ex Cornel. Nep. in Att. c. 20. 'Ex quo accidit, cum ædes Jovis Feretrii, in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu Cæsar eam reficiendam curaret.' Insuper *delapsam*, pro *dilapsam*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Livius XXIII. 45. 'Abisse illam vim vigoremque; dilapsa esse robora corporum animorumque.' XXXV. 26. 'Hujus fama motus (fuerat enim nobile in classe regia quondam navigium) deduci ab Ægio putrem jam admodum et vetustate dilabentem jussit.' Alibi sæpe ita peccatur. Vide Cortium ad Sall. Cat. cap. 57. § 1.

Refecit, se ipsum in thorace linteo scriptum legisse audissem] Hoc in loco post verbum *refecit* multi codd. habent *dicentem*, quod placet. Nec video causam quare quidam summoverint. *Glar.* Videtur excidisse *dicentem*, aut scribendum *refecit ipsum.* J. F. Gron. Quum in hanc lectionem consentiant omnes veteres libri, persuadeor esse aposiopesin satis opportunam, nec Livio indecoram. Sic enim et I. 16. 'Romana pubes, etsi satis credebat Patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procella.' Ubi pari sane modo subaudiendum 'nunciantibus,' 'affirmantibus,' aut

simile quid. Lib. v. c. 39. 'Noctemque veriti consedere, exploratoribus missis circa mœnia, quænam hostibus in perdita re consilia essent.' Omnino hic etiam reticetur 'sciscitatum,' 'quæsitum,' &c. aut simile quid. Quæ quidem omnia mirifice probant sententiam patris ad IV. 45. in his verbis: 'Legati ab Tusculo venerunt, Lavicanos arma cepisse:' ejectis τοῖς *Nunciabant legati.* Jac. Gron. Dodwellus in Append. Prælect. Camden. § 4. dicit, apud veteres multum usum linteorum in sacris fuisse, et vix aliam rationem aptiorem excogitari posse, cur lorica hæc lintea fuerit: nam Romanos nusquam legi linteis thoracibus usus fuisse. Sed hic thorax fuerat, opinor, Tolumnii regis Veientium, ei inter cetera spolia a Cosso detractus. Livius, quod paullo ante dixerat 'titulus spoliis inscriptus,' id nunc dicit 'in thorace linteo scriptum.' Ita etiam hoc accepisse videtur Lipsius de Milit. Rom. Dial. III. 6. Si Romani tum non habuerunt loricas linteas, tamen alii Itali iis in bellis usi sunt. Vid. Lipsium l. d. *Duk.* Illud *dicentem*, quod multos codd. habere Glareanus testatur, in nullo Ms. reperi. Neque etiam in edd. ullis exstat, nisi in Ascensianis 1513. et 1516. quas Glareanum intellexisse verosimile est, quod alibi semper codicum adpellatione vetustiores excusos intelligat. Recte igitur viri docti docuerunt, τὸ *dicentem* non librariorum culpa omissum esse, sed Livium ipsum suppressisse, quod lectorem facile intellecturum censeret. Tale illud est III. 55. 'Non restituunt modo, sed etiam in posterum muniunt, sanciendo novam legem, ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet:' pro, legem vetantem, ne quis. Neque differunt illa XXXVI. 6. 'Præmissis inde literis, ut Demetriadem convenirent principes Ætolorum, cum quibus de summa rerum deliberaret.' XLIII. 8. 'Literas se ad L. Hortensium prætorem daturos esse, quæ Chalcidenses querantur acta, ea senatui non placere.' Similis aposiopesis etiam est in illis XXXVIII. 1. 'Remissique nuncii ab eo ad principes Argitheam, si popularium animos satis perspectos haberent, inpetrato ab Ætolis auxilio in Athamaniam se venturum cum delectis Ætolorum:' ubi plura exempla videri possunt. Vide etiam quædam ad XLI. 14. § 6. Jac. Perizon. Animadv. Histor. c. 7. p. 271. (quem tamen eo etiam referentem locum Livii ex I. 23. § 7. ad eum locum refellit Dukerus) Burmann. ad Valer. Flacc. I. 278. v. 468. ad Petron. c. 33. et Cortium ad Sall. Cat. c. 47. § 1. De thorace linteo vide quæ notantur ad Silii Italici IX. 587. Dodwell. in Append. Prælect. Camden. p. 654. et, quos hic laudavit Clericus, Torrent. et Casaubon. ad Sueton. Galb. c. 19. Ceterum *reficit* est in Lipsiens.

Cossum spoliorum suorum Cæsaremque ipsius templi auctorem subtrahere testem] Probo magis antiquam lectionem *Cosso spol. suor. Cæsarem ipsius templi.* Nam, quæ dixit, omnia Cæsaris testimonio nituntur. *Sigon.* Legendum ex tribus Pall. *Cosso spol. suor. Cæsarem ipsius templi.* Quod occupavit indicare Sigonius. *Gebh.* *Cossum spol. suor. Cæsarem ipsius, &c.* Flor. Leid. ambo, Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Harl. ambo, et fragm. Hav. *Cosso spol. suor. Cæsarem ipsius, &c.* reliqui mei. Sed priscam lectionem Mss. suos servare, Hearne auctor est. Verius puto, quod Sigonius probavit; quem, lectionem illam in contextum recipientem, nullus secutus est ante J. F. Gronovium, unde iterum eam firmare Gebhardus necesse habuit. 'Subtrahere Cosso,' ut 'subripere titulis' Ovid. Epist. Heroid. X. 130. 'Non ego sum titulis subripienda tuis.' Et ita ipsum 'subtrahere' construitur VIII. 29. 'L.

Furium, cui major moles rerum inposita erat, morbo gravi inplicitum, fortuna bello subtraxit.' XLV. 5. 'Metuens, ne, tamquam a se subtracto pœnæ reo, iram Samothracum in se converteret.' cap. 39. 'Perseus rex captus, Philippus et Alexander filii regis, tanta nomina, subtrahentur civitatis oculis.'

§ 8 *Qui si ea in re sit error*] Quid de hoc loco sentiam, eo usque premam donec alii suum judicium interponant. Vellem tamen legi, *qui ea in re sit error*, *quod veteres annales*. Nam τὸ *si* ex sequenti *sit* natum reor, et *tam* delendum; vel pro *quodque*, *quam*, aut *quamque* scribendum. *Klock.* Lege *quis ea in re sit error*. Vel τὸ *si* intellige pro *an* positum. *J. F. Gron.* Pessimi exempli est, quod ad hunc locum Clericus commisit. Non monito enim lectore in contextum recepit conjecturam Gronovii *quis ea in re*, quam nullus meorum codicum probavit, nisi soli tantum Lov. 5. a m. pr. et Voss. 2. a m. sec. in quo a m. pr. exaratum fuerat *qui se ea in re*. Reliqui omnes, quos vidi, vel quorum excerptis utor, Mss. servant vulgatum *qui si ea in re:* sed *quod si ea in re* præferunt ex codd. quos Hearne Oxonii consuluit, L. 1. et C. Clerici autem audacia tanto pejoris exempli est, quoniam ipse Gronovius fatetur, nulla emendatione opus esse, modo τὸ *si* intelligatur pro *an* positum; et postea Jac. Perizonius ita accipiendum esse multis ex Livio productis exemplis docuit in Animadv. Histor. sæpius laudato c. 7. p. 279. Iis addenda sunt sequentia ex II. 25. 'Si qua nocturna transitio proditiove fieri possit, tentant castra.' V. 42. 'Ostentari quædam incendia terroris caussa, si compelli ad deditionem caritate sedium suarum obsessi possent.' X. 16. 'Exponunt, omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent.' XXVII. 14. 'Elephantos in primam aciem induci jussit, si quem injicere ea res tumultum ac pavorem posset.' XXX. 16. 'His conditionibus, inquit, si placeat pax, triduum ad consultandum dabitur:' ita enim ibi legendum, recte vidit ὁ πάνυ. XXXI. 45. 'Tentarent oppidanorum animos, si voluntate tradere urbem, quam vim experiri, mallent.' XLII. 62. 'Summam pecuniæ augens, si pretio pacem emere posset.' c. 67. 'Ad Gonnum castra movet, si potiri oppido posset.' XLIV. 13. 'Situm urbis contemplantes, si qua parte tentare aut opere aut vi possent.' Tot itaque ac pluribus, quæ et ex Livio et ex aliis scriptoribus adferri possent, exemplis innisus vulgatam scripturam *qui si ea in re* Livio reddidi.

Tam veteres annales] Non intelligo, quam vim hic habeat *tam*. Nam ut ἐπιτατικῶς quodammodo dicatur 'tam veteres,' ut 'tam iners,' 'tam angusta domus,' frigidum videtur. Sententia postulat *tam veteres annales*, *quam magistratuum libri*. Sed quia Livius pro *quam* dicit *quodque*, putem pro *tam* legendum esse *tum*. Fortassis rarius hoc sensu invenitur *tum* sequente copula: sed ita etiam Livius XXVIII. 15. 'Haud quaquam par pugna erat. Tum quod turba Balearium tironumque Hispanorum Romano militi objecta erat, et procedente jam die vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum cœperant:' ubi post *et* repeti potest *quod* ex præcedentibus. *Duk.* *Jam veteres* 'valde veteres,' 'vetustissimi,' exponendum esse docuit Jac. Perizonius sæpius laudato Animadv. Histor. c. 7. p. 281. Ita fere I. 3. 'Quis enim rem tam veterem pro certo adfirmet?' XXXIII. 45. 'Eam rem esse rati, quæ maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset:' id est, non admodum magni. Plura exempla ad eum locum videri possunt. Mox *quoque magistratum*, pro *quodque mag.* Lov. 1. a m. pr. *que magistra-*

tuum libri Lov. 3. *quod me magistratuum libri* Harl. 1.

Quos linteos in ære repositos Monetæ Macer Licinius citat] Σφάλμα est iterum typographicum, in novissimis tamen edd. retentum. Lege *in æde*, ut habent Pall. omnes. Amplius Pal. 2. *C. Macer Licinius.* Gebh. Illud *ære* tantum in quibusdam Gruteri edd. exstat, pro quo jam recte in ultima ejus *in æde* repositum est. Et id etiam omnes mei servant, nisi, quod pro eo *in eodem* præferant Harl. 2. et Lov. 1. ambæ a m. pr. pro quo manus altera in priori emendavit *in ædem*, in posteriori *in æde.* Deinde *depositos* Gaertn. Præterea *Moneta eam* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Voss. 1. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. Sed librarius scribere voluisse videtur *Monetæ am*, ut indicaret se duplicem lectionem *Monetæ* et *Monetam* invenisse: de quo vide ad III. 44. § 4. Alius id non intelligens literas inperite divisit, et *Moneta eam* dedit, unde sequens iterum fecit *Monetam eam*, quod in Voss. 2. Lov. 3. Lipsiens. et Gaertn. superest. Sed *Monetæ G. Macer Licinius* habent Lov. 2. 4. Port. et Hav. Quod si meliorum codicum testimonio firmaretur, constaret de Licinii Macri prænomine, quem *Caii* prænomen habuisse, sed tantum ex conjectura, viri docti evincere conati sunt. Vide Vossium de Histor. Latin. I. 10. *in æde repositos Moneta* Lov. 5.

Septimo post demum anno cum T. Quinctio Pœno] Legendum *decimo post demum anno cum T. Quinctio Pœno II.* Nam cum hoc Quinctio septimo post anno non A. Cornelius Cossus, sed Cn. Julius Mento: decimo vero abhinc anno T. Quinctius Pœnus iterum cum A. Cornelio Cosso consul fuit, et tum etiam pestilentia, ac triennio post altera equestris pugna, qua idem tribunus militum consulari potestate ac magister equitum sub M. Æmilio Mamerco adversus Veientes ac Fidenates depugnavit. Sed ex hoc loco ac item quarto post anno satis liquet, non parum curæ fuisse Romanis historicis, ut consulum nomina recte ordinarent, quæ causa nobis fuit chronologiæ nostræ edendæ, quamvis hac ætate quidam leviter curant. *Glar.* *Nono* legendum, habita diligenti annorum omnium ratione. Error ex notis manavit *IX.* et *VII.* Præterea 'Quinctiorum' cognomen est *Pennus*, non *Pœnus*, si antiquis et librorum et lapidum monumentis credimus. *Sigon.* Perizonius Animadv. Hist. c. 7. *Decimo* post Glareanum. Ex more Livii scilicet, qui in exprimendo numero annorum sæpe utriusque extremi rationem habet: quod etiam Dodwellus de Cyclis Dissert. x. sect. 26. observat. *Duk.* *Septimo post demum anno*, ut ante Sigonium passim edebatur, aperte falsum est. Eam tamen scripturam servant omnes mei constanter, nisi quod *septimum post demum anno* sit in Leid. 2. *septimo post decimum anno* in Harl. 2. *nono post demum anno*, ut Sigonius malebat, se Oxonii in codd. L. 1. et 2. reperisse Hearne testatur. Et sane nono ab hac pugna anno Cossus cum T. Quinctio consul fuit, si annus hic, quo pugna accidit, et Tolumnius interfectus est, reliquis non adnumeretur. At anno decimo post consulatum obtinuit, ut Glareanus voluit, si initium numerandi ab hoc anno fiat. Et quidem Glareani conjecturam conjecturæ Sigonii præferendam existimavit Perizon. in Animadv. Histor. c. 7. sæpius memorato pag. 281. idque his duabus inprimis de caussis; tum quia inter 'septimo' et 'decimo' major est convenientia quam inter 'septimo' et 'nono;' tum quia veteres, sed maxime Livius, in numerando utriusque extremi rationem habent. Mihi tamen Sigonii conjectura præferenda videtur. Si enim, quemadmodum is voluit, numerus notis perscriptus fuerit, major erit similitudo

inter *IX.* et *VII.* quam inter *X.* et *VII.* Præterea non semper verum est, Livium utriusque anni extremi rationem habuisse. Certe id non fecit III. 30. ubi narrat quosdam velle 'tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis' decem creatos esse. Ex veriori enim sententia Sp. Cassio et Postumio Cominio consulibus, id est, A. U. C. CCLXI. primi tribuni plebis creati sunt: at loco duorum quidam decem constitutos volunt, Q. Minucio et C. Horatio Pulvillo consulibus, sive A. U. C. CCCXVII. Si autem hic Livius utriusque extremi rationem habuisset, non *tricesimo sexto*, sed *tricesimo septimo anno a primis tribunis plebis* decem creatos esse, dicendum fuisset. Aliter quidem numerat Sigonius in Scholiis in Chronol. Liv. ad an. CCXCV. primorum tribunorum plebis creationem referens in annum præcedentem, quo A. Virginius et T. Veturius consules erant; omittens etiam duos annos, quos in Livii scriptis desiderari viri docti monuerunt. Vide ad II. 35. § 7. et c. 37. § 1. Iis autem exemtis et primorum tribunorum plebis creatione in annum priorem conlata, ut annos triginta sex efficiat, utrumque extremum numeravit. Sed, eum in primorum tribunorum plebis anno designando errasse, ex ipso Livio patet, qui quidem eam historiam narrat in rebus, quæ A. Virginio, T. Veturio consulibus gesta sunt II. 33. Verum, quum mox addat 'Per secessionem plebis Sp. Cassius et Postumus Cominius consulatum inierunt,' et tribunorum plebis creatione secessio plebis sublata sit, satis indicat eos demum creatos esse, quum Sp. Cassius et Postumus Cominius jam consulatum iniissent, se vero id in gestis anni prioris retulisse, ne novorum consulum interjectione historiam abrumperet. In eumdem annum id refert etiam Dionys. Halic. lib. VI. consulatum Postumi Cominii et Sp. Cassii memorans p. 378. at plebem tribunos sibi creasse p. 410. Jam vero si cum Livio et Dionysio primorum tribunorum plebis creatio conferatur in consulatum Sp. Cassii et Postumi Cominii, et, ut Sigonius voluit, duorum annorum consules omittantur, quamvis utrumque extremum numeremus non triginta sex, sed triginta quinque anni exibunt; at, addito biennio, et altero tantum extremo numerato, reperiuntur præcise anni triginta sex. Alia exempla adduci possent, ubi Livius similiter utriusque extremi rationem non habuit; sed ea nos longius abducerent. Quum ergo, interdum ejus rationem a Livio habitam non esse hinc pateat, non necessario sequitur, quæ erat Perizonii sententia, eum ejusdem hic rationem habuisse. Denique Sigonii conjecturam probant, et illa Glareani veriorem esse evincunt antea memorati duo codd. Oxonienses. Insuper *anno C. Quincio* Lov. 2. *anno cum C. Quintio* Lov. 5. *anno T. Quintio* Lipsiens. Denique *Pœno* vel *Peno* omnes codd. mei. Sed vide Sigonium etiam ad Liv. VI. 42. § 4. Idem cognomen *Pennus* habuit etiam gens Junia. In eo autem similiter passim librarii lapsi sunt. Vide ad XXIX. 11. § 13. In verbis proxime seqq. vox *Cossum* deficit in Lov. 4.

Existimatio communis omnibus est] Hæc Livii verba, item hæc, 'Ea libera conjectura est:' denique illa, 'sed (ut ego arbitror) vana versare in omnes opiniones licet,' a me cum annexis rationibus non plane intelliguntur. *Glar.* His verbis Livius indicat, cuique licere, suam 'existimationem,' id est, sententiam, opinionem, judicium de eo interponere, judicium ejus rei a se in medio relinquendæ penes omnes esse, quemadmodum docuit Jac. Perizonius toties laudato c. 7. Animadvers. Histor. p. 280. ubi etiam locutionem variis exemplis inlustravit. Sæpius 'existi-

matio' et 'existimare' sensu judicandi et arbitrandi apud Livium obcurrunt. Vide ad IV. 41. § 2. et ad XXXIV. 2. § 5. Alio autem ordine *omnibus est communis* præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 9 *Nam etiam illud accedit*] Vet. lib. *nam et illud.* Sigon. Solus Pal. 2. *nam et illud.* Sed hoc tanti non est. *Gebh.* *Nam et illud* etiam Lov. 2. 4. Lipsiens. et Hearnii Oxon. B. et C. Sed conjunctio *etiam* plane exsulat ab Harl. 2. et Hav. quam et plures et meliores codd. servant.

Ne tam clara pugna in eum annum transferri posset] Argumentum hoc Livii pluribus excussit Jac. Perizonius in Animadv. Histor. c. 7. p. 287. Ceterum *ne tam præclara pugna transferri in eum annum posset* est in Lov. 4. at *possit,* pro *posset,* præfert Lov. 2. *posse* Flor. Mox *in bello,* pro *inbelle,* perperam scribitur in Lov. 2. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. Vide Gronov. ad VI. 6. § 14.

Circa A. Cornelium consulem fuit] Nec pejus *fecit.* J. F. Gron. *Fecit* et *fuit* sæpe commutari, patebit ex illis quæ dicentur ad XXXI. 45. § 2. Quum tamen vulgatum *fuit* in omnibus codd. supersit, et vel ipse Gronovius haud multum interesse statuere videatur, id etiam inmutandum non censeo. Ceterum *Marcum Cornelium* Leid. 1. Lov. 4. 5. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. *M. Cornelium* Flor. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. uterque, Hav. et priscæ edd. usque ad Frobenianam a. 1531. quæ recte *A. Cornelium* reposuit. In uno Gaertn. deerat prænomen. Mox *sugerant,* pro *suggerant,* Lipsiens. quod pessime in *fugerant* corrumpitur in Lov. 2.

§ 10 *Tertius ab consulatu Cossi annus*] Sensum horum verborum, ut et sequentium illorum, 'ea libera conjectura est,' quæ se non intelligere ad § 8. Glareanus professus est, recte constituit Jac. Perizon. sæpius laudato c. 7. Animadvers. Hist. p. 291. *Tertius a consulatu* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Port. et fragm. Hav. Ambigue *Tertius ac consulatu* Voss. 1. Incertum enim est utrum *ab cons.* pro *ac consulatu,* ejus scriba dare voluerit ; an tantum *a consulatu,* litera *c* in vocula *ac* perperam repetita ex prima sequentis. Voces omnes *Tertius ab consulatu, &c. potestate habet* deficiunt in Lipsiens. Mox *quo imperio* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. omissa media vocula *in,* quæ a sequentis *imperio* vel *inperio* prima syllaba intercepta est. Vide ad VIII. 33. § 6.

§ 11 *Sed (ut ego arbitror) vana versure in omnes opiniones licet*] Hæc etiam verba, in quibus se hærere Glareanus ad § 8. testatus est, exposuit, atque inlustravit idem Perizon. eodem c. 7. Animadv. Histor. p. 292. et 293. *Vana,* id est, falsa. Vide ad I. 51. § 6. *Vana* seu falsa vocat opinionem illam, Cossum spolia opima de Tolumnio Veientium rege retulisse hoc anno, quum tribunus militum esset. *Varias* habet Port. *varia* Lov. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed passim ita aberrarunt manus librariorum. Alia exempla vide ad XXII. 7. § 4.

Recentibus spoliis in sacra sede positis] *In sacra æde* Lov. 4. Solent sæpius voces *sedes* et *ædes* commutari. Vide ad V. 42. § 1. Quum tamen reliqui stent pro vulgata scriptura, licet et altera commodum sensum præbeat, nihil mutandum arbitror. Per 'sedem sacram' autem intellige sedem ipsorum spoliorum, quæ erat sacra, quod ædes Jovis Feretrii foret. Eodem modo mari 'sedes' tribuit Virgil. Æneid. I. 84.

Jovem prope ipsum, cui vota erant, Romulumque intuens, haud spernendos falsi tituli testes] Ad locum illum lib. XXX. cap. ult. ubi Polybius 'non

contemnendus' dicitur. Itaque hæc μείωσις mirifice αὐξητική. *T. Faber.* Plura vide ad d. locum XXX. 45. § 5. *Cui nota erat* perperam Lov. 4. Vide ad Liv. V. 13. § 7. Deinde *Romulumque ipsum intuens* idem Lov. 4.

Sese A. Cornelium Cossum consulem scripserit] *Se A. Cornelium* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quos potius, quam editos *sese A. Cornelium* ostentantes, secutus sum. Contra vocem *Cossum,* quam servant ex vett. edd. quas vidi, Rom. 1472. Parm. 1480. omiserunt deinde Mediol. ejusdem anni, et reliquæ usque ad Aldum, qui iterum restituit, servandam censui, quod omnes manu exarati pertinaciter eamdem tueantur. Denique *scripsit* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *conscripsit* Hav. Quum forte per compendium *scrips'it* datum esset, addita nota vel evanuit, vel negligentia librarii omissa est, ut alibi sæpe factum. Vide ad XL. c. 14. § 10. At Perizonius in Animadv. Histor. c. 7. p. 294. scribendum conjicit *inscripserit,* et primam syllabam a præcedentis vocis litera ultima *m* interceptam putat. De similibus scribarum erroribus vide ad X. 13. § 3. Quum tamen omnes codd. uno ore legant *scripserit,* potestate dissentiendi, quam vir clarissimus dedit, utor, et vulgatum præfero: alibi enim *scribere,* pro *inscribere,* poni solet. Ita Florus II. 2. § 14. 'Licet nihil scripserit sanguine:' quod Jordan. ita efferre Salmas. ibidem observavit 'Licet nihil inscripserit sanguine.' Ita *lapis scriptus notis* vindicant viri docti Tibull. Eleg. I. 3. 54. 'Fac lapis his scriptus stet super ossa notis:' ubi ceteroquin edebatur *lapis inscriptus.* Sueton. in Cæsare c. 85. 'Solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in foro statuit, scripsitque PARENTI PATRIÆ.'

CAP. XXI. § 1 *In agrum Veientem ac Faliscum ducti*] *Veientem in agrum ac Faliscum ducti* fragm. Hav. Vide ad II. 19. § 8. Sed unius codicis auctoritas non satis gravis est. Præterea *in agrum Veientem ac Faliscum ductus* Lov. 4. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Male: indicat enim Livius, alterum consulem exercitum duxisse in agrum Veientem, alterum in Faliscum, eosque divisis copiis rem gessisse. Vide ad IX. 3. § 6. Præterea in initio capitis *Inde M. Cornelio Maluginense* voce auctior Gaertn. Verum, quum nullus præterea τὸ *Inde* agnoscat, verius videtur illud natum esse ex prioris consulis prænomine. Sæpe enim *iñ,* id est *inde,* et prænomen *M.* confunduntur. Quum autem illud *iñ* vel *inde,* tamquam varia lectio, olim margini adscriptum fuisset, ab alio deinde simul cum prænomine in contextum receptum est. Simile in eadem particula exemplum est hoc lib. c. 52. § 4. Insuper *Maluginensi,* pro *Maluginense,* est in Port. Hav. et Lov. 4. Vide ad VI. 22. § 1.

§ 2 *Hostis in agris nusquam inventus*] *Nusquam inventus est* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Lov. 1. ac 5.

Urbes tamen non obpugnatæ] *Tũ,* id est *tum,* pro *tñ,* id est *tamen,* præfert Hav. Vide de hoc errore passim in Ms. obvio ad XXII. 17. § 5. et mox ad § seq. *urbes tamen non obpugnavere* Port. et Lov. 5. Mox *qua,* pro *quia,* Flor. Vide ad XL. 29. § 8.

§ 3 *Nec motæ tamen, ab Sp. Mælio tribuno plebis*] *Nec mota tamen* Voss. uterque, Leid. uterque, et Lov. 1. ac 3. *nec mota vel mote tamen* Harl. 2. *nec motæ inde ab Sp. Mælio* Port. *nec mota tũ a Sp. Mælio* Lipsiens. et Hav. Vide modo ad § præced. *a Sp. Mælio* etiam Lov. 2. 4. et Gaertn.

Et Minucio diem dixerat, et rogationem] Prius *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad II. 44. § 5.

De publicandis bonis Servilii Ahalæ]

Halæ cum priscis edd. Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *Hahalæ* Voss. 1. Sed *Ahalæ* recte reliqui omnes. Vide ad Epit. hujus lib. et hoc lib. ad c. 13. § 14.

§ 4 *A Minucio circumventum Mælium arguens*] Pal. 2. *circumventum p̄lium Melium.* Facile est conjectu *circumventum Spurium Melium.* Gebh. Nostri nihil mutant. Illud *p̄lium* in Pal. 2. potius errore librarii ex voce proxima natum puto: errore autem animadverso scribam alteram vocem adjecisse; eam tamen, quam perperam scripserat, non induxisse, ne lituris codicem deformaret.

Cædem civis indemnati objiciens] *Cædem ejus indemnati* Leid. 2. et Lov. 5. *cædem cujus indemnati* Harl. 1. et Hav.

§ 5 *Maxime quod crebris motibus terræ ruere in agris nunciabantur tecta*] *Maximeque crebris* Lov. 3. Harl. 2. et Hav. cum edd. Moguntina prioribus, errore inde orto, quod scribæ compendia *q3*, id est *que*, et *qd*, id est *quod*, confuderint. Vide ad II. 41. § 8. Deinde *motibus terra eruere in agris* Flor. *motibus terræ eruere in agris* Port. Hav. et fragm. Hav. *motibus terræ erruere in agris* Lov. 5. *montibus terræ irruere in agris* Harl. 1. *motibus tremere magis* Leid. 2. Unde suspicio nasci posset, legendum esse *motibus terræ tremere in agris.* 'Tremere' enim et 'tremor' de terræ motu usitata vocabula sunt. Flor. I. 19. 'Tremente inter prœlium campo, Tellurem Deam, promissa æde, placavit.' II. 6. § 14. 'Commissam aciem secutus ingens terræ tremor.' Sed nihil mutandum. Non tantum enim terræ motu tecta sive ædes in agris 'tremebant,' sed plane 'ruebant,' id est, concidebant, sive 'prosternebantur,' quo verbo in ea re usus est Livius XXII. 5. 'Motus terræ multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit.' Scriptum fuerat *t're*, pro *terræ;* et in voce *ruere* coaluerant duæ priores literæ *ru* in literam *m:* Quemadmodum III. 5. § 9. *emptione* in uno cod. erat, pro *eruptione;* et V. 47. § 2. ex *saxom* emendandum est *saxorū*, sive *saxorum.* Ita contra, ex litera *m* effictis literis *ru*, voces 'erutus' et 'emtus' confundi vidimus ad I. 12. § 4. Ita ex *t're ruere*, sive *t're mere*, junctis vocibus, factum est *tremere:* et *in agris*, una tantum litera canina extrita, in *magis* mutatum, vocibus iterum continuatis, et pro *in* scripta litera *m*, quod et alibi sæpe fieri dicam ad XXXVI. 6. § 4. Paullo ante *magna vis morbi*, pro *magis vis morbi*, Lov. 4.

Obsecratio itaque a populo, duumviris præeuntibus, est facta] Unanimi consensu Pall. tres *divini juris præeuntibus.* Facile degeneratum cognatis literis est. Perperam quoque c. 25. *divini viri*, pro *duumviri*, in Mss. *Gebh.* Contra *duumviris* unanimi consensu omnes mei servant, solo excepto Lov. 3. qui etiam *divini juris* præfert. At *ab populo* est in Hav. quæ voces exsulant a Lipsiens. Tum *præeuntibus* in Leid. 2. et Lov. 1. non adparet. Denique τὸ *est*, quod in omnibus scriptis superest, omiserunt principes edd. Aldina antiquiores. Ea prima recte recepit.

§ 6 *C. Julio iterum et L. Virginio consulibus*] *Claudio Julio* priscæ edd. Alibi sæpe ita peccatur. Vide ad V. 26. § 2. Hinc *item* Gaertn. Male. Passim voces *item* et *iterum* commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. XIV. Fuit autem hoc anno revera iterum consul. De priori ejus consulatu vide ad III. 65. § 5. Tum *L. Vergenio* Flor. *L. Verginio* Voss. ambo, Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. Vide ad II. 17. § 1. et mox § 9. Denique *consule* Hav. Vide ad X. 10. § 2. Ordine mutato *L. Virginio et C. Julio iterum consulibus* est in Lov. 4. Paullo ante *Pestilentiori mole annus*, pro *Pestilentior inde annus*, Klockian.

Tantum metum vastitatis in urbe

agrisque fecit] Istud *metum* expungi debet. *T. Faber.* Fabri conjecturam etiam Doujatius probavit. Pestilentiam enim non tantum 'metum vastitatis,' at revera etiam 'vastitatem' fecisse. Sed vocem, quam expungit, servant omnes scripti, nisi quod aberratione librarii *vastatis*, pro *vastitatis*, præferat Harl. 1.

Ut non modo prædandi caussa quisquam ex agro Romano non exiret] *Ex agro Romano exiret*, τῷ *non* omisso, Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. Quasi *non modo* pro 'non modo non' positum esset. Sæpius ita Livium locutum esse, evincent abunde exempla laudata ad xxv. 26. § 11. Verum, quod notari velim, in omnibus illis alia negandi particula obcurrit in periodo, quæ subjicitur, hoc modo: 'non modo, &c. ne quidem,' vel 'sed ne quidem:' quod tamen hoc loco non fit. Fateor equidem, apud optimos scriptores *non modo* pro 'non modo non' interdum usurpari, licet negatio nulla subsequatur. Ita apud Varr. de Ling. Lat. l. viii. p. 102. 'Nunc jam primum dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo sequenda.' Cic. post Redit. ad Quirit. c. 4. 'Marius vero non modo a senatu, sed etiam oppresso senatu, est restitutus:' ubi vide Grævium. Et ita is sæpius. Simile tamen exemplum in Livio nondum notavi. Quare quum etiam optimi codd. voculam *non* hic servent, eam etiam expungere non sustinui. Præterea *exieret* Lipsiens. ut forte *exierit* scriba dare voluisse censeri possit: sed hic etiam in vulgatum conspirant reliqui omnes.

§ 7 *Aut oppido, aut montibus, aut muris*] Videntur designari muri castellorum quorumdam, aut vicorum munitorum. *Duk.* *Muribus* est in Lipsiens. errore librarii.

Populabundi descenderent in agrum Romanum] *Descenderant* Lov. 2. 4. 5. Leid. 1. Harl. 2. Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. in quem errorem librarios, ad nexum orationis non adtendentes, præcipitasse videtur vox præcedens 'tenuerant.' Præterea trajectis vocibus *in agrum Romanum descenderant* Lov. 4.

§ 8 *Nam Falisci perpelli ad instaurandum bellum*] *Etiam Falisci perpelli* fragm. Hav. a m. pr. Tum *propelli* Lov. 5. Vide ad ii. 61. § 5. *pẽ ppll'i* Lipsiens. Mox *transire*, pro *transiere*, Gaertn. et Hav. aberrante scriba. Ita *subire*, pro *subiere*, perperam datum erat i. 28. § 5. Mox copulans particula *atque* deficit in Gaertn.

§ 9 *Trepidatum itaque non in agris magis, quam in urbe est*] *Trepidatumque non in agris* Leid. 1. a m. pr. et Hav. Τὸ *magis* etiam aberat olim a Voss. 1. sed postea margini adnotatum est. *Esse*, pro *est*, habet Lov. 5.

A Virginio senatus in æde Quirini consulitur] *Ab Virginio*, vel *ab Verginio* Port. Hav. et priscæ edd. ante Aldum: *a Verginio* Voss. ambo, Leid. 1. et Lov. 1. 2. 3. ac 5. Vide hoc cap. § 6. Tum *in æde Quirini senatus consulitur* fragm. Hav.

Dictatorem dici Q. Servilium placet] Ita plerique habent libri. Aldinus codex mutavit in *A. Servilium*, quod non placet, etiamsi alii secuti sint. Nam etiam *Quinti* hujus multa in posterioribus mentio. *Glar.* Hic in secunda dictatura, quam cepit a. cccxxxv. et apud Livium hoc lib. cap. 46. et in Capitolinis tabulis, *Q. Servilius* dicitur. *Sigon.* Sententiæ Glareani et Sigonii subscribit etiam Pighius in Annal. ad a. cccxviii. p. 177. In omnibus tamen scriptis constanter *A. Servilium* invenio. Unde ab ea lectione abire nondum sustinui. Eidem servandæ obtendi posset, Livium hoc lib. c. 46. ubi 'Q. Servilii Prisci dictatoris' meminit, non addere, eum illo tempore iterum dictatorem dictum fuisse, et propterea ibi

memoratum ab hoc dictatore Servilio diversum esse posse; licet in Fastis Capitol. II. DICT. dicatur. Tum enim statuendum esset, alios annales Livium, alios Fastor. Capitol. auctorem secutos esse. Sed contra codicum lectionem erroris convincere videtur, quod *Auli* prænomen vel numquam, vel rarissime in gente Servilia usurpatum reperiatur. Nam infra etiam XXI. 25. § 3. et 4. *C. Servilius*, pro *A. Servilius* legendum esse, Sigonius monuit. Eosdem codd. etiam illud falsi arguit, quod infra 'Q. Servilius Priscus' dicatur 'summis honoribus egrègie usus' esse hoc lib. c. 26. quum tamen ejus summo honore fungentis nulla antea mentio facta sit, nisi forte hoc loco, si pro *A. Servilium* legamus *Q. Servilium*.

Cuique Prisco alii, alii Structo fuisse cognomen tradunt] Vet. lib. non habent *que*. Sigon. Pall. 1. ac 3. *alii Starneto*. Gebh. *Cuique Prisco* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Præterea τὸ *alii* semel abest a Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. et fragm. Hav. abest etiam a Lov. 4. sed tantum a m. pr. nam altera manu emendatur *alii Prisco, alii Structo*. Videri posset alterum *alii* ab altero interceptum esse, librariosque solita negligentia vocem illam repetere omisisse. Similia exempla vide ad XXXIII. 27. § 4. Quum tamen tot sint codd. et inter eos etiam omnes optimæ notæ, a quibus ea vox exsulet; contra vero plerique codd. τὸ *que*, a Sigonio expunctum, servent, vide num legendum sit *cui quidam Prisco, alii Structo fuisse cognomen tradunt*. Si certum foret τὸ *que* a mala manu insertum esse, etiam legi posset *cui Prisco, alii Structo fuisse cognomen tradunt*. Sæpe enim Livius hanc similemve vocem, quæ vulgo bis poni solet, altero, et quidem plerumque priori, loco omisit. Supra III. 36. 'Et jam ne tergo quidem abstinebatur: virgis cædi, alii securi subjici:' ubi etiam olim vulgo edebatur, *virgis cædi alii, alii securi subjici*. Vide plura quæ ad eum locum notantur. Denique *Starneto*, pro *Structo*, Voss. 2. et Lov. 3. *Stricto* Lov. 5. *instructo* Port. scribarum deerratione.

§ 10 *Is sibi magistrum equitum Posthumium Ebutium Elvam dicit*] *Postumum Æbutium*, ut ante. *Sigon.* Pal. 1. *Elithum*. Pal. 2. Andr. et Camp. *Elvium*. Pal. 3. *Elutrum*. Hæc quidem monstra sunt. *Gebh.* *Is ibi* Lov. 3. Sed primam literam τοῦ *sibi* intercepit ultima vocis præcedentis; quod in litera sibilante frequens est. Vide ad Livii XXX. 3. § 8. Quamvis tamen etiam aliis locis, ubi similis ratio erroris dari nequit, *ibi* et *sibi* in Mss. permutentur. Vide ad I. 55. § 5. Deinde vox *equitum* non adparet in Voss. 2. Lov. 3. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *Postumium* vel *Posthumium* præferunt Flor. Leid. ambo, Lovel. quinque, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed, *Postumum Æbutium* scribendum esse, jam dictum est ad Livii IV. 11. § 1. In cognomine etiam mire codd. dissentiunt. *Helluium* habent Voss. 1. et Lov. 1. *Elutium* Voss. 2. et Lov. 3. *Helinum* Harl. 2. *Heliuum* Lipsiens. *Helimum* Leid. 2. et Gaertn. *Helium* Lov. 5. et Port. *Elium* Lov. 4. *Elvium* Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *Elvii* a m. sec. *Belvium* Klockian. *Helvium* Flor. Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. Hearnii Oxon. B. et L. 2. ac priscæ edd. usque ad Frobenium, qui a. 1535. *Helvam* reposuit; pro quo demum ultima ed. Gruteri *Elvam* recepit. Et ita id nomen scribendum esse, Sigonius monet ad Livii XLIV. 17. § 5. Car. Patinus etiam in Numm. Famil. p. 5. docet, ex fastis Capitolinis constare, male apud Livium pro *Æbutio* scribi *Ebutium*, et *Helvam* pro *Elva*. Verum supple-

menta fast. Capitol. pro ipsis fastis consuluit. Ea enim pars fastorum, ubi nomen illud obcurrebat, hodie intercidit. Paullo ante in verbis præcedd. *monitus*, pro *moratus*, habet Lov. 4.

Cap. xxii. § 1 *Quibuscumque vires subpetebant ad arma ferenda, præsto fuere*] *Quibusque vires* Lov. 5. Alibi etiam pari modo scribæ peccarunt. Vide ad i. 32. § 6. Tum *suppetebant vires* alio ordine Lov. 4. *vires suppeterent* Harl. 2. *vires suspetabant* Lipsiens. *vires suppetabant* Gaertn. *vires supererant* Hav. quod ex marginali glossa natum esse, nullus dubito. 'Suppetere' pro 'esse,' 'superesse,' Livio frequens est; ut contra 'non suppetere,' pro 'deesse.' Supra ii. 56. 'Rudis in militari homine lingua non suppetebat animo.' iv. 48. 'Ut pro se quisque jam nec consilium sibi suppetere diceret.' v. 26. 'Copiæque aliæ ex ante convecto largius obsessis suppeterent.' ix. 3. 'Ne Samnitibus quidem consilium in tam lætis suppetebat rebus.' xl. 56. 'Si vita longior suppetisset.' Præterea *postero fuere* Klockian. Paullo ante *prima luce* vocabulis transpositis Lov. 2. et 4. Deinde τὰ *extra portam Collinam* desunt in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. *jubet* autem in Gaertn.

Signa ex ærario promta] Intellige aquilas, præcipua legionum signa; quæ, ex metallo pretioso factæ, exauctoratis legionibus in ærario custodiebantur; unde delectu babito iterum promi solebant. Vide ad iii. 69. § 8. Miror Doujatii in antiquitate et ritibus Romanorum peritiam, qui ad verba hæc Livii adnotavit: 'Erat igitur ærarium pro armamentario, in quo signa et arma servabantur.' Et idoneus hic homo sibi visus est, qui Livium principi juventutis Francicæ ederet!

§ 2 *In loca altiora concessere. Eo dictator agmine infesto subiit*] *In loca amitiora* ed. Parm. 1480. Sed recte vulgatum servant omnes alii, et scripti et editi, nisi quod ordine vocabulorum mutato *in altiora loca* habeat Harl. 2. Mox etiam transpositis dictionibus *infesto agmine* est in Hav. Præterea *subdit* præfert Leid. 2. *subiit* Harl. 2. et Hav. Vide ad xxxvi. 20. § 3.

Nec procul Nomento signis conlatis fudit Etruscas legiones] *Nec pro in munimento* Hav. *nec procul munimento* Port. *nec procul monimento* Harl. 2. *nec procul momento* Leid. ambo, Lov. quinque, (sed eorum prior tantum a m. pr.) Lipsiens. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Satis patet, urbis minus notæ nomen librariis fraudi fuisse, in quo etiam simili modo lapsi sunt i. 38. § 4. hoc lib. c. 30. § 14. c. 32. § 3. et alibi. Tum *fudit et Etruscas legiones* Hav. et fragm. Hav. Verum τὸ *et* insiticium est, perperam ex prioribus literis vocis sequentis repetitum. Nihil enim hic efficit, nec locum habere potest. Mox *in urbem, Fidenasque vallo circumdedit*, ordine inmutato, Lov. 2.

§ 3 *Copiæ quoque abunde ex ante convecto subficiebat*] *Abunde exacte convecto* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 5. et fragm. Hav. *abunde ex actæ convecto* Lov. 3. *abunde exaucte convecto* Leid. 2. *abunde ex Anie convecto* Flor. *abinde ex Aniene convecte* Gaertn. *abunde ex Aniene convectæ* Lov. 2. *abunde ex Aniene convecto* Hav. *abunde Aniene ex ante convecto* Port. duplici lectione in contextum recepta. *Ex ante convecto* Livio alibi etiam usurpatur. Lib. v. c. 13. 'Annona ex ante convecta copia nibil mutavit.' cap. 26. 'Quum frumentum copiæque aliæ ex ante convecto largius obsessis, quam obsidentibus, subpeterent.' Ita 'ex ante præparato' xxvi. 20. 'Ut arcis præsidium etiam (quia pauci erant) ex ante præparato sustentari posset.' 'Ex præparato,' τῷ 'ante' omisso, dixit xxii. 42. 'In prohibendis prædatoribus, tumultuario prœlio ac pro-

cursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum, orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit.' Tum *sufficiebant* Gaertn. Paullo ante *qui frumentum*, pro *quia frum.* Flor. Tum vocula *non* omittitur in Klockian. At omnia verba *quia frumentum, &c. sufficiebat* desunt in Lipsiens.

§ 4 *Itaque expugnandi pariter cogendique*] Habet exemplar Borbetomagense *Ita expugnandi*. Rhenan. *Itaque expugnandi* edd. quas vidi, usque ad Frobenianam 1535. Ea vero prima dedit *Ita*, consentientibus etiam omnibus codd. scriptis. Alibi sæpissime hæ voces confunduntur culpa scribarum. Vide ad XXI. 53. § 7.

Propter propinquitatem notis, ab aversa parte urbis maxime neglecta, quia suapte natura tutissima erat] Solet hoc fieri vulgo, ut munitissima quæque securitatem pariant maxime. Diodorus lib. II. p. 67. de Semiramide: Παραγενομένη δ' εἰς τὴν Βακτριανὴν καὶ κατασκεψαμένη τὰ περὶ τὴν πολιορκίαν, ἑώρα κατὰ μὲν τὰ πεδία καὶ τοὺς εὐεφόδους τῶν τόπων προσβολὰς γινομένας, πρὸς δὲ τὴν ἀκρόπολιν οὐδένα προσιόντα διὰ τὴν ὀχυρότητα· καὶ τοὺς ἔνδον ἀπολελοιπότας τὰς ἐνταυθοῖ φυλακὰς καὶ παρεπιβοηθοῦντας τοῖς ἐπὶ τῶν κάτω τειχῶν κινδυνεύουσι. Innumera possunt exempla coacervari. *Gebh.* Varie in his verbis, quæ sanissima sunt, turbarunt librarii: *propter propinquitatem noctis* præferunt inepte Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. Tum præpositio *ab* non adparet in Leid. 2. Hinc *adversa parte urbis* legunt fere codd. quibus usus sum. Vulgatum tamen, quod typis inpressi et Flor. ac forte Klock. servant, probum est. 'Aversa pars urbis' est quam maxime ab hoste remota. Infra VIII. 26. 'Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugiunt.' 'Aversa urbis' vocat V. 29. 'Liberam per aversa urbis fugam dederat:' ubi pari modo in plerisque codd. peccatur. Ita 'porta aversa' IV. 46. 'Per aversam portam turpi fuga deseruntur:' ubi alia exempla vide. 'Aversa pars castrorum' XXXIV. 47. 'Alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus:' ubi vide J. Fr. Gronovium. Sæpe autem 'aversus' et 'adversus' commutantur. Vide ad II. 31. § 6. Præterea *neglectis*, pro *neglecta*, Harl. 2. et Port. a m. sec. quasi referendum sit ad præcedens *locis*. Utraque lectione juncta *neglectatis*, id est, *neglecta, tis*, sive *neglecta, neglectis*, Hav. de quo librariorum more late vide ad III. 44. § 4. Deinde *quia natura tutissima erat* Lov. 2. et 4. *natura tutissima erat* Lov. 3. et Lipsiens. *nam tutissima erat* Lov. 5. *quæ natura tutissima erat* Gaertn. *quæ natura tutissima erant* Port. pro quo deinde in margine emendabatur *quæ suapte natura tutissima erant*. Et hæc etiam lectio exstat in contextu Hav. *quia suapte natura tutissima erant* Harl. 2. *quia suapte natura transmissa tutissima erat* Voss. 1. *quia apte natura tutissima erat* Voss. 2.

Agere in arcem cuniculum instituit] De eadem re Flor. I. 12. 'Denique non scalis nec irruptione, sed cuniculo et subterraneis dolis peractum urbis excidium.' Quid sit 'cuniculus,' pueris notum: videlicet ὑπόνομος. Paterculus II. 27. 'Tum demum, desperatis rebus suis, C. Marius adolescens per cuniculos, qui miro opere fabricati in diversas agrorum partes ferunt, conatus erumpere, cum foramine e terra emersisset, a dispositis in id ipsum interemtus est.' Diodorus vocat μεταλλείαν. Lib. XVI. p. 549. Ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῶν κριῶν σαλεύων τὰ τείχη, καὶ διὰ τῆς μεταλλείας ὑπορύττων ἐπὶ πολὺ, μέρος τοῦ τείχους κατέβαλεν. Lib. XVIII. p. 665. Διὰ τῶν μεταλλευόντων ὑπορύξας τὰ τείχη. Claudianus in Consulatu Honorii IV. 331. 'ruat emersura juventus Effossi per operta soli.' Vide eum-

dem de Rapt. Proserp. II. 163. Livius v. 21. 'Cuniculus, delectis militibus eo tempore plenus, in æde Junonis, quæ in Veientana arce erat, armatos repente edidit.' XXIII. 17. 'Transversis cuniculis hostium cuniculos excipere.' *Gebh.*

§ 5 *Qui alii aliis succederent ad pugnam*] Τὸ *alii* deest in Hav. quod a sequenti voce ob similitudinem interceptum esse, credi debet. Vide ad XXXIII. 27. § 4. *Alii aliis succederent* simili modo dictum, ut XXVIII. 19. 'Et meminerant, et admonebant alii alios, supplicium ex se, non victoriam, peti:' ubi ante Sigonium etiam omissa erat vox *alii*, quam is ex conjectura addidit: ad quem locum plura exempla vide. Paullo ante *durissimis locis*, pro *diversissimis l.* Lov. 5.

Continenti die ac nocte prœlio] Vocem *prœlio* omittit librarius Voss. 2. qui forte loci sensum non pervidit. Indicat autem continuum prœlium fuisse die ac nocte, prœlium die ac nocte continuatum fuisse. Eo sensu *continens* Livio frequens est. Vide ad v. 34. § 6.

Ab sensu operis hostes avertebat] Pall. 1. ac 3. *abvertebat.* Gebh. *Abvertebat* etiam Lov. 3. Tum *ascensu operis* Voss. 1. *a sensu* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Perfosso a castris monte, erecta in arcem via est*] *Ab castris* Hav. Voces vero *a castris* deficiunt in Leid. 1. quas reliqui omnes fideliter servant. Exsulat etiam verbum *est* a Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. quasi *τὰ erecta in arcem via*, quemadmodum præcedentia et sequentia, per ablativum elata accipi deberent. Vulgatum tamen, in quam scripturam ceteri codd. conspirant, verius videtur. Mox *intentis Etruscis*, sine *τῷ que*, Leid. 2. et *ab certo periculo* Hav.

Clamor supra caput hostilis captam urbem ostendit] Pall. 1. ac 3. *supra caput hostis.* Pal. 2. *hostium.* Gebh. *Super caput* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et ita fere loquitur Livius XXII. 4. 'Id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit: ab tergo et super caput decepere insidiæ.' Sæpe in his vocibus perperam commutandis librarii in Mss. turbarunt. Vide ad XXIII. 36. § 6. Utraque lectio ferri potest. Ita quod 'cacumen supra hostem' Livius vocat VII. 34. 'super se tumulum' adpellavit inferius eodem cap. Caussam itaque mutandi nondum video, præsertim quum vulgatum etiam multi codd. tueantur, et inter eos optimus Flor. Præterea *hostis* Voss. 2. Lov. 2. Harl. 2. et Port. *hostium* Lov. 4. 5. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C.

§ 7 *Eo anno C. Furius Pacilius et M. Geganius Macerinus censores*] *Pacilus*, ut dixi. *Sigon.* *Eo sane anno*, una voce auctiores, Lov. 5. et Port. sed ea hic inportuna est, et recte ab aliis codd. repudiatur. Deinde *T. Furius* Lov. 2. *Titus Furius* Gaertn. *M. Furius* Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. Porro ejusdem Hearnii codd. L. 2. N. ac C. servant a Sigonio rejectum *Pacilius*, quod mihi in nullo meo obvium fuit. Nam pro eo *Accilius* est in Harl. 2. *Actilius* in Port. *P. Altius* in Leid. 2. et Lov. 1. *P. Accilius* in Lov. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *P. Attilius* in Lov. 4. 5. et Hav. *P. Acilius* in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. Neque aliter erat in vetustis edd. usque ad Frobenium, qui a. 1531. *Pacilium* substituit. Sed *Pacilum* legendum esse recte Sigonius monuit, qui etiam videndus est ad h. lib. cap. 12. § 1. Hinc conjunctio *et* non adparet in Lov. 2. Lipsiens. et Hav. Vide ad II. 17. § 1. Denique *Greganius* Leid. 2. Vide ad h. lib. c. 17. § 7.

Censores villam publicam in campo Martio probaverunt: ibique primum census populi est actus] Sub Servio Tullio, sexto Romanorum rege, etiam census populi est actus in campo Martio, ut I. 44. ait hic auctor. Vide

etiam quid sibi illud *probaverunt* velit. *Glar.* Quærit Glareanus quid sit *probaverunt* et *primum*, cum census in campo Martio a Ser. Tullio rege primum sit actus, non ab his censoribus. Respondeo *probaverunt* ex vetere Romano more dictum esse, quo modo adhuc in antiquis lapidibus Romæ visitur. [' Non dubitat Glareanus, ex veteri Romano more dictum esse *probaverunt:* sed explicatum voluit, quod Sigonius non facit.'] In lapide apud Gruter. p. CLX. num. 3.

L. FABRICIVS. C. F. CVR. VIAR FACIVNDVM. COERAVIT
Q. LEPI. M. F. M. LOLLIVS. M. F. COS. PROBAVERVNT.

Item apud eumd. p. CLXXXVII. n. 4.

P. LENTVLVS. CN. F. SCIPIO
T. QVINTIVS. CRISPINVS. VALERIANVS. COS
EX. S. C. FACIVNDVM. CVRAVERE IIDEMQVE COMPROBAVERE.

Si autem census actus est alias in campo Martio, at non in villa publica, quæ hoc primum anno probata est. Qua de re sic Varro de Re Rust. III. 2. 'Villa publica ad rempublicam administrandam est utilis, ubi cohortes ad delectum consuli adductæ considant, ubi arma ostendant, id est, ubi censores censu admittant populum.' *Sigon.* Vide Cujac. Observ. XXIII. 33. *Klock.* 'Probare' proprie dicuntur censores, quum opus, quod mancipibus construendum locarunt, examinant, atque inquirunt an confectum sit secundum formulam præscriptam; quemadmodum contra 'adprobare' dicuntur mancipes ac redemtores, quum opus, quod exstruendum conduxerunt, secundum leges sibi dictas absolutum esse demonstrant. Livius XLV. 15. Censoribus 'petentibus, ut ex instituto ad sarta tecta exigenda, et ad opera, quæ locassent, probanda, anni et bimensis tempus prorogaretur.' Vide Gronovium ad Plauti Amphitr. in Prolog. vs. 13. et viros doctos, sed inprimis Burmann. ad Phædri Fab. IV. 24. 2. et quos ibi laudavit. Adde Brisson. de Verb. Signif. voce 'Probare.' Ceterum ultima verba ita exhibet Gaertn. *itaque ibi primo census populi est factus.* Sed *factus* postea mutatum est in *actus.*

CAP. XXIII. § 1 *Apud Marcum Licinium invenio*] Lege *Macrum Licinium.* Gebh. *Marcum Licinium,* literis errore operarum transpositis, Gruterus a. 1608. edidit, eademque lectio per aliquot proximas edd. propagata est. Similiter lapsi sunt scribæ Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. Gaertn. ut et Voss. 1. a m. sec. in quo a m. pr. scriptum fuerat *Mamercum Licinium.* Sed *Macrum Licinium* recte Gronovius a. 1665. revocavit. Quomodo etiam emendandum hic esse monuit Freinshem. ad Tacit. Annal. I. 71. Certe Licinio non *Marco,* sed *Caio,* prænomen fuisse, vulgo existimatur. Vide ad c. 20. hujus lib. § 8. Contra cognomen ejus *Macer* fuit, quo sæpius adpellatur quum apud alios scriptores, tum etiam apud Livium. Id autem hic nomini gentis præponitur, ut c. 8. loc. laud. 'Quos linteos in æde repositos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores.' Ita 'Pætus Ælius' Gronovius Livio restituit XXX. 1. § 9. ubi moris Liviani ignari librarii *Pætus* verterunt in prænomen *Publius,* ut hoc loco *Macrum* in *Marcum.* Sed plura ibi vide. Ceterum paullo ante *in sequenti* duabus vocibus prisci impressi usque ad Moguntin. qui recte *insequenti* reposuerunt. Vide ad VI. 22. § 1. Præterea *Verginium item* Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XIV.

§ 2 *M. Manlium et Q. Sulpicium consules*] Ita Frobenius a. 1535. vulgavit. Omnes priores habent *M. Manilium:* quæ etiam scriptura in plerisque codd. meis superest. Alibi sæpe hæc diversarum gentium nomina confunduntur. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Præterea *Quintium Sulpicium*

Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. Port. et fragm. Hav.

Ceterum in tam discrepanti editione] *Discrepante editione* Flor. Voss. uterque, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *editione discrepante* Port. *discrepante edictione* Leid. 2. solito errore. Vide ad XXI. 62. § 7. *discrepante* itaque recepi fere omnium codicum consensu. Vide ad VI. 14. § 13.

Et Tubero et Macer] Alterutrum eorum memoria lapsum esse, necesse est. Vide Perizon. Animadvers. Hist. c. 9. p. 370. *Duk.* Prius *et* non adparet in Lipsiens. Vide ad II. 44. § 3.

Neuter, tribunos militum eo anno fuisse, traditum a scriptoribus antiquis dissimulat] Vox *militum* aberat ab Harl. 1. Tum *fuisset*, pro *fuisse*, habet Leid. 1. Sed litera finalis *t* adhæsit ex principio seq. vocabuli. Vide ad XL. 7. § 8. Deinde *neuter dissimulant* Harl. 2. *trad. a script. diss. ant.* Lovel. 4.

§ 3 *Licinio libros haud dubie sequi linteos placet*] Codex C. quem Hearne Oxonii consuluit, omisit vocem *libros*. Eam omnes mei tuentur, nisi quod a m. pr. desit in Lov. 4. Ceteroquin, quum mox *libros linteos* præcessit, *linteos* hic sufficere potuisset. Sed libros sequor. Præterea *haud dubio* Gaertn. a m. pr. Vide ad III. 24. § 3. *aut dubie* Flor. Vide ad XXVIII. 2. § 11.

Et Tubero incertus veri est: sed inter cetera] *Tubero incertus veri est: sit inter cætera.* Muretus. *Sit inter cætera* sibi quoque legendum videri, Gronovius monet hoc cap. § 6. Tò *et* insuper a Mureto ejectum omnes codd. servant; nisi quod ejus loco *sed Tubero incertus veri est* præferant Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Quod, si cum viris doctis *sit inter cetera*, pro *sed inter cetera*, legi placeret, et libri certiores accederent, non displiceret. Alibi autem voculæ *et* ac *sed* in Mss. confundi consueverunt. Vide ad XXI. 26. § 6. Mox *incomperata*, pro *incomperta*, Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Eodem errore passim commiscentur 'partus' et 'paratus,' (vide ad V. 6. § 1.) 'comperta' et 'comparata.' (vide ad XXXIX. 29. § 5.) *Comperta* erat in Flor. a m. pr.

Hoc quoque in incerto positum] *Hic quoque* Gaertn. Deinde *in merito positum* Lov. 3. *in incertum positum est* Lov. 4. a m. pr. in quo postea *in incerto* emendatum est. Præpositionem *in* omisit Harl. 2. sed eam elisit syllaba incipiens vocis seq. Vide ad VIII. 33. § 6. *Hoc quoque in cetero positum* perperam Hav. *In incerto* ut V. 28. 'Eodem anno in Æquis varie bellatum, adeo ut in incerto fuerit, et apud ipsos exercitus, et Romæ, vicissent, victine essent.' 'Ponere in incerto' autem, ut 'ponere in discrimine,' Liv. in Præfat. 'Sed hæc et his similia, utcumque animadversa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine:' 'ponere in gloria' XXVI. 37. 'Ut ad mœnia urbis Romanæ nullo prohibente se pervenisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti incepti.' Quod 'in gloriam ponere' dixit Pseudo-Sallust. Declam. in Cicer. c. 2. 'Civitatis incommodum in gloriam suam ponit:' 'in dubio ponere' Valer. Max. IX. 6. ext. 2. 'Quo evenit, ut, alioqui insignem nominis sui memoriam relicturus, in dubio, majorne, an pejor vir haberi deberet, poneret.'

§ 4 *Exterritis metu similis exscidii*] Ita Clericus edidit, quum priores omnes *excidii* præferant, neque aliter exhibeant omnes scripti; quos sequi tutius est. Vide ad V. 15. § 9. Paullo ante *Trepid. est in Etr.* trajectis vocibus Lov. 2. Præterea *solis exterritis*, pro *solum ext.* Gaertn.

Sed etiam Faliscis memoria initi primo cum iis belli] Vocula *sed* exsulat a Lov. 4. quæ abesse posset, quum alibi sæpe omittatur. Vide ad I. 25.

§ 3. Non tamen eam hic expungendam puto, quod in aliis omnibus constanter supersit. Præterea *initi primi cum his belli* præfert Port. *primo cum iis bello* Lov. 5.

§ 5 *Legatis circa viginti duos populos missis*] Lege *circa XII. populos*, ut habent edd. primariæ, et Pal. 2. Nam Pall. 1. ac 3. *circa decem populos*. Gebh. Lege *circa duodecim populos*, ex Livio alibi, et mox. *T. Faber*. Omnes antiquiores edd. præferunt *circa XII. populos:* pro quo Parisini 1573. errore operarum vulgarunt *circa XXII. populos:* quod fideliter proximi plerique editores servarunt usque ad Gronovium, qui 1665. *circa duodecim populos* restituit. Neque aliter est in omnibus meis et in Hearnii Oxon. codd. Ita duodecim Etruriæ populi memorantur v. 1. 'Quod suffragio duodecim populorum' (sc. Etruriæ) 'alius sacerdos ei prælatus esset:' et c. 33. 'Ii' (nempe Tusci) 'in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras, prius cis Apenninum ad inferum mare; postea trans Apenninum totidem, quot capita originis erant, coloniis missis.' De Etruriæ in duodecim populos divisione pluribus vide Cluverium Ital. Antiq. II. 1. p. 434. Dempster. in Etrur. Reg. III. 8. et Fontanin. Antiq. Hortæ l. I. c. 1. p. 15. Quum autem ex duodecim populis illis duo, Veientes et Falisci, legatos circa reliquos misisse dicantur, qui ergo tantum decem fuerunt, videri posset præferenda esse lectio, quam in duobus Pall. Gebhardus, et ego in Lov. 3. invenimus *circa decem populos*. At reliquorum codd. auctoritas, ut et omnium vetustiorum edd. illis concinentium consensus efficit ut *duodecim* præferendum judicem, et eodem modo accipiam quo 'Pindarus novemque Lyrici' dixit Petron. in Satyr. c. 2. ubi vide Burmann. Paullo ante *Ergo quum duæ*, pro *Igitur q. d.* Lov. 4. Vide ad XXI. 40. § 6.

Ut ad Voltumæ fanum indiceretur omni Etruriæ concilium] Quidam 'Voltumnam' interpretantur 'Volturnam,' pro 'Volturrenam,' nunc 'Volaterram,' ubi et Deæ nomen olim fuerit, quod ego lectori judicandum relinquo. Id non abhorret a vero locum in media alicubi Hetruria fuisse, aptum duodecim urbibus, e quibus ad concilia mittebantur legati. *Glar. Vultumnæ fanum* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. *Volturnæ fanum* Lov. 2. 5. Harl. 2. et Port. *Vulturnæ* Gaertn. *Voltuliæ fanum* Hav. Eædem similesque variæ codicum lectiones reperiuntur hoc lib. c. 25. § 7. c. 61. § 2. v. 17. § 6. et VI. 2. § 2. ubi videnda quæ notantur. Hearne *Vertunæ fanum*, ut vocatur Gyraldo in Syntagm. Deor. p. 52. edit. ult. dicendum esse existimat. Ceterum de hoc loco, ubi sæpe universæ Etruriæ conventus celebrabatur, vide Cluver. Ital. Antiq. II. 3. p. 563. et Dempster. Etrur. Reg. IV. 75. Præterea *inducerent* ed. Rom. 1472. *indicerent* Parm. 1480. Vide de similibus erroribus ad XXXVIII. 40. § 1. Denique *omnis Etruriæ concilium* Harl. 2. quod in *omnes Etruriæ concilium* perperam mutatur in Hav. *consilium* male est in Lov. 5. et Gaertn. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Velut magno inde tumultu inminente] *Deinde*, pro *inde*, Gaertn. et Hav. Quomodo alibi sæpe peccatur. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Vox *inde* abest ab Harl. 2. quam recte reliqui servant: *inde* enim est ex indicto omni Etruriæ concilio.

§ 6 *A. Postumius Tubertus magister equitum est dictus*] *Aurelius Postumius* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et excusi usque ad Frobenium, qui *A. Postumius* a. 1531. substituit. Idem etiam primus *Tubertus* eodem tempore edidit, quum priores cum Flor. Lov. 1. 3. 4. Voss. utroque, Leid. 2. et Harl.

2. *Tubero* dedissent; *Tuber* haberent Leid. 1. Lov. 2. 5. Lipsiens. Gaertn. Harl. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 26. § 11. et Glareanum ad c. 29. § 5. Alibi sæpe voces *Aulus* et *Aurelius* commutantur inter se in scriptis antiquis. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXIV. Præterea τὸ *est* abest ab Harl. 2.

Bellumque tanto majore quam proximo conatu adparatum est] Etsi nihil varient libri veteres, scribe *tanto majore, quam proxime, conatu.* Mox c. 26. 'Majore tamen conatu, quam alias umquam.' XXXV. 21. 'Tiberis infestiore, quam priore impetu, illatus urbi.' Scribe *quam prius.* Paullo ante, 'Sed inter cætera, vetustate incomperta, hoc quoque in incerto positum.' Non inepte scribas *sit inter cætera.* Ut videatur hoc, non interposito suo judicio, ambiguum relinquere. *J. F. Gron.* *Quam proximum* fragm. Hav. a m. sec. Reliqui *proximo* servant. Pro quo bene Gronovius *proxime,* id est, 'nuperrime,' reposuit. Hoc sensu sæpius Cicero aliique ea voce usi sunt. Ad Attic. VIII. 3. 'Hæc te scire volui, scripsique sedatiore animo, quam proxime scripseram.' XI. 10. 'Plura ad te scribam, si mihi ad eas literas, quas proxime ad te dedi, rescripseris.' Vide tamen an *proximo* hic adverbialiter pro 'proxime' accipi possit. Ita certe obcurrit apud eumdem Cic. ad Att. IV. 17. 'Ab Quinto fratre et a Cæsare accepi a. d. IX. Kalend. Novemb. literas, confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla præda, inperata tamen pecunia, datas a litoribus Britanniæ proximo a. d. VI. Kalend. Octob.' ubi videndus Manutius. Mox *quam a duobus populis* Leid. 2. Port. fragm. Hav. Lov. 1. 4. 5. Lipsiens. et Gaertn. *Quam de duobus populis* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480.

CAP. XXIV. § 1 *Ea res aliquanto exspectatione*] Vocabulorum ordine inverso *Aliquanto ea res* Lov. 5.

§ 2 *Itaque quum renunciatum a mercatoribus esset*] Pal. 3. *ab mercat. foret.* Gebh. *Ab mercat.* apud me tantum Hav. *esset* vero in omnibus constanter superest, præterquam in Lov. 3. in quo etiam *foret* scriptum inveni. In verbis seqq. *negat a Veient.* pro *negata Veient.* Lipsiens. *negata a Veient.* Lov. 2. Verum Veientes non negarunt, sed petierunt auxilium.

Cum quibus spem integram communicati non sint] Utrum hæc loquutio Livianis temporibus, vel facilitati potius, conveniat, judicium singulorum esto. Interim levem corruptelam concipere possumus pro *communicari non sirint,* ut nos credimus a Livio fuisse scriptum. *Jac. Gron.* *Communicati non sint,* pro 'non communicaverint.' Plura hujus generis observarunt alii. Vide Grævium ad Cicer. ad Att. II. 17. et Perizon. ad Sanctii Minervam I. 15. § 4. ubi refellit conjecturam *non sirint.* Duk. De τῷ *sirint* vide ad I. 32. § 7. Illud in vulgata lectione Gronovio displicuit, quod *communicati non sint* forma passiva usurpetur significatione activa, pro 'non communicaverint.' Id vero cur Livianis temporibus, vel potius ejus facilitati, non convenire judicandum sit, nondum caussam video. Livianis temporibus convenire posse, probat syllabus verborum similiter apud Varron. Horat. Virgil. Cicer. Ovid. usurpatorum, collectus a Voss. Gramm. V. 5. Neque facilitati Livianæ adversari, constat exemplo verbi 'fluctuari,' quo sensu activo utitur XXIII. 33. 'Utrius populi mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat:' quod exemplum ibidem Vossius laudavit. XXXVI. 10. 'Ut incerti fluctuarentur animi magnæ partis Larissæorum inter metum præsentem hostium, et verecundiam absentium sociorum.' Et, quæso, cur minus facilitati Livianæ convenit, verbis passivis significatione activa uti, quam

verbis activis significatione passiva, sive neutra? Vide ad I. 17. § 6. Certe *communicati non sint* pro primigenia atque incorrupta Livii scriptura habuerunt Freinshem. ad Flori II. 17. § 11. et Morhof. in Dissertat. Academ. p. 610. Omnes etiam codd. qua manu, qua typis descripti, in vulgatum conspirant, nisi quod aperta librarii aberratione *communicanti non sint* præferat Leid. 1. *sirint*, quod inter antiquata est, a Livio fere non adhibetur, nisi ubi formularum antiquarum ipsa verba servat. Ceterum *rem integram* Lov. 5. solito errore scribarum. Vide ad v. 12. § 4. Paullo ante trajectis vocibus *consilio suo* Lov. 4.

§ 3 *Tum dictator, ne nequidquam creatus esset*] *Tunc dictator* fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. *cum dictator* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Hinc vel vocula *ne*, vel vocis *nequidquam* prima syllaba aberat a Flor. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Sed alterum ab altero interceptum est inertia scribarum. Simili culpa *nequam* est in Lov. 5. *ne nequam* in Leid. 1. Tum *esset creatus* habet Gaertn. Mox *adepta*, pro *ademta*, Lov. 1. Vide ad II. 15. § 6.

Aliquid operis edere, quod monumentum esset dictaturæ, cupiens] *Aliquid opus* Lipsiens. Tum *monumentum dictaturæ esset*, in alium ordinem trajectis vocibus, Hav. Præterea *concupiscens* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Non tam magnitudine honoris, quam diuturnitate offensus] *Quam diuturnitatis* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 5. Harl. 2. Port. Klockian. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed vulgatum præstare nemo non videt.

§ 4 *Rempublicam foris gerendam*] *Generandam* aperto librarii lapsu Flor. *agendam* Harl. 2. Novi 'agere rempublicam,' pro regere, administrare, alibi inveniri. Unius tamen codicis, ejusque non optimæ notæ, fides merito levior est, quam ut reliquorum vulgatum servantium consensui præferatur, præsertim quum 'gerere rempublicam' Livio usitatum sit. Supra III. 19. 'Tum hercule illo die, quo ego consul sum creatus, male gesta respublica est.' Et ita 'rempublicam gerere,' pro bellum reipublicæ caussa gerere, administrare. Vide Gronov. ad Liv. VIII. 31. § 2. Paullo ante *concione evocata* Lovel. 2. et Lipsiens. Sed error ex non intellecto compendio 9*vocata*, vel *c̄vocata* ortus est. Similem errorem vidimus ad I. 3. § 3. Vide etiam VII. 14. § 8. In seqq. *præstando*, pro *præstanda*, Gaertn. Deinde τὸ *inmortales* negligitur in Lov. 5.

Se, quod intra muros agendum esset, libertati populi Romani consulturum] Pronomen *se* abest a Leid. 1. quod eliserunt ultimæ literæ præcedentis vocis *suscepisse*. Vide ad XXXIV. 11. § 7. Præterea *quod intra muros ag. esset populi Romani, consul.* Hav. Sed, vocem *libertati* negligentia librarii excidisse, mihi certum est, et seqq. etiam indicant.

Maximam autem ejus custodiam esse] Τὸ *autem* deficit in Leid. 2. vocula *ejus* in Lov. 4. Mox *tempori modus imponeretur* legunt Voss. 2. Lov. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. culpa librariorum; unde etiam factum est ut *quibus nūs* (id est, *numerus*) *imponi* legatur in Gaertn. *quibus uiris imponi* in Lipsiens. Vide ad II. 44. § 5.

§ 5 *Alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram gravem esse: iisdem per tot annos*] Distingue et corrige: *Alios mag. annuos esse: quinquennalem censuram: grave esse iisdem per tot annos.* Cicero Famil. XVI. 21. 'Deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse, me de judicio patris judicare.' Utinam tam facile esset emendare quod sequitur § 7.

J. F. Gron. *Grave esse* fuit etiam in Port. et præterea, nisi excerpta mea fallunt, in utroque Voss. Reliqui codd. vulgatum servant, nisi quod *censuram esse gravem* præferat Hav. Cic. ad Famil. II. 6. 'Grave est enim homini pudenti petere aliquid magnum.' Orat. pro Balbo c. 9. 'Etenim in populum Romanum grave est, non posse uti sociis:' et alibi sæpe. Præterea *Annuos alios magist. esse,* ordine inverso, est in Harl. 2. Mox *obnoxius vivere* Flor.

Se legem laturum, ne plus quam annua ac semestris censura esset] *Se lege laturum* Voss. 2. et Lov. 3. quorum librariis displicuisse videtur genus loquendi 'lex, ne esset,' pro lex constituens, jubens, ne esset. Sed eadem locutio etiam supra obvia fuit III. 55. 'In posterum muniunt, sanciendo novam legem, ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet:' ubi nonnulli codd. eodem, quo hoc loco unus, errore præferebant *sanciendo nova lege.* Vide quæ ibidem notavi. Mox vocula *quam* deficit in Hav. Eam autem in simili locutione sæpissime a Livio supprimi, videbimus ad XLI. 12. § 8. Tum *annua atque semestris* idem codex a m. pr. vocula *ac* inter versus adscripta. *Semenstris* Leid. 1. Lov. 1. et Klockian. quod ex orthographia eo seculo, quo codd. scripti sunt, usitata adhæsit. Vide Dausquei. Orthogr. parte sec. hac voce. Similiter etiam in iisdem et aliis codd. scribebatur V. 4. § 7. atque alibi.

§ 6 *Legem postero die pertulit*] Ex his verbis conficit Gruchius de Comit. I. 4. p. 81. tum nondum quidquam de legibus per trinundinum promulgandis constitutum fuisse; quod prætererunt alii, qui de legibus scripserunt. *Duk.*

Pertulit. Et ut reipsa, inquit, sciatis, Quirites] Vocula *et* exsulat a primis edd. vel a vocula seq. vel a vocis præced. ultimis literis intercepta. Recte addidit Aldus, cum quo stant omnes codd. nostri, nisi quod *etiam,* pro *et*, sit in Harl. 1. solito lapsu operarum. Vide ad XXII. 47. § 9. Præterea mutanda est distinctio hoc modo, *pertulit, et, ut reipsa, inquit, sciatis.* Mox pronomen *mihi* non adparet in Leid. 2. Sed, eo trajecto, insuper *quam diurna mihi non placeant* præfert Lov. 3. Alibi voces 'diuturnus' et 'diurnus' commutantur. Vide ad V. 28. § 10.

§ 7 *Deposito suo magistratu, modo aliorum magistratui inposito, fine alteri*] Voces duæ *fine alteri,* non sunt in veteribus multis libris, nec videntur necessariæ. Neque enim, quis ille sit magistratus, apparet. Siquidem deposuit dictaturam, censuræ modum imposuit: nisi magisterium equitum intelligere velimus: at in *suo,* id est, in dictatura, includitur. *Sigon.* Placet legere *modo al. magist. sine altercatione imposito.* Klock. Omisit duo verba Campanus *fine alteri;* credo quod non assequeretur: desiderantурque in Pal. 2. et Sigonii libro. Non ejicienda continuo, quandoquidem vetustiores vindices nacti sint Pall. primum ac tertium Mss. editionemque Andreæ. *Gebh.* Quid est *fine alteri?* Delet libro suo auctore Sigonius, nec habet Campanus. Plures tamen servant. An ex margine irrepsit, corruptum ex *fine aietm. VI.* quo significabat ejus auctor, modum aliorum magistratui, id est, censuræ, impositum *fine anni et mensium sex.* Lib. IX. c. 33. 'Qui quinquennalem ante censuram et longinquitate potestatem dominantem intra sex mensium et anni coëgisset spatium.' An fuit *fine anni,* ut indicet Livius, extremo anni hæc acta? Deleatur potius tamquam interpretatio *τῶν modo aliorum.* J. F. Gron. Voces *fine alteri* non modo plures servant codd. sed etiam integriores. Supersunt enim in Flor. Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Contra desunt in Leid. 2. Lov. 1. Harl.

2. Port. et Hav. Et tamen viris doctis voces illas, in quibus nullus sensus videtur, delentibus non adversor. Ant. Perizonius non modo Gronovio adsentiens τὰ *fine alteri*, sed et vocem *magistratui* expungendam putabat, nullam aliam, ut existimo, ob caussam, quam quod modo *magistratu* præcesserit, atque inde facile hic repeti potuerit. Pertinaciter tamen dissentientibus codd. vetustis id tentari displicet, in primis quum Livio sollemne fuerit, easdem voces parvo verborum ambitu iterum iterumque repetere. Vide ad I. 3. § 9. In Lipsiens. quidem desunt voces *magistratu modo aliorum*, unde legendum videri posset *deposito suo magistratu, inposito fine alteri*. Potius tamen est, ut existimemus repetitionem vocum *magistratu, magistratui* caussam fuisse cur scriba tres illas voces omiserit. Neque etiam Klockii conjecturam probare possum. Non enim Liv. legem 'consensu ingenti omnium,' sed 'populi, perlatam' scribit. Verosimile autem non est censores se huic legi non obposuisse, quam eos ægre adeo tulisse Livius scribit, ut Mamercum tribu moverint, octuplicatoque censu ærarium reliquerint, licet tamen contentiones censorum non memorentur. Ceterum *magistratui fine imposito alteri* confuso ordine vocum est in Lov. 4.

Congratulatione ac favore ingenti populi domum est reductus] Malim, quemadmodum habet archetypum volumen, *cum gratulatione ac favore ingenti populi est reductus*. Rhen. Pall. 1. 3. Camp. ed. *cum gratulatione* : quod cum Rhenano probo. *Gebh.* Ex omnibus meis *congratulatione* tantum supererat in Lov. 2. Lipsiens. Hav. et forte Flor. ex quo nihil in excerptis notatur. Reliqui recte præferunt *cum gratulatione*, quod etiam Gronovius 1665. in contextum recepit. Ita III. 70. 'Victor Agrippa cum mutua gratulatione ad victorem collegam castraque hostium venit.' X. 44. 'Et consules, cum gratulatione mutua legionum suaque, castra conjunxere.' Ut autem hic 'deducere cum gratulatione,' ita 'prensare cum indignitate III. 12. 'Tum demum coactus cum multa indignitate prensabat singulos :' ubi plura vide. Solet autem sæpe in Mss. τὸ *cum*, in *con*, *com*, vel *col* mutatum, proximæ voci jungi. Ita *congratulatione* in quibusdam codd. infra erat, pro *cum gratulatione*, loco laud. X. 44. § 2. *conferret*, pro *cum ferret*, II. 40. § 5. *collaudationem*, pro *cum laudationem*, II. 61. § 9. *confractis*, pro *cum fractis*, III. 49. § 5. *competissent*, pro *cum petissent*, IV. 30. § 1. *confeciales*, pro *cum feciales*, VII. 6. § 7. *commentionem*, pro *cum mentionem*, c. 9. § 5. *confulta*, pro *cum fulta*, cap. 12. § 8. *comploratum*, pro *cum ploratum*, XXIII. 42. § 4. *conjunxissent*, pro *cum juncti essent*, XXV. 35. § 1. *compari*, pro *cum pari*, XXX. 2. § 4. *contentatis*, pro *cum tentatis*, XXXVII. 9. § 11. *convocatis*, pro *cum vocatis*, XL. 7. § 2. Pari errore *accrescentem*, pro *ad crescentem*, datum fuisse, vidimus ad II. 45. § 12. Etiam alibi peccasse librarios, duas voces, quæ divisim scribendæ erant, in unam conjungendo, dictum est ad I. 47. § 9. Contrario errore *cum dixit*, pro *condixit*, exstat I. 32. § 10. *cum fuso*, pro *confuso*, I. 33. § 8. *cum loquentibus*, pro *conloquentibus*, III. 36. § 2. *cum scientia*, pro *conscientia*, c. 69. § 10. *cumjunxisset*, pro *conjunxisset*, IV. 32. § 6. *cum clamaverant*, pro *conclamaverant*, c. 40. § 3. *cum curreritis*, pro *concurreritis*, VI. 7. § 6. *cum sedisset*, pro *consedisset*, c. 38. § 5. *cum senuisset*, pro *consenuisset*, c. 39. § 6. *cum lapsa*, pro *collapsa*, XXII. 18. § 7. *cum lege*, pro *collegæ*, XXVI. 3. § 8. Et ita Columella emendandus est ex auctoritate optimi codicis Sangerman. de Re Rust. II. 8. 'Judæam et Arabiam pretiosis odoribus inlustrem haberi, sed nec nostram civitatem prædictis egere stirpibus : quippe compluribus locis urbis jam casiam

frendentem conspicimus :' antea edebatur *quippe cum pluribus*. Deinde *populo domum est reductus* Leid. 1. Lov. 5. Lipsiens. et Harl. 1. *a populo domum est reductus* se in Oxon. L. 1. et 2. reperisse, auctor est Hearne: et ita præfert Lov. 2.

Tribu moverunt, octuplicatoque censu ærarium fecerunt] Observant hic Godelevæus et alii, recte igitur Festo censores dictos, quod tanti rem suam quisque æstimare solitus sit, quantam (vel quanti) illi censuerint: cum sæpius censum multiplicarent: illa tamen æquitate admissa, ut relevaretur is, qui in tabulis publicis delato modo ex certis causis frui non possit, verbis Ulpiani l. 4. de Censibus. Honesta oratio: sed quæ ad id, quod maxime hoc in loco explicandum est, nihil pertinet. Delatus sive relatus ille modus est ultro profitentis; multiplicatus vero census est mulctæ sive coërcitionis; nec fiebat nisi notæ causa. Marcellus Donatus ad Livii xxiv. 18. id est, inquit, pro sui capitis octo plus ærario solveret, quam capite censi pendere tenebantur. Pro suo capite octuplum, quod capite censi; vel octies tantum, quantum capite censi, dicere voluit. Sed et sic errat. Non enim dicit Livius octuplicatam capitationem, aut octuplicato ære capite censum; sed 'octuplicato censu ærarium.' Cujus censu? ipsius utique Mamerci. Ergo 'octuplicato censu ærarius,' qui, ubi pro censu pendere deberet assem unum, damnas erat pendere octo. Eodem modo 'decuplicato censu ærarius,' qui, ubi in millia ex censu conferebant alii cives non notati unum, animadversionis censoriæ causa pendebat decem. *Gron.* de Pecun. Vet. iv. 1. p. 262. Adde Dodwellum in Appendice Prælect. pag. 710. et seqq. ubi πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, πολλὰ δὲ λυγρά. Recte disputat adversus eos, qui tradiderunt, 'ærarium facere' esse omnia jura civitatis Romanæ, omnes honores, dignitates, ac jus suffragii ferendi adimere, et hoc unum relinquere, ut ærarius pro capite suo æra tributi nomine pendat: quæ est sententia Manutii de Civit. Rom. p. 28. tom. i. Thes. Græv. de Legibus c. 19. et de Comit. cap. 2. et Sigonii de Ant. Jur. Civ. Rom. i. 17. et ii. 16. Sed minus bene discrimen statuit inter 'jubere mutare tribum,' et 'tribu movere,' contra diserta verba Claudii censoris apud Livium xlv. 15. 'Neque enim, si tribu movere possit' (censor,) 'quod nihil sit aliud, quam mutare jubere tribum, ideo omnibus quinque et triginta tribubus emovere posse.' Nec rectius pro eodem habet 'tribu movere' et 'in Cæritum tabulas referre,' aut eos, qui tribu moti erant, ab honoribus exclusos fuisse dicit. Nam idem ille Mam. Æmilius, quem hic tribu motum et ærarium factum esse narrat Livius, paucis post annis dictator dictus est, cap. 31. et Q. Cæcilius Metellus A. U. C. ıɔxxxix. a censoribus tribu motus et ærarius factus, anno sequente tribunus plebis fuit. Livius xxiv. 18. et 43. Sed non est hujus loci pluribus de his disputare. *Duk.* Quid sit 'tribu movere' et 'ærarium facere' vide ad xxiv. 18. § 6. Ceterum *tribus moverunt* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Lipsiens. et Gaertn. *tribu movere* Hav. et fragm. Hav. Tum *octiplicatoque* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Port. a m. pr. qui a m. sec. *octoplicato* præfert. Deinde *fecē*, id est, *fecere*, Lov. 5. Paullo ante *passi in Mam.* Lov. 2. Lipsiens. et Gaertn. *passum Mam.* Lov. 5.

§ 8 *Quam rem ipsum ingenti animo tulisse ferunt*] Τὸ *ipsum* deficit in Harl. 2. et Hav. in quorum posteriori etiam mox non adparet vox *intuentem*.

Primores Patrum, quamquam] Repetendum verbum *ferunt*; nisi quis

aliquid deesse existimet. Nam et illud *quippe* nihil post se habet, ut sæpe alias. *Glar.*

Quamquam deminutum censuræ jus voluissent] Florebellus, de quo dixi, episcopus, eodem ingenio usus, legit *noluissent*, hoc sensu. Mamercus dictator, qui censuram ex quinquennio annuam et semestrem fecerat, ærarius factus a proximis censoribus, ingenti animo tulit eam rem; causam potius ignominiæ respiciens, quam ipsam ignominiam. Patres, quamquam Mamerco inimici erant, quod noluissent censuræ jus ab eo imminutum; quia, facta annua et semestri censura, sæpius se quisque censoribus subjectum fore videbat, quam censuram gesturum; tamen exemplo acerbitatis censoriæ offensi sunt, id est, quod Mamercus ea de causa ærarius a censoribus factus sit. *Sigon.* Campanus edidit *noluissent.* Perperam meo animo. Quippe si rationes hic Livio allatas consideres, omnino Patres voluisse deminutum censuræ jus statues, primo exemplo acerbitatis offensos, deinde continuatione. Semper enim subjectos se ejus potestati fore videbant, rarissime autem illius magistratus participes. *Gebh.* Scribe cum Voss. utroque, Rott. Campano, Aldo, *noluissent.* Sentit enim non placuisse quidem Patribus, censuræ jus a Mamerco contractum esse, eoque paullulum supplicii meritum illos credidisse, sed tamen acerbitate tanta censorum offensos, quod exemplum quisque vereretur. *J. F. Gron. Voluissent* servant Lov. 3. 4. a m. altera, 5. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Sed recte Florebellus apud Sigonium et Gronovius *noluissent* legendum monuerunt. Et ita reliqui codd. mei præferunt. Idem de Oxon. suis profitetur Hearne, nisi quod in codice C. vulgatum *voluissent* restet. *Noluissent* etiam præfert ed. Mediol. 1505. Alibi sæpe hæc vocabula commutantur. Vide ad XXXIX. 15. § 11. Id tamen sive Florebellus, sive Sigonius peccavit, quod verba, 'quippe quum se quisque, &c. quam censuram gesturum,' ita exponat, quasi illis ratio reddatur, ob quam Patres censuræ jus deminutum noluerint; quum potius exprimant caussam, cur exemplo acerbitatis censoriæ offensi fuerint, ut recte Gronovius accepit. Doujatius vulgatum *voluissent* forte verum conjicit, et verba hæc ita intelligenda existimat, ut Livius dicat, primores senatorum, cum etiam antea voluissent censorum potestatem coërceri, tanto magis id probasse, ubi hoc severitatis exemplum non sine magna offensione viderunt. Post inventas fruges glandibus vesci, nemini invideo, modo non in eandem legem adstringar. Censoribus primum institutis sperabant Patres, ut magistratus istius, cujus exigua fuerunt initia, jus deinde augeretur. Supra hoc lib. c. 8. 'Patres, quamquam rem parvam, tamen, quo plures patricii magistratus in republica essent, læti accepere: id, quod evenit, futurum etiam credo rati, ut mox opes eorum, qui præessent, ipsi honori jus majestatemque adjicerent.' Verisimile igitur non est, eos nunc censuræ jus deminutum voluisse. Ceterum *quam*, pro *quamquam*, præfert Voss. 2. altera syllaba ab altera intercepta, quomodo et supra hoc lib. peccatum esse notavi c. 12. § 8. Tum vox *deminutum* negligitur in Harl. 1. culpa librarii; pro quo *diminutum* ostentant Leid. 2. Lov. 2. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad II. 1. § 7. Deinde *censura ejus*, male in suas voces contributis literis olim continua serie scriptis, Flor. et Lipsiens. pro quo datum est *censuram ejus* in Lov. 2. 4. 5.

Exemplo acerbitatis censoriæ obfensos] *Offensi* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Verum librarii non viderunt, id quod recte Glareanus monuit, ad verba 'primores Patrum'

ex præcedenti repetendum esse 'ferunt;' adeoque hic non *offensi*, sed *offensos*, legendum esse.

Se quisque diutius ac sæpius subjectum censoribus fore cerneret] Vocem *censoribus*, quæ in omnibus codd. superest, operarum sine dubio culpa exsulat ab edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Deinde *cernerent* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Passim τὸ *quisque* cum verbo plurali construitur. Vide ad II. 22. § 7. Hic tamen vulgatum servandum, ut et mox verbis seqq. ubi *gestarunt*, pro *gesturum*, habet Leid. 1. *gestarent* Voss. 2. Lov. 3. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *gestaret* Harl. 2. et Lov. 2. *gesturum* Lov. 4. a m. sec. priori lectione penitus erasa.

§ 9 *Ut vis a censoribus nullius auctoritate, præterquam Mamerci, deterreri quiverit*] *Vix*, pro *vis*, Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Voss. 1. in margine; quæ diversitas etiam alibi in Mss. obvia est. Vide viros doctos ad Quinctil. Declam. VII. 6. p. 158. Præterea *quieverit* Leid. 2. Harl. 2. Port. a m. sec. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. *q̃rit* Hav. *quirit* Lov. 4. a m. pr.

CAP. XXV. § 1 *Tribuni plebis assiduis concionibus prohibendo consularia comitia*] *Tribuni plebi* Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide mox hoc cap. § 9. et § 11. ac supra ad II. 42. § 6. Mox *contentionibus* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. N. Vide hoc lib. ad c. 6. § 4. Vox autem *consularia* abest a Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. in quorum tamen primo et ultimo fuit *acomitia*. Sed *prohibendo a comitiis* est in Lov. 2. et Lipsiens.

Quum res prope ad interregnum perducta esset] Pal. 2. *deducta*. Gebh. *Deducta* etiam Hav. *producta* Gaertn. Reliquis tamen nihil mutantibus, vulgatum *perducta* præferendum puto. Mox *evincere*, pro *evicere*, Lipsiens.

§ 2 *Victoriæ præmium, quod petebatur, ut plebeius crearetur, nullum fuit*] Antiqua lectio *victoriæ præm.... nullus fuit*. Expone *nullus fuit*, scilicet 'creatus.' Appositive 'victoriæ præmium nullus fuit.' *Rhen.* Recte hæc sunt emendata ab Rhenano: neque aliter offendi in Pall. 1. et 3. atque Andreæ ed. Vulgata antea est ex lubidine magistellorum interpolata lectio *nullum fuit*. Gebh. *Nullus fuit*, ut viri docti in suis codd. invenerunt, itidem habent Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. 4. 5. Harl. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. *nulli fuit* est in Port. ut vulgatum non nisi in suspectæ fidei codd. superfuerit. Inter hos etiam superest in fragm. Hav. sed tantum a m. sec. priori lectione ita abolita, ut, quid antea scriptum fuerit, nunc intelligi nequeat. Si et *nullus* displiceret, substitui posset *nullius:* cui lectioni videtur favere Lov. 1. in quo est *nll'us*. Ceterum septem priora vocabula *victoriæ, &c. crearetur* desunt in Hav. cujus librario fraudi fuit quod *crearentur* modo præcesserat. Vide ad IX. 11. § 11.

M. Fabius Vibulanus, M. Folius, L. Sergius Fidenas] Capitolini lapides *M. Foslius* habent. Quorum auctoritas summa mihi semper visa est. *Sigon. M. Folius* pertinaciter obtinet in omnibus scriptis et editis ante Sigonium. Sed Sigonii lectionem probat Pighius in Annal. ad a. CCCXX. p. 178. Vide eumdem Sigonium ad IX. 20. § 1. Quod autem ea emendatio firmetur lapidum Capitolinorum auctoritate, rectum est. Non tamen respiciendi sunt ad hunc annum ubi interiere, sed potius ad annos CCCCXXXIII. CCCCXXXV et CCCCXXXIX. Præterea vox *patricii* non est in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *Jubulanus* vel *Jubilanus*, pro *Vibulanus*, legunt Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn.

et Hav. Vide ad III. 25. § 11.

§ 3 *Ædes Apollini pro valetudine populi vota est*] Ms. Fuldensis *Ædis.* Modius. *Ædis* etiam Flor. Leid. 1. Lipsiens. et Klockian. Ita sæpe varii codd. Liviani casum rectum singularem hujus vocis efferunt. Supra I. 33. 'Salinæ circa factæ, egregieque rebus bello gestis ædis Jovis Feretrii amplificata.' II. 21. 'His consulibus ædis Saturno dedicata.' Infra in Epit. lib. seq. 'Ædis Ajo Loquutio facta.' VI. 5. 'Eo anno ædis Martis, Gallico bello vota, dedicata est.' VII. 20. 'Ædis Apollinis dedicata est.' XXVII. 11. 'Tacta de cœlo erant Capuæ murus Fortunæque ædis.' c. 37. 'Tacta de cœlo ædis in Aventino Junonis Reginæ.' XXXII. 9. 'De cœlo tacta erant via publica Veiis, forum et ædis Jovis Lanuvii.' XXXIX. 22. 'Quod ædis Opis in Capitolio de cœlo tacta erat.' XLII. 3. 'Eodem anno ædis Junonis Laciniæ detecta.' Quibus locis vide quæ notantur. Et ita etiam alii passim. Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 38. 'Id antiquius, quam ædis, quæ in Capitolio facta:' lib. V. p. 56. 'Sic etiam ædis sacra a magistratu, pontifice præeunte, dicendo dedicatur:' p. 48. 'Vinalia Rustica dicuntur ante diem duodecimum Kalendas Septembres, quod tum Veneri dedicata ædis, et horti ejus tutelæ adsignantur:' l. I. de Vita Pop. Rom. apud Nonium Marc. voce 'Secundum:' 'In Veliis, ubi nunc est ædis Penatium:' et in voce 'Ædis:' 'Hæc ædis, quæ nunc est, multis annis pòst facta sit.' Cic. Parad. IV. circa finem: 'Ædis Nympharum manu tua deflagravit.' Fest. voc. 'Ædis:' 'Ædis, domicilium in edito positum, simplex, atque unius aditus. Sive ideo ædis dicitur, quod in ea ævum degatur, quod Græce αἰὼν vocatur.' Voce 'Senacula:' 'Ubi nunc est ædis Concordiæ, inter Capitolium et forum.' Fatendum tamen, multis etiam locis Livii omnes, quos consului vel ipse, vel amicorum opera, codd. in terminationem *ædes* consentire; ut II. 21. in fine, III. 63. XXXII. 9. et alibi. Verum similiter apud Varronem aliosque modo *Ædes*, modo *Ædis* editur, ut utraque terminatio in usu fuisse videatur: quomodo etiam *apis* et *apes* in usu fuisse docet Burm. ad Quinctil. Declam. XIII. 16. *vulpis* et *vulpes* ad Phædri Fab. I. 7. 1. *mercis* et *merces* ad Quinctil. Declam. VI. 17. Similiter *cædis*, pro *cædes*, erat in Ms. V. 45. § 3. *sedis*, pro *sedes*, ibid. c. 52. § 13. *cladis*, pro *clades*, XXI. 57. § 14. Ceterum *valitudo* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. hic et alibi scribunt. Vide de hac orthographia ad III. 6. § 9. Paullo ante τὸ *rerum* deest in Gaertn. Sed *otium fuit*, pro *otium præbuit*, est in Lov. 4.

Multa duumviri ex libris placandæ Deum iræ, avertendæque] *Divini viri* in Pall. esse, supra monuit Gebhardus ad c. 21. § 5. quomodo etiam est in Lov. 3. Deinde τὸ *que* deest in Gaertn. præpositio *a* in Flor. Ordine mutato *avert. pestis a populo caussa* habet Lov. 2.

§ 4 *Magna tamen clades in urbe agrisque*] Scopæ dissolutæ, ni sic refingas: *Magna tamen clade in urbe agrisque, promiscua hominum pecorumque pernicie, accepta; famem cultoribus...* Sed et de postremis his merito dubites. Cur enim his potius, quam toti urbi? nam et si horum sterilis proventus, necessario sequitur et omnium, qui ab illis emunt, inopia. Videtur potius id voluisse, quod ait II. 34. 'Caritas primum annonæ ex incultis per secessionem plebis agris, fames deinde, qualis clausis solet.' Et, quod omnino simile est, hoc ipso lib. c. 52. 'Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus, pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit.' Forte scribendum *famem incultu agrorum timentes.* J. F. Gron. Oratio-

nem satis constare, ac sibi cohærere, contra Gronovium, hic scopas dissolutas agnoscentem, ideoque *magna tamen clade, &c. accepta* refingentem ex conjectura, monet Doujatius: cujus etiam sententia verior videtur. Vide ad XXI. 36. § 4. *promiscua* autem *pernicie*, quomodo pro *promiscue* scribendum putat Gronovius, haud displicet. Sed optime vidit illa *famem cultoribus agrorum timentes* minus sana esse, et pro *cultoribus* scribendum conjicit *incultu*; quamvis hic etiam pro vulgato stent omnes manu exarati codd. nisi quod *cultores* sit in Lov. 5. Potuit prima syllaba τοῦ *incultu* excidisse ob ultimam literam vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. Quod superfuit autem *cultu*, quum sensum aptum non efficeret, deinde in *cultoribus* versum esse. Vox autem *incultus*, licet minus obvia, Nostro tamen in usu fuit. Obcurrit enim XLII. 12. 'At, Hercule, suos honores partim desertos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse.' Eodem usus est Sallust. in Jug. c. 2. 'Ingenium incultu atque secordia torpescere sinunt:' ubi vide Cortium, qui ex eodem scriptore alium etiam locum laudat. Eamdem vocem viri docti reddere conati sunt Planto in Asinar. v. 2. 24. 'Fundum alienum arat, incultu alienum deserit:' ubi tamen codd. scripti *incultum* servare dicuntur. Doujatius fatetur, se Gronovii conjecturam amplecti, dum melius quid obcurrat. At ipse mox, aliam emendationem subjiciens, voce inserta legit, *famem deficientibus cultoribus agrorum timentes.* Vocem tamen excidisse nec vola nec vestigium in Mss. superest. Ceterum, pro *magna tamen*, Lov. 5. Harl. 2. et Lipsiens. præferunt *magna tum*, sollemni lapsu. Vide hoc cap. ad § 14. et ad XXII. 17. § 5. Præterea *hominum pecorumque accepta pernicie*, trajectis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

In Etruriam, Pomtinumque agrum, et Cumas] *Pontinumque* Voss. ambo, Leid. 2. fragm. Hav. et Lov. 1. ac 4. a m. sec. qui a m. pr. *Pontianumque* præfert: et ita erat in Lov. 2. *Pompinium* in Lov. 5. *Pōtinumque* in Hav. *Pompiniumque* in Port. *Promptinumque* in Harl. 2. *Pomptinumque* in Flor. Lov. 3. Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. quomodo tantum non ubique in optimis ac recentioribus Livii edd. excusum est, et hic etiam recepi. Eam enim veriorem existimo lectionem. Vide ad II. 34. § 4. Tum vox *Cumas* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Mox *postremo et in Siciliam quoque*, interposita vocula *et*, Hav. At sufficit sola particula *quoque*.

§ 5 *L. Pinarius Mamercinus, L. Furius Medullinus, Sp. Postumius Albus*] Hic *L. Furius Medullinus* usque ad A. U. C. CCCLXIV. ut minimum novies nominatur. Sed in prænominibus errorem puto: hic enim *Sextus* legendum, non *Lucius*. Fuit autem Sextus iterum tribunus militum consulari potestate A. U. C. CCCXXXV. cum L. Quinctio Cincinnato, L. Manlio, et A. Sempronio, ut omnes habent codd. At ubi primum sit factus, nusquam habetur. Ergo hic *Sextus* legendum, nam *Lucius* sua habet loca. Quidam etiam codd. aliquot locis *P. Furium* habuerunt: sed errant. *Glar.* Contra Sigonius hoc lib. c. 44. § 1. pro *Sextus*, legendum existimat *Lucius*, cujus etiam sententia illa, quam Glareanus hic proponit, verisimilior est. Præterea *Mamercus*, pro *Mamercinus*, scripti omnes quos excussi, et edd. usque ad eam quam curavit Jac. Gronovius, qui primus *Mamercinus* vulgavit. Neque aliter L. Pinarius cognominatur apud Pighium in Annal. ad a. CCCXXI. p. 179. Ita L. Pinarius, qui cum P. Furio consul fuisse dicitur II. 56. Λεύκιος Πινάριος Μαμερτῖνος vocatur apud Diodor. Sicul. Biblioth. XI. p. 276. ubi legendum Μαμερκῖνον; ut etiam Pighius in Annal. ad a. CCLXXXI. p. 114. indi-

cat. Passim *Mamercus*, pro *Mamercinus*, exstat in vetustis scriptis et editis. Vide ad VIII. 12. § 4. Paullo ante *nulla mentio est habita* alio ordine habet Hav.

§ 6 *Eo anno vis morbi levata*] *Levata est* Hav. Sed *fuit* satis commode ex sequenti hic repeti potest: omnesque alii eam vocem non agnoscunt. Deinde *qui ante provisum erat* Leid. 1. Sed ultima litera τοῦ *qui* intercepta est a prima proximæ vocis, quum et alibi *qui* et *quia* commutentur in Mss. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *quia provisum erat ante* Lipsiens.

§ 7 *In Etruria ad fanum Voltumnæ*] *Volturnie* habet Leid. 2. *Vulturne* Gaertn. et Hav. *Volturnæ* Lov. 2. 4. 5. atque Port. *Voltunnæ* Lov. 3. *Voltumiæ* Lov. 1. Vide hoc lib. c. 23. § 5. Paullo ante *Consilia ad monenda bella* Flor. Alibi verba 'monere' et 'movere' sæpe confunduntur. Vide ad IX. 38. § 12. utraque lectione conjuncta *Consilia admovenda bella admonenda* habet Gaertn.

§ 8 *Ibi prolatæ in annum res*] *Ubi prolatæ* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad XXVII. 5. § 2. Mox *ne quod ante consilium* Leid. 2. Lov. 5. Port. et Lipsiens. Male. Indicatur enim conventus sive comitia Etruscorum, quæ non *consilii*, sed *concilii*, nomine adpellantur. Vide Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. *ne quid ante concilium* Hav. errore librarii ex non intellecto compendio scribendi. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. Denique paullo post *nequiquam* Flor. et Leid. 1. Vide mox ad § seq.

Eamdem, qua Fidenæ deletæ sint] *Qua Fidenæ delecti sint* Leid. 2. *quam Fidenæ delectæ sint* Hav. et ed. Mediolan. 1480. *qua Fidenæ delectæ sint* Harl. uterque, Lov. 5. et multæ ex antiquis edd. usque ad Mogunt. quæ *deletæ* recte substituit. Alibi pari modo lapsi sunt librarii. Vide ad III. 22. § 8.

§ 9 *Jam diu nequidquam inminente spe majoris honoris*] Scribe *jamdiu nequicquam imminentes spei*. Sic priore libro c. 51. dixit de L. Icilio: 'Imminensque ei potestati:' ita namque nos castigavimus. *Rhen.* Dudum ante Rhenanum Andreas vidit hanc esse lectionem legitimam, quam editioni suæ intulit; neque aliter Pall. Campanus ingenio novandi parato *nequiquam imminente spe*. Gebh. *Imminentes spei* etiam omnes mei manu exarati, nisi quod *imminente spe* sit in Lov. 4. a m. sec. et *imminentes spe* habeat Leid. 2. quod pro *spei* accipi potest positum esse. Ita enim antiquos sæpe extulisse, alibi dictum est. Vide ad XXI. 40. § 7. In priscarum edd. lectione *imminente spe*, ultimam literam τοῦ *imminentes* elisit prima vocis sequentis *spei*. Vel, qui ejus lectionis auctor exstitit, videtur incidisse in codicem, qui similiter *imminentes spe* habebat; non intelligens autem *spe* pro *spei* accipiendum esse, sponte *imminente* rescripsit, ut cum proximo *spe* conveniret. 'Imminere spei,' ut 'inminere defectioni' VIII. 22. 'Fama autem erat, defectioni Campanorum inminentes admoturos castra:' ubi simili errore quidam Mss. *defectione Campanorum imminente*. Sueton. in Augusto c. 24. 'Quem tamen, quod inminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit.' Præterea *nequiquam* Flor. et Leid. 1. in quibus ubique fere ita exaratur. Vide hoc cap. § 7. et ad XL. 47. § 9. *quidquam* perperam Lipsiens.

Dum foris otium esset, cœtus indicere in domos tribunorum plebei] *Dum foris otium est*; aut, *cum foris otium esset*. J. F. Gron. Vide ad I. 41. § 4. Hic tamen uno ore omnes codd. scripti et editi *dum esset*. Insuper *cœtus inducere* Hav. qui error et alibi in Mss. commissus est. Exemplum habuimus etiam I. 30. § 4. Et ita passim 'dicere' et 'ducere' eorumque composita commutantur. Vide ad XXXIX. 15. § 11. *Cœtus incidere*, literis trans-

positis, Voss. 2. *cetõs*, id est *ceteros*, habet Gaertn. a m. pr. Tota vox *cœtus* deest in Lov. 5. relicta tamen lacuna. Denique *tribunorum plebis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et ita erat in Voss. 1. a m. interpolatrice, quum antea scriptum fuisset *tribunorum plebi*, quæ lectio superest in Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad princ. hujus cap. *plebi* etiam est in Flor. Sed litera finalis τοῦ *plebis* adhæsit initio vocis proximæ. Scribitur enim *in domos tribunorum plebi: sibi secreta.*

§ 10 *Ibi secreta consilia agitare*] *Sacrata consilia* Hav. sine dubio errantis librarii culpa. Alibi ita similiter peccatum esse, constat ex Bentl. ad Horat. Epod. XVI. 63. et Burmann. ad Nason. Metam. VII. 75. *Secreta consilia* ita circumscribit Livius II. 54. 'His accensi vocibus Patres consilia inde non publica, sed in privato, seductaque a plurium conscientia, habere.' Mox *ab plebe*, pro *a plebe*, idem Hav.

Consulari potestate creentur] *Crearentur* Voss. 2. Lov. 3. et Harl. 2. Paullo ante vocula *ut* deficit in Lov. 5.

§ 11 *Ne cui patricio plebeii magistratus paterent*] *Nec suo patricio* Harl. 1. Deinde *plebis magistratus* Lov. 1. Leid. 2. Voss. 1. a m. sec. qui *plebi magistratus* a m. pr. exhibet. In verbis præcedd. *caruerint*, pro *caverint*, obfert Lov. 5. *creaverint* Lipsiens. *caverunt* Gaertn.

Aut patricios habendos fuisse tribunos plebis] Vet. lib. *alioquin patr. hab. f. trib. plebi.* Quod placet. *Sigon.* Nimis est Suffenus cum suo codice Sigonius, omnia eidem tribuens. Hic quoque contendit verum esse, *aut alioquin patr. hab. f. trib. plebi*, quod exstat in Pal. solum 2. *Gebh.* Non *aut alioquin*, ut Gebhardus credidit, Sigonius legendum censuit: sed loco τοῦ *aut* ex vet. lib. substituebat *alioquin*, quemadmodum ex scholio ejus præmisso intelligitur, et in contextum ed. suæ recepit. Ei tamen lectioni ex meis non nisi unus favet Hav. plerumque deteriori parti adhærens. Reliqui uno animo *aut* retinent; nisi quod *haud* sit in Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. quomodo alibi sæpe erratum est. Vide ad XXVIII. 2. § 11. *Aut*, ut fere infra XLII. 42. 'Nihil certe insanabile commisi: aut frustra clementiæ vestræ fama vulgata per gentes est, si talibus de caussis arma capitis.' *Alioquin* vero ex glossa natum puto. Præterea *tribunos plebis* servant Lov. 2. 3. 5. Port. fragm. Hav. et Voss. ambo: *tribunos pl.* ambigue Hav. *tribunos plebi* Sigonii vet. lib. consentientes Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 4. et Harl. uterque: *tribunos plebei* Jac. Gronovius vulgavit, quod in nullo vel edito vel scripto obvium fuit. Vide hoc cap. ad § 1.

Adeo se suis etiam sordere, nec a plebe minus, quam a Patribus, contemni] [Vid. Lectt. Varr.] Alibi ita præpositiones commutasse Livium, videbimus ad VI. 28. § 3. *Ad plebem* autem est 'apud plebem.' Vide ad VII. 7. § 4. Eam tamen lectionem in nullo meo Ms. reperi, quare uni Rottend. vix fidem habere audeo. Quin potius videtur ultima litera voci *plebem* adhæsisse ex prima sequentis, *ad plebe* autem scriptum esse pro *ab plebe*. Et sane *non ab plebe minus, quam ab Patribus* etiam nunc habet Hav. Vel quum prius *ad plebe*, pro *ab plebe*, culpa librarii scriptum esset, nasutior id emendaturus *ad plebem* scripsit. Deinde *a P. contempti* perperam Leid. 2. Sed *a P. consensu contemni* una voce auctior Leid. 1. *a P. consensu contemtu* Lov. 1. Præterea *se sui etiam sordere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *se suis insordere* Port. et Voss. 2. a m. pr. qui *se suos insordere* legit a m. sec. *se suis et sordere* Lov. 3. *se suis sordere* Lipsiens.

§ 12 *Obseptum plebi sit ad honorem iter*] Primo *obseratum* præferunt Oxon. L. 2. et C. apud Hearnium. Quam lectionem ex glossemate natam, et malis avibus ex margine in contextum inlatam puto. De locutione 'obsepire iter' vide ad XXXIX. 1. § 5. Deinde *obseptum plebis id ad honorem iter* Leid. 1. et Lipsiens. a m. pr. literis, quæ olim continua serie exarabantur, imperite in vocabula distributis. *Obseptum plebi id ad honorem iter* Voss. 2. et Lov. 3. quam simul cum vulgata lectionem jungens *obseptum plebi sit id ad honorem iter* habet fragm. Hav. de qua librariorum consuetudine vide ad III. 44. § 4. *Obseptum plebeis sit ad honorem iter* Hav. *obsessum sit plebeis ad honorem iter* Port. *obseptum plebis ad honorem iter* Lov. 5. *obseptum plebis sit ad honorem iter* Lipsiens. in margine a m. sec. *obseptum plebei sit ad honorem iter* Gaertn. Receptam scripturam satis vindicat locus alius Livii IX. 34. 'Hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit.' Paullo ante *Aliquando purgare*, pro *Alii purgare*, Lov. 4.

Mistis precibus minisque] *Mixtis precibus* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. Hav. et priscæ edd. usque ad Moguntinos, qui *mistis* dederunt. Sed alterum præstat. Vide ad III. 57. § 9. Deinde *memoria eam suorum* Gaertn. *memorem jam suorum* Lov. 4.

Parto auxilio imperium quoque ascituram] *Par auxilio imperium* Leid. 2. et Lov. 1. Tum vox *quoque* exsulat ab Harl. 2. qui etiam præfert *adiscituram*. Sed librarius dare voluisse videtur *adscituram*, ut habent Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *adscripturam* Klockian. Paullo ante *initura suffragia esse* perperam Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 3. et Klockian.

§ 13 *Ne cui album vestimentum addere petitionis caussa liceret*] Exemplar scriptum habet *ne cui album investimentum addere pet. lic. causa*. Sicut autem a 'vestiendo' 'vestimentum' deducitur, ita ab 'investiendo' 'investimentum,' quod supra aliam vestem induitur. Hinc candidatorum nomenclatura a candida veste, quod hic vocat Latinissime *album investimentum*. 'Investiendi' verbo jureconsulti utuntur, qui et 'investituram' usurpant. *Rhen.* Sordes et quisquiliæ sermonis 'addere vestimentum.' Libri vett. *album investimentum*. Scribendum divisim *in vestimentum*. Vetuit autem lex album addi in vestem, id est, cretam, gypsum, et similia, quibus togas suas ornare petituri solent. Ex quo et nomen manavit 'Candidati.' Res nota. Bonus Rhenanus 'investimentum' interpretatur ab 'investiendo,' quo verbo jurisconsultos usos ait. Acumen hominis! *Lipsius*, Antiq. Lect. IV. 15. Emendo *ne cui album in vestimentum addere*, auctoribus libris et sententia ipsa. Quoniam non alba vestis interdicta, (absurdum id,) sed additio albi in vestem, id est, cretæ. *Lipsius*, Elect. I. 13. Membranæ *ne cui album investimentum;* quo pacto etiam viri docti pridem legendum hic viderunt. *Modius. Investimentum* aiunt esse in Mss. approbatque Gifanius Observat. in Ling. Latin. voce 'Investimentum,' Hotomanni etiam confirmatus auctoritate, qui consulatur Observat. IX. 13. Et vero admittit hanc quoque scripturam Lipsius Elector. I. 13. sed dispescit *in vestimentum;* neque improbaverim: gnarus membranaceis alioquin usitatissimum, præpositionem adglutinare suo nomini. *Gruter.* Nequam sunt fabri isti codd. qui nobis hanc lectionem plumbeam cuderunt, *ne cui album investimentum*. Nam certe istud *investimentum* adulterinæ notæ est, quidquid statuat Rhenanus, confirmetque Modius. Producant mihi idoneum auc-

torem, a quo tale aliquid ratum dici possit. Pall. 1. ac 3. *ne cui album vestimentum albo add. pet. lic. caussa.* Pal. 2. *ne cui album vestimentum add. pet. liceat caussa.* Si tamen verum fateri velim, reperi in Andreæ recensione *ne cui album in vestimentum adere.* Sed tunc aliud erit ἀδιαιρέτως *investimentum*, aliud *in vestimentum addere.* Gebh. Quicquid dicant Gifanius et Hotomannus, nugæ istud *investimentum*, et dispescenda vox, ut Lipsius voluit, et olim edidit Andreas. 'Album addere in vestimentum' est togam creta candidiorem reddere, ut solebant petitores: unde 'cretata ambitio.' *Album* sic Ovidio Met. III. 221. 'Et nigram medio frontem distinctus ab albo.' Festus: 'Insignes appellantur boves, qui in femine et in pede album habent.' Altera phrasis frequens Plinio: lib. XXIII. c. 1. 'Qua de caussa in saccos vinarios additur polenta.' c. 7. 'Additur in malagmata ad discutiendas collectiones.' c. 9. 'Additur in malagmata nervorum et podagras.' Lex 9. ad L. Corneliam de falsis: 'Lege Cornelia cavetur, et qui in aurum vitii quid addiderit, quique argenteos nummos adulterinos flaverit, falsi crimine teneri:' ita lego, non *ut qui.* Vide ad Senecæ Thyesten vs. 994. Perperam Scaliger ad Festum *clavum in vestimentum addere.* J. F. Gron. Locus Scaligeri est ad Festum voce 'Patagium,' Hotomanni Observ. IX. 13. et Gifanii in Observ. Ling. Lat. voc. 'Investimentum.' *Investimentum* citat etiam Sigonius de Judic. II. 30. in cujus interpretatione se torquet Gruchius de Comit. l. I. c. 3. p. 57. *In vestimentum* probat verbo Casaubonus ad Theophrasti Charact. c. 10. in fine: 'Livius dixit cretam, sive album in vestimentum addere.' Illud bene observat Sigonius, hanc primam fuisse legem, quæ ad ambitum pertineret, sed non observatam. *Duk.* Omnia hæc verba desunt in Lov. 3. Sed *album vestimentum addere* habent Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et, ut Hearne testatur, Oxon. B. L. 2. et C. *vestimentum album addere* Port. utraque lectione juncta *album vestimentum album addere* præferunt Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *album vestimentum albo addere* Voss. 2. *album investimentum addere* Leid. 1. *album in vestimentum addere* Flor. Harl. 1. Klockian. et Voss. 1. a m. pr. Adsentior viris doctis, qui *investimentum* una voce rejiciunt. Jurisconsulti enim qui 'investire' et 'investitura' usi sunt, ut Rhenanus monet, non alii existimandi sunt, quam barbararum legum feudalium auctores, quorum auctoritate nemo sanæ mentis, vocabula, in membranis priscis obvia, Livio vel æqualibus scriptoribus digna esse, probare potest. Cum iisdem vero viris doctis scribendum puto, ut est in quibusdam Mss. *album in vestimentum addere.* Præpositio enim *in*, quæ in quibusdam codd. deest, intercepta est a præced. vocis litera finali *m*, ut alibi sæpe fit. Vide ad x. 13. § 3. errore ex compendio scribendi orto. *Album*, ut XL. 51. 'Theatrum et proscenium ad Apollinis, ædem Jovis in Capitolio, columnasque circa poliendas albo locavit.' Curtius III. 3. § 17. 'Cultus regis inter omnia luxuria notabatur: purpureæ tunicæ medium albo intextum erat.' Virgil. Ecl. II. 40. 'Præterea duo nec tuta mihi valle reperti Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo:' et Georg. III. 55. 'Nec mihi displiceat maculis insignis et albo.' Plinius XXXVII. 11. 'Lycophthalmos quatuor est colorum ex rutilo sanguinea: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis:' et postea eodem cap. 'Cissites in candido perlucet ederæ foliis, quæ totam tenent.' Eodem adhuc cap. 'Astrapiæ in candido aut cyaneo discurrunt e

medio fulminis radii.' Iterum 'Polytrix in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur.' Vide Grævium ad Flori IV. 2. § 45. et Burmann. ad Nason. Metam. XI. 48. 'Addere in vestimentum,' pro 'addere vestimento,' ut Sall. in Cat. c. 51. § 21. 'Quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur.' Constructionem inlustrant etiam quæ notavit Burmann. ad Quinctil. Instit. VIII. 3. p. 706. Deinde *petitionis liceat caussa* Hav. *petitioni liceret caussa* fragm. Hav. a m. sec. *petitionis liceret caussa* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. uterque, Port. Lipsiens. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. quem ordinem vocum, tot codicum testimonio firmatum, non insuper habendum putavi. Et id voluerunt etiam librarii Lov. 2. 5. et Gaertn. qui tamen *cum*, pro *caussa*, dederunt. Vide hoc lib. ad c. 44. § 10.

Parva nunc res, et vix serio agenda videri possit] Vocula *et* non adparet in Hav. At una voce auctius *et quæ vix serio* præfert Port. a m. sec. Insuper *posset*, pro *possit*, Hav. In seqq. *ac plebem* omittit Leid. 1.

§ 14 *Vicere tamen tribuni, ut legem perferrent*] *Vincere* Voss. 1. a m. pr. *Vicerunt* Hav. Deinde *tum*, pro *tamen*, Lov. 5. et Port. Vide hoc cap. ad § 4. Denique τὸ *ut* deficit in Leid. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr.

Plebem ad suos studia inclinaturam] *Ad vos studia* Leid. 1. *ad nos studia* Lipsiens. a m. pr. *ad hos studia* Voss. 2. et Lov. 3. *ad suorum studia* Harl. 2. *ad suo studia* Gaertn. *plebem sua studia inclinaturam* Lov. 5. Sed recte *ad suos*, id est, ad plebeios, ad principes plebis. Vide hoc lib. c. 9. § 5. Sequentia corruptissime exstant in Voss. 2. hoc modo: *quæ nec liberata esset, unde confectum est, ut consularia:* a quo haud multum abit Lov. 3. qui præfert *quæ nunc libera essent, unde confectum, ut consularia.* Sed *sic*, pro *senatusconsultum*, habent Lov. 2. et Lipsiens. *senatumconsultum sic factum* Gaertn. Ex voce *senatusconsultum* ob compendia scribendi varia monstra vocabulorum a librariis facta esse videbimus ad XXII. 10. § 1. *nec*, pro *ne*, etiam Lipsiens. et Gaertn. *nunc*, pro *ne*, Lov. 5. Vide ad VI. 37. § 6. Sed tota vocula omittitur in Lov. 4. Denique *comitia consularia* vocibus transpositis Lov. 4.

CAP. XXVI. § 1 *Quem ab Æquis et Volscis Latini atque Hernici nunciarant*] *Nunciarent* Port. et ed. Parm. 1480. *nunciabant* fragm. Hav. *nunciarunt* Gaertn. *nunciaverant* Lipsiens.

§ 2 *T. Quinctius, Lucii filius, Cincinnatus (eidem et Penno cognomen)*] *T. Quintius, qui Lucii filius* Lov. 3. Deinde vox *Cincinnatus*, quam agnoscunt omnes codd. in uno Oxon. C. non adparet apud Hearnium. *Lucii filius Cincinnati* habet Lov. 3. Deinde plerique codd. et typis exarati antiquiores *Pæno*, *Pœno*, vel *Peno*. Primus Sigonius *Penno* edidit; quam lectionem, a reliquis proximis spretam, demum Gruterus et postea omnes recentiores in contextum receperunt; Pighius etiam probavit in Annal. ad a. CCCXXII. p. 180. Vide hoc lib. c. 20. § 8. et ad VI. 42. § 4.

Et Cn. Julius Mento] Diodor. l. XII. p. 319. Γάϊον Ἰούλιον vocat. Itemque in quibusdam vet. lib. *C. Julius;* quod probo. Nam *Cnæi* prænomen numquam alias in Julia gente reperi, *Caii* vero sæpissime. *Sigon.* Pal. 3. *Gn. Tullius.* Sigonius scribendum censet *Caius*, qui videatur. *Gebhard.* *Etiam*, pro *et*, Lov. 3. Vide ad Livii XXII. 47. § 9. Prænomen *Cn.* servant Hav. et Lov. 4. *C. neus* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Gneus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Sed *Caii* prænomen ei tribuendum esse censet etiam Pighius in Annal. ad a. CCCXXII. p. 180. Deinde

Tullius, Gebhardi Pal. 3. consentientes, Voss. 2. et Lov. 3. Sed passim ita peccarunt librarii. Vide ad I. 30. § 2. Deinde *M̃to*, pro *Mento*, Lipsiens. et Port. *merito* Leid. 2. *mom̃to*, id est *momento*, fragm. Hav. Nomen proprium, librariis minus notum, eos, ut sæpe alibi factum, in varios errores conjecit. Mox *belli terror est dilatus*, mutato ordine dictionum, Harl. 2. et Lov. 4.

§ 3 *Lege sacrata, quæ maxima apud eos vis*] Teste Festo, 'Sacratæ leges sunt, quibus sanctum est, qui quid adversus eas fecerit, sacer alicui Deorum sit cum familia pecuniaque. Sunt qui esse dicant sacratas, quas plebes jurata in monte Sacro sciverit.' Prior autem sententia verior est. Et hinc etiam aliæ leges, quam quæ plebs jurata in monte Sacro sciverat, 'sacratæ' apud Romanos vocatæ sunt: omnes nempe, quibus addita erat similis sanctio, atque illa erat, quam ibi Festus memoravit. Hoc sensu 'lex sacrata militaris' memoratur VII. 41. 'Lex quoque sacrata militaris lata est, ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur.' Hinc etiam aliarum gentium 'leges sacratæ' memorantur, ut hoc loco Æquorum et Volscorum; Etruscorum IX. 39. 'Ad Vadimonis lacum Etrusci, lege sacrata coacto exercitu, quum vir virum legisset, quantis numquam alias ante simul copiis simul animis dimicarunt:' Samnitium X. 38. 'Deorum etiam adhibuerant opes, ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito nova lege; ut, qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset:' et mox: 'Dein jurare cogebatur diro quodam carmine, in exsecrationem capitis familiæque et stirpis composito, nisi isset in prœlium, quo imperatores duxissent; et si aut ipse ex acie fugisset, aut si, quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset:' apud Florum I. 16. § 7. 'Pro hac urbe, his regionibus populus Romanus Samnitas invasit, gentem, si opulentiam quæras, aureis et argenteis armis, discolori veste, usque ad ambitum armatam; si fallaciam, saltibus fere et montium fraude grassantem; si rabiem ac furorem, sacratis legibus humanisque hostiis in exitium Urbis agitatam.' Ligurum apud Liv. XXXVI. 38. 'Sub idem fere tempus Ligures, lege sacrata coacto exercitu, nocte inproviso castra Q. Minucii proconsulis adgressi sunt.' Vide viros doctos ad locum laud. Flori, et Perizonium in Animadv. Histor. c. 10. p. 418.

Quæ maxima apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu habito] *Militia* pro *militibus* novitatis in Strada accusavit Sciopp. in Infam. Famiani p. 5. Similiter, quum Hieronymus vel vulgatus interpres verba Lucæ in Euang. II. 13. πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου reddidisset *multitudo militiæ cœlestis*, Beza se 'militiam' pro exercitu numquam legisse dixit. Verum Hieronymi interpretationem Pricæus ad eum locum tueri conabatur, dicendo *militiæ cœlestis* notissima metonymia poni pro 'militum cœlestium,' quemadmodum nimirum 'matrimonium' ponitur pro uxore. Vide auctores quos laudat Dukerus ad Flori I. 1. § 10. 'servitium' pro servis: vide ad Livii III. 15. § 9. 'principium' pro principe: vide quæ notavi ad Silii Ital. XV. 748. At insuper Borrichius ipsum usum hunc vocis 'militia' contra Scioppium adstruxit in Cogitat. p. 286. loco Justini ex XXXII. 2. § 2. Similiter etiam Vorstius de Latinit. Merito Susp. c. 2. p. 23. Stradam adversus Scioppium defendit multorum inferioris ætatis scriptorum auctoritate, sed in primis etiam Valerii Max. I. 6. ex. 11. His addi potest locus Ovidii Epist. He-

roid. VIII. 45. ‘ Tantalides omnes, ipsumque regebat Achillem : Hic pars militiæ, dux erat ille ducum.’ Neque tantum poëtæ optimo ævo linguæ Latinæ ita locuti sunt, sed et ipse Cic. de Legib. III. 3. ‘ Militiæ ab eo, qui imperabit, provocatio ne esto :’ et paullo post, ‘ Militiæ quibus jussi erunt, imperanto; eorumque tribuni sunto.’ His locis forte etiam hic Livii addendus est ; siquidem *cogendæ militiæ* exponere placeat ‘ cogendorum militum,’ ‘ cogendi milites.’ Certe id suadere videtur locus Livii modo memoratus ex XXXVI. 38. ‘ Sub idem fere tempus Ligures, lege sacrata coacto exercitu, nocte inproviso castra Q. Minucii proconsulis adgressi sunt :’ ubi eodem sensu ‘ cogere exercitum,’ quo hoc loco ‘ cogere militiam ’ dixisse videtur, pro ‘ congregare,’ ‘ colligere.’ Cic. pro Cæcin. c. 11. ‘ Pulsum prohibitumque esse vi, coactis hominibus et armatis.’ c. 12. ‘ Quum manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coëgerit, armarit, instruxerit.’ Sallust. in Jug. c. 54. ‘ Ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem :’ ubi videndus est Cortius. Pari modo passim obcurrit ‘ cogere senatum,’ ‘ concilium.’ Vide ad XXX. 4. § 1. ‘ cogere numerum colonorum ’ XXXII. 2. § 7. Et ita etiam locum exponebat Schelius ad Hygin. de Castram. Rom. p. 1035. ubi etiam ‘ militia ’ pro militibus inlustravit. Video tamen ‘ cogere militiam ’ etiam recte accipi posse pro ‘ cogere ad militiam.’ Ita mox hoc cap. ‘ Siquidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules, et (quo quid ulterius privato timendum foret ?) in vincula etiam duci possent.’ Ceterum *quæ maxime apud eos vis* fragm. Hav. *quæ maxime apud eos jus* Hav. *Vis* et *Jus* sæpe in Mss. commutantur. Vide ad Livii III. 38. § 13. Vox *vis* deficiebat in Lov. 3. Præterea *dilectu habito* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. et Klockian. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Tandem ordine mutato *validi ex. utr. prof.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *utrimque ex. validi prof.* Harl. 2. Lov. 2. et Lipsiens.

§ 4 *Ibique, seorsum Æqui, seorsum Volsci, castra communivere*] *Ibi Æqui, seorsum Volsci* Leid. 2. et Lov. 1. quod probari, et dictum esse existimari posset, quomodo est III. 37. ‘ Et jam ne tergo quidem abstinebatur : virgis cædi, alii securi subjici :’ ubi vide quæ notantur. Vel suspicio oriri posset, aut scribendum esse, aut librarium ejus codicis incidisse in librum, qui alio ordine exhibuit *ibi Æq. seorsum, seors. Vols.* sed postea culpa librarii alteram vocem *seorsum* omissam esse. Vide ad XXXIII. 27. § 4. Servo tamen vulgatum, quia in eam lectionem conspirant reliqui codd. nisi quod verba *seorsum Æqui* exsulent ab Lov. 2. Harl. 2. Gaertn. et Lov. 4. a m. pr. in quo alio ordine *seorsum Volsci, seorsum Æqui* a m. sec. emendatur : et quod similiter desit *seorsum Volsci* in Port. a m. pr. cui errori occasionem iterum tribuit vocis *seorsum* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. *Seorsum Æqui Volsci* habet Lov. 5. Deinde *convenere* Leid. 2. in contextu, quæ vox menti scribæ adhuc obversabatur ex periodo proxima. *Communire* Hav. *communiere* Voss. 2. Port. fragm. Hav. et Lov. 3. ac 5. *comminuere*, transpositis perperam literis, Gaertn. Vide ad VI. 27. § 8. Ita idem cod. et Lov. 5. mox verbis seqq. legunt *minuendi* pro *muniendi*. Præterea *numquam*, pro *umquam*, Lov. 1.

Exercendique militem cura] *Exercendique milites cura* codicem C. quem Oxonii excussit, præferre, auctor est Hearne. Sed, nullis tum ipsius Hearnii aliis, tum meis codd. eam lectionem firmantibus, vulgatum servo. Vide ad VII. 35. § 2. *Militum* librarii errore habet Gaertn.

§ 5 *Senatui dictatorem dici placuit*]

Placet Hav. Deinde *dici dictatorem placuit* principes excusi usque ad Aldum, qui ordinem nunc receptum inposuit. Cum eo autem stant omnes codd. nisi quod *dictatori dicere placuit* habeat Lov. 2. Tum in sequentibus *victi sæpe populi* ordine mutato Lov. 4.

Majore tamen conatu, quam alias umquam, rebellarent] Vet. lib. *rebellarant*. Sigon. Sigonius e suo *rebellarant*. Pal. 2. *rebellarunt*. Gebh. *Rebellarant* Harl. 2. Lov. 4. Port. et Hearnii Oxon. B. *rebellarunt* Hav. Sed utraque lectio a librariis interpolata fuisse videtur, qui crediderunt τὸ *quia* commode cum subjunctivo jungi non posse. Verum male. Vide ad Livii II. 8. § 5.

Et aliquantum Romanæ juventutis morbo absumtum erat] Vox *aliquantum* deficit in Lov. 5. Sed *aliquanto* habent Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *aliquantum juventutis* Harl. 2. *aliquantum Romæ juventutis* Leid. 1. Denique *assumtum erat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Lipsiens. Gaertn. et Hav. *adsumtum erat* Flor. Vide ad II. 42. § 4.

§ 6 *Pravitas consulum discordiaque inter ipsos*] Longe secus et melius veteres libri, *ante omnia privata consulum discordia, quæ inter ipsos erat*. Sigon. Quatuor dictiones a fine, *quæ inter ipsos erat,* glossam sapiunt, loco suo indignam. *Grut.* Faveo gloriæ C. Sigonii, ut quisquam popularium ejus et amplius: doctissimum virum, et de antiquitate literisque optime meritum fuisse non modo fateor, sed ultro prædico. Sed siquidem Livium salvum volo, (ut velle sane quam præ me fero,) quin sæpe scholia ejus castigem defugere non possum: hæc invidia mihi sustinenda est ingratiis. Vel hic quam lectionem longe secus et melius olim vulgata *ante omnia pravitas consulum discordiaque inter ipsos,* habere pronunciat, qui possim non longe deteriorem existimare? Quis credet, ab Livio profectum *consulum discordia, quæ inter ipsos erat?* Mihi quidem hic sermo Neronianas posse refrigerare thermas videtur, et fabrorum prandia betas juxta fatuas non esse. Hoc naris emunctæ Gruterum non fugit: ideoque has voces *quæ inter ipsos erat,* tinnire aliquid minime Livianum censet. Tenendum ulterius, et totum illud quod mutavit Sigonius, restituendum est. Hoc ipso libro c. 49. de M. Postumio Regillensi, ‘ pravæ mentis homini, quod tamen victoria magis, quam bellum, ostendit.’ Quare autem *pravæ?* Nimirum cum feliciter rem gessisset, ‘ ab hostibus,’ inquit Livius, ‘ in cives certamen vertit.’ Ergo invidia, malignitas, amor litium, et pertinacia in certando maxime est ‘ pravitas.’ Julius Scaliger, ‘ Pravus,’ inquit, est vox militaris, inventa ab exprobratione lenitatis, quam in milite detestabantur: interposita Æolica litera πρᾷος *pravus*: Exercit. CCC. Placetque Bermanno, cum prisca ætas omnia in fortitudine sita esse putaverit, eamque solam duxerit virtutem. Sed frustra origo vocis quæritur, si ratio non habeatur primæ et propriæ significationis. ‘ Pravus ’ proprie signat vitium corporis, quodque in eo est perversum, male distortum. Horatius ad Pisones vs. 36. ‘ pravo vivere naso Spectandum.’ Sat. I. 3. 47. ‘ illum Balbutit Scaurum pravis fultum male talis.’ Epist. I. 1. 104. ‘ prave sectum stomacheris ob unguem.’ Hinc Cicero de Orat. II. 62. ‘ Tertium ’ (genus, quod risum movet,) ‘ oris depravatio, non digna nobis.’ Eodemque c. 22. et tertio libro, ‘ pravitas oris.’ De Fin. V. 12. ‘ Si peccatur distortione et depravatione quadam.’ De Divinat. II. 46. ‘ Quin muti, cum ita nati essent, ut quædam contra naturam depravata haberent, restituerentur et corrigerentur.’ Varro de L. L. l. VIII. p. 103. ‘ Qui puereis in geniculeis

alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura.' Cæs. Gall. IV. 2. 'Quæ sint apud nos nata' (jumenta) 'prava atque deformia.' Seneca de Ira I. 1. 'Fœda visu et horrenda facies depravantium se.' De Constant. Sap. c. 4. 'Puerorum, quibus metus incutit umbra et personarum deformitas et depravata facies.' Epist. 24. 'Libidines adferunt pedum, manuum, articulorum omnium depravationes.' Epist. 101. 'Depraves licet, dum monstroso et distorto temporis aliquid accedat.' Tacitus Histor. IV. 81. 'Elapsos in pravum artus.' Plinius XI. 37. 'Uni animalium homini depravantur oculi, unde cognomen Strabonum et Pætorum.' Quod vitii notans Cicero in Roscio Catuli deliciis de Nat. Deor. I. 28. 'Hic pulchrior Deo; at erat, sicut hodie est, perversissimis oculis.' Hinc et Lucretius IV. 1153. 'pravas fœdasque videmus Esse in deliciis.' Ab corpore scilicet. Habemus genuinam primamque vim vocabuli, qua est adversum recto, bene apto, ac locato, intra lineam suam ac filum manenti. Unde igitur *pravus? Ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω; Pravus* a *παραβάς*. Æoles, ut et Attici, multis in vocabulis hoc sibi juris sumebant, ut mutarent *τὸ* A in *τὸ* O: ut *πόλην* pro *πάλην, βότις* pro *βάτις, πόϊς* et *πόϊρ* pro *παῖς* dicebant, sic et *παραβὸς* pro *παραβάς*. Una litera extrita quemadmodum *βαλανεῖον* gignit *balneum, γάλανος* pro *βάλανος glans, γάλως glos,* sic *παραβὸς pravos* et *pravus*. Sic quod transgreditur lineas filumque corporis, extortumque est, (Galli vocant *disloqué*, ut Itali *slocuta*, Polluci *ἐκχωρῆσαι ἄρθρον*) id 'pravum' et 'depravatum.' A vitio corporis ad vitium animi transtulerunt, adeo frequentato usu, ut propriam pœne significationem exstinxerit. Apparet tamen origo cum translatione in illo Horatii Sat. II. 2. 55. 'frustra vitium vitaveris illud, Si te alio pravum detorseris.' Et Columellæ III. 10. 'Prave detorta et inveterata rusticorum opinio.' Et Ciceronis de Offic. III. 29. 'Si in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa depravatio et fœditas turpificati animi debet videri?' Etiam 'pravum' 'recto' sic passim videas componi. Nunc illud addendum, rei, de qua Livius agit, idem vocabulum a veteribus dicatum addictumque esse. Sic IX. 18. 'Collegæ nunc temeritas, nunc pravitas impedimento aut damno fuit.' X. 19. 'Plures abeunti Volumnio obsistere atque obtestari, ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat.' Tacit. Annal. III. 48. 'Incusato M. Lollio, quem auctorem C. Cæsari pravitatis et discordiarum arguebat.' Eodem libro c. 16. M. Piso sero dolens ob æmulationem et odia cum Germanico exercita, 'eo impensius precor, ne meæ pravitatis pœnas innoxius luat.' Sic educatorum Britannici, qui eum ad æmulandum Neronem incitare credebantur, apud eundem XII. 41. appellatur 'pravitas tam infensa docentium.' Denique idem alibi 'æmulatione prava.' Tam fœdum vitium ac male decens hominem, divinum animal, et fine suo ab insectatione generis sui longissime remotum, putabant invidiam et malignitatem, ut inter tot corruptelas labesque animi eam præcipue 'pravitatis' et 'pravæ mentis' elogio invidam et malignam et *τὸ φιλόνεικον* infamarent. Sic et 'obliquam invidiam' dixit Virgilius Æneid. XI. 337. et Horatius Epist. I. 14. 37. 'obliquo oculo mea commoda quisquam Limat.' Quare maneat *privata* illa *discordia* Sigonio; Livio restituatur *pravitas consulum discordiaque inter ipsos*. J. F. Gron. Vet. lib. Sigonii per omnia hic consentiunt Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Harl. 2. *privata consulum discordiaque, quæ inter ipsos erat* habet Hav. *privata consulum discordia, quæ inter ipsos*, sine *τῷ erat*,

Lov. 2. Lipsiens. et fragm. Hav. Originem erroris pulchre ostendunt codd. optimæ notæ Leid. 1. et Harl. 1. qui duarum tantum literarum ordine trajecto habent *privatas cons. discordiaque inter ipsos*; unde pronum fuit librariis eam lectionem formare, quæ in deterioris notæ codd. superfuit tum apud Sigonium, tum in nonnullis meis. Recte igitur J. F. Gronovius priscam scripturam revocavit, eamque multis erudite inlustravit, quem etiam vide ad Senecam Epist. 122. Ant. Perizonius hic ad oram libri sui adscripserat locum ex Livii IX. 30. 'Negaverunt, eam lectionem se, quæ sine recti pravique discrimine ad gratiam et libidinem facta esset, observaturos:' ubi 'pravum' translata a vitio corporis significatione usurpatur; ita tamen, ut 'rectum' 'pravo' obponendo origo cum translatione manifeste adpareat. Adde locum Livii I. 27. 'Quoniam recta consilia haud bene evenerant, pravis reconciliare popularium animos cœpit:' et Cicer. de Finib. II. 18. 'Sed ego ex te quæro, nonne intelligas, plus rectam naturam, quam rationem pravam valere?' Voce *pravitas* eodem sensu, quo hic Livius, etiam usus est Q. Cicero de Petit. Consul. c. 10. 'Qui sine caussa non amant, eos aut beneficio, aut spe, aut significando tua erga illos studia futura, delenito, dans operam, ut de illa animi pravitate deducas.' Quos autem 'de animi pravitate' deducendos dicit, paullo antea 'obtrectatores atque adversarios' vocaverat. Mox *contamina*, pro *certamina*, Lipsiens. a m. pr. Deinde *in conciliis*, pro *in consiliis*, Lov. 2. librariorum errore. Intelligitur enim consilium militare ipsorum imperatorum. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Male pugnatum ab his consulibus in Algido auctores sunt] *Ab his consules* Leid. 1. errore inde orto, quod, literis initialibus notata vox *cons.* quomodo plene efferenda foret, non adtenderit librarius. Vide ad X. 10. § 2. Præterea *ductores sint* Hav. Qui error ex similitudine literarum *a* et *d* in scriptura Longobardica natus est. Alia exempla vide ad XXVIII. 28. § 11.

Eamque caussam dictatoris creandi fuisse] *Dictatores creandi* aberrans dedit scriba Lipsiens. Idem etiam exstat in Voss. 1. in quo deinde ab alio emendatum est *dictatorem creandi:* et ita præfert Lov. 1. Sed alterum, quod in reliquis libris manu, et in omnibus typis exaratis superest, verius puto. Tres ultimæ voces male deficiunt in Leid. 2.

§ 7 *Donec quum alia aliis terribiliora adferrentur*] *Donec cum aliis alia terrib.* Lov. 5. et Port. *donec alia cum aliis terrib.* Lipsiens. Lov. 2. et Harl. 2. In verbis etiam præcedd. *Istud satis constat*, pro *Illud s. c.* Lov. 5. Deinde *adv. volunt. Pat.* trajectis vocibus, Lov. 4.

Nec in auctoritate senatus consules essent] *Ne in auct. sen.* Port. a m. sec. quomodo etiam inter versus adscriptum exstat in Leid. 1. *nec in auct. Patrum et sen.* Hav.

Q. Servilius Priscus summis honoribus egregie usus] *Quintius Serv. Prisc.* Lov. 5. Port. et fragm. Hav. Deinde *Priscus summus Patrum summis* Harl. 2. Videtur autem indicari Servilius Priscus, qui dictator memoratur c. 21. ubi tamen male *A. Servilius Priscus* vocatur. Vide quæ ibi notantur. Ejus patrem avum et proavum consules fuisse, existimat Doujatius ad hunc locum; quod verum esse vix permittit temporum ratio, neque facile etiam antecessorum Parisiensium primicerius cuiquam persuadebit.

§ 8 *Vos, inquit, tribuni plebis, quoniam ad extrema ventum est, senatus adpellat*] *Senatus vos adpellat* Hav. ut emphasis sit in repetitione pronominis *vos*, quam inlustravi ad Silii Italici II. 25. Sed omnes alii codd. stant

cum vulgata lectione. Præterea q̄n, id est, *quando*, pro *quoniam*, Lov. 4. Eo sensu Livio frequens esse τὸ *quando*, idque sæpe cum *quoniam* commutari, videbimus ad XL. 9. § 1. Unius tamen istius fide incerta vulgatum non muto.

Consules pro potestate vestra cogatis] *Vestra consules pot.* Lov. 2. et Lipsiens. *consules vestra pot.* Lov. 4. *consules pot. vestra* Voss. 2. Lov. 3. 5. et Gaertn. Sed vocula *pro* scripta fuerat per compendium unica litera, quam deinde principium vocis seq. elisit. Mox hoc cap. 'Siquidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules possent.' Et ita sæpe. Voces præcedentes *dictatorem dicere* desunt in Lov. 4.

§ 9 *Proque collegio pronunciant*] Dodwellus in App. Prælect. p. 681. exponit 'nemine intercedente.' Hoc verum videtur. Sic c. 44. de collegio Pontificum: 'Ampliatam, deinde absolutam pro collegii sententia.' Et Gellius XI. 3. 'Pontifices pro collegio decrevisse.' Tamen etiam dicitur de sententiis maximæ partis, quamquam uno alterove dissentiente, aut intercedente. Livius c. 53. 'Novem tribuni sustulerunt certamen, pronunciaveruntque ex collegii sententia.' *Duk.*

Placere, consules senatui dicto audientes esse] Pal. 1. *senatus edicto*. Gebh. Similiter Voss. 2. et Lov. 3. At *senatus dicto aud.* Lov. 2. 4. Lipsiens. et Oxon. N. et C. apud Hearnium. Sed utrumque male. Infra XXIX. 20. 'Iis ædilis plebis datus; quem, si aut in Sicilia prætori dicto audiens non esset Scipio, aut jam in Africam trajecisset, comprehendere tribuni juberent:' ubi vide Gronov.

In vincula se duci eos jussurum] *In vincla* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, et Lov. 1. 3. 4. Vide mox ad § seq. et Gebhardum ad III. 56. § 4. Tum *duci se eos* Lov. 5. Sed vox *eos* exsulat ab Harl. 2. Lov. 2. et Lipsiens. Paullo ante *adv. cons. ampl. ordinis ultraque* Hav. *adv. sensum* Lipsiens. Præterea *tendunt*, pro *tendant*, Lov. 5.

§ 10 *Datumque sub jugum tribuniciæ potestati consulatum*] *Sub jugum trib. potestatis* Port. et Lov. 3. ac 5. reliquis invitis. Paullo ante *a tribunis, quam ab senatu* Lov. 2. 5. *a tribunis, quam a senatu* Lipsiens. Gaertn. et priscæ edd. donec Aldus *ab* utroque loco reponeret, quemadmodum in reliquis scriptis inveni. Præterea *proditum Patribus*, pro *prod. a Patribus*, Flor.

Siquidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules] Vet. lib. *cogi aliquando*: quod placet. *Sigon.* *Cogi aliquid* est antiqua lectio omnium meliorum codicum, adeoque primariarum edd. Tamen Sigonius et Pal. 2. *siquidem cogi aliquando*: quod tamen illi placet; mihi minime. *Gebh.* Quicquid est paullo exquisitius, attentatur a Sigoniano. Igitur et hic oportuit fieri *aliquando*. Sed istud meliorum. Sic Terentius Phorm. II. 7. 'Hoc qui cogam, re ipsa reperi.' Plinius XXV. 2. 'Durat tamen tradita persuasio, veneficiis et herbis id cogi.' Aliter Plinius in Paneg. c. 6. 'Ereptumque principi illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur.' Gellius XII. 5. 'Stoicus homo cogi aliquid potest.' *J. F. Gron.* *Cogi al'n* Lov. 2. et Gaertn. *cogi aliq̄ñ* Port. a m. sec. et Hav. *cogi aliquando* fragm. Hav. a m. sec. *cogi ad aliquid* Lov. 4. Sed recte *cogi aliquid* vindicarunt Gebhardus et Gronovius: quam lectionem veriorem esse, præstat etiam meliorum codicum meorum in eam consensus. Virgil. Æn. III. 56. 'Auri sacra fames, quid non mortalia cogis Pectora?' Cicero de Legib. II. 6. 'Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere.' Vell. Pat. II. 81. 'Contemplatus frequentiam suam a disciplina

desciscit, et, quod cogere se putat posse, rogare non sustinet.' Plinius Histor. Natur. II. 47. 'Piratæ primum coëgere mortis periculo in mortem ruere, et hiberna experiri maria: nunc idem hoc avaritia cogit.' Quinctil. Instit. Orat. XI. 1. 'Quod tamen ita emendavit, ut necessitatem id faciendi ostenderet, invidiamque omnem in eum gereret, qui hoc se coëgisset:' in Declam. 305. 'Tamquam parum esset exigere pœnas, supplicia infamasti, id denique coëgisti, quod defendere non potuissent, nisi coacti.' Et eo sensu intelligi queunt verba quæ supra hoc cap. obcurrunt: 'Lege sacrata, quæ maxima apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu habito utrimque validi exercitus profecti in Algidum convenere:' quamvis etiam alio modo eadem accipi possint, et a viris doctis accepta fuerint. Vide quæ ad eum locum notantur. Ceterum voces *pro pot. ab trib. cons., et quo quid* perperam deficiunt in Leid. 2. in quem errorem librarius incidit ob vocem *aliquid*, quæ præcesserat. Vide ad IX. 11. § 11. Deinde *a tribuno* habent Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Lipsiens. Port. Hav. et fragm. Hav. *pro potestate tribunorum* Lov. 4. a m. pr. Tum *privato* deficit in Lov. 2. et Lipsiens. quæ vox tamen hic emphasi non caret, et inservit augendæ indignitati. Ea patienda erant 'consulibus,' ultra quæ nihil 'privatus' timere poterat. Tandem *in vincla etiam* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. et Harl. uterque. Vide modo ad § præc.

§ 11 *Nam ne id quidem inter collegas convenerat*] *Jam ne id quidem* Lov. 4. Solent hæ particulæ *nam* et *jam* in Mss. confundi. Vide ad IX. 17. § 5. *ne quidem id* Hav. Vide ad IV. 3. § 10. Præterea *invenerat* Lov. 3.

Is A. Postumium Tubertum, socerum suum, &c. dixit] Pronomen *is* non adparet in Lov. 4. et 5. Neque id omitti displiceret, si codicum majoris auctoritatis fide ea lectio firmaretur. Vide Gron. ad I. 1. § 11. Nunc potius illud *is* interceptum videtur ab ultimis literis vocis præced. *evenit*. Certe, pro *evenit. is*, datum est *eventis* in Leid. 1. *eventus* in Lov. 2. *enētis* in Lipsiens. Deinde *A. Postumium Tibertum* Port. et Lov. 5. *A. Postumium Tiḃium* Hav. Sed *Tubertus* vocandus est, quod cognomen obcurrit hoc lib. c. 23. ubi etiam in eodem, sed alio modo, errarunt librarii. Vide etiam viros doctos ad Nason. Fast. VI. 723. Gellium quoque in eo errasse, *Torquatum*, pro *Tubertum*, adpellantem Noct. Att. XVII. 21. auctor est Pighius in Annal. ad a. CCCXXII. p. 180. erroremque inde profluxisse existimat, quod, quæ historia de T. Manlio Torquato filium, quoniam contra edictum extra ordinem in hostem pugnasset, capitali supplicio puniente refertur, etiam de A. Postumio Tuberto referatur. Erroris ea origo vera esse potest. At errorem non ipsi Gellio, sed librariis ejus, adscribendum esse, dudum viri docti evicerunt, qui *Olus Postumius Tubertus* invenerunt in Mss. eorumque auctoritate contextui reddiderunt. Præterea *severissimi imperii, dictatorem*, omisso τῷ *virum*, Lov. 5. quod etiam ferri posset, si meliores codd. addicerent. Nam vocem illam sæpe per ellipsin intelligi docet Sanctius in Minerv. l. IV. cap. de Ellipsi Nominum, in voce 'Vir vel homo.' Nunc autem unum audiendum non existimo. Tum vox *dictatorem* deficit in Lov. 2. et Lipsiens. quæ commode ex prioribus hic intelligi posset, si plures codd. consentirent. *Dictatorem dicit* habet Hav. reliquis scriptis omnibusque editis dissentientibus.

§ 12 *Simul edicitur et justitium*] *Simul indicitur justitium* Leid. 2. quomodo sæpissime Livius locutus est. Supra III. 3. 'Quum ex auctoritate Patrum justitio indicto profectus ad tutandos fines esset.' Infra VI. 2.

'Justitioque indicto delectum juniorum habuit:' ubi idem Leid. 2. contra *edicto*. c. 7. 'Justitio indicto delectuque habito, Furius ac Valerius ad Satricum profecti.' VII. 6. 'Delectusque et justitium indictum.' c. 28. 'Quum, justitio indicto, delectus sine vacationibus habitus esset.' IX. 7. 'Justitiumque in foro sua sponte cœptum prius, quam indictum.' X. 4. 'Justitium indictum, custodiæ in portis, vigiliæ vicatim exactæ.' c. 21. 'Justitium indici, delectum omnis generis hominum haberi jussit.' Sed etiam apud Livium obcurrit 'edicere justitium.' Ita III. 27. 'Justitium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet.' VII. 6. 'Delectusque et justitium edictum.' c. 9. 'Quum tumultus Gallici caussa justitium edixisset.' Similiter apud Cicer. de Harusp. Resp. c. 26. 'In concione ausus est dicere, justitium edici oportere.' Utrumque igitur dicitur. Et quidem 'justitium indicitur,' id est, imperatur; sed 'edicitur,' id est, imperatur per edictum, proposito edicto. Ita 'edicti' in indicendo justitio meminit Tacit. Annal. II. 82. 'Ut, ante edictum magistratuum, ante senatusconsultum, sumto justitio desererentur fora.' Similiter in usu fuit 'edicere' et 'indicere delectum,' (vide ad III. 10. § 9.) 'edicere' et 'indicere comitia.' Vide ad XXXI. 49. § 12. Quum tamen in vulgatum *edicitur* reliqui, uno illo excepto, codd. conspirent, id etiam servandum judico.

Neque aliud tota urbe agi, quam bellum adparari] Valde suspectum mihi τὸ *agi*, quod in talibus adhibere non solet Livius. Et deest in uno Voss. 1. inter versus post a m. sec. interpositum. II. 63. 'Et hostes quidem nihil aliud quam perfusis vano timore Romanis citato agmine abeunt.' IX. 17. 'Quem mulierum ac spadonum agmen trahentem, &c. nihil aliud quam bene ausus vana contemnere incruentus devicit.' XXXIV. 46. 'Per biduum nihil aliud quam steterunt parati ad pugnam.' *J. F. Gron.* Livius et alii infinitis locis ἐλλειπτικῶς dicunt 'nihil aliud quam,' 'quid aliud quam.' Nec tamen adsentirer Gronovio, suspectum habenti *agi*, nisi suspicionem illius confirmaret liber scriptus. Dixi ad Florum III. 23. § 3. *Duker.* Certum est Livium sæpe ita, ut Gronovius emendandum censuit, locutum esse. Vide quæ notantur ad Livii XXVI. 2. § 16. et ad XXXI. 24. § 3. Interim nostri reliqui omnes vulgatum sine ullo dissensu servant, nisi quod *cogi*, pro *agi*, sit in Harl. 2. et vocula *quam* non adpareat in Hav. Vide igitur an non periculosum nimis sit, unius istius libri auctoritate receptam lectionem mutare; et adde quæ notantur ad XLI. 23. § 12. Mox sine sensu *cognito vacantium militiæ munere delectus* est in fragm. Hav. a m. pr. in quo eodem manu altera τὸ *delectus* deletum est. *Cognito* etiam male præferunt Lov. 3. 5. Gaertn. et Voss. 2. Insuper *vocantium* perperam Hav. Vide ad V. 8. § 2.

Ita dubii quoque inclinant ad nomina danda] *Itaque dubii* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Ita sæpius peccarunt librarii. Vide ad XXI. 53. § 7. Deinde *inclinabant* Harl. 2. Tum transpositis vocabulis *Latinis Hernicisque milites impertiri* Leid. 2. *Hernicis Latinisque imp. mil.* Harl. 2. *imperari*, pro *imperati*, habent Lov. 2. et Lipsiens.

Utrimque obnixe obeditum dictatori est] Legendum *utrimque enixe*. Rhen. Pall. omnes *obnixe*. Gebh. In Curione et Gryphio primis hoc *enixe* reperio. Mss. et quicquid adest mihi ante illos edd. *obnixe*. Terentii est in prima Andria I. 1.134. 'Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia Facturum.' Senec. Epist. XCV. 'Interdum enim obnixe petimus id quod recusaremus, si quis offerret.' *J. F. Gron.* Non Curio et Gryphius

primi fuerunt, qui *enixe* ediderunt, sed ita jam Frobenius 1535. et postea alii usque ad Gryphium et Curionem vulgarunt, ex Rhenani, ut adparet, emendatione. Gronovio, quo minus animadverterit *enixe* ex emendatione Rhenani profluxisse, fraudi fuit negligentia typographorum, qui primo Lugduni 1553. in emendatione Rhenani *obnixe*, pro *enixe*, subposuerunt. Sed quum ita nihil ejus emendatio a vulgata scriptura, notis præscripta, differret, postea Feyerabendtii Francofurti 1578. in verbis Livii, quæ Rhenani adnotationi præmittuntur, τὸ *est* omiserunt, quos recentiores secuti sunt: quasi Rhenanus voluisset, verbum *est*, vulgo omissum, addendum esse; quum contra illud ubique exstet, atque id unice egerit Rhenanus, ut doceat, pro *obnixe*, legendum esse *enixe*. Neque forsitan male. Certe *obnixe* apud me tantum legitur in Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Lipsiens. Gaertn. et Hav. apud Hearnium autem eadem lectio solum profertur ex L. 2. et N. Reliqui *enixe* habent, nisi quod in Leid. 1. sit *onixe*. Et sæpius illo *enixe* Livius hoc sensu usus est: ut IV. 55. 'Obstare tunc enixe tribuni:' ubi etiam quidam codd. *obnixe*. VI. 40. 'Nos, ex quo adsciti sumus in civitatem et Patres, enixe operam dedisse, ut per nos,' &c. XXIII. 7. 'Ab universis id non obedienter modo, sed enixe, favore etiam vulgi factum est.' XXVI. 47. 'Si ad ministeria belli enixe operam navassent.' XXIX. 1. 'Eoque enixius ad bellum adjuverunt.' XXXI. 11. 'Enixe id populum Romanum merito ejus præstaturum.' XXXVII. 16. 'Imperata enixe fecerunt.' Verbum *est* deficit in Lipsiens.

CAP. XXVII. § 1 *Acta, relictoque Cn. Julio consule ad præsidium urbis*] *C. Julio,* ut dixi. *Sigon.* *Relictoque C. Julio* Pal. 2. Campanique ed. At Pall. 1. 3. et Andreas *Gn. Julio,* ut supra. *Gebh.* Vox *acta* deficit in Lipsiens. *Celeritate ingenti perfecta* habet Harl. 2. Dein *relicto coñ Julio consule* Voss. 1. *relicto cons. Julio consule* Lov. 1. *relicto Julio consule* Leid. 2. *relictoque Cn. Julio consule* Leid. 1. Lov. 3. Harl. uterque, Flor. Klockian. Gaertn. et Voss. 2. *relictoque Gneo Julio consule* Lov. 2. et Lipsiens. *relictoque C. Julio consule* tantum in minoris auctoritatis codd. Lov. 4. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. superest; quam tamen, Sigonio adsensus, veram lectionem puto. Vide Sigonium ad cap. præc. § 2. Præterea *apud præs. urbis* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Supra III. 18. 'P. Valerius, relicto ad portarum præsidia collega, instruebat aciem:' ubi plura vide.

Ad subita belli ministeria] Suspectum esse potest *ministeria,* eo quod Livius alibi in hoc genere loquendi illud omittit. Vide ad VI. 22. et XXV. 15. et Tacit. Histor. V. 13. et in Agric. c. XXXVII. apud Vinetum ad Flori I. 1. § 15. Sic 'subita rerum' Livius IX. 43. 'Ut ad subita rerum duo justi scriberentur exercitus.' Sed quia hic nulla varietas scripturæ adnotatur, et oratio elliptica 'subita belli,' 'subita rerum,' substantivo aliquo explenda est, non tutum est aliquid tentare. *Duk.* *Ad subita belli misteria* Lov. 5. et Flor. Ut hic 'subita ministeria belli,' ita 'incerti belli eventus' est VII. 23.

Ne qua res, qua eguissent in castris, moraretur] *Neque res, qua eguissent* Gaertn. *ne qua res eguisset in castris* Hav. *nc qua res, qua eguisset in castris* Harl. 2. Tum *morarentur* fragm. Hav.

§ 2 *Profectusque ab Urbe, diviso cum Quinctio consule exercitu*] *Profectoque* Lov. 3. Deinde *diviso tum Q. consule exercitu* Lipsiens. *diviso cum consule Q. exercitu* Gaertn.

§ 3 *Sicut bina castra hostium parvo inter se spatio distantia viderant*] *Et ut bina castra* Lov. 2. 4. 5. *Sicuti bina castra* Harl. 2. Tum *castra hostium*

purva Hav. *castra hostium parvo hostium* Lov. 1. Deinde *parvo inter se dist. spatio* Lov. 4. Denique *videant* Lipsiens. *viderunt* Lov. 4. Sed vox illa deficit in Klockian.

Ipsi quoque mille ferme passus ab hoste] *Ipse quoque* Lov. 2. et Lipsiens. *ipsa quoque* Lov. 5. Tum *mille ferme passuum* Hav. quod adprime Livianum est. Infra xxxiv. 13. 'Castra hiberna mille passuum ab Emporiis posuit:' ubi vide quæ notantur. Reliquis tamen omnibus alterum tuentibus, uni huic testi fidem habere non audeo.

Lanuvio propiorem locum castris ceperunt] Vox *Lanuvio* deficit in Lov. 5. Ejus loco *Laminio* præfert Lipsiens. *Lavinio* Voss. 2. Lov. 3. 4. a m. pr. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 2. et N. Similiter se Jasitheus sive Fabrett. in Apologem. p. 116. invenisse testatur in tribus Vatic. in quarto a m. sec. ut et in Urbinate a m. sec. qui a m. pr. habuerat *Luinio*. Frequenter 'Lavinium,' quod hic minime admitti potest, et 'Lanuvium' in Mss. commutari, patere potest ex Sigonio ad viii. 13. § 5. Ipse vero Fabrett. ex corrupta codd. illorum scriptura *Luvico* reponendum existimat. Rationem subdit hanc, quod, uti inter Lavicum et Tusculum probabilibus rationibus Algidum constituit, ita Algidum inter Tusculum et Lavinium vel Lanuvium collocare nemini adhuc usque in mentem venit, nec venire potuit; quum ad orientalem Tusculi partem Algidus quærendus sit, non autem versus Lanuvium et meridiem, multoque minus ad Africum, ad quem situm est Lavinium, in quod Mss. consentiunt; a cujus parte nulli insuper montes intercedunt. Meorum codicum integerrimi in vulgatum *Lanuvio* consentiunt. Præterea *propriorem*, pro *propiorem*, Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. *propriore* Lov. 3. Deinde *locum in cast. cep.* idem Lov. 3.

§ 4 *Quatuor exercitus totidem munimenta*] *Monimenta* Voss. 2. et Leid. 1. Vide ad iv. 10. § 6. *momenta* Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. et fragm. Hav. quomodo et alibi peccatum est a scribis librariis. Exempla videri possunt ad i. 47. § 6. iii. 70. § 13. iv. 12. § 9. et alibi.

Excursionibus ad prœlia, sed vel ad explicandas utrimque acies] Lego *excurs. sed vel ad expl. utrimque prœlio acies.* Klock. Codd. mei nihil mutant, nisi quod legant *incursionibus* Lov. 2. et fragm. Hav. et *sed nec ad expl.* Lov. 4.

§ 5 *Nec, ex quo castris castra conlata sunt, cessatum a levibus prœliis est*] *Nec ex equo* fragm. Hav. insulso lapsu; nisi forte librarius ita indicare voluerit, duplicem se lectionem in Ms. invenisse *ex quo* et *e quo*. Vide ad iii. 44. § 4. Tum *castra sunt collata* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. *castris concallata sint* Gaertn. Denique *cess. levibus prœliis est* Port. et Lov. 4. ac 5. *cess. ab lev. prœliis est* Hav.

Tentato paullatim eventu certaminum suos præcipere] *Tentādo*, sive *tentando* Lov. 4. et 5. de quo errore vide ad vi. 37. § 4. Deinde *percipere* Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. Passim hæc verba commutantur. Vide ad vii. 26. § 8. Hic autem vulgatum verum est. Vide ad xxxviii. 20. § 1.

§ 6 *Hostes nulla in prœlio justo relicta spe, noctu castra adorti consulis*] Gebhardus hoc lib. ad c. 10. § 4. se contra Mss. omnes codices, ejecto τῷ *relicta*, legere profitetur *nulla in prœlio justo spe.* Ut ita verba hæc accipiantur per defectum participii verbi substantivi, quasi voluisset, *nulla in prœlio justo spe existente.* Est certe hæc ellipsis sæpius in Livio obvia. Vide quæ notantur hoc lib. c. 47. § 7. et xxii. 31. § 5. Invitis tamen codd. vocem totam expungere, multis nimis audax videbitur, atque ancipitis exempli esse, præsertim quum ea com-

mode ferri possit. Ut enim hic 'spes relicta,' ita 'locus relictus' XXXVII. 23. 'Extremo agmini loci nihil ad terram relicti erat:' et 'nihil virium relictum' II. 57. 'Dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahunt, nihil relictum esse virium in medio.' Si tamen *relicta* displiceat omnino, minima unius literæ ejectione *relica*, id est, *reliqua*, legi posset. 'Spes reliqua' autem, quemadmodum XL. 12. 'Perfugium sibi nusquam gentium esse ait, ut ego ne apud te quidem quidquam spei reliquæ habeam.' Terent. in Prologo Andriæ vs. 24. 'Favete, adeste æquo animo, et rem cognoscite, Ut pernoscatis, et quid spei sit reliquum.' In Eunuch. II. 2. 9. 'Itan' parasti te, ut spes nulla reliqua in te esset tibi?' Tacit. Ann. XIII. 17. 'Sibi, amisso fratris auxilio, reliquas spes in republica sitas.' Ceterum *nulla hostes in prœlio justo relicta spe* Lov. 4. Deinde *nocte* primæ edd. usque ad Aldum, qui *noctu* substituit. Et ita præferunt omnes codd. scripti, si unum Hav. primis excusis faventem excipiamus.

Rem in casum ancipitis eventus committunt] Quid est 'rem committere in casum?' quis ita loquitur? Pal. præfert *præcipitio*; deinde Campani ed. *incassum*: unde fors enucleandum, *rem incassum ancipitio eventus committunt*. Frustra dubiæ eventus aleæ rem objecerunt. Diodorus l. XVII. p. 567. Διὰ τὸ προπετῶς καὶ ἀβούλως εἰς ὁμολογουμένην ἀπώλειαν ἑαυτὴν δεδωκέναι. Eleganter lib. eodem p. 577. Charidemus, Μὴ προπετῶς ἀποκυβεῦσαι περὶ τῆς βασιλείας. *Gebh.* *Incassum* unus Lipsiens. et *præcipitio* unus Lov. 3. Jam vero *incassum* quidem pro 'frustra' apud Livium obcurrere fateor, et exempla in promtu sunt. Lib. II. c. 49. 'Incassum missæ preces.' X. 29. 'Velut alienata mente vana incassum jactare tela:' atque alibi. Verum 'ancipitium,' eadem forma qua 'præcipitium,' non modo apud Livium, sed ne apud ullum quidem alium scriptorem invenio. Præterea omnes, quibus usus sum, codd. editæ lectioni adhærent, nisi quod *in casu ancipitis eventus* habeat Voss. 1. *in causam ancipitis eventus* Klockian. Vide ad XXXVII. 17. § 7. et quod omnia hæc verba *rem in casum ancipitis eventus committunt. Clamor subito ortus, non consulis* desint in Leid. 2. ob repetitionem vocis *consulis*, quæ modo præcesserat. Vide ad IX. 11. § 11. Unde non sine caussa vereor, ne frustra receptæ scripturæ Gebhardus controversiam moverit. Et sane cur, quæso, tantopere locutio 'committere rem in casum' ipsi displicere potuit? quum tamen variæ locutiones ejusdem formæ apud Livium obcurrant. Ita τῷ *committere* junxit Livius adverbium motus, quod idem est, ac si junxisset præpositionem *in* cum casu quarto, II. 45. 'Ne rem committerent eo, ubi duæ simul acies timendæ essent.' Et ita plane 'committere se in aciem' III. 2. 'Quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, commissa res sit.' VII. 26. 'Quia res trahi segnitia Græcorum, non committentium se in aciem, videbatur.' XXIII. 11. 'Dictatorem, quia se in aciem numquam commiserit, unicum haberi imperatorem:' 'committere in aleam casus' XL. 21. 'Memorem ergo se præcepti ejus, duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus.' Et ita 'committere se in fidem,' pro fidei, est XXX. 14. 'Postea in Africa te ipsum, spesque omnes tuas in fidem meam commisisse:' 'committere se in potestatem' XXXVI. 13. 'Respondit, vel Romanis vel Thessalis se crediturum fuisse: in Philippi se potestatem commissurum non esse.' Maneat ergo salva lectio, quæ vulgo circumfertur.

Sed dictatorem quoque ex somno excivit] Si tantus hic imperator, neque ipse tantis instantibus periculis somnum capere debuit ex illo Homeri

Οὐ χρὴ παννύχιον, neque pati exercitum. Quare eximere ei cogitavit hanc socordiam Pal. 2. exhibens, *ex. deinde omnem, sed dict. quoque excivit.* Gebh. Illud *ex somno*, quod Gebhardus in Pal. 2. deficere notavit, in omnibus meis superest. In uno Lov. 1. verba ita transponuntur una etiam voce adscita, *sed modo dict. ex somno quoque excivit.* Neque contra verba Homeri, licet oraculi instar observanda forent, peccavit dictator: non enim, eo monente, Οὐ χρὴ εὕδειν, sed Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Et sane, quum nescierit dictator, hostem clam noctu castra sua invasurum, nihil etiam commisit, quod reficiendis corporibus necessariam quietem sibi et militibus suis indulserit. Præterea male *exscivit* Flor. 'Ex somno excire' etiam est VIII. 37. 'Romæ nocturnus terror ita ex somno trepidam repente civitatem excivit.' Vide Gronov. ad VII. 36. § 2.

§ 7 *Ubi præsenti ope res non egebant*] Pall. omnes *Ubi præsenti ope res egebant.* Gebh. Illud *non* operarum errore in primis invenitur edd. Gruteri, quod jam ipse in ultima sponte omisit. *Res ope egebant* alio ordine habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *præsenti ope,* sive *opere,* Lov. 5. sollemni scribarum errore. Vide ad VIII. 16. § 4. *præsente ope* Lipsiens. et edd. vett. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Omnia autem hæc verba *Ubi præsenti ope res egebant* desunt in Lov. 4.

Consul nec animo deficit, nec consilio] Exemplar scriptum habet *consul nec animo deficit.* Rhen. Pall. omnes *consul nec animo defecit.* Gebh. *Defecit* etiam Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Fateor, parum interesse, vel nihil, utram lectionem sequamur. Verum vel eam ipsam ob caussam tutius puto codices scriptos, quam typis excusos, sequi. *Defecit* igitur in contextum recepi.

Pars militum portarum stationes firmant, pars corona vallum cingunt] Exemplar scriptum *firmat.* Rhen. *Firmat* etiam Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Verum iidem illi aliique, et scripti et editi, sequens *cingunt* non mutant. Neque Rhenanus ibi se aliter in Wormatiensi suo invenisse monuit: *firmant* igitur servandum; præsertim quum Livius ita passim 'pars' cum verbo plurali jungat. Vide ad v. 38. § 5. Ceterum *portare stationes* Lov. 3. et Lipsiens. *portas et stationes* Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. quæ posterior ex priori vitiosa lectione nata videtur, reliquis libris in vulgatam scripturam consentientibus.

§ 8 *Quo minus tumultus est, eo plus animadvertitur*] Τὸ *est* abest a Leid. 2. Deinde *animo advertitur* Port. An voluit librarius *animus advertitur?* Nam ita *animum advertere*, pro *animadvertere*, sæpe Livius usus est. Vide ad XXIV. 48. § 4. Verum ita potius dicendum videretur *animi advertuntur.* De pluribus enim 'advertere animos' dicere Livium, exemplum ibidem laudatum ex IV. 45. docet, quamvis ita et 'animum advertere' dici posse non negem. Sed et posset probari codicis scripti lectio *animo advertitur.* Æque enim 'animo advertere,' quam 'animum advertere,' in usu esse, observat Cortius ad Sall. Jug. c. 69. § 1. Attamen *animadvertitur* præfero, tum quod 'animo advertere' nondum apud Livium observarim, tum quod in alteram lectionem non modo plurimi, sed etiam inter eos optimi, codd. consentiant.

Missum extemplo ad castra subsidium] Pall. Mss. tres *misso ext. ad cast. subsidio.* Gebh. Hic quoque dissoluta hiat oratio, sed minus animadvertendo errore, cujus Mss. nos admonent, referentes, *misso ext. ad cast. subsidio.* J. F. Gron. In diversa abeunt codd. A Gronovio repudiata lectio super-

est in Flor. Voss. 1. Leid. ambobus, Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. Eamdem etiam Oxoniensem N. servare, Hearne auctor est. Reliqui nostri emendationem Gronovii probant, quæ etiam vera esse videtur, licet ab alia parte stent optimæ notæ codd. quos hic manes suos passos puto. Mox *legatus* deficit in Lov. 4.

Parvo circuitu locum maxime secretum ab tumultu petit] *Parvo circũitu* Leid. 1. Lov. 2. et Flor. Vide ad III. 6. § 9. At vox *parvo* deficit in Harl. 1. Tum *secr. a tumultu* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. *secretum ob tumultum* Lov. 4. et 5. Deinde *petitit* Lov. 1. An voluit *petiit?* Sed potius errorem librarii existimo, qui male duas literas repetiit.

Unde ex necopinato aversum hostem invadat] Transpositis vocnlis *unde nec ex opinato* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, sed Lov. 4. a m. sec. Harl. 2. Gaertn. Port. et fragm. Hav. *unde ex opinato* Lipsiens. *unde ex inopinato* Hav. et apud Hearnium Oxonienses L. 1. et C. Male. 'Necopinatus' enim ex illis vocibus fuit, quibus Livius passim uti delectatus est. Supra I. 57. 'Id cuique spectatissimum sit, quod necopinato viri adventu obcurrerit oculis.' II. 14. 'Aricinos res necopinata perculerat.' III. 3. 'Necopinata etiam res plus trepidationis fecit.' IV. 43. 'Necopinata moles discordiarum inter plebem ac Patres exorta est.' V. 8. 'Cum exercitibus necopinato ad Veios accessere.' VII. 6. 'Legionibus necopinato pavore fusis, consul circumventus ab insciis.' c. 17. 'Castra quoque necopinato adgressus cepit.' VIII. 11. 'Romanosque, nihil tum minus quam prœlium exspectantes, necopinato adventu perculsurum.' XXIV. 27. 'Necopinantibus omnibus unus ex ultima turba Epicydem nominavit.' XXV. 37. 'Ad hæc tot tam necopinata primo omnium incerti stupentesque referunt pedem.' XXVI. 51. 'Necopinato adventu ac prope furto unius diei urbem unam Hispaniæ interceptam.' XXVII. 33. 'Consules, nimia cupiditate conferendi cum hoste manum, in necopinatam fraudem lapsos esse.' XXXIII. 7. 'Ubi primus terror ab necopinato visu consedit.' XXXIX. 49. 'Vix sibimet ipsi præ necopinato gaudio credentes.' XL. 48. 'Non sustinuere inpetum necopinatum hostes.' XLIV. 35. 'Si nocte inproviso valida manu adgressus necopinantes esset:' quorum etiam nonnullis locis in Mss. turbatur. Vide etiam quæ notavi ad Silii Ital. IX 98. et Zinzerling. in Promuls. Critic. c. 23. etiam Sigonium ad XXV. 37. § 13. Præterea *aversum* exsulat ex Hearnii codice Oxoniensi B. *aversus* est in Flor. *adversum* in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. quinque, (sed in Lov. 4. a m. pr.) Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. principibus usque ad Frobenianam 1531. quæ recte *aversum* recepit, consentientibus Leid. 2. et Harl. 1. 'adversus' enim est obpositus, sed 'aversum hostem invadere' est a tergo eum adgredi. V. 38. 'Ut, ubi Galli cum acie legionum recta fronte concurrissent, subsidia in aversos transversosque inpetum darent.' Ita 'incurrere aciem aversam' est in tergum ejus incurrere III. 70. 'In aversam incursando aciem ancipiti terrore dissipasset hostes:' 'in aversam concionem decurrere' dixit XXIV. 39. 'Alii superne in aversam concionem clamore sublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsistunt.' Passim autem 'aversus' et 'adversus' in Mss. confunduntur. Vide ad II. 31. § 6. Denique *invadit* Voss. 2. Lov. 5. Hav. et fragm. Hav. Sed requiritur modus potentialis *invadat*, pro invadere possit.

§ 9 *Q. Sulpicium legatum præfecit castris*] Exemplar scriptum habet *Q. Sulp. legatum præficit*. Rhen. *Præfi-*

cit etiam omnes mei, exceptis Lov. 2. 5. Gaertn. et Port. qui cum priscis excusis præferunt *præfecit*. Ex editis etiam *præficit* est in Mediol. 1505. Præterea Q. *Supplicium legatum* Leid. ambo, Lov. 1. et Harl. 2. Vide ad III. 10. § 5. *et Supplicium legatum* Lov. 4. et 5.

Inter nocturnos tumultus moderatu difficilem] *Moderato* in duobus Mss. Pall. esse, monuit Gebhardus ad I. 30. § 5. et ita etiam præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Vide quæ ad eum locum notantur. Deinde *difficiles* Leid. 2. Lov. 1. et Voss. 1. qui in margine ostentat *difficile est*. Et posterior hæc lectio etiam est in contextu Voss. 2. ac Lov. 3. *difficile* in Lov. 5. *difficiles* autem etiam manu docta emendatum erat in margine ed. Mediolan. 1480. Paullo post *præcepit ordine atque egit*, pro *præcipit or. atq. agit*, priscæ edd. Aldus primus fuit, qui ita vulgari curavit, ut nunc vulgo circumfertur. Ejus autem lectionem firmant omnes scripti mei, exceptis Flor. ex quo notatum invenio *præcepit* et *agit*, ac Klockian. qui *præcepit* atque *egit* habuisse videtur.

§ 10 *Et neutique vulgatæ laudis*] Exemplar scriptum habet *neutiquam vulgatæ laudis*. Rhen. Pall. tres, ut et Andreæ ed. *neutique*. Campanus vero *nequaquam vulgatæ laudis*. Gebh. *Ne utique* Harl. 2. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Port. Leid. 1. et Hav. *neutique* Lov. 2. et fragm. Hav. Infra VII. 12. 'Quum Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem aliquantum Gallicam ferociam vinceret, dictatori neutiquam placebat.' Tum *volgatæ laudis* Flor. Vide ad XXXIX. 53. § 2. Paullo ante *eximii consilii*, pro *eximium cons.* Harl. 2. et Lov. 5. a m. sec.

Unde majore agmine profectos exploratum fuerat] *Majori agmine* Harl. 1. *profectus expl. fuerat* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 1. Lov. 1. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. a m. pr. Klockian. Hav. et edd. Rom. 1472. Parm. 1480. et Mediol. 1505. Librarios sensum Livii non adsecutos in hunc errorem incidisse adparet.

M. Geganium cum cohortibus delectis misit] *Inde M. Geganium* Lov. 5. Sed *inde* sive *iñ* natum est ex litera *M.* qua prænomen Geganii notatum fuerat. Vide hoc lib. ad c. 52. § 4. *M. Greganium* Leid. 2. Vide hoc lib. c. 17. § 7. Tum *dilectis* fragm. Hav. Flor. et Lipsiens. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Denique *imisit* Voss. 1. a m. pr. Ejusdem lectionis vestigia supersunt in Leid. 1. et Klockian. qui præferunt *cum coh. dilectissimi sit*. Unde forte legendum *ad obpugnanda castra hostium inmisit*. Infra XL. 48. 'Eos quum per aliquot dies, armaturam levem inmittendo in stationes, lacessisset parvis prœliis.' Vide ad XLIV. 41. § 6. Vulgatum defendit locus XXVI. 13. 'Hoc quod recentissimum est, ad oppugnandam Romam hinc eum miserimus?'

§ 11 *Intentos homines in eventum periculi alieni*] *Intentos hostes* Lov. 2. et Gaertn. quæ voces sæpe commutari solent. Vide ad XXIII. 37. § 11. Hic vero vulgatum servandum. Vox enim *hostes* mox hac periodo sequitur. Deinde *in eventu* Hav. aberrante librarii manu. Supra II. 11. 'Intentus in occasionem multos simul et effusos inproviso adoriundi.' c. 53. 'Pars Romanos toto inpetu intentos in castra adoriuntur.' III. 5. 'Intentos in castra Romana Æquos legatique caput ferociter ostentantes ab tergo adortus:' et alibi sæpissime. Vide etiam ad VI. 23. § 12.

Incautos neglectis vigiliis stationibusque est adortus] *In tantis*, pro *incautos*, Lov. 5. Tum *neglectos* Flor. *neclegtis* Leid. 1. literis transpositis; nisi librarius dare voluerit *neclectis*, ut olim scribi solebat. Vide tamen ad II. 11. § 4. Præterea copula *que* deest in Hav. τὸ *est* in Leid. 2. Mox in verbis seqq. *hostes* non adparet in

Lov. 4.

§ 12 *Inde fumo, ut convenerat, datum signum*] Nescio an *flamma*. Est enim nocturnum signum; fumus diurnum. *T. Faber*. Doujatius vulgatum defendere conatur dicendo, posse et sereno cœlo fumum noctu pro signo esse; at Ant. Perizonius statuendo, cum signum dabatur, jam lucem ortam fuisse. Circumferuntur hodie ineditæ Jac. Gronovii in Livium adnotationes, ab auditoribus ejus, quibus hunc scriptorem exponebat, ex ore præeuntis excerptæ; iis autem monuit, licet lucis exortus postea demum memoretur, non tamen ita narrari, ut non jam, quum caperentur castra, crepusculum exstiterit, atque adeo fumus conspici potuerit. Addit insuper, statui etiam posse, Livium scripsisse *inde e summo*, id est, ex loco altissimo castrorum, quem dictator monuerat se oculis servaturum, perinde ut c. 34. capti oppidi dicitur signum 'ex muro' tolli. Similiter inter dictatorem Romanum et augures convenerat, ut 'ex arce' signum tolleretur c. 18. 'Dictatore arcem Romanam respectante, ut ab auguribus, simul aves rite admisissent, ex composito tolleretur signum.' Codd. scripti in editam lectionem conspirant, nisi quod in contextu Voss. 1. sit *finctio*, pro quo in margine *fumo* emendatur. Verisimile itaque videtur, signum datum fuisse primo diluculo, quum jam lucesceret, et fumus eminus notari posset.

Datum signum ubi conspectum ab dictatore est, exclamat capta hostium castra] Pall. tres *ab dictatore, exclamat*. Gebh. Τὸ *ubi* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *a dictatore* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Gaertn. Port. fragm. Hav. Voss. 2. a m. pr. et priscæ edd. ante Aldum *ab dictatore* substituentem, cum quo stant reliqui codd. Deinde τὸ *est*, quod in tribus Pall. desiderari Gebhardus testatur, abest etiam a Lov. 3. 4. 5. Port. et fragm. Hav. at prima syllaba vocis *exclamat* a Leid. 2. et Gaertn. unde haud obscure colligi posse arbitror, utrumque servandum, et tantum alterum ab altero per negligentiam scribarum ob literarum similitudinem intercidisse. Alibi etiam *clamare*, pro *exclamare*, datum est. Vide hoc lib. ad c. 33. § 9. Denique *hostium capta castra* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Cap. xxviii. § 1. *Et jam lucescebat*] *Etiam lucescebat* Lov. 1. quomodo sæpe lapsi sunt librarii. Vide ad xxxix. 10. § 6. Tum *luciscebat* Voss. 1. Quomodo optimos codd. semper scriptum habere, ex Bembo et ex Victorio ad Cic. ad Attic. iv. 16. docet Voss. Gramm. v 13. Vide etiam Dausquei. Orthogr. parte ii. hac voce. Non alia ratione *conticisco* in optimis membranis scriptum exhibebatur supra. Vide ad iv. 1. § 5.

Omniaque sub oculis erant] *Præ oculis* Harl. 2. forte ex glossatoris expositione: *sub oculis* sunt, quæ sunt in conspectu, quæ sunt ante oculos. Vell. Paterc. ii. 21. 'Cujus, commissi patratique sub ipsis mœnibus oculisque urbis Romanæ, pugnantibus spectantibusque quam fuerit eventus exitiabilis, vix verbis exprimi potest:' ubi vide Burmann. et, quem etiam laudat, Acidal. ad Vell. ii. 79. § 4. Quinctil. Declam. xvi. 9. 'Ponite sub oculis adligatos, quorum alterum amicus redemerit, alterum mater:' ubi vide iterum Burmann. Similiter *sub ore* Florus ii. 15. 'Traditam a volentibus classem sub ipso ore urbis incendit:' ubi vide Dukerum.

Et consul eruptionem e castris in trepidos jam hostes] *Quia consul* Lov. 2. Lipsiens. Harl. 2. et Hav. utraque lectione juncta *quia et consul* Gaertn. Deinde præpositio *e* deficit in edd. antt. quam primi addiderunt Mediol. 1495. et servant omnes scripti. Tum *jam* exsulat ab Port. et Lov. 5.

§ 2 *Dictator autem, parte altera subsidia et secundam aciem adortus*] *Dictator tamen, parte altera* Hav. *Dictator autem, jam parte altera* fragm. Hav. a m. pr.

Circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti undique objecerat victorem peditem equitemque] Antiqua lectio *agentes ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus.* Adscripserat aliquis in margine, legendum alias *circumagentes.* Posset igitur etiam legi, *satagenti ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus hosti:* aut, *cogenti se ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus hosti.* Nam sequitur, 'jam orbem volventes suos.' *Rhen.* Unica voce *se* minus, patrocinatur huic lectioni] Campani edit. Nam Andreas præstat *circumagentes ad dissonos, &c.* Pall. codices in vitio profecto cubant, quorum Pall. 1. et 3. *circumagentes addit sonos clamores ac subitos tumultus ;* Pal. 2. *circumagentem ad dissonos clamores ac subitos.* Antiquam lectionem ait esse Rhenanus *agentes ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus.* Conjicit deinde, *satagenti ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus hosti:* vel *cogenti se ad dissonos, &c.* Mihi vulgata sufficit lectio, adprobatorem nacta Campanum. *Gebh.* Scriptor Borbetom. omissum ab initio τὸ *circum,* ne tamen abesset, postea interjecit, inde *agentes, &c. subitos circum tumultus.* Itaque frustra laborat Rhenanus cum *satagenti* et *cogenti se,* et inepta voce *circumtumultus.* Lib. XXVI. c. 8. 'Abscedi a Capua, terrerique et circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis.' XXII. 5. 'Turbatos ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit.' *J. F. Gron.* Originem erroris, qui est in Rhenani cod. Borbetom. recte indicavit Gronovius. Eamdem lectionem servat etiam Flor. Quod vero Rhenanum una voce *circumtumultus* scripsisse putet, in eo iterum viro summo inposuit mira socordia, qua a recentioribus, partim Feyerab. partim Modio, Rhenani adnotationes recusæ sunt ; quum passim in prioribus duabus vocibus *circum tumultus* editum exstet, quemadmodum nunc iterum restitui. Quamvis tamen, si *circumtumultus* revera scribendum existimasset, ea vox non magis inepta dici posset, quam 'antemalorum,' quæ a nonnullis adscribitur Virgil. Æneid. I. 193. 'neque enim ignari sumus antemalorum :' quo loco videndi sunt viri docti. Ceterum *circumagentes addit sonos clamores,* duobus Pall. Gebhardi adsentientes, habent Voss. 2. et Lov. 3. *circumagentes a dissonos clamores* Voss. 1. a m. pr. ultima litera τοῦ *ad* elisa ob primam vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Id emendaturus indoctior magis corrupit, inter versus adscribendo *ac dissonos,* quod ipsum tamen præferunt etiam Leid. 2. Lov. 1. et Lipsiens. *Circumagentem ad dissonos clam.* Hav. Harl. 2. et Port. a m. sec. ut respiciat proxime præcedens 'secundam aciem.' *Circumagentes ad dissonos clam.* Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. Port. a m. pr. Oxon. Hearnii, et principes excusi ; ut *circumagentes* respiciat 'subsidia et secundam aciem.' Et posset hæc scriptura commode admitti, præsertim tot eam firmantibus codd. reliquisque non obscura ejusdem lectionis vestigia servantibus. Ita *circumagens* hic positum foret pro 'circumagens se,' vel 'circumactus;' qualia multa in Livio passim obcurrunt. Vide ad I. 17. § 6. Ipsum tamen 'circumagere' ita Livio usurpatum, nondum memini ; qui vel 'circumagere se' dixit XXXVIII. 7. 'Quacumque se classis circumegerat, per litorum anfractus brevioribus semitis obcurrebant :' vel passive 'circumagi' XLIV. 35. 'Ut, altero ab tergo se ostendente bello, circumactus ad interiorem partem

regni tuendam, nudare aliqua parte transitus Enipei cogeretur.' Hinc nondum rejicere audeo vulgatum *circumagenti se*, quod primum apud Moguntinos inveni. Τῷ *circumagenti ad dissonos clamores*, quod Gebhardo in Campani ed. obvium fuit, idem obstat, quod alteri lectioni *circumagentes ad dissonos clamores*. Tum *subjecerat* Lov. 4. Præterea *victorem peditem equitatumque* Lov. 5. *victorem equitem peditemque* Voss. 2. quasi vero non conveniret, ut equites post pedites nominarentur. Sed vide ad XXXIV. 26. § 2.

§ 3 *Circumventi igitur jam in medio*] Τὸ *igitur* spernunt ab se Pall. Mss. *Gebh.* Vocula *igitur* non comparet etiam in Voss. 1. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Ni Vectius Messius] Utrumque nomen vitium continere suspicor, scribendumque *Vettius Metius*. Est autem *Metius* pronomen, ut in 'Fufetio' et 'Curtio' et aliis. *Vettius* autem, non *Vectius*, scribendum, ut *Attius*, non *Actius*. Cujus scripturæ extat Mutinæ in monumento marmoreo pervetusto insigne testimonium ejusmodi: apud Gruter. p. CDLXXXVI. num. 7.

P. VETTIO
P. FIL. CAM. SABINO
EQ. P. IIIIVIR
AED. POT
ET. MAG. MVN. RAVEN
CORNELIA. MAXIMINA
MARITO. INCOMPARABILI
ET. SIBI. VIVA. POSVIT.

Item apud Appianum lib. I. p. 375. Οὐέττιος Κάτων. *Sigon.* Appellant sic *Vectius Messius* eum omnes prisci codd. Sigonius rectius putat vocari *Vettium Metium*. Solidioribus agendum foret rationibus. *Gebh. Ventius* Lipsiens. *Metius Messius* Gaertn. et Lov. 2. *Vetius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Et ita in loco Appiani, quem Sigonius laudat, non Οὐέττιος sed Οὐέτιος hodie editum exstat. Pari modo qui apud Sueton. ex emendatione virorum doctorum, lapidum et nummorum testimonio firmata, *L. Vettius Judex* vocatur, in non nullis codd. atque edd. vetustis *Vetius*, vel *Vectius* vocatur. Vide ibid. Torrent. Vide etiam Lipsium et Ryckium ad Taciti Ann. XV. 3. Et ita quem *Vectium Priscum* vocat Plinius Epist. VI. 12. in aliis Mss. et excusis *Betius*, id est *Vetius*, et *Bettius*, id est *Vettius*, vocatur. Vide ibid. Catan. et Cortium. *Vettius* tamen, ut Sigonius conjecit, habent Flor. Leid. 1. et Klockian. At primum hoc nomen non est in Hearnii Oxon. C. Deinde *Metius*, itidem quemadmodum Sigonius voluit, Leid. 2. et idem codex Oxon. C. apud Hearnium. Infra vero hoc cap. *Messio* codex Leid. 2. præfert, at mox in principio c. 29. *Messum*. *Mecius* vero hic, infra autem *Mecio* et *Mecium* ostentat Lov. 5. Si prænomen esse statuamus, id *Mettus* scribendum videretur; ut *Attus* etiam potius, quam *Attius*, prænominis vicem obtinet. Vid. sup. ad I. 23. § 4. Sed prænominum nominumque apud Etruscos, Latinos, aliosque Italiæ populos ratio hodie vix constat, aut certe longe alia est, quam apud Romanos, ut Gronovius docet ad Livii I. 49. § 9. Quare aliquid certi statuere periculosum est. Ceterum admodum festinanter Hearne consuluit Freinshem. ex cujus notis ad Florum I. 13. § 21. monet eum hoc loco vocem *Messius* delere. Eam enim non hoc loco expunctam voluit, sed hoc cap. § 7. ut ibi notatur. Perperam denique quædam vetustæ edd. *Rex Volscis*, vel *Rex Volscus*, pro *ex Volscis;* quod Aldus mutavit, consentientibus codd. omnibus meis, nisi quod *ex Volscis* desit in Gaertn.

Jam orbem volventes suos increpans] Pal. 2. *Jam in orbem volv.* Gebh. *In orbem volv.* etiam Port. a m. sec. Sed τὸ *in* natum est ex ultima litera

vocis præced. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Corruptius *in urbem volv.* habet Hav. Solent autem librarii eas voces commutare. Vide ad v. 19. § 11.

§ 4 *Hic præbituri, inquit, vos telis hostium estis indefensi multi*] Ex hoc verborum complexu cum aut nullus, aut durior quidam sensus ac pene rusticus est elicere, curæ fuit pleraque exemplaria conferre, quæ cum uno exemplo omnia legerentur, tibi integrum, vellesne, ubi *præbituri* est, *perituri*, et ubi *multi, inulti.* Sabell. Annotat. p. 187. Repone *estis indefensi, inulti?* Rhen. Sabellici conjecturam *perituri* in contextum receperant Mogunt. et quidam postea secuti, quam iterum expulit Rhenanus, veteri lectione reducta. Eam vero servant omnes libri, nisi quod *præbitur* sit in Harl. 1. ultima litera intercepta a prima vocis seq. et *præbitu℞* in Hav. *inulti* autem, pro *multi*, jam recte adoptavit Tarvis. ed. 1485. quod et ipsum in omnibus meis constanter legitur, solo Lipsiensi excepto, in quo est *ml'ti*, id est *multi*. Vide ad III. 38. § 3. Ceterum *Hinc*, pro *Hic*, est in Lov. 1. Vide ad verba seqq. Tum alio ordine *vos, inquit* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. Deinde addita conjunctione *inultique* Lov. 2.

Quid igitur arma habetis? aut quid ultro bellum intulistis] *Habebis* errore librarii præfert Leid. 1. *habebitis* Voss. 1. Lov. 2. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. quod posterius ex prioris lectionis interpolatione natum videtur. Deinde *ultra* Lov. 1. scribarum aberratione. Vide ad XXX. 16. § 3. Tum *bellum contulistis* Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Lipsiens. Paullo post *hinc stantibus*, pro *hic stantibus*, Leid. 1. et ed. Parm. 1480. Vide ad XXVI. 13. § 13. et modo ad verba præcedd.

§ 5 *Hac, qua me progressum videritis*] Emenda *prægressum*. Rhen. *Progressum* superest in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. *progressurum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. At sufficit *videritis* tempore futuro dici. *Prægressum* vero recte, ut Rhenanus voluit, Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad IX. 10. § 7. Denique pronomen *me* aberat in utroque Harl. Lov. 2. 3. Gaertn. et in contextu Lipsiens.

Qui visuri domos, parentes, conjuges, liberos estis, ite mecum] Pall. tres Mss. et Camp. ed. *liberosque estis*. Gebh. *Liberosque estis* ex meis tantum ostentant Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Supra III. 50. 'Illis quoque enim filias, sorores, conjugesque esse:' ubi τὸ *que*, quod a vetustioribus editis aberat, sed in scriptis superest, recte Rhenanus interposuit. Quum tamen particulam conjungentem ceteri codd. et inter eos optimæ fidei, omittant, eos sequi præstat, præsertim quod Livius passim ἀσυνδέτως loqui soleat. Infra v. 11. 'Qui, amissis liberis, fratribus, propinquis, adfinibus, lugubres domos habeant.' XXII. 60. 'Orantes, ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent.' XXXIV. 11. 'Majores nostri nullam, ne privatam quidem rem, agere feminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum:' c. 3. 'Ut captivi ab Hannibale redimantur parentes, viri, liberi, fratres earum.' Similis formæ plures alias locutiones vide ad III. 68. § 4. Pronomen *qui* omittit Lov. 3. sed omnia hæc *ite mecum. Non murus, &c. superiores estis* desunt in Hav. cui negligentiæ ansam dedit repetitio τοῦ *estis*; unde factum, ut omnia media librarius transiluerit. Vide ad IX. 11. § 11.

Non murus, nec vallum, sed armati armatis obstant] *Non muris, nec vallum* Flor. a m. pr. in quo, litera erasa, deinde factum *Non muri, nec vallum*. *Non murus, neque vallum* Voss. 2. *Non murus, ne vallum* Lov. 3. *Non*

murus, non vallum Port. Quod, si alii codd. idem firmarent, plurimum placeret; quum passim ita Livius loqui soleat. Vide ad XL. 15. § 5. Insuper *armatis armati obstant* alio ordine Harl. 1. Tum *obstantes* Lov. 2. *obstantis* Lipsiens. in contextu.

Necessitate, quæ ultimum ac maximum telum est, superiores estis] Τὸ *estis* exterminant Pall. 1. ac 3. *Gebh.* Exterminant etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Lipsiens. quod tamen commode abesse nequit. Ita enim omnis hæc oratio necessario referri deberet ad præcedens 'armati;' quod, ut quisque videt, menti Livii aperte adversaretur. Præterea, una litera addita, *superbiores* male Lov. 1.

§ 6 *Hæc locutum exsequentemque dicta*] *Exsequentesque dicta* Leid. 1. et Lov. 5. Male. Vectius Messius exsequebatur, quæ locutus erat; id est, ea perficiebat. Supra II. 28. 'Si, quod imperio consulari exsequendum esset, invidiam ejus consules ad senatum rejicerent.' XXX. 4. 'Ita tollit inducias, ut libera fide incepta exsequeretur.' Mox *solam dant impr.* pro *secuti dant imp.* Lov. 5.

Dictator, pedem jam referentibus suis] Τὸ *jam* exsulat ab Hav. *suis* a Gaertn. Mox *prœlium est versum*, alio ordine, Leid. 2. et Lov. 1. Τὸ *est* deficit in Lov. 5.

§ 7 *Uni viro Messio fortuna hostium innititur*] Lego *Uni Vectio Messio*. T. Faber. Τὸ *Messio* delet Freinshem. ad Florum I. 13. § 21. f. At sic et Lucianus in Scytha p. 344. Ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις, ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος. Vide ad II. 43. *J. F. Gron.* Cicero de Orat. III. 34. 'Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum unum omnis Græciæ.' *Jac. Gron.* *Uni vero Messio* edidit Clericus; sed, ut videtur, librariorum errore. Si enim ita emendandum judicasset, temeritatis absolvi non posset, quod conjecturam in contextum receperit; et magis, quod lectorem ejus non monuerit. Et tamen ita præferunt Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Harl. 1. Gaertn. Hav. et Port. a m. pr. in quo m. altera emendatum erat *Uni Vectio fortuna*, τῷ *vero* etiam margini adscripto. *Vero* etiam est in contextu Lov. 2. sed *viro* in marg. *Uni Vetio* habet Harl. 2. Alii omnes, et inter eos etiam primæ auctoritatis codd. uno consensu vulgatum tuentur. Supra II. 10. 'Pons sublicius iter pene hostibus dedit, ni unus vir fuisset Horatius Cocles.' Et ita fere Florus II. 18. § 17. 'Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur,' ubi perperam etiam Gruterum verba *unus enim vir*, quæ, teste Dukero, in omnibus libris supersunt, delere observat Grævius. Insuper transpositis vocibus *fortuna innititur hostium* Hav. Mox *cædis*, pro *cædes*, Lipsiens. Hac forma 'ædis,' 'cladis,' et similia alia passim obcurrunt. Vide ad IV. 25. § 3. Hic tamen id erranti librario tribuendum puto.

Jam ne duces quidem Romani incruenti pugnant] Ita legendum esse Jac. Gronovius monuit ad II. 16. § 9. eamdemque lectionem contextui recte inseruit. Non aliter enim præferunt omnes, quibus usus sum, codd. exarati et prisci excusi usque ad Parisinos, qui a. 1573. *Jam nec duces quidem Rom.* substituerunt, recentioribus eorum errorem inprudenter sequentibus. Vide ad I. 10. § 3.

§ 8 *Ibi Postumius, ictus saxo, perfracto capite acie excessit*] Scribe *Unus Posthumius.* Sic de Publio Sextio hoc ipso lib. c. 50. 'Saxo ictus,' inquit, 'turba excedit.' *Rhen.* Scripserat Livius, *ictu saxi præfracto capite*. T. Faber. *Ictu saxi*, ut Faber conjicit, inveni in Lov. 2. Lipsiens. et Port. Non tamen probo; sed potius existimo, eam lectionem ortam ex interpolatione nasutioris, qui inciderit in codicem, in quo scriptum

erat *ictu saxo*, ultima litera τοῦ *ictus* elisa a prima seq. vocis *saxi*, quod præcipue in litera *s* frequens esse videbimus ad XXXVII. 29. § 5. Eum vero ex *ictu saxo* fecisse *ictu saxi*. Ne vero hæc gratis dicta videantur, *ictu saxo* legi profiteor in optimis codd. Flor. Leid. 1. et Harl. 1. a m. sec. in quo corruptius a m. pr. *icto saxo* scriptum fuerat. Sed nec *præfracto capite* placere potest. Nam 'præfringi' dicuntur extremæ partes, quæ rumpendo a reliquo corpore dividuntur. Vide plura ad XXVII. 33. § 2. Sed *Unus Postumius*, quod Rhenano placuit, et a Frobenio a. 1535. in contextum receptum per reliquas omnes edd. propagatum est, omnino verum habendum. Licet plures ducum vulnerati forent, unus tantum Postumius acie excessit; reliqui, neglectis vulneribus, tamen ex prœlio non cesserunt. Mox *excessit acie* Harl. 2. et Hav.

Non brachium abscissum consulem ex tum ancipiti prœlio submovit] Pall. duo *amovit*. Gebh. *Brachium abscisum* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. Port. fragm. Hav. a m. pr. et vetustiores excusi, quibus usus sum. Atque ita voluisse videtur librarius Lipsiens. licet per errorem dederit *brachium assisum*. Id itaque in contextum recepi. Vide ad XXXI. 34. § 4. Deinde *amovit* Voss. 2. ceteris omnibus vulgato adhærentibus.

Cap. XXIX. § 1 *Messium inpetus per stratos cæde hostes cum globo fortissimorum juvenum extulit*] *Messum* Leid. 2. *Mecium* Lov. 5. Vide ad cap. præc. § 3. Vox *inpetus* male omittitur in Harl. 2. Tum *per structos cæde hostes* Leid. 1. et Port. a m. sec. in quo primigenia scriptura tanta diligentia erasa est, ut amplius legi nequeat. *Fractos cæde hostes* Lov. 5. Has voces etiam alibi commutarunt librarii. Vide ad Silii XII. 153. *per stratos hostes* Voss. 2. Denique *cum fortiss. juv. globo* Port. et Lov. 5. quorum posterior mox *non capta*, pro *nondum c.* præfert.

§ 2 *Consul effusos usque ad vallum persecutus ipsa castra*] Pal. 2. *Consul effusos usque prosecutus ad ipsa castra*. Gebh. *Prosecutus* Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. *persequitur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. Denique *persecutus, tentoria, castra*, fragm. Hav. et Harl. 2.

Non segnior obpugnatio est, quam pugna fuerat] *Quam præda fuerat* Leid. 2. *quam pugnæ fuerat* Harl. 2. *quam pugna fuit. Et consulem* Lov. 4. a m. pr. Sed *fuerat*, servato τῷ *Et*, emendatur a m. altera. Verum in eodem vocula *quoque* in verbis seqq. omittitur.

§ 3 *Repetendoque signo primam inpressionem factam*] *Repetendaque signa* Lov. 5. *repetendoque signa* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Ita etiam Aldus edidit. Sed postea inter errata *signo* reponendum monuit. Et recte. Præcesserat enim, 'Consulem signum quoque intra vallum injecisse ferunt.' Verum ergo hic servant soli Flor. Klockian. et Harl. antiq. cum codd. editis. Deinde *prima impressio est facta* fragm. Hav. a m. sec. scriptum fuerat *primā impressiōē factā*. Sed, virgulis suprascriptis neglectis, inde illud enatum est, quod ex cod. illo laudavi: *prima impressione facta* præferunt Lov. 1. 2. 4. 5. Lipsiens. et Gaertn. Sed vulgatum verum est, quod pendet ex præcedenti *ferunt*.

Et dictator prorupto vallo] Quid est 'vallum proruptum?' Nugæ. Legendum ex Pall. 1. ac 3. *proruto vallo*. Alludit Campanus *pro tuto vallo*. Lib. IX. c. 37. 'Proruto vallo erupit acies:' quamvis ibi libri vel *prompto*, vel *prorupto* perperam. *Gebh.* In primo hoc *perrupto* Curione invenio. Frobenius et Gryph. *prorupto*. Sed Mss. et veteres edd. omnes *proruto*. Sic IX. 14. 'Succedunt hostium mu-

nimentis, et simul undique adorti, quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent.' Rursusque eodem lib. cap. 37. 'Proruto vallo erupit acies.' Apud Tacitum Annal. I. 68. 'Proruunt fossas, injiciunt crates, summa valli prensant.' Censeo aut legendum *obruunt fossas*, aut istud hoc sensu accipiendum. Nam 'proruere' ἀντὶ τοῦ 'erumpere,' ut in sua emendatione Turnebus accipit, quæro quis veterum dixerit? *J. F. Gron.* *Prorupto vallo* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. N. L. 2. et pleræque edd. a prima Frobenii usque ad ultimam Gruteri, quæ cum Heinsii Elzevir. recepit *perrupto*, quum antea Lugdunenses 1553. Gryphius 1554. Basileenses 1555. Sigonius, atque paucæ aliæ eamdem lectionem jam frustra ostentassent. Optime Gebhardus et Gronovius *proruto vallo* restituerunt. Codicum autem, quos laudarunt, fidem ex meis firmant Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. Harl. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Præter edd. autem Frobenio priores ita etiam ediderunt Basileenses 1554. sed neminem invenerunt, qui auscultare bene mutantibus dignaretur. Utitur autem ea voce Livius IX. 37. 'Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum fossasque inplendas.' XXXII. 24. 'Ariete admoto, quantum inter turres muri erat prorutum, quum ingenti fragore ac strepitu nudasset urbem.' XLII. 63. 'Ipse ab ea parte, qua duæ turres, quodque inter eas muri prorutum fuerat, duo millia militum delectorum admovit.' Similiter in quibusdam codd. erat peccatum IX. 37. § 9. Eamdem vocem Livio restituit Gronovius ad XXXVI. 24. § 6. et XLIV. 8. § 6. Tacito ad Annal. I. 68. et Ann. XV. 40. Vide etiam Snakenburg. ad Curtii IV. 3. § 7. et ad c. 13. § 26. Adde quæ notavi ad Silii I. 373.

Jam in castra prœlium intulerat] *Bellum intulerat* edd. vetustæ ante Aldum, qui *prœlium* substituit. Et ita etiam præferunt omnes codd. mei. Vide ad III. 61. § 2.

§ 4 *Tum abjici arma passim ac dedi hostes cœpti*] Exemplar scriptum habet *Tum abjici passim arma*. Rhen. *Tum abjici*, vel *abici passim arma* etiam omnes mei. Quare eos potius, quam edd. priscas, duces secutus sum. Præterea *et dedi hostes cœpti* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. *ac dedi hostes cœpit*, literis male transpositis, Flor. *Tum castrisque et hic captis* Lipsiens. Denique *omnes præter sen. ven. sunt hostes*, in alium ordinem digestis vocabulis, Lov. 4.

Partem sub hasta dictator vendidit] *Reliquam partem dict. sub hasta vend.* Lov. 5. Voces eodem ordine exhibet, additum tamen τὸ *reliquam* omittit Gaertn. Paullo ante in eumdem errorem conspirantes Lov. 2. 3. Lipsiens. Voss. 2. Leid. 2. et Gaertn. *præda*, pro *prædæ*, præferunt.

Præpositoque consule castris, ipse triumphans invectus urbem] *Propositoque* Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide ad IX. 10. § 7. Tum *ipse* exsulat in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tandem *invectus in urbem* Lov. 4. Harl. 2. et Hav. Id adprime Livianum esse, patebit ex illis quæ notata sunt ad Præfat. § 11. Adde ad XXXV. 8. § 9. Quum tamen reliqui codd. quorum potior apud me fides est, vulgatum tueantur, id etiam præferendum judico; et quidem tanto magis, quod nec alterum genus loquendi Livius refugerit. Supra II. 31. 'Dictator triumphans Urbem invehitur:' ubi etiam unus horum duorum *in urbem*. Vide quæ ibi notantur. V. 23. 'Maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invectus.' XXXVIII. 7. 'Cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus:' et alibi sæpe. Ovid. Trist. Eleg. V. 3. 19. 'Ipse quoque

ætherias meritis invectus es arces.'

§ 5 *Egregiæ dictaturæ tristem memoriam*] Val. Max. de Discip. Milit. II. 7. ex. 6. et de Posthumio et de Torquato hæc memorat. Ceterum *Posthumium Tiburtum,* non *Tubertum* vocat, et quidam Livii codd. *Tuberonem.* Glar. Vide Gebhardum infra hoc §. De cognomine autem Postumii 'Tubertus' vide hoc lib. ad c. 23. § 6. et ad c. 26. § 11.

Qui filium A. Postumio] Omissa est præpositio *ab A. Postumio*, quæ restituatur ex omnibus Pall. *Gebh.* Præpositionem primi omiserant Parisienses 1573. quam deinde Gronovius recte iterum recepit. Eamdem enim agnoscunt etiam omnes mei scripti. At contra prænomen *A.* abest in Harl. utroque et fragm. Hav. Eodem omisso, sed alia iterum voce addita, *qui filium ab Postumio* legitur in Leid. 2. et Lov. 1. sed *qui filium ab Aulo Postumium* in Gaertn. *qui filium a Postumio* in Lov. 5. Puto tamen editam lectionem veriorem esse.

Quod occasione bene pugnandi captus] Legitima est hæc lectio, conspecta in Pal. 2. solo, editionibusque primariis. Pal. 1. vero *qui pro occasione.* Pal. 3. *qui per occasionem.* Male uterque. Lib. VIII. c. 30. 'Occasione bene gerendæ rei inductus.' *Gebh.* Omnes mei in vulgatum conspirant, nisi quod *qui pro occasione* habeat Lov. 3. *qui occasione* Voss. 2. Solent autem voculæ *qui* et *quod* passim in Mss. confundi. Vide ad XXXVII. 35. § 4.

Injussu discesserit præsidio] Lege *decesserit.* Lib. v. c. 6. 'Fustuarium meretur, qui signa reliquit, aut præsidio decedit.' XXIV. 27. 'Præsidio decedere apud Romanos capital esse.' XXXII. 32. 'Arcem regium tenebat præsidium ; neque, ut decederent inde, &c. perpelli potuere.' Vulgo, *discederent.* Mss. fere *descenderent.* J. F. Gron. *Discesserit* superest in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Lipsiens. Klockian. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Contra Hearne auctor est, *decesserit* sibi in codd. Oxon. obvium fuisse, quemadmodum Gronovius scribendum conjecit. Sane ea lectio verior est. Veteres enim 'decedere re aliqua,' vel 'de re' dixerunt : sed 'discedere ab re,' ut Gronovius recte docuit ad Livii XXVII. 10. § 1. Prior locutio obcurrit III. 33. 'Decessitque jure suo, ut demtum de vi magistratus populi libertati adjiceret :' ubi vide quæ notantur. X. 12. 'Samnitem decedere agro sociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis juberent.' XXVIII. 28. 'Si vos decedens confecta provincia relinquerem :' ubi etiam nonnulli scripti et editi male *discedens.* XXXIX. 53. 'Cogebatur decedere Thracia, præsidiaque deducere.' Altera usus est XXIX. 29. 'P. Scipionem, quod de provincia decessisset injussu senatus, revocari.' XXXVI. 14. 'Cui decedenti de præsidio quum obvius forte fuisset Philippus rex :' ubi etiam codd. præpositionem *de* omittunt. XXXVIII. 42. 'Manlium Fulviumque decedere de provinciis, et exercitus inde deducere, ac redire Romam placnit :' et Cic. de Senect. c. 20. 'Vetatque Pythagoras, injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio et statione vitæ decedere.' 'Decedere ex statione,' pro 'de statione,' obcurrit XLIV. 33. 'Itaque ex matutina statione ad meridiem decedi, et in postmeridianam succedere alios jussit.' Tertia supra III. 17. 'Postquam arma poni, et discedere homines ab stationibus nunciatum est.' 'Decedere' autem et 'discedere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad II. 31. § 11.

Victorem securi percussum tradunt. Nec libet credere] Atqui narrat hanc rem et Valerius II. 7. ex. 6. tam luculentis verbis, ut dubitare amentis sit. Diodorus Siculus l. XII. p. 319. Ὁ δὲ Ποστούμιος, δόξας καλῶς διῳκηκέναι τὰ κατὰ τὸν πόλεμον, κατήγαγε τὸν εἰωθότα

θρίαμβον. Ἴδιον δέ τι καὶ παντελῶς ἄπιστον φασὶ πρᾶξαι τὸν Ποστούμιον· κατὰ γὰρ τὴν μάχην τὸν υἱὸν αὐτοῦ διὰ τὴν προθυμίαν προεκπηδῆσαι τοῦ πατρὸς δεδομένης τάξεως· τὸν δὲ πατέρα, τηροῦντα τὸ πάτριον ἔθος, τὸν υἱὸν, ὡς λελοιπότα τὴν τάξιν, ἀποκτεῖναι. Gellius XVII. 21. 'Qua tempestate Aulus Postumius Tubertus dictator Romæ fuit, qui filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnaverat, securi necavit.' *Gebh.* Vide Pighium in Annal. ad a. CCCXXII. p. 181.

§ 6 *Nec libet credere ; et licet in variis opinionibus: et argumento est*] Hæc verba a me non plane intelliguntur: nam alterum *et* nuper adjectum est: quidam pro *etiam* exponunt. *Glar.* Glareanus nescit se explicare ex his verbis, quæ tamen planissimum sensum continent. Dicit enim Livius, diversas circumferri scriptorum opiniones de hoc Posthumii facto. Neque enim desunt qui prodant, ab eo filium victorem securi percussum fuisse, propterea quod injussus præsidio excesserit: sunt item alii qui hoc negent; quorum opinionem, tanquam probabiliorem, sequitur Livius. Primum autem ostendit, sibi licere, absque reprehensione ab ea sententia discedere, quæ tunc fortasse plurium sermone circumferebatur, atque eam amplecti, cui ratio magis faveret: ait igitur, in variis opinionibus esse unicuique liberum suas conjecturas sequi, quod totidem ferme verbis dixerat superius de Cosso loquens c. 20. 'Tertius ab consulatu Cossi annus tribunum eum militum consulari potestate habet: eodem anno magistrum equitum, quo in imperio alteram insignem edidit pugnam equestrem: ea libera conjectura est. Sed (ut ego opinor) varia versare in omnes opiniones licet.' Nec multo post, atque alibi sæpe, cum res vetustissimas populi Romani et a memoria suorum temporum longe dissitas exsequitur. Deinde rationem affert, quamobrem illorum opinionem falsam putet: namque ait, eo præcipue argumento eorumdem sententiam posse confutari, quod imperia Manliana, non Posthumiana, appellata sint, et reliqua. Hinc satis jam intelligimus, quam facile superetur salebra illa, in quam Glareanus impegit. *R. Titius,* Locor. Controvers. VIII. 5. Distinguenda et legenda hæc verba aliter videntur: *Nec libet credere, nec licet in variis opinionibus:* id est, cum variæ hac super re sint opiniones, nec libet credere, neque etiam licet; ne quis scilicet injuste traducatur, quod sibi, ut diligenti historico, cavendum esse Livius haud obscure indicat: hinc addit, quo minus credat, 'argumento esse,' &c. *G. Cuperus.* Vulgata scriptura hoc sensu accipi potest: nec libet credere, et licet non credere. *Duk.* Prius *et* aberat a Leid. 2. et Lov. 1. sequens autem vox *licet* non adparet in Voss. 2. cujus loco *liceret* ostentat Lov. 2. Deinde *et licet in var. opin. argum. est,* τῷ *et* posteriori loco omisso, et interpunctione mutata, principes edd. *Et* (*licet in var. opin.*) *argum. est* Moguntini deinde vulgarunt. Sed mox Aldus adscivit quod nunc vulgo circumfertur. Eam etiam lectionem, quam veriorem puto, firmant reliqui codd. nisi quod vox *opinionibus* exsulet a Lov. 5. Viri docti partim se verba Livii non intelligere professi sunt, partim ea emendanda censuerunt, quod non adverterent, τὸ *nec* dissolvendum esse in *et non,* hoc modo, *et libet non credere, et licet,* scilicet 'non credere.' Ita XXXII. 10. 'Cui non adparere, ab eo, qui prior arma intulisset, injuriam ortam; nec Philippum ab ullis bello lacessitum, ipsum priorem vim omnibus fecisse?' ubi plura vide. Et ita locum accipiendum esse viderunt jam Jac. Perizonius in margine codicis, quo utebatur, et Clericus. Doujatius (qui monet se hæc interpretaturum non fuisse, nisi Glareanus

testaretur, a se non plane intelligi) ita reddit, 'Livius noluit credere, quamvis ob varias opiniones liceret.' Sed præstitisset ingenue cum Glareano ignorantiam fateri, quam tam turpiter se dare. Non enim, quæ subdit Livius, argumento sunt licere credere; sed contra licere non credere.

Quod imperia Manliana, non Postumiana, adpellata sint] Contra scribit Gellius I. 13. 'Cum primis autem respiciendum putaverunt ingenium naturamque illius, cuja ea res præceptumque esset, ne ferox, durus, indomitus, inexorabilisque sit, qualia fuerunt Postumiana imperia et Manliana.' Sed cur ipse Livius eum 'severissimi imperii virum' cap. 26. supra nominat, nullo severitatis exemplo commemorato? Lib. VIII. c. 34. 'Manliana imperia et posthabita filii caritas publicæ utilitati jactabantur.' *Gebh.* Particula *quod* deficit in Lipsiens. *appellata sunt* autem est in Lov. 2.

Adpellata sunt: quoniam qui prior auctor] Codex Borbetomagensis habet *appellata sint: quem qui prior.* Lego *quom qui,* pro *quum qui, prior auctor.* Rhen. Illud *quoniam* primum vidi in ed. Mediol. 1495. cui ex codd. meis favent minimæ auctoritatis Lov. 5. a m. sec. priori lectione erasa, Harl. 2. Hav. et Port. a m. sec. in quo etiam prior scriptura plane erasa erat. Antiquiores inpressi præferunt *quem qui prior.* Et ita habent etiam Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Lipsiens. Klockian. et Gaertn. pro quo verisimiliter *quum, qui prior* restituendum Rhenanus conjecit; id autem in *quem* abiisse, quia pro *quum* scriptum erat *quom.* Sane ea voculæ istius orthographia infinitis locis in cod. Gaertn. aliisque obtinet. Passim autem *quum* et *quoniam* in Mss. commutari, docet J. Scaliger ad Catulli Ep. II. 5. Vide etiam hoc lib. ad c. 36. § 4. Unum fragm. Hav. hic legit *quod, qui prior.* Sed et ea lectio ex interpretatione alterius nata videtur. Solent autem sæpe voculæ *quod* et *quom* sive *quum* in Mss. commutari. Vide ad XXXIX. 12. § 7. Mox vocula *tam* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. vox *titulum* in Hav. Tum *fuerat,* pro *fuerit,* legunt Gaertn. Lov. 2. et Lipsiens. *fuit* Lov. 5.

Imperioso quoque Mallio cognomen inditum] Est in cod. Borbetomagensi *Manlio cognomen inditum.* Rhen. Hujus argumenti ea vis. Quum T. Manlius, qui postea filium ea causa securi percussit, 'Imperiosi' cognomen illa ex re acceperit, Postumius autem, Manlio tanto antiquior, nullum cognomen, quod tam tristis et sævi exempli esset nota, tulerit; non verosimile est, hunc eadem plusquam paterna severitate vel crudelitate imperium suum contaminasse, quum haud dubie, qui prior auctor tam sævi et tristis exempli fuerit, occupaturus etiam fuisset tam insignem titulum crudelitatis, nec sine nota abiturus, quæ posterioris utique memoriæ et nomini ex eo est inusta. At vero falsum est ex ipsius Livii historia T. Manlium ea ex re 'Imperiosi' accepisse cognomen. Immo nusquam, quum de illo, (rerum narrandarum serie ad eum et hoc ipsum severitatis in filio exemplum perductus,) jam loquitur VIII. 7. isto cognomine eum notat, vel ab ullo unquam propterea notatum scribit; quamvis 'Manliana imperia,' itidem ut hoc loco, in proverbium isto ex facto abiisse tradat. Patrem vero hujus T. Manlii, L. Manlium, cognomen illud, sed ex alia caussa, sævitiæ nempe in dilectu acerbissime in cives exercito, accepisse memorat VII. 4. Cum quo et reliqui scriptores conveniunt, omnes jam Lucium illum cognominantes 'Imperiosum.' Habuit ergo Titus cognomen hoc non ex se, aut ista filii sui cæde, sed jam a patre, patrisque facto et moribus. Si-

gonius quidem et Onufrius in Fastis patri Lucio primo impositum, in filio hoc Tito dein confirmatum suspicantur. Quod nihil prorsus est, certe non sensit is, de cujus sententia nunc quæritur, T. Livius, quippe qui de ista confirmatione, immo et de isto Titi cognomine, ne γρῦ quidem. Et quid opus erat confirmatione, vel nova ac repetita istius cognominis impositione, quod jam ante inter cetera ejus nomina numerabatur, et a patre suo non modo ipse, sed et frater ejus 'Cn. Manlius L. F. Capitolinus Imperiosus,' bis istis temporibus consul, de quo nihil tale, nullumve tam acerbi imperii exemplum refertur, acceperat? Si, quia ipse aliud sibi proprie et novum pepererat in juventa cognomen 'Torquati,' in senectute hoc 'Imperiosi' cognomen denuo illi, et quidem tam celebri ex causa servatæ disciplinæ fuisset inditum, transmissum etiam hoc potissimum fuisset ad posteros, ut ipse et frater ejus idem illud a patre suo, quamvis ei invidiosum vel invidiosa ex causa datum, acceperant. At vero post hunc T. Manlium prorsus obliteratum fuit Manlia in gente, inque ea maxime deinde obtinuit et invaluit alterum 'Torquati' cognomen, quod hic ipse Titus in juventute sua sibi comparaverat; certo pene indicio, hoc non prius, sed serius, altero fuisse. Porro Fasti Capitolini consulares et triumphales (quorum auctori, quia diligentissime in iis omnia consularium et triumphalium virorum nomina collegit, fides maxime est habenda,) satis declarant 'Imperiosi' cognomen ei non in senectute fuisse demuo inditum, ut nota esset tam tristis exempli, quod tunc publice in filium statuit, sed a patre hereditarium accepisse. Ideo enim prius 'Imperiosum,' et dein demum 'Torquatum' cognominant, ut ita constaret, illud in eo viro fuisse antiquius, et a patre ejus, non ab ipso, sicut alterum, quod tamen jam juvenis adhuc suo ipsius merito habuit, exortum. *J. Periz.* Animadv. Histor. c. 8. p. 350. Eumdem errorem Livii, quem J. Perizonius hoc loco refellit, jam antea ab aliis observatum fuisse, monuit Dukerus ad Flori I. 14. § 2. novis tamen argumentis ipse eum primus falsi convicit. Ceterum *Manlio*, ut Rhenanus scribendum monuit, in longe maxima parte meorum codd. exstat; nam *Mallio* tantum est in Voss. 2. et Lov. 3. *Manilio* in Lov. 4. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Tota ea vox deficit in Leid. 2. qui tantum præfert *Imperiosoque cognomen inditum.* At una voce addita *Imperioso quoque Manlio cognomen fuit inditum* est in Port. a m. pr. *cognomen indictum* habet Lov. 4. et 5. Vide ad III. 65. § 4.

§ 7 *C. Julius consul ædem Apollinis*] Pal. 1. ut et Campani ed. *Gn. Tullius.* Pal. 2. *Gn. Julius.* Pal. 3. *Gn. Tuillius.* Gebh. Consulis Julii prænomen exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. Sed *Gn. Julius* exhibent Voss. ambo. *Gneus Julius* fragm. Hav. *Cn. Julius* Flor. et Harl. ambo. *Cneus Julius* Hav. *Cn. C. Julius*, utraque lectione juncta, Leid. 1. Lov. 2. et Lipsiens. ex quo *Cū C. Julius* factum est in Gaertn. *Cn. T. Tullius* in Lov. 3. *Tum Julius* in Lov. 5. *M. tum Julius* in Lov. 4. et Port. Sed, Julio hujus anni consuli prænomen *Caii* fuisse, monuit Sigonius hoc lib. cap. 26. § 6. Et ita fere edd. quarum antiquiores, quas vidi, *G. Julius*, aliæ *C. Julius* præferunt. Deinde *CM.* pro *Consul*, Lov. 3.

Ægre id passus Quinctius] Pall. 1. ac 3. *ea passus.* Pal. 2. *eam rem passus.* Gebh. *Eam rem* in uno tantum est Hav. sed *ea passus* Lov. 2. 3. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *ad passus* Leid. 1. *a passus* Harl. 2.

Quum, dimisso exercitu, in urbem re-

disset] Gebhardus ad III. 6. § 7. ex omnibus Pall. legendum censuit *urbem redisset*, omissa præpositione. Consentiunt ex nostris Flor. Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Reliqui, et inter eos plerique integerrimi codd. editam lectionem probant, quam etiam veriorem puto. Vide quæ ad d. loc. notavi. Similiter erratum est II. 44. 'Signa deserta, imperatorem in acie relictum, injussu in castra reditum:' ubi unus etiam codex *injussu castra reditum* præfert: etiam IX. 32. 'Nocte ab utroque in castra reditum:' et hic iterum male unus codex τὸ *in* omittit. Mox *nequiquam* Flor. et Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Tum *in senatum conquestus* fragm. Hav. *in senatu est questus* Hav. et Flor. *in senatum conquestus est* Lov. 4.

§ 8 *Nihil tum ad rem Romanam pertinere visum*] *Nil tñ ad rem* Hav. *nil tum* Lov. 2. *tñ*, id est *tamen*, pro *tum*, etiam Lov. 4. Lipsiens. et Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Paullo ante *Insigne magnis*, pro *Insigni m.* Flor.

Karthaginienses, tanti hostes futuri, tum primum] Nota, Carthaginienses quando primum in Siciliam transierint. Vide Diodorum Siculum et Xenophontem. Sed tamen prius in Siciliam venerunt regnante Gelone. Testis Herodotus. *H. Vales.*

Per seditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum trajecere] *Seditiones singulorum* Flor. Lipsiens. Klockian. Leid. 1. Harl. 1. et Voss. 1. in contextu, quorum posterior tamen *Siculorum* pro varia lectione margini adscriptum servat. Vox autem *alterius* deficit in Hav. Tum *in Sicilia* Leid. 1. et Harl. 1. Denique *exercitus traj.* Leid. 2.

Cap. XXX. § 1 *Agitatum in urbe ab tribunis plebis*] *A tribunis plebis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et priscæ edd. Deinde *plebis est*, addita ultima voce, Lov. 4.

Consules fiunt L. Papirius Crassus] Addendum est *iterum*. Antea enim consul fuit Crassus A. U. C. CCCXIX. *Glar.* In Diodoro XII. p. 322. rectius leguntur *C. Papirius et L. Julius.* Nam C. Papirium avum autumo esse Sp. [voluit dicere L.] Crassi, qui tribunus militum reperitur a. CCCLXXXIV. in Capitolinis, atque alium a L. Papirio, quem consulem habuimus a. CCCXVII. Non enim alioquin tredecim inveniemus Papirios, quot eos supputat Cicero in ep. ad Pætum (ad Famil. IX. 21.) qui sella curuli sederunt inter primum L. Mugillanum et L. Crassum, qui dictator et prætor fuit. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXIII. p. 181. *Cons. fuit* Lov. 3. Sed *fuit* et *fiūt* facile confundi potuere. Omnes deinde codd. in Papirii Crassi editum prænomen *Lucius* consentiunt: ejus autem cognomen *Crassus* omittit Lov. 5. Præterea *et L. Julius* Lov. 3. et Harl. 2. Vide ad II. 17. § 1. Ceterum is non *L. Julius* apud Diodorum, ut Pighius monuit, sed mendose Λεύκιος Ἰούνιος vocatur. Quare ibi etiam error in prioris prænomine commissus esse potuit.

Fœdus ab senatu cum petissent, et pro fœdere deditio ostentaretur] *A senatu* Gaertn. *fœdus cum ab senatu*, transpositis vocibus, Harl. 2. Deinde *petiissent* Voss. 2. *fœdus ab senatu concupissent* Harl. 1. *fœdus ab senatu cōpetissent* Lov. 1. eodem errore, quo *congratulatione* datum, pro *cum gratulatione*, IV. 24. § 7. ubi vide. Denique *deditio ostenderetur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Vide ad XXVIII. 3. § 11.

Inducias annorum octo impetraverunt] Hic Æqui impetrant inducias octo annorum, quum sexto deinde anno c. 35. rursus trium annorum impetrent. Quare videndum num *sex annorum*, pro *octo ann.* legendum. *Glar.* In numerum annorum editum conspirant codd. Deinde *impetrarunt* Harl.

2. Lov. 4. Hav. et fragm. Hav. *impetravere* Gaertn.

§ 2 *Pertinaci certamine inter pacis bellique auctores*] *Pertinaciæ certamine* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Lipsiens. et Gaertn. Deinde *actores* Lov. 5. et Port. a m. pr. frequenti errore. Vide ad I. 26. § 5. et ad XL. 11. § 2. Paullo ante *in Algido cædem* Lipsiens. pro *in A. cladem*. Vide hoc lib. ad c. 10. § 5.

§ 3 *Legem de mulctarum æstimatione pergratam populo, quum ab tribunis parari*] Vide Zasium in Catal. Leg. Antiq. et Brisson. Select. Antiq. I. 3. *Klock.* De ea etiam ante id tempus leges latæ fuerant. Excusserunt hoc argumentum A. Augustinus in lege Tarpeia Æternia, Manutius de Legibus c. 17. et Brisson. Antiq. ex Jure Civ. I. 3. *Duk.* *Multarum* Flor. Leid. 1. Lov. 3. 4. et Gaertn. De hac orthographia dictum est ad III. 67. § 5. Tum *extimatione* Voss. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *existimatione* Lipsiens. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Deinde male *per gratiam* Voss. 2. Leid. uterque, Harl. 2. Gaertn. et Port. Denique *a tribunis* Leid. 2. Lov. 1. 2. Lipsiens. et Gaertn. Ceterum jam ante hæc tempora legem de multarum æstimatione tulerunt consules Romani Sp. Tarpeius et A. Aterius, de qua vide Gellium XI. 1. aliosque; eaque diu apud Romanos observata est, teste Dion. Hal. l. X. p. 674. Sed vide A. Augustin. de Legib. in lege ' Tarpeia Æternia de multis.'

Proditione excepissent, ipsi præoccupaverunt ferre. Consules] Ant. Perizonius ad marginem Livii *accepissent* scribendum conjicit. Sed in vulgatum conspirant, quidquid adhibui codicum. ' Excipere ' autem eodem fere modo, ut infra ponitur XL. 7. ' Ad has excipiendas voces speculator ex convivis Persei missus quum incautior obversaretur :' ubi etiam recentiores ediderant *accipiendas*. Vide quæ ad eum locum notantur. Præterea *occupaverunt ferre* Lipsiens. Ita II. 48. ' Occuparent Patres ipsi suum munus facere.' Vide Gronov. ad Senecæ Thyest. vs. 270. Reliquis tamen scriptis nihil mutantibus, vulgatum præfero. ' Præoccupare ' autem apud Livium frequens est. Infra hoc lib. c. 48. ' Gratiam omnem ad plebem præoccupasse.' VIII. 13. ' Illorum animos seu pœna, seu beneficio præoccupari oportet.' XXI. 20. ' Præoccupatos jam ab Hannibale Gallorum animos esse.' XL. 12. ' Omnia, quæ reorum antea fuerant auxilia, pater præoccupavit.' XLII. 5. ' Majestate Macedonum regum præoccupati.' c. 14. ' Præoccupatis non auribus magis, quam animis, ab Eumene rege.' XLIV. 3. ' Ad loca opportuna præoccupanda.' Denique *præoccupaverunt. Fuere consules* Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et Port. a m. sec. priori lectione penitus erasa.

§ 4 *Hostius Lucretius Tricipitinus*] *Hostius* huic prænomen est. Quare *Hostus* scribendum, quemadmodum etiam ante ad I. 12. diximus. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *Hostilius Lucretius.* Pall. 2. cum Camp. *Hostilius Tricipitinus.* Gebh. *Hostis* est in Lipsiens. *Hostius* servant Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav. *Hostilius* est in Lov. 3. Harl. 2. Voss. 2. et Hav. Sed *Hostus* legendum etiam Pighius monuit in Annal. ad a. CCCXXIV. p. 182. eam scripturam firmans ex fragmentis marmorum Capitolinorum, in quibus filius ejus anno CCCXXXVI. vocatur P. LVCRETIVS. HOSTI. F. Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. I. 437. Vox *Tricipitinus* deerat in Voss. 2. et Lov. 3.

Secuti eos consules A. Cornelius Cossus, T. Quinctius Pennus iterum. Veientes in agrum] Nihil mutant codd. nisi quod secundo consuli prænomina *Titi* et *Caii* simul tribuantur in Voss. 2. ita tamen, ut eorum prius inducta

linea expunctum sit; et quod ejus cognomen in codd. partim *Penus*, partim *Pœnus*, partim etiam *Pænus* scribatur. Sed utrumque mendosum. Vide hoc lib. c. 20. § 8. et c. 26. § 2. Vox *iterum* etiam deest in Lov. 4. Posset autem in mentem venire, rotundius hæc et uno ambitu ita legenda esse: *Secutis eos consulibus A. Cornelio Cosso, T. Quinctio Penno iterum, Veientes in agrum Romanum excursiones fecerunt.* Sed vide quæ notantur ad II. 19. § 1.

§ 5 *In agrum Romanum excursiones fecerunt*] *Excursionem fecerunt* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. et L. 2. Sed alii Mss. inter quos optimæ notæ tantum non omnes, stant pro vulgato, nisi quod Leid. 1. præferat *excursione fecerunt*, ultima litera ob ductuum similitudinem a proximæ vocis initiali intercepta. Vide hoc lib. ad c. 33. § 11. Et in similes forte codd. inciderunt, qui errorem commissum emendaturi *excursionem* dederunt, existimantes virgulam, qua suprascripta τὸ *m* indicari solet, omissam esse. Præterea *fecere* Gaertn.

Quosdam ex Fidenatium juventute] *Fidenatum juventute* Hav. et fragm. Hav. Vide ad I. 27. § 5.

Cognitioque ejus rei L. Sergio, et Q. Servilio, et Mam. Æmilio permissa] *Cognitio ejus rei* sine conjunctione prisci excusi, Aldo priores. Is enim primus *cognitioque* reposuit. Neque aliter exstat in scriptis, nisi quod *cognitioneque* habeat Leid. 2. Præterea prius *et* deficit in Harl. 2. et Hav. Denique *Marco Æmilio* Harl. 1. *Muui-co Æmilio* Hav. *Mamerco Civilio* Lov. 5.

§ 6 *Quod, cur per eos dies a Fidenis abfuissent*] *Eo quod* Hav. et apud Hearnium Oxon. B. Tum vox *dies* abest ab Gaertn. Hinc *ab Fidenis* Hav. Denique *afuissent* Leid. 1. quod recepi, quum alibi etiam ita Livius extulerit. Vide ad III. 12. § 6. *affuisset* perperam est in Lov. 5. *adfuissent* in Flor.

Agerque iis bello interemtorum adsignatus] *Agerque hostilis bello inter.* Lov. 5. *agerque hostium bello inter.* Port. et Lov. 4. *agerque his bello intercepto* fragm. Hav. a m. pr.

§ 7 *Siccitate eo anno plurimum laboratum est: nec cœlestes modo defuerunt aquæ*] Vet. lib. *Et siccitate.* Sigon. *Et siccitate* etiam Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. B. et N. Sed insiticia hac particula carent reliqui, neque ea Livio opus est. Mox etiam *laboratum, et nec cœlestes* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *defuerant* inter lineas adscriptum est in Lov. 4. *defecerunt* præferunt vett. edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Sed scripti et excusi reliqui, quos vidi, vulgatum tuentur. Solent autem 'defui' et 'defeci' ob literarum similitudinem commutari. Vide ad Epit. Liv. l. XLIV. Similiter 'fui' et 'feci.' Vide ad XXXI. 45. § 1.

Sed terra quoque ingenito humore egens] *Ingenuo*, Ovid. Lucret. *T. Faber. Sed quoque terra* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ingenio humore* Port. a m. pr. proxime ad Fabri *ingenuo.* 'Ingenuus' pro nativus, nullo artificio conciliatus, vel adscitus poni, viri docti sæpius docuerunt. Vide Passerat. ad Propert. Eleg. I. 2. 13. et 4. 13. etiam Lambin. ad Lucret. I. 231. ubi 'ingenuus' et 'ingenitus' in membranis antiquis commutari docet. Eo tamen sensu 'ingenuus' apud scriptores prosaicos, vel certe apud Livium, nondum observavi; qui contra aliquoties 'ingenitus' pro innatus dixit. Infra VIII. 7. 'Me quidem quum ingenita caritas liberum, tum specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet.' XLI. 18. 'Ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti sæviunt in prædam.' Plinius Hist. Nat. l. XXVII. c. ult. 'Quæ contem-

platio aufert nos ad ipsorum animalium naturas, ingenitasque iis vel certiores morborum omnium medicinas.' Quinctil. Procem. l. I. 'Sunt et alia ingenita quædam adjumenta, vox, latus patiens doloris, valetudo, constantia, decor.' Censor. de Die Nat. c. 4. 'Infantibus ex se editis ingenitum lactis humorem Natura ministrante præbuisse.' Mox *sufficit*, pro *suffecit*, Leid. 2. et Lov. I. ac 3. Tum *annos*, pro *amnes*, Lov. 4.

§ 8 *Defectus alibi aquarum, circa torridos fontes rivosque*] Interpolatitia lectio. Pall. duo 1. ac 3. *circa horridos fontes*, id est, squalentes. Pal. 2. *aridos* habet: pejus. *Gebh.* *Circa aridos frondes* Gaertn. *circa aridos fontes* Lov. 2. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. N. *circa horridos fontes* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Lipsiens. Port. fragm. Hav. et Leid. 2. qui posterior in margine *circa orticos fontes* ostentat: *circa thorcidos fontes* Lov. 1. Lectionem duplicem exhibent Leid. 1. et Voss. 1. præferentes *circat horridos*, in quorum posteriori nota ultimæ literæ vocis *circat* subjecta indicabat lectionem *horridos* præ altera *torridos* magis placuisse. Mihi tamen vulgatum *torridos* præferendum videtur. Vide N. Heinsium ad Silii I. 177. Neque audiendum puto virum doctum, qui ad marginem edit. Curionis scribendum conjecit *circa torrentes, fontes, rivosque.* Perperam etiam *rivosque aquarum*, repetita voce, quæ modo præcessit, est in Lipsiens. Vox *alibi* deest in Lov. 2.

Stragem siti pecorum morientium dedit] Pall. 1. ac 3. *siti equorum mor. dedit.* Pal. 2. *stragem siti equorum pecorum mor. dedit.* Gebh. *Siti equorum mor.* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *siti equorumque mor.* Gaertn. *siti equorum pecorum mor.* Hav. utraque lectione juncta; de quo more scribarum vide ad III. 44. § 4. *pecorum* verius est. Cur enim in tanta anni siccitate solorum equorum siti morientium mentio fieret? Et docet præterea τὸ 'alia' mox subjunctum, *equorum* ferri non posse. Et ita passim in descriptione pestilentiæ ea 'fœda homini, fœda pecori' exsistere dicitur. Supra III. 6. 'Grave tempus et forte annus pestilens erat Urbi agrisque, nec hominibus magis, quam pecori.' c. 32. 'Duo simul mala ingentia exorta, fames pestilentiaque, fœda homini, fœda pecori:' hoc lib. c. 25. 'Magna tamen clades in Urbe agrisque promiscue hominum pecorumque pernicie accepta:' et alibi similiter. Olim forte *pequorum*, pro *pecorum*, scriptum fuerat, ex quo non intellecto abjecta prima litera ab indoctioribus deinde factum est *equorum.* Ita conjiciendi ansam mihi præbuit scriptura, quam in Leid. 1. inveni, *stragem sit ipse quorum morientum dedit.* Extrita enim una litera sibilante et aliter divisis vocibus exibit id quod dixi. Insuper *morientum* Flor. Vide ad II. 5. § 9.

Scabie alia absumta] Ant. Perizonius in ora libri sui *scabie alibi absumta* legendum conjicit. Videtur autem ad id inpulsus fuisse, quod præcedat 'defectus alibi aquarum stragem dedit.' Haud multum abit primigenia Port. lectio *scabie alibi alia absumta.* Sed vox *alibi* deinde inducta est, et vulgatum etiam servant omnes reliqui Mss. nisi quod *assumta* sit in Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. et Lov. 1. ac 5. *asumta* in Lipsiens. *sumpta* in Lov. 4.

Vulgarique contactu in homines morbi] Ita primus edidit Gruterus, sine dubio operarum errore: et tamen patientius, quam par erat, ineptam hanc et nullum commodum sensum reddentem scripturam verioris alterius locum obtinere passi sunt viri docti, qui postea Livio manus admoverunt, omnes, præter Hearnium, et, qui ipsum per omnia sequi solet, nuperum editorem Londinensem, *vulga-*

tique substituentes, quemadmodum antea passim excusum exstitit, et præferunt tantum non omnes codd. Certe ita est in Flor. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. utroque, Port. Lipsiens. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Ex solis tantum Voss. ambobus nihil notatum video. Verum eos *vulgarique* errore scribarum præferre credo, quum ita etiam in Lov. 3. invenerim. Nihilominus priscam scripturam revocavi; quam sibi quoque placere, Ant. Perizonius in margine codicis sui notarat. Præterea *vulgati* Lov. 1. *volgatique* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXXIX. 53. § 2. Tum *attactu* prisci excusi: quod non ita proprium esse, et pro eo in codd. antiquis *contactu* legi, monuit Pierius ad Maron. Georg. III. 566. Et hanc lectionem postea Aldus recepit, quæ etiam in omnibus apud me codd. superest: nisi quod *conatu* errore librarii sit in Leid. 1. 'Contactus' hic est quod 'contagium' vocatur III. 6. 'Ministeriaque invicem ac contagio ipsa vulgabant morbos.' Ita 'contactus,' sed translate, usurpavit etiam Tacit. Annal. I. 44. 'Si legatos senatui, obsequium imperatori, si mihi conjugem ac filium redditis, discedite a contactu, ac dividite turbidos.' Histor. II. 60. 'Simul ceteræ legiones contactu et adversus Germanicos milites invidia bellum meditabantur.' Possis tamen *contactu* etiam propria significatione intelligere, id est, contingendo: ut XXV. 26. 'Postea curatio ipsa et contactus ægrorum vulgabat morbos.' Deinde *quam homines*, pro *in homines*, Flor. Mox in verbis seqq. *agrestes ingruerant*, pro *in agrestes ing.* Lov. 4.

§ 9 *Nec corpora modo adfecta tabo*] Male meo judicio sic legitur. *Nec corpora modo affecta tabe* rectius est in Mss. Pall. tribus. Campan. edidit *Nec corpora modo affectabo.* Gebh. Tres scripti Hearnii *tabe.* Et sic Sigonius hunc locum laudans de Antiq. Jur. Civ. I. 8. Livius et alii de morbo 'tabem' dicunt. III. 7. 'Inter tabem pecorum hominumque:' ibid. c. 24. 'Ne adsurrexisse quidem ex morbo, multorumque tabe mensium mortuum.' XXV. 26. Sall. Cat. c. 36. Tacitus Ann. XII. 50. et Hist. V. 3. *Duk.* *Tabe* etiam Voss. 2. Lov. 4. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. C. quod, pro altera lectione stantibus optimis codicum meorum, probare non sustineo, licet Gebhardo placere potuerit. Quæ enim 'tabis' et 'tabi' vulgo statuitur differentia, ut priori voce species morbi, corpus languore ac macie minuens et sensim consumens, indicetur, altera vero saniem ac sanguinem putridum notet, ea perpetua non est. *Tabo* enim pro *tabe* usus est Ovid. ex emendatione Heinsii Metam. XV. 626. 'Dira lues quondam Latias vitiaverat auras, Pallidaque exsangui squalebant corpora tabo:' ubi etiam se apud Virgil. Georg. IV. 252. invenisse in cod. antiquo testatur, 'tristi languebunt corpora tabo.' Sil. Italic. II. 463. 'Est furtim lento misere durantia tabo Viscera, et exurit siccatas sanguine venas Per longum celata fames.' Contra *tabes* pro *tabo* usurpatur, quum cadavera 'tabe,' id est putredine, 'absumi' dicuntur XLI. 21. 'Cadavera, intacta a canibus ac vulturibus, tabes absumebat.' Vide Burmann. ad Quinctil. Declam. VI. 3. Si tamen integriores codd. *tabe* præferrent, ab ea lectione non abhorrerem, quod τὸ *tabo* vix alibi, quam apud poëtas, hoc sensu obcurrat, et Noster simili modo voce *tabes* uti soleat, ut XXV. 26. 'Mortuique ægros, ægri validos, cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum, conficerent:' alibi autem ita non usurpet vocem 'tabo.' 'Affectabo,' ut Campan. edidisse Gebhardus auctor est, etiam præfert Lov. 2. syllabæ *ta* repetitione neglecta.

Novos ritus sacrificando, vaticinando

inferentibus in domos] Vet. lib. *novos ritus sacrificandi vaticinando.* Hac de re sic Livius XXXIX. 16. 'Quoties hoc patrum majorumque ætate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent? sacrificulos vatesque foro, circo, Urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent comburerentque? omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano, abolerent?' *Sigon.* Pall. omnes, qua scripti, qua cusi, *sacrificandi:* optime. *Gebh. Sacrificando* demum inveni apud Frobenium 1535. Omnes priores habent *sacrificandi;* neque aliter est in Flor. Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. utroque, Port. Lipsiens. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium in Oxon. B. et C. Si *sacrificando, vaticinando* malis, id exponendum erit per ellipsin particulæ connectentis, quod Livio familiare est. Ego vero librorum scriptorum et veterrimorum excusorum lectionem probo, eamque in contextum etiam admisi. Vates novos ritus sacrificandi inferebant in domos promittendo ac prædicendo, finem morbi fore, si Diis alienigenis vicinorum populorum et alio, quam patrio, more sacrificarent. Eamdem rem etiam pluribus Livius exsecutus est XXV. 1. ubi similiter 'sacrificulorum ac vatum' ut hoc loco 'sacrificandi ac vaticinandi,' meminit. Locum contulisse juvabit. Longior enim est, quam ut totus adscribi possit. Et ita 'sacrificulus ac vates' fuit, qui animos Etruscorum primus superstitione Bacchanalium imbuit, teste Livio XXXIX. 8. Præterea *novos in ritus,* adscita præpositione, Lipsiens.

Inferentibus in domos, quibus quæstui sunt capti superstitione animi] Etiam atque etiam considerandum hoc dicendi genus, nam ego syntaxim ac compositionem non assequor. Quidam libri etiam *in domo* habebant. *Glar.* Nescio quid caussæ fuerit, cur Glareanus syntaxin et compositionem horum verborum, quæ intellectu facillima videntur, adsequi nequiverit. An forte non intellexit, hic per ellipsin omitti pronomen *illis*, ut sit *inf. in domos illis, quibus quæstui sunt?* Id tamen Livio aliisque frequens quam maxime. Vide ad XXIII. 15. § 4. *In domo*, quod quosdam libros habere Glareanus monet, inveni primum in ed. Veneta 1506. sed sine dubio operarum culpa; quod inde colligo, quoniam ed. Veneta 1495. quam hæc religiose sequi solet, *in domos* præferat. Et tamen negligentia operarum commissum errorem tribus edd. suis servavit Ascensius annis 1510. 1513. et 1516. Moguntini demum emendarunt. Denique *quibus quæstus sunt* male Voss. 2. Gaertn. et Lov. 2. ac 3.

§ 10 *Cernentes in omnibus vicis ... piacula*] *Tenentes in omnibus* fragm. Hav. *cernentes nominibus* literis transpositis Voss. 1. in quo tamen *in omnibus* emendatum est in margine. Tum vox *piacula* deficit in Leid. 2. quemadmodum in sequentibus vox *pacis* in Lov. 2. Paullo ante *ad prim. civitatum*, pro *ad prim. civitatis*, perperam Gaertn.

§ 11 *Datum inde negotium ædilibus*] *Datum negot. inde æd.* Hav. Deinde verbis seqq. *ne quo alio*, pro *neu quo al.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 15. § 2. *neu quo aliorum* Lov. 2. et Lipsiens. Tum *patritio*, pro *patrio*, Lipsiens.

Ne qui, nisi Romani Dii] Vide quæ scripsit Bynkershoekius in dissertatione 'de cultu religionis peregrinæ apud veteres Romanos.' *Duk.*

§ 12 *In sequentem annum C. Servilio Hala, L. Papirio Mugilano consulibus dilatæ sunt*] Legendum *L. Papyrio Mugillano iterum:* quippe qui fuit A. U. C. CCCXI. consul. *Glar.* Pall. tres *in insequentem annum per Gaium Servilium Halam, L. Papirium Mugilanum dilatæ sunt.* Pro *Hala*, lege ex ed. Camp. *Ahala*, ut supra semper. *Gebh.* Tres Pall. Rott. et Helm. *in insequen-*

tem annum per Gaium Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum consules. Alius Ms. *circa Gaium Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum consules.* Scribendum *in insequentem annum, C. Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum consules:* ut Flor. et Voss. 1. nisi quod *Gaium.* Nam *annum, consules* dixit eleganti epexegesi, quam appositionem vocant. Infra quoque c. 43. Mss. et vett. edd. *pars major insequentis anni.* J. F. Gron. Hunc locum egregie Gronovius integritati restituit. *In insequentem annum* ex meis, præter Flor. et Voss. 1. jam a Gronovio laudatos, præferunt Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Neque aliter, quas vidi, edd. vett. nisi quod Mediolanensis 1480. omittat præpositionem *in.* Gruterus deinde *in sequentem* substituit. Quæ lectio usque ad Gronovium obtinuit. Et ita unus vetustiorum Ascensius 1516. vulgarat. Supra III. 14. 'Refecti quoque in insequentem annum.' v. 18. 'Omen concordiæ, Quirites, rei maxime in hoc tempus utili, memoria nostri magistratus vos his comitiis petere in insequentem annum video.' c. 36. 'Tribuni militum consulari potestate in insequentem annum crearentur.' VI. 1. 'Comitia in insequentem annum tribunos habere, non placuit.' c. 27. 'Creatis tribunis militaribus in insequentem annum.' XXVII. 33. 'Tum dictator et ludos fecit, et in insequens lustrum vovit.' XXXI. 37. 'Quod si modum in insequendo habuissent, non in præsentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli profectum foret.' XXXIX. 45. 'In insequentem annum crearunt consules M. Claudium Marcellum, Q. Fabium Labeonem.' Quibus omnibus locis in quibusdam Mss. et priscis edd. partim præpositio *in*, partim prima syllaba vocis *insequens* omittitur culpa librariorum, qui easdem literas repetere supervacuum judicarunt. Vide etiam ad II. 59. § 6. Hoc eodem errore *perstare in cœpto*, vel *perstare incepto*, pro *perstare in incepto*, datum esse, Gronovius docuit ad VIII. 33. § 6. ubi plura vide. *Rhegium sequerentur*, pro *se sequerentur*, perperam vulgatum esse, Sigonius notavit ad XXIX. 21. § 7. Sed et alibi *sequens*, pro *insequens*, male scripserunt amanuenses, ubi tamen eadem erroris ratio reddi non posse videtur: ut III. 10. 'Anno deinde insequenti lex Terentilla, ab toto relata collegio, novos adgressa consules est:' ita enim, non *sequenti*, multorum ac meliorum codicum fide, invito licet Sigonio, legendum dixi. Verum quum per compendium *deiñ insequenti* scribi solcat, hujus etiam loci corruptelam ex eodem fonte promanasse adparet. At revera similis hallucinationis caussa dari non potest XXXII. 24. 'Territi hostes, relicto, quem conferti tuebantur, loco, in arcem omnes metu, inermi quoque insequente turba, confugerunt:' ubi etiam plerique codd. *sequente* præferunt. Neque etiam dari potest in loco quem hic restituit Gronovius, ex IV. 43. § 8. Præterea *circa G.* vel *C. Servilium Halam, L. Papirium Mugilanum consules* Harl. 2. et Hav. *per C.* vel *Gaium Servilium Halam,* vel *Ahalam, L. Papirium Mugilanum consules* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *per Agaium Servilium Halam, &c.* Lov. 5. *et Gaium Servilium Ahalam* Klockian. Sed, quemadmodum Gronovius emendavit, *annum, C.* vel *Gaium, Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum consules* Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. et apud Hearnium Oxon. L. 1. 2. B. et C. cujus posterioris, tamquam priori lectioni adhærentis, etiam meminit; ut vel ipse erraverit, vel membranæ illæ duplicem lectionem præferre debuerint. Unus tantum Harl. antiq. lectionem, quæ ante Gronovium exstitit, servat. *Ahalam,* ut recte Gebhardus monuit, non vero *Halam,* vel *Alam,* scribendum patebit ex illis quæ notantur ad Epitom.

hujus lib. et ad c. 13. § 14. Deinde *Mugillanum* edidi, pro *Mugilanum*, ob illa, quæ notata sunt hoc lib. c. 7. § 10. Præterea iterati cousnlatus notam, quam Papirio Mugillano addendam censebat Glareanus, constanter omittunt non modo codd. scripti et typis excusi omnes, verum etiam Diodor. Sicul. Biblioth. XII. p. 325. Cassiodorus, et alii veteres, quorum Fasti consulares ad nos pervenerunt. Vel itaque dicendum Livium credidisse, aut secutum fuisse priores annalium conditores, qui existimarunt hunc L. Papirium Mugillanum diversum fuisse ab illo, qui IV. 7. cum L. Sempronio Atratino consul memoratur; præsertim quum inter hunc et illum annum effluxerint septemdecim anni; adeoque nihil magnopere obstet, quo minus hujus anni consul alterius filius esse possit: vel si unus idemque censeri debeat, Livius tamen excusari poterit illis, quæ notata sunt ad II. 16. § 7. Denique *delatæ sunt* Leid. 1. Harl. 2. Hav. Lov. 1. 4. 5. et Lipsiens.

§ 13 *Tunc quoque, ne confestim bellum indiceretur, neve exercitus mitterentur*] *Tum quoque* Hav. Vide ad II. 12. § 15. Præterea particula *ne* non adparet in Lipsiens. Verum literæ ultimæ vocis præced. effecerunt, ut per socordiam a librario omitteretur. Ejus loco *nec* est in Lov. 1. Sed ibi ultima litera adhæsit ex principio vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. Tum *bellum ediceretur* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo est I. 27. 'Ad bellum palam atque ex edicto gerundum alios concitat populos.' Verum quum ibi *ex indicto* scribendum esse viri docti conjiciant, hic vero reliqui omnes codd. vulgatam scripturam tueantur, eam etiam servandam potius arbitror. Deinde *ex. mitteretur* Harl. 2.

§ 14 *Cum Veientibus nuper acie dimicatum ad Nomentum et Fidenas*] *Nuper* ait, cum hic decimus sit annus ab ea pugna. Post eam autem pugnam induciarum earum nulla antea ab auctore mentio facta est. *Glar.* Bellum cum Veientibus ad Nomentum gestum memorat auctor hoc lib. c. 22. quo anno consules erant C. Julius iterum et L. Virginius, ut idem Liv. c. 21. tradit. Ab eo autem anno si numeramus, non modo secundum aliorum, sed et secundum Fastos ab ipso Glareano digestos, hic annus non decimus, sed octavus erit. De tali autem temporis spatio *nuper* usurpari, mirandum non est, quum de longiori etiam passim adhibeatur. Ita bis uno cap. Senec. de Benefic. IV. 30. 'Cinnam nuper quæ res ad consulatum recepit ex hostium castris?' &c. 'Quid nuper Fabium Persicum, cujus osculum etiam inpuri vitabant, sacerdotem non in uno collegio fecit?' Libros hos Seneca scripsit post mortem Claudii, imperante Nerone, si Lipsio fides habenda. Et tamen 'nuper' Fabium Persicum in non uno collegio sacerdotem factum dicit, qui jam tempore Tiberii a. DCCLXXXVII. consulatum gessit; Cinnam vero 'nuper' ad consulatum receptum esse, qui sub Augusto a. DCCLVIII. hanc dignitatem obtinuit. Ulterius processit Cicero de Nat. Deor. II. 50. 'Quid ea, quæ nuper, id est, paucis ante seculis, medicorum ingeniis reperta sunt?' Neque in scriptis historicorum, et in primis etiam Livii, versatum morari potest, quod hoc loco induciarum Veientibus post pugnam ad Nomentum concessarum mentio fiat, quarum tamen Livius c. 22. ubi historiam hujus belli narravit, non meminit. Passim enim simili modo subinde res nonnullæ suis locis omittuntur, quæ deinde postea data occasione quasi aliud agendo referuntur. Vide Jac. Perizon. in Animadv. Histor. c. 4. p. 160. et seqq. Præterea *ad Numercium* Lov. 4. *ad Numentum* Voss. 2. et Lov. 5. *ad Numentium* Port. *ad Momentum* Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 22. § 2. Deinde voces *et Fidenas* non agnoscere Oxon

L. 1. auctor est Hearne, quæ tamen in meis omnibus constanter supersunt. Paullo post *induciæ tantum*, pro *induciæque inde*, Hav. a m. sec. qui idem codex paucis interjectis *rebellarant* præfert pro *rebellaverant*.

Missi tamen feciales: ... jurati repeterent res] *Missi tunc feciales* Lipsiens. *Missi tum feciales* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. Vide ad XXII. 17. § 5. Vox autem *patrum* abest ab Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quod culpa librariorum accidisse puto. Supra I. 32. ‘Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res ac bellum indictum: moremque eum posteri acceperunt.’ Deinde *repeterent jurati* alio ordine Lov. 4. Paullo post *verba audita sint* Lov. 3. et Port. a m. pr. pro quo *sunt* a m. altera inter versus adscribitur.

§ 15 *Utrum populi jussu indiceretur bellum, an satis esset senatusconsultum*] Placet ut legatur *senatusconsulto*, ut est in antiquis quibusdam libris. *Sigon.* Verba non sunt expressa in Pall. 1. ac 3. Pal. 2. autem *senatusconsulto*. Gebh. Nihilo pejus hoc *an satis esset senatusconsultum* quam Sigonianum *senatusconsulto*. Utrum comitia habenda essent, an sufficeret senatus auctoritas. VI. 18. ‘Ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit.’ XXI. 17. ‘Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Pœnum consul alter satis esset.’ XXVI. 28. ‘Classem satis esse ad arcendum Italia regem.’ *J. F. Gron.* Antiquis quibusdam libris Sigonii, et Pal. 2. Gebhardi ex meis consentiunt Harl. 2. et Haverk. ex Oxon. vero, quos Hearne consuluit, solus B. Reliqui libri, quos vidi, vel *senatusconsultum*, vel per compendium, ut in Pall. 1. et 3. fuisse Gebhardus indicat, *S. C.* vel *senatusconsult’* exhibent. Tota vox omittitur in Lov. 2. Ejus loco *sic* præfert Lov. 5. quæ lectio inde nata est, quod librarius non adsequeretur compendium quo vox illa scribi solet. Vide ad XXII. 10. § 1. Recte vero Gronovius vulgatum *senatusconsultum* nihilo deterius esse monuit, quam alterum illud *senatusconsulto*: et *satis esset* exponit ‘sufficeret.’ Supra I. 8. ‘Centum creat senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant, qui creari Patres possent.’ II. 44. ‘Et plures, si pluribus opus sit, tribunos ad auxilium consulum paratos fore, et unum vel adversus omnes satis esse.’ c. 49. ‘Non ad præsidium modo tutandum Fabii satis erant.’ XXXVII. 26. ‘Tradita Antiocho Asia terra marique, in Hellespontum, ubi satis esset Eumenis classis, ab sua parte belli discedere.’ Nepos in Epamin. c. 4. ‘Abstinentiæ erit hoc satis testimonium:’ id est, testimonium hoc abstinentiæ sufficiet. Caussa, cur *senatusconsulto* exstet in codd. scriptis, illa esse potest, quod per notas scriptum fuerit *S. C.* et librarii, quo casu id efferendum esset, in partes abierint. Vide ad XXXVIII. 60. § 1. Insuper *utrum populi Ro[i] jussu ind. bell.* Hav.

Pervicere tribuni, denunciando inpedituros se delectum] *Perviceret tribuni* Leid. 1. prima litera vocis seq. perperam repetita in fine dictionis præced. Vide ad XL. 7. § 8. Tum *dilectum* habent Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Klockian. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Ut Quinctius consul de bello ad populum ferret] Hoc quomodo verum esse potest, cum Servilius cum Papyrio esset consul? Nec recitat prioris anni gesta, (ut quidam excusare nituntur) cum statim subjungat, ‘In eo quoque plebs superior fuit, quod tenuit, ne consules in proximum annum crearentur.’ *Glar.* *Quintius* habet mendum: non enim hoc anno consul erat, sed priore. In vett. certe libris multis abest. Quare non dubito quin legendum sit *ut consules de bello ad pop. ferrent*. Sigon. Sigonius, nescio quo Phœbi flamine contactus, reponendum suadet *ut consules de bello ad pop. ferrent*, expulso nomine *Quin-*

tius. Sed hoc asserunt Pall. Mss. et priscæ edd. *Gebh.* In vulgatis Livii exemplaribus sic legitur: *uti Quinctius consul de bello ad pop. ferret.* Videndum an recte. Non enim tunc Quinctius ullus consul erat, sed anno superiore T. Quinctius. Suspicor igitur ex glossulis hoc nomen incuria librariorum fluxisse in historiæ contextum. *Pighius* in Annal. ad an. CCCXXVI. pag. 185. Mss. et veteres editi magno consensu, *ut Quintius consul de bello ad pop. ferret.* Audiendus tamen Sigonius, quia non hoc, sed priore anno, consul fuit. In Voss. quum similiter sit, *ut Quintius*, ad marginem notatur *ni*, pro *ut*. Et sic haud dubie legendum *ni consules de bello ad pop. ferrent.* J. F. Gron. *Ut consul de bello ad pop. ferret*, quemadmodum in multis libris esse Sigonius testatur, habent ex meis Harl. 2. et Hav. *ut Quintius*, vel *Quinctius, consul de bello ad pop. ferret* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. quam et priorem lectionem in codd. Oxon. etiam superesse Hearne testatur. *Ut C. consul de bello ad pop. ferret* Lov. 2. *ut qui consul de bello ad pop. ferret* solus Lipsiens. Mihi quoque verius videtur, quod viris doctis in mentem venit, *ut consules de bello ad pop. ferrent.* Doujatius se ambigere profitetur. Licet enim iræ adversus Veientes in Servilium et Papirium consules dilatæ dicantur, id de bello gerendo intelligi posse: nec inde sequi, consilia quoque belli in horum consulum annum dilata fuisse: potuisse itaque Quinctium extremo consulatu suo ad populum ferre de bello indicendo. Ex his verbis patet, eum ad præcedentia Livii numquam diligenter animum advertisse. Dixerat Livius, 'Iræ adversus Veientes in insequentem annum, &c. dilatæ sunt. Tunc quoque ne confestim bellum indiceretur, &c. religio obstitit:' id est, religio obstitit, ne tunc confestim, id est, ne mox quidem in initio anni sequentis, quum jam novi consules magistratum inissent, bellum indiceretur. Quin et verba seqq. huic expositioni adversari jam Glareanus monuit. Ceterum illud *ni*, pro *ut*, quod Gronovius in unius cod. margine invenit, ac probavit, in nullo alio mihi obvium fuit. Non audeo itaque ei mutanti adsentiri, præsertim quum Livius verbo 'pervincere,' pro obtinere, passim vel *ut*, vel *ne* subjungere solitus sit. Vide ad XLII. 45. § 4.

§ 16 *In eo quoque plebs superior fuit*] *Superior fuerit* Leid. 1. et Lipsiens. Credidit librarius scriptum fuisse *fu'it*, quomodo adhuc visitur in Gaertn. Vide alia exempla hujus erroris ad XL. 14. § 10.

CAP. XXXI. § 1 *Tribuni militum consulari potestate quatuor creati sunt, T. Quinctius Pennus ex consulatu, C. Furius, M. Postumius*] In quibusdam libris aliena manu notatum est super *ex consulatu, ter consul:* sed temere. Jam enim non nisi bis consul fuerat. Intelligendum autem anno, postquam consul, factum esse tribunum militum consulari potestate, habetque rationem ejus anni, quo Quintius petivit, non quo gessit. *Sigon.* Pal. 1. ac 3. *creati Q. Pennus q. consulatus: centurio Furius.* Andreas vero *T. Quintius Penus ex consulatu. Claudius Furius, Martius Postumius.* Gebh. Gronovius Observ. IV. 20. *ex consulatu*, itidem ut Sigonius, interpretatur, ubi intervallum unius anni intercessit. Alb. Rubenius in Epistola I. ad Wendelinum communem usum phraseos *ex consulatu* sequutus, (quæ, quod nemo ignorat, de eo usurpatur, qui superiore anno consul fuit,) suspicatur, ante tribunos militum consulari potestate hujus anni in Livio desiderari par unum consulum, quorum alter fuerit T. Quintius Pennus. Confirmat suspicionem hanc duobus argumentis; primo, quod in fine præce-

dentis capitis libri scripti et vetustæ edd. habent, 'ut Quintius consul de bello ad populum ferret;' secundo, quod Livius cap. 20. scribit, Cossum 'tertio a consulatu anno' tribunum militum consulari potestate fuisse. Utraque sententia difficultatibus suis premitur. Rubenio ideo adsentiri non possum, quod scribæ librarii multo probabilius argui possunt erroris in his verbis, 'ut Quintius consul de bello ad populum ferret,' describendis, quam fasti, qui cum Livio consentiunt in omittendo pari consulum. In Capitolinis quidem, quos hic tempus vitiavit, nihil est præsidii. Sed in Idatianis post Ahalam et Mugilanum, quos priore anno consules fuisse dicit Livius, diserte scriptum est, post hos tribus continuis annis fuisse IV. tribunos militum consulari potestate; post hos autem consules Atratinum et Vibulanum. Cassiodorus quoque, qui tribunorum militum consulari potestate nomina numquam exprimit, Ahalæ et Mugilano statim subjicit C. Sempronium Atratinum et Q. Fabium Vibulanum. Similiter Auctor Fastorum Siculorum, qui et ipse tribunos militum consulari potestate omittit, post Axillam, id est Ahalam, (vel potius Alam, quod contractum est ex Axilla, quo modo hoc nomen etiam in tabulis Capitolinis scribitur) et Mugilanum, consules habet Atratinum et Vibulanum, quos post tres annos, quibus tribuni militum consulari potestate reipublicæ præfuerunt, c. 37. memorat Livius. Et Diodorus Siculus, quamquam Atratinum et Vibulanum præteriit, tamen post consulatum Ahalæ et Mugilani tribunos militum consulari potestate factos esse hos, quos etiam Livius hic nominat, scribit lib. XII. p. 326. Solus auctor fastorum Norisianorum, quos deinde etiam Eccardus publicavit, inter Ahalam (quem Structum vocat, ut et Diodorus, ut videatur duo cognomina habuisse) ac Mugilanum, et Atratinum ac Vibulanum, par consulum inserit, 'Cossum et Fusum;' ita enim legendum puto pro eo, quod ibi scribitur, *Fiso*. Hujus si contra omnes alios valeret auctoritas, tamen ea non confirmari posset conjectura Rubenii, qui alterum ex consulibus, quorum nomina apud Livium intercidisse sibi persuadet, Quintium fuisse putat. Nec juvat eum, quod Livius c. 20. dicit, Cossum 'tertio a consulatu anno' tribunum militum consulari potestate fuisse: nam Livius utriusque anni, et quo consulatum, et quo tribunatum militarem consulari potestate gessit Cossus, rationem habuit; de quo more Livii ibi dictum est. In Sigonii et Gronovii expositione hoc incommodi est, quod nullo testimonio scriptorum veterum ostenderunt, 'ex consulatu,' 'ex prætura,' et alia hujus generis aliter sumi, quam de anno, qui consulatum, præturam, vel alios magistratus proxime sequitur. Deinde, si jam hoc ostendissent, quæri potest, cur solus Quintius ex consulatu tribunus militum consulari potestate creatus esse dicatur, non etiam Cossus, qui ei in secundo consulatu collega fuerat, ut Livius c. 30. et Fasti produnt. Mihi verba *ex consulatu* non sine vitio videntur esse. *Duk.* *Tribuni militum quatuor consulari potestate* Lov. 1. Harl. 2. ac Lipsiens. Tum verbum *sunt*, quod ab excusis antiquioribus abest, et primus addidit Aldus, in pluribus ac melioribus codd. Flor. Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. Harl. utroque, Lipsiensi, ac Klockian. superest. Deinde *T. Quintius Pœnus*, vel *Penus*, *ex consulatu* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 1. Port. et Klockian. *Q. Pœnus*, vel *Q. Penus, ex consulatu* Lov. 2. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. *Q. Penus e consulatu* Voss. 2. *Q. Pœnus et consulatu* Leid. 1. *Quintus Penius ex consulatu* Gaertn. *Quintius Penus ex consulatu* Hav. Q.

Pœnus Q. consulatus Lov. 3. *Quintius Penus ex consularibus* Harl. 2. *Q. Penus exconsul* fragm. Hav. a m. sec. Se etiam *exconsul* in Oxon. N. et C. reperisse testis est Hearnius. Sed hujus anni tribunus consularis recte Τῖτος Κοΐντιος etiam apud Diodor. Sic. lib. XII. p. 326. vocatur. Quinctiorum autem cognomen non 'Pœnus,' vel 'Penus,' sed 'Pennus' erat. Vide hoc lib. ad c. 26. § 2. Lectio deinde codicum, qui *ex consularibus* et *exconsul* præferunt, inde nata videtur, quoniam librarii ita exponendum crediderint, quod per epitomen *ex cons.* scriptum invenerant, quod alii *ex consulatu* reddiderunt. Vide ad Liv. VI. 39. § 2. Id ipsum autem *ex consulatu* quomodo admitti possit, non video. Apud Livium enim aliosque scriptores optimos *ex consulatu* non modo notat post consulatum, sed etiam proximo post consulatum anno. Vide viros doctos ad Val. Max. III. 7. ex. 6. et ad Vell. Pat. II. 37. Hic autem inter consulatum et tribunatum consularem Quinctii annus intercedit. Non audeo vero voces *ex consulatu*, quæ, vel aliæ ejus loco, in omnibus Mss. supersunt, expungere. Videant itaque acutiores. Doujatio dubium non est, quin *ex consulatu* idem sonet ac post consulatum; eamque loquendi formam aliquando intervallum recipere arbitratur inter ea, quæ ante, quæque post gesta sunt; nec absolute requirere, ut posterius cum priori continuetur. Sed vellem, vel unum addidisset exemplum, ubi locutionem ita usurpatam invenisset. Non enim sufficit dixisse, ita accipienda esse 'ex eo die, ex rupibus nactus planiciem,' quæ ipsi Calepinus subgessit; sed, 'ex consulatu,' 'ex prætura,' ac similia ita usurpari, demonstrandum erat. Neque ipse sibi satisfecisse videtur, utpote qui agnoscat, plurimum hic ambagium esse, quæ fortasse tolli possent, si conjicere liceret, Servilium Ahalam et Papirium Mugillanum consules quidem designatos fuisse, aliqua tamen ex caussa non gessisse consulatum; contra Quintium Pennum ante hunc annum ter fuisse consulem, ut Diodorus scripsit. Verum non animadvertit, Quinctio Penno, quem cum A. Sempronio ante Servilium Ahalam et Papirium Mugillanum consulatum gessisse tradidit Diod. Sic. XII. p. 325. et in fastis aliorum omittitur, non tribui prænomen *Titi*, quod hujus anni tribunus militaris habuit, sed *Lucii*. Quamvis itaque Servilius Ahala et Papirius Mugillanus consulatum non gessissent, et consules, qui apud Diod. Sic. proxime præcedunt, Quintius Pennus et A. Sempronius reciperentur, quibus quatuor hic memorati tribuni consulari potestate successissent, tamen verum non erit, Quinctium Pennum ante hunc annum *ter consulem* fuisse, vel *ex consulatu* tribunum consularem factum esse. Præterea L. Quinctium et A. Sempronium consules, a Diod. Sic. interpositos, ὑποβολιμαίους esse, non contemnendis rationibus evicit Dodwell. in notis ad Chronol. Græco-Rom. quæ subjungitur Dion. Hal. p. 96. Deinde *centurio Furius*, pro *C. Furius*, perperam præferunt Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. fragm. Hav. et Lov. 4. a m. pr. *centerio Furius* Lipsiens. Ad hæc *Martius Postumius* edd. vett. pro quo Moguntini *M. Postumius* subposuerunt, consentientibus omnibus scriptis. Denique *et A. Cornelius* iterum vett. edd. Sed Aldus copulam sustulit, quam nullus scriptorum codd. agnoscit.

§ 2 *Ex iis Cossus præfuit urbi: tres, delectu habito*] *Et is Cossus præfuit* Lov. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. *et* atque *ex* alibi passim commutantur. Vide ad XXVI. 45. § 1. Tum *dilectu habito* Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. a m. pr. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset] Malim scribere, *documentoque fuere, complurium imp. bello in. esse.* Nam arbitror veterem olim scripturam *quamplurium* habuisse pro *complurium* : quod deinde versum est in *quamplurimum*, notius equidem vocabulum. Jam ad infinitivum *esse* prima litera verbi seq. accessit, et factum *esset*. Rhen. Ms. *bellum*. Lego *in bellum inutile esset*. Klock. Egregia sententia. Sic III. 70. ‘ In exercitu Romano cum duo consules essent potestate pari, quod saluberrimum in administratione magnarum rerum est, summa imperii, concedente Agrippa, penes collegam erat.’ Probus vita Dionis c. 6. ‘ Non tulit hoc animo æquo Dion, et versum illum Homeri retulit ex secunda rhapsodia, in quo hæc sententia est: ‘ Non posse bene geri rempublicam multorum imperiis.’’ Sed non incontaminata relicta est a correctoribus : quippe scribi voluere, *complurium imperium bello inutile esse*, incisis orationis nervis. Illud enim *quam* cum *inutile esset* ordinandum est. ‘ Quam inutile esset imperium plurium bello,’ documentum dederunt tribuni. Quid clarius? *Gebh.* *Quamplurimum* præferunt Flor. Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Lipsiens. *quampluri*[m] Gaertn. pro quo Rhenanus *complurium imperium bello inutile esse* scribendum conjecit. Illud autem *esse*, pro *esset*, etiam præfert unus Lov. 2. Negari nequit, multis locis ‘ quamplures,’ ‘ quamplurimi,’ et ‘ complures ’ in libris scriptis ab indoctis librariis commutari. Vide ad IV. 7. § 7. ad Livii XXXIX. 22. § 3. ad Epitom. Livian. lib. XII. lib. XL. lib. XLI. lib. XLIII. lib. XLVII. lib. XLIX. ubi etiam J. F. Gronov. videndus est, et ad lib. LXVII. Vide insuper Gronov. ad Gellii I. 7. et Cortium ad Sall. Cat. c. 17. c. 19. et ad Jug. c. 8. Hic tamen puto recte Gebhardum vulgatum tueri, ac docere, non jungendum esse *quam plurium*, sed *quam inutile esset*, id est quantopere inutile esset : quomodo etiam locum accepit Gronov. ad III. 52. § 2. Et pro hac scriptura stant etiam reliqui codd. mei, et Neapol. Latinii. Ita II. 32. ‘ Comparando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in Patres, flexisse mentes hominum.’ c. 54. ‘ Præcipuus pavor tribunos invaserat, quam nihil auxilii sacratæ leges haberent, morte collegæ monitos.’ v. 4. ‘ Ego, quam hoc consilium collegarum meorum, quo abducere infecta re a Veiis exercitum noluerunt, non utile solum, sed etiam necessarium fuerit, postea edisseram.’ c. 9. ‘ Næ ego libenter experirer, quam non plus in his juris, quam in vobis animi, esset.’ VII. 20. ‘ Quam non suarum virium ea dimicatio esset, cernebat.’ Neque etiam Klockii conjecturam probo; quamvis ‘ utiliter in præsens certamen ’ etiam dixerit Livius hoc lib. c. 6. et præpositio *in* intercepta esse videri posset a præcedentis vocis litera finali; quod sæpe factum esse, videbimus ad X. 13. § 3. Quum enim nulli alii codd. ibi aliquid mutent, potius est, ut dicamus, librarium Klockian. codicis *bellum* dedisse, ut conveniret sequenti *inutile*. Vide hoc lib. ad c. 44. § 5.

Tendendo ad sua quisque consilia] *Tuendo sua quisque cons.* habent Lipsiens. et Oxon. L. 1. et C. apud Hearnium. Sed reliqui codd. nihil mutant ; nisi quod *Tenendo ad sua* præferant Gaertn. et Lov. 2. ac 5. *Terendo* autem Leid. 2. et Lov. 1. Solent autem ‘ tendere ’ et ‘ tenere ’ passim in Mss. commutari. Vide ad XXIV. 28. § 1. quemadmodum etiam ‘ tenere ’ et ‘ terere.’ Vide ad III. 7. § 3. et ad VI. 8. § 10.

Aperuerunt ad occasionem locum hosti] *Ad occisionem* Voss. 2. Sed vulgatum, quod reliqui omnes codd. tuentur, probum est : ‘ occasio ’ hic

ponitur pro occasione rem bene gerendi. Frontin. II. 5. ex. 22. 'Quum inter Fabium dictatorem et Minucium magistrum equitum divisus esset exercitus, et Fabius occasionibus inmineret.' Præterea vox *hosti* abest a contextu Lipsiens. quæ a m. sec. margini adscripta est. Paullo ante trajectis vocibus *quum alii aliud videretur* vetustæ edd. ante Aldum, qui *aliud alii* vulgavit, consentientibus omnibus scriptis meis.

§ 3 *Plus itaque ignominiæ, quam cladis, est acceptum*] *Plus ita ignominiæ* Hav. Qui error in scriptis admodum frequens est. Vide ad XXI. 53. § 7. Insuper *acceptum est* Lov. 4. Paullo ante vox *receptui* non est in Lov. 5. quam sensus requirit. 'Receptui canere' dixit Livius XLIV. 35. Tum *caveri*, pro *cani*, Lov. 2. Deinde *atque terga dantes* Lov. 5.

§ 4 *Mœsta civitas, vinci insueta: odisse tribunos*] Ita primus edidit Dan. Heinsius apud Elzevir. eumque secuti sunt omnes recentiores. Antea edebatur *Mœsta civitas fuit.* Eamdemque lectionem præferunt Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Hearne, qui Heinsii lectionem expressit, nihil aliud ad hunc locum notavit, quam Sigonium edidisse *Mœsta civitas fuit, vinci insueta: odisse tribunos;* ita tacitus innuens, alteram lectionem in codd. Oxoniensibus, quorum non meminit, exstitisse. An tamen hic diligenter partes suas egerit, vehementer dubito ob codicum meorum dissensum. Si qui eorum suffragarentur, lectioni huic controversiam non moverem; utpote qui noverim, passim scribas locutiones per infinitivum conceptas inmutasse, et sæpe vocibus interpositis interpolasse. Vide quæ notantur ad I. 50. § 2. Hic tamen quum pertinaciter dissentiant omnes membranæ, neque alibi se earum ope in edendo Livio adjutum fuisse D. Heinsius testetur, alteram lectionem revocavi. Illud autem ferri nequit, quod mox *odere tribunos,* pro *odisse tr.* præferant edd. Rom. 1472. et Parm. 1480.

Quum ibi quoque religio obstaret, ne posset, nisi ab consule, dici dictator] Vet. lib. *ne non posset.* Sigon. Quod glaucoma obstitit oculis Sigonii, ut *non* hic putaret adjiciendum? Deleatur immo. 'Religio obstat, ne possit dici dictator nisi ab consule,' id est, vetat religio, dictatorem dici ab alio, quam a consule. At 'religio obstat, ne quid non fiat,' est religio cogit fieri. Foret itaque illud, cogit dici dictatorem præterquam a consule. Neque enim ubique licet Latinis duplicare negationem, ut Græcis. Lib. V. c. 36. 'Jus postulare barbari videbantur, sed, ne id, quod placebat, decernerent in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat.' Cur non et hic ponit *ne non decernerent?* J. F. Gron. Similiter etiam supra cap. proximo: 'Tunc quoque, ne confestim bellum indiceretur, neve exercitus mitterentur, religio obstitit.' Nepos in Miltiad. c. 3. 'Ad hoc consilium quum plerique accederent, Histiæus Milesius, ne res conficeretur, obstitit.' Val. Max. V. 6. ex. 6. 'Vita eorum, ne vinceretur, obstitit; mors fecit, ut vinceret.' Fatendum tamen *ne non posset,* ut Sigonius in vet. lib. invenit, etiam in omnibus meis codd. superfuisse nisi quod *nec non posset* sit in Lov. 3. Neque aliter ab Hearnio in Oxoniensibus repertum fuisse videtur, qui, *ne non posset* edens, monet, ed. Rom. principem recte *ne posset* præferre, nihil addens de scriptura codicum, quos consuluit, ut eos in editam lectionem conspirasse verosimile sit, quam jam ante Sigonium etiam Aldus recepit. Ceterum ordine alio *quum ibi religio quoque obstaret* Leid. 2. et Lov. 1. et *a consule* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Lipsiens. Gaertn.

fragm. Hav. et editi ante Aldum: cum quo, *ab consule* reponente, faciunt reliqui scripti.

§ 5 *A. Cornelius dictatorem Mam. Æmilium dixit*] Pal. 2. et Camp. *Aulus Cornelius Cossus dict.* Gebh. *A. Cornelius Cossus* etiam Lov. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. Deinde *M.* vel *Marcum Æmilium* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. quinque, Gaertn. Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Sed supra hoc lib. sæpissime *Mamerci* prænomen ei tributum fuit. Vide c. 16. c. 17. c. 23. c. 24. et alibi. Sæpe ita peccatur a librariis, qui prænomini minus noto *Mamercus* notissimum *Marcus* substituerunt. Vide ad cap. seq. § 3. c. 41. § 10. aliisque locis.

Vera virtute eguit, nihil censoria animadversio effecit] Legendum, ut in Mss. *ut nihil censoria anim. effecerit.* Sigon. Pall. 1. 3. et Camp. *nihil censoria anim. effecit.* Andreas, *quod nihil censoria anim. effecit.* Vulgata lectio jam ab Sigonio unicum testem non admodum probum Pal. 2. habet. *Gebh.* Turpe mendum arbitror. Lego *offecit*, id est, obstitit, impedivit: lege modo. *T. Faber.* Sic *nihil censoria anim. effecit* scripti sani, sic vett. edd. plane et expedite. Sigonius scabre nimis *ut nihil censoria anim. effecerit.* Videlicet, τὸ 'simul' valere idem quod 'simulatque,' non recordabatur. Nam eadem res eum errare compulit libro sequente c. 25. 'Simul extrahi rem ex eo anno viderunt:' ubi inculcat ex interpolato suo codice *simul ut.* Est tamen alia macula hic in omnibus libris, quam huc usque transiluimus. Scripserat enim Livius, *nihil censoria anim. offecit*: id est, obstitit, impedimento fuit. Verbum frequens auctori. I. 53. 'Ni degeneratum in aliis huic quoque decori offecisset.' Hinc 'offectus oculique venena maligni' impedimenta fascinorum dixit Gratius vs. 406. Vide ad I. in Præfat. § 3. *J. F. Gron.* *Virtute vera eguit* fragm. Hav. Deinde Mss. Sigonii et Pal. 2. Gebhardi, legentibus *ut nihil censoria anim. effecerit*, unus tantum meorum Hav. consentit. Ejus loco *et nihil censoria anim. effecit* præfert Lov. 4. a m. sec. edd. autem Aldo antiquiores *quod nil*, vel *nihil, effecit.* Sed recte Gronovius codd. qui *ut nihil effecerit* exhibent, erroris convicit, et Sigonium ad corruptam codicum suorum lectionem probandam permotum suspicatur, quod non animadverterit 'simul' hoc loco poni pro 'simul atque,' quo sensu tamen apud Livium et alios frequenter obcurrit. Vide ad VI. 1. § 6. Vel etiam id factum fuisse censeri potest, quod crediderit, præcedens 'adeo' requirere, ut ei subjungatur τὸ 'ut,' neque viderit id inservire proponendo cuidam quasi epiphonemati, de quo vide ad II. 43. § 10. Adde Freinshem. ad Flori II. 17. § 16. Insuper *censoris anim.* Harl. 1. Tum *efficit*, pro *effecit*, Leid. 1. Pro quo Faber et Gronov. emendandum judicant *offecit*, id est, obstitit, inpedivit. Supra II. 2. 'Id sacerdotium pontifici subjecere, ne additus nomini honos aliquid libertati obficeret.' Eodem cap. 'Id obficere, id obstare libertati.' c. 30. 'Factione respectuque rerum privatarum, quæ semper obfecere obficientque publicis consiliis.' Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 28. § 4. c. 51. § 2. et c. 58. § 2. Quum tamen codd. nulli huic conjecturæ faveant, vide num potius vulgatum defendi, et *nihil effecit, quo minus peteretur* accipi possit pro 'non effecit, ne peteretur.' Vide ad XXXVII. 54. § 22.

Quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur] Andreæ editio *peterent.* Pal. 3. Ms. *poteretur.* Gebh. Teste Hearnio ed. Romana princeps præfert *quo minus regimina rerum peterentur*: at reliqui usque ad Aldum excusi legunt *quo minus regimina rerum peterent*: quod se etiam in modo memorata ed. Rom. inve-

nisse Gebhardus auctor est. Illam certe, quæ a. 1472. excusa est, ita habere profiteor. Sed recte *regimen peteretur* Aldus restituit, consentientibus scriptis meis; nisi quod *regnum rerum peteretur* præferat Gaertn. et *regimen rerum pateretur* Hav. quomodo etiam alibi interdum lapsi sunt scribæ librarii. Vide ad II. 35. § 1. 'Regimen peteretur' est 'rector peteretur.' Vide viros doctos ad Valer. Max. I. 1. ex. 9. Ita Silius Ital. xv. 748. 'mihi Belus avorum principium,' id est, princeps avorum. Vide quæ ad eum locum notavi. Præterea *exūcta*, pro *ex notata*, Hav.

§ 6 *Quum tamen nullam publici consilii societatem movissent*] *Quum tātū nullam* Leid. 2. *quum tm nullam* Lov. 1. Sed solent scribæ voces *tantum* et *tamen* inter se commutare. Vide ad III. 46. § 1. *quum tum nullam* Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5.

Voluntarios undique ad spem prædæ adsciverunt] Repone *adsciverant*, ex vet. lib. *Sigon.* Pal. 2. *adsciverant*, ut Sigonii cod. Andreas *acciverunt*. Vulgata lectio defenditur a melioribus libris Mss. Pall. ac Camp. ed. *Gebh.* *Adsciverat* Hav. *adsciverant* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. quod sibi quoque in Oxon. B. et ed. Romana principe obvium fuisse Hearne monuit, at vetustiores, quas vidi, edd. etiam Rom. 1472. *acciverant* præferunt, *acciverunt* Leid. 2. et Lov. 1. *adsciverunt* primus recepit Aldus, eamdemque lectionem servant codd. integriores. Alibi voces 'adscitus' et 'accitus' a librariis commutari, videbimus ad XLV. 25. § 12. Ceterum *consiliarios* habet Voss. 1. pro quo tamen *voluntarios* in margine emendatur. *Societ. mov. voluntariam, undique* præfert fragm. Hav. a m. pr.

§ 7 *Uni Fidenatium populo rebellare placuit*] *Fidenatum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad I. 27. § 5. Similiter *Laurentum*, pro *Laurentium*, perperam in quibusdam scriptis legebatur I. 14. § 1. Præterea *plucuit rebellare* Port. et Lov. 5.

Et, tamquam nisi ab scelere bellum ordiri nefas esset] Vet. lib. plerique *et qui tamquam*. Suspicor igitur legendum *itaque tamquam*, ut ex *it* et *qui* fiat *itaque*. Sigon. *Et tamquam* Pall. duo, totidemque priscæ edd. Pal. 2. *qui tamquam*. Sigonius *itaque tamquam*. Male meretur de tanto scriptore, qui omnia minima maxima ad arbitrium suum fingit, aptatque. *Gebh.* Cum vett. libb. plerisque Sigonii faciens ex meis unus Hav. *et qui tamquam* præfert: cujus lectionis auctor duplicem lectionem *et tamquam*, ac *qui tamquam* jungere voluisse videtur. Certe *qui tamquam*, quod in Pal. 2. Gebhardus reperit, similiter superest in Harl. 2. et apud Hearnium in Oxon. B. Insuper *ubi*, pro *nisi*, habet Hav. *a scelere* Voss. 2. Tum alio ordine *ordiri bellum* Hav. at *ab scelere bellorum ordiri* legit Lov. 5.

Sicut legatorum antea, ita tum novorum colonorum] *Ante* Flor. Lov. 2. 4. 5. Harl. ambo, et Lipsiens. pro quo *arma* legit Hav. Tum vox *ita* deest in fragm. Hav. a m. pr. *tñ* autem, id est, *tamen*, pro *tum*, scripsit librarius Hav. sollemni errore, de quo vide ad XXII. 17. § 5. *ait: at tamen*, pro *ita tum*, est in Lipsiens. *actum* in Lov. 2. 4. a m. pr. et Lov. 5.

Veientibus sese conjungunt] *Se conjungunt* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. *se conjungit* Leid. 2. et Lov. 1. quorum librarii ita maluisse videntur, quia verbum respicit præcedens *populus Fidenatium*. Verum Livius τὸ *populus*, utpote collectivum, sæpe cum verbo plurali construxit. Vide ad X. 13. § 11.

§ 8 *Itaque, trajecto Tiberi, Veientes Fidenas transtulerunt bellum*] Vox *trajecto* abest ab Leid. 2. et Lov. 1. *transito Tiberi* habent Lov. 5. et Port. quomodo Livius loquitur XXIII. 28. 'Ad Iberum contrahunt copias, et,

transito amne, urbem, a propinquo flumine Iberam adpellatam, obpugnare parant.' Quum tamen reliqui codd. in vulgatum conspirent, id præferendum esse non dubito; alteram vero lectionem ex glossa atque interpretatione natam esse: quam ob caussam contra *trajicere* abiit in *transire* ad xxx. 28. § 1. Præterea *bellum transtulerunt* alio ordine Hav.

§ 9 *Romæ terror ingens erat: accito exercitu ab Veiis, hostibus positis ad Fidenas*] Ex volumine Borbetomagensi hic mihi potius verborum ordo placeret: *hostibus positis ad Fidenas: accito exercitu a Veiis.* Rhen. Ex his verbis alia luxata sunt, alia temere inculcata. Germana lectio in veteribus libris reperitur, *Accito exercitu ab Veiis, eoque ipso ab re male gesta perculso.* Neque vero verba illa, *hostibus positis ad Fidenas,* necessaria sunt, cum præsertim dixerit, 'trajecto Tiberi Veientes Fidenas transtulerunt bellum.' *Sigon.* Verba illa, *hostibus positis ad Fidenas,* non tantum non sunt hic necessaria, ut Sigonius censet, sed sunt meræ quisquiliæ: membranæ certe omnes constanter ea rejiciunt. Recte: neque enim satis Latine dici posse arbitror *hostis positus est ad Fidenas.* Modius. Etiam omnes codd. mei et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. ignorant voces *hostibus positis ad Fidenas,* quas etiam ab Oxoniensibus suis abesse Hearne testatur. Recte itaque easdem Gruterus expunxit, quod quidem etiam Sigonius fecerat, sed invitis proximis editoribus, qui inficetum hoc glossema indocti librarii iterum in contextum receperunt. Præterea *Romæ terror erat ingens* præfert Harl. 1. Tum *a Veiis* Voss. 2. Lov. 3. 5. Gaertn. fragm. Hav. et vetustiores typis excusi usque ad Aldum. Ambigue librarii Leid. 1. et Lipsiens. *abeis,* pro *ab Veiis,* dederunt, ita tamen ut ipsos quoque *a Veiis* dare voluisse verisimile sit. Passim enim *B* et *V* commutantur. Vide ad v. 24. § 5. *ab eis* autem, pro *a Veiis,* etiam infra per errorem præferunt Mss. v. 48. § 5.

Eoque ipso ob rem male gestam perculsa castra locantur ante portam Collinam] Emenda *eoque ipso ab re male gesta.* Solet autem sæpe in hunc modum loqui Livius, et *a* præpositionem vel *ab* sic usurpare. Nam hoc ipso lib. paullo post c. 41. 'Mœstæ civitati,' inquit, 'ab re male gesta, et iratæ ducibus, M. Postumius reus objectus.' Sic et 'ab secundis rebus' usurpat: ut lib. v. hujus decadis c. 44. 'Nunc,' inquit, 'ab secundis rebus magis etiam solito incauti.' Lib. v. rursum c. 28. 'Ibi eum, incomposito agmine negligentius ab re bene gesta euntem, adorti Æqui terrore injecto in proximos compulere tumulos.' *Rhen.* Quidam adjecere *eoque ipso.* Verum non video, qua de caussa hoc fecerint. Quidam *ab re male gesta* legunt, quod placet. *Glar.* Gaudeo hanc lectionem *eoque ipso ab re male gesta perculso* in Campani ed. comparere: nam mihi probatam, dissidentibus Mss. admittere, parum verecundi ingenii esse videbatur. Libri, inquam, hic omnes discrepant, deteriorem superingerentes lectionem *eoque ipso ob rem male gestam perculsa castra.* Loca, quæ occupavit Rhenanus, quid nocet hic advocare? Paullo post c. 41. 'Mœstæ civitati ab re male gesta, et iratæ ducibus.' v. 44. 'Nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti.' c. 32. 'Cum Etrusci pleni animorum ab pristini diei meliore occasione, quam pugna, in aciem processissent.' Contra tamen Pall. omnes *ac pristini diei.* c. 40. legendum ex Pall. omnibus, 'cum equites procul visi non sine terrore ab dubiis:' vulgo *ac dubiis.* Lib. XXVIII. c. 5. 'Sustulerant enim animos Ætoli, cum ab Romana societate, tum post Attali adventum.' *Gebh.* *Eoque,* pro *eoque ipso,* in solis

tantum Ascensii edd. 1513. et 1516. ac Parisina 1529. obvium fuit; reliquæ, ut et omnes mei; atque Hearnii Oxonienses codd. *eoque ipso* præferunt, nisi quod *quoque ipso* Gaertn. *eoque ipse* Hav. et *eo ipso* Lipsiens. præferant. Recte itaque ea lectio, quæ a quibusdam male inmutata erat, ab aliis revocata est; cujus rei caussam, quam se ignorare Glareanus fatetur, sponte deprehendisset, si vel codd. scriptos, vel vetustissimas edd. consulere operæ duxisset. Præterea in cod. Leid. 1. in quo sæpe litera *m* finalis, linea suprascripta notari solita, perperam pro arbitrio librarii vel addi, vel omitti solet, hoc loco scriptum legitur *ab rē male gestā:* quod primis principiis grammatices adversatum ab aliis postea mutatum est in *ob rem male gestam,* quemadmodum servant Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. fragm. Hav. Hav. et Hearnii Oxonienses C. B. L. 1. et 2. Sed recte Rhenanus ejus loco restituit *ab re male gesta,* quod superest in Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 1. et Oxoniensi N. apud Hearnium. Est autem dictum 'ab re male gesta,' quemadmodum 'ab ira' et similia, de quibus vide ad XXIV. 30. § 1. Potuit etiam esse, ut 'ob rem male gestam' natum sit ex alterius lectionis interpretatione. Vide ad XXVI. 1. § 3. Præterea recte Sigonius ad verba præced. *perculso,* quod servant Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. una cum Hearnii Oxoniensibus B. L. 1. et 2. Proxime accedunt Port. et Oxoniensis N. *percusso* præferentes: *perculsa* habent Flor. Leid. 1. Lov. quinque, Voss. 2. Harl. 1. et Oxoniensis C. *perculsam* Gaertn. *percussa* Voss. 1. et Leid. 2. Alibi sæpe 'perculsus' et 'percussus' confundi videbimus ad XXXIV. 15. § 2. Denique *ad portam Collinam* habet Hav. Male. Infra VI. 25. 'Castris ante portam positis, ingressus urbem.' Sed ita interdum scribæ peccarunt. Vide ad XXXVII. 29. § 2. Vox *portam* autem exsulat ab Harl. 1.

Tabernæque clausæ, fiuntque omnia castris, quam urbi, similiora] Pall. membranæ omnes, *tabernæ clausæ fuerunt: omnia castris.* Gebh. Similiter legunt Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *fiunt omnia castris,* sine τῷ *que,* Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. et Harl. 2. *fiuntque omnia in castris* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui tres simul cum Hav. paullo ante *depositi,* pro *dispositi,* præferunt.

CAP. XXXII. § 1 *Tum trepidam civitatem*] Volumen Borbetomagense *Cum trepidam civitatem.* Et potest stare, si quis sententiam continuet. Subinde vero sic Livius loquitur, ut lib. proxime sequenti c. 16. 'Jamque Romani, desperata ope humana, fata et Deos spectabant, quum legati ab Delphis venerunt, sortem oraculi adferentes.' *Rhen.* Rhenanus indicat, eam lectionem probari posse, si hæc verba cum ultimis proximi capitis continuantur: *quam urbi, similiora, quum trepidam civitatem dictator, &c.* Et sane *Cum trepidam civitatem* habent etiam Flor. Voss. 1. Leid. 1. Port. a m. pr. et Lipsiens. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem, unde has voces passim confundi solere constat.

Ad concionem advocatam increpuit] *Ad contentionem* Leid. 1. De quo errore, sæpius a librariis commisso, vide ad IV. 6. § 4. Tum *vocavit* Lov. 2. quem, solum hanc scripturam exhibentem, audiendum non censeo. Vide ad XXVI. 48. § 13. Præterea *increpavit* Lov. 2. et primæ edd. pro quo deinde Aldus substituit *increpuit.* Et recte. Non modo enim ita præferunt omnes, quibus usus sum, codd. manu exarati; verum etiam, hac forma veteres in significatione objurgandi eo verbo usos esse, docuit Vossius Gramm. v. 20. Quin et ita apud ipsum Livium obcurrit XXIV. 17. 'Adeo graviter est ab consule

increpitus, ut per eum stetisse diceret, quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades:' ubi vide. Similiter, licet ' discrepavit' usitatius sit quam ' discrepuit,' illud posterius tamen Ciceroni reddendum de Orat. III. 30. ' Nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepuerit ab Antonii divisione nostra partitio:' ita enim non tantum exhibet cod. Traject. sed insuper Non. Marcell. in cap. De contrariis generibus verborum, probaturus veteres *discrepuit*, pro *discrepavit*, dixisse, laudando eumdem Ciceronis loco, non aliter suo tempore ibi scriptum fuisse, satis indicat.

§ 2 *Quod animos ex tam levibus fortunæ momentis suspensos gererent*] Legendum ex Pall. tribus ac Camp. ed. *levibus momentis fortunæ*. Lib. II. c. 7. ' Tam levi momento mea apud vos fama pendet.' *Gebh.* *Tam levibus momentis fortunæ* etiam Lov. 2. 3. 5. Harl. ambo, Gaertn. Lipsiens. Leid. 2. Hav. et fragm. Hav. Reliqui codd. ordinem receptum tuentur. Deinde *gereret* Leid. 2. Quod forte præcedens ' civitas ' requirere sibi persuasit indoctus librarius. Verum quum per vocabulum ' civitas' hic indicentur cives, potuit etiam Livius ei tamquam collectivo verbum plurale addere. Ita XXVI. 18. ' Mœsta itaque civitas in campum descendit, atque in magistratus versi circumspectant ora principum.' XLIII. 7. ' Exposuit civitatis primum suæ benefacta, et vetera, et ea, quæ Persei bello præstitissent.' Prætcrea *quos ex tam levibus* Lipsiens. Voces *animos ex tam levibus* desunt in Lov. 2.

Veientem hostem septies victum] Iidem pro *septies* reposuerunt *sexies*, quod continuo sequatur, ' septimam infelicem defectionem.' At non difficile fuerit ex Livio ostendere, novies cum Veientibus hactenus conflictatum: at pugnas post amissum Cremeræ præsidium pro una supputare videtur. Appius autem libro quinto c. 4. ait, Veientes 'septies rebellasse.' *Glar.* Quid si legatur *toties?* ut in plerisque antiquis libris legitur, præsertim cum sæpius, quam sexies, victi Veientes sint. *Sigon.* Ms. *sexiens*. Sigonius legit *toties* ex quibusdam vett. libris. Lego *sexcenties*, proverbiali forma, ut v. 4. ' Agros nostros millies depopulati sunt.' *Klock.* Solus Pal. 2. *hostem totiens victum:* quod avidissime apprehendens Sigonius nihil eo certius esse pronunciat. Sed eandem lectionem reperi in Campani ed. Andreas edidit *hostem septies victum*. Sed stare posse existimo vulgatam lectionem, *inducias ruptas; septimam infelicem defectionem*, ut mox loquitur ipse Livius. *Gebh.* *Toties*, vel *totiens victum* Voss. 1. in margine, Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Oxonienses B. L. 1. et C. apud Hearnium: *sexies* autem, quod reliqui codd. exhibent, primus recepit Aldus, quum priores, præter Campan. Gebhardo memoratum, præferant *septies*, quæ scriptura in nullo mihi cod. obvia fuit. Mox voces *quam oppugnatas* non adparent in Gaertn.

§ 3 *Eosdem et Romanos et hostes esse, qui per tot secula fuerint*] Pal. 2. *Eosdem et Rom. esse, et hostes*. Gebh. In eumdem ordinem voces digeruntur etiam in Hav. *Eosdem et Romanos hostes esse*, una voce omissa, non recte præfert Flor. Deinde *qui per tot secula fuerunt* perperam Hav. et Harl. 2.

Se quoque eumdem dictatorem Mam. Æmilium esse] *Set quoque eumdem* Lipsiens. Tum vox *eumdem* deficit in edd. Rom. 1472. et in Parm. 1480. vox autem *dictatorem* in Leid. 2. Deinde *M. Æmilium esse* habent Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad cap. præc. § 5.

Qui antea Veientium Fidenatiumque]

Qui ante Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. Klockian. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis B. omnesque edd. usque ad Gronovianam 1678. quæ prima *antea* recepit. Sed quum prius in plerisque codd. supersit, et lectionis mutatæ nulla ratio reddatur, alterum revocavi. Mox *ad Numentum* Lov. 5. et Port. *ad Momentum* Harl. 1. et Hav. Vide ad cap. 22. § 2. Deinde *fuderat*, pro *fuderit*, Lov. 5.

§ 4 *Magistrum equitum A. Cornelium eumdem in acie fore*] *Magistratum equitum* Hav. *M. equitum* Gaertn. Deinde *A. Cornelium Cossum* Lov. 5. Lipsiens. Port. Hav. et apud Hearnium Oxoniensis B. Tum *eum in acie fore* Lov. 2.

Qui priore bello tribunus militum, &c.] Muretus Var. Lect. xv. 14. putat, quum Livius supra hoc lib. c. 20. multis argumentis docuerit, errare eos qui tradunt A. Cornelium Cossum tribunum militum secunda opima spolia Jovis Feretrii templo intulisse, hic vero Mam. Æmilium dicentem faciat magistrum equitum A. Cornelium eumdem in acie fore, qui priore bello tribunus militum spolia opima in Jovis Feretrii templo suspenderit, eum parum considerate locutum, et inter se pugnantia in historiam retulisse. At eum defendit Jac. Perizonius in Animadv. Histor. c. 7. p. 289. ac docet, ex tota narratione liquere, Livium quidem, ut Augusto gratificaretur, retulisse illa, quæ de hac re Augustum dicentem audiverat, ejusque sententiam nonnullis argumentis adstruere conatum fuisse; non obscure tamen subindicasse, se potius in alia omnia abire, atque in ea opinione esse, spolia opima a Cosso relata fuisse ante consulatum, quum tribunus militum foret; idque etiam ex hoc loco patere, ubi oratione in historiæ suæ ornamentum a se composita, (in qua verisimilitudinem religiosissime sequi ac servare debuit,) inducit dictatorem de suo antea tribuno militum, nunc magistro equitum narrantem, eum in tribunatu militari, Larte Tolumnio Veientium rege occiso, spolia opima in Jovis Feretrii templo dedicasse. Idem etiam ex eo colligi posse, quod c. 30. cum serie rerum ad ipsum Cossi consulatum deducitur, nullam Tolumnii, nullam omnino opimorum spoliorum tunc temporis a Cosso relatorum mentionem faciat, sed quatuor annorum spatium uno capite concludat, et sicut proxime superiore anno 'nihil dictu dignum actum' esse, sic illo Cossi nihil, nisi siccitatem, sterilitatem, ac morbos, memoret: tantum etiam tunc 'Veientes in agrum Romanum excursiones fecisse,' sed de qua injuria sequente demum anno res repetitæ sint, et tertio anno, quo Cossus fuit magister equitum, bellum cum iis gestum, initiis parum felicibus, sed exitu felicissimo. Si caput hoc Animadvers. Histor. Perizonii legisset, aut ejus lecti meminisset J. Clericus, ea, quæ ad hunc locum Livii notavit, tuto omisisset, vel simul addere debuisset rationem, cur Perizonii defensionem Livianam probare nollet. Alio ordine *qui tribunus militum priore bello* Lov. 3. Vocula *qui* non adparet in Lipsiens.

Larte Tolumnio rege Veientium in conspectu duorum exercituum occiso] *Larce* Lov. 2. et fragm. Hav. *Larcio* Voss. 2. *Latore* Klockian. *Lartet Collumnio* Flor. Sed ultima litera τοῦ *Lartet* quasi varians lectio adscripta fuisse videtur, ut indicaret librarius, se vocem sequentem *Collumnio* etiam per literam *T* initialem scriptam reperisse. Tum *Columino* Voss. 2. *Columinio* Gaertn. *Colũpnio* fragm. Hav. a m. sec. *Columnio* Lov. 2. *Tolumpnio* Lipsiens. *Tolunnio* Lov. 3. *Toluminio* Leid. 2. et Lov. 5. *Tolumnia* Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 17. § 1. Tamdem *rege Veietum* Leid. 2. Priscian. Gramm. v. 645. 'Lar, quando sig-

nificat κατοικίδιον θεὸν, laris facit genitivum: sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactavit. Cossus. Et testis est Ovidius in Epigrammatis, sic dicens, 'Larte ferox cæso Cossus opima tulit.' Livius in IV. ab urbe condita: 'Larte Tolumnio rege Veientorum.'' Sed vox *Veientorum* nihili est. A nomine enim urbis Veiorum formatur vel Veiens, vel interdum Veientanus, non autem Veientus.

Spolia opima Jovis Feretrii templo intulerit] Pal. 2. *in templo tulerit*. Gebh. *spolia optima* Voss. 1. a m. pr. Gaertn. et Lov. 1. Vide mox hoc c. ad § 11. Vox *opima* deficit in Lipsiens. Deinde vox *Feretrii* deest in fragm. Hav. a m. pr. *Feretrii Jovis* habet a m. sec. Denique *in templo intulerit* fragm. Hav. *templo tulerit* Hav. *templo optulerit* Lov. 4.

§ 5 *Proinde memores, secum triumphos*] *Proin memores* Pall. 1. ac 3. *Gebh.* Libri meliores, *Proin memores.* Ita sæpe eorundem auctoritate *dein*, pro *deinde*, restituimus. *J. F. Gron.* Libri nostri omnes τὸ *Proinde* servant. At, se *Proin* in Oxon. B. et L. 1. ac 2. vidisse, auctor est Hearne. *Dein*, pro *deinde*, sæpe in Livio auctoritate meliorum codicum revocari, vidimus ad III. 3. § 6.

Secum spolia, secum victoriam esse] *Spolia secum* Voss. 1. et Leid. 2. qui iidem codd. etiam τὸ *esse* ignorant. At *secum* priori loco deest in Lov. 1. in quo etiam τὸ *esse* non adparet.

Septimam infelicem defectionem. Arma caperent: simul] Ita perperam distinctus circumferebatur hic locus, quem nunc ex æquo adjuvare non destiti. *Jac. Gron.* Distinctio, quam merito Jac. Gronovius culpat, in una tantum patris ejus postrema ed. obvia mihi fuit. Paullo ante *fidutias ruptas*, pro *inducias rup.* perperam Klockian.

§ 6 *Simul castra castris conjunxissent*] *Castris junxissent* Voss. 1. in cujus margine emendatum est *castris cum junxissent*, quæ eadem scriptura etiam superest in Leid. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. eodem errore scribarum; ac notavimus IV. 24. § 7. Ut autem scribæ ita hic errarent, ea caussa fuisse videtur, quoniam non adverterint, *simul* pro 'simulac' poni, quod ipsum multis aliis locis ipsis fraudi exstitit. Vide VI. 1. § 6.

Nec sceleratissimis hostibus diuturnum ex ignominia exercitus Romani gaudium fore] Alio ordine *nec diutur. ex ign. ex. Rom. sceler. host. gaud. fore* Lov. 4. *diutinum gaud.* Lipsiens. a m. pr. et edd. principes, pro quo Aldus *diuturnum* primus recepit. Et ita præferunt omnes codd. mei. Alibi sæpe hæ voces in scriptis confunduntur. Vide quæ notantur ad Livii XXVIII. 24. § 6.

§ 7 *Et populum Romanum intellecturum, quanto melius de republica meriti sint*] Pal. 2. *promeriti.* Gebh. Vocula *et* non est in Lov. 5. Tum *intellecturum fore* Lov. 4. Deinde *promeriti sint* etiam Hav. *meriti sunt* Leid. 2. Mox *qui se dictatorem tertio dixerunt* Hav.

Quam eos, qui ob ereptum] Dele istud *eos*: sin minus, solœcismus fuerit, *melius meriti sunt, quam eos.* Itaque lege *quam qui ob.* T. Faber. *Eos* constanter superest in omnibus scriptis. Faveo tamen Fabro eam vocem delendam censenti. Librariis ellipsis pronominis demonstrativi displicuit; ideoque, nullo respectu ad præcedentia habito, id Livio reddere conati, turpem solœcismum commiserunt. De ellipsi hac vide ad XXIII. 15. § 4.

Qui ob ereptum censuræ regnum labem secundæ dictaturæ suæ inposuerint] Latinissime: quia tamen Pal. 2. *qui se obreptum*, ac Pal. 3. *labe*; putant amici quidam leg. *qui se ob erep. cens. regn. labe secunda dictatura inusserint.* Gebh. *Qui obreptum censuræ regnum* Hav. Et ita est in Lov. 5. nisi quod ejus librarius vocem *qui* omiserit: *qui*

ob rectum Lipsiens. in contextu. *qui ob erectum* Lov. 2. et fragm. Hav. Vide ad Livii III. 5. § 7. *qui ob ereptum* Gaertn. Vide ad cap. seq. § 6. Deinde *labem sic dictaturæ suæ imposuerunt* Hav. qui et paullo ante *dixerunt* habuerat. At *imposuerunt* hic legunt etiam Voss. 2. Gaertn. Lov. 3. 4. 5. Port. et fragm. Hav. licet antea recte *dixerint* dedissent. Omnes has lectiones, etiam quas Gebhard. ex Mss. Pall. protulit, librariorum errore natas puto; ideoque amicis ejus *qui se ob erept. cens. regn. labe secunda dictatura inusserint* legentibus, adsentiri nequeo. Certe illud *se* non nisi in uno, eoque interpolato passim et pessimæ fidei, codice invenit: *labe* vero inde natum puto, quoniam nota literæ *m*, quæ literæ præcedenti inponi solet, adpingi neglecta sit; quod infinitis locis evenire solet. Præterea, 'inurere alicui maculam,' 'notam,' 'ignominiam,' similiaque recte dici, constat ex illis quæ Gronov. notat ad IX. 3. § 12. at 'inurere aliquem nota,' 'macula,' 'ignominia' alibi nondum notavi. Verum licet ea locutio in usu foret, putarem nimis emphaticam esse, quam ut Mam. Æmilius fateatur, labem dictaturæ suæ secundæ 'inustam' esse, quo multo levius est, eam 'inpositam' esse. Ita 'inponere contumeliam' dixit Sall. in Cat. c. 48. 'Ipsum Crassum ego postea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone inpositam:' ubi locutionem illam aliis exemplis inlustravit Corte. Vide etiam Wassium ad eumdem locum. Cic. pro Quinct. c. 31. 'Obsecrans per Deos inmortales, ut aut secum jure contenderent, aut injuriam sine ignominia sibi inponerent.' Ipsum autem 'inponere labem' obvium est apud Curtium VII. 7. 'Quæ subinde nuntiata sunt regi, continuæ felicitati rerum ejus inposuerant labem.'

§ 8 *Mille et quingentos passus citra Fidenas castra locat*] *Mille et centum passus* Lov. 5. *M. et LV. passus* Lov. 3. *mille et quinquaginta passus* Leid. 1. Harl. 2. Port. et Hav. vel *V^{gentos}* in *V^{ginta}*, vel *IↃ*. in *L*. abiit. Vide ad XXXVII. 50. § 11. *M. et A. Cossus citra Fidenas* Flor. et Lipsiens. Origo erroris illa est, quod librarii non intellexerint notam numeri quingenarii, et pro *M. et IↃ*, vel *M. et D*, dederint *M. et A*. vel *M. et a*, quomodo est in Lov. 1. eodem nempe errore quo *ac* pro *IↃC*, vel *DC* datum erat III. 62. § 8. Corruptius *X. et a passus* est in Klockian. Sed numeri millenarii nota ꝏ sæpius in *X* corrumpi solet. Vide ad XXXIII. 14. § 5. Alii deinde per literas singulares *M*. et *A*. prænomina *Marcus* et *Aulus* indicari existimantes *passus* in *Cossus* mutandum arbitrati sunt. Pessime ita exhibet ed. Rom. 1472. 'profecti Mamercus et Æmilius mille passus citra Fidenas castra locant, dextra montibus, læva Tiberi amne septi.' Et ita etiam est in ed. Parm. 1480. nisi quod habeat *Cornelius*, pro *Æmilius*. Deinde *circa Fidenas* Hav. et Lov. 4. in contextu, errore etiam alibi obvio. Vide ad XXI. 48. § 6. Tota vox *citra* exsulat ab Harl. 1. quemadmodum verbum *locat* ab Hav.

Læva Tiberi amne septus] *Amne septus est* Voss. 2. et fragm. Hav. Sed verbum non est necesse. *Tyberiane septus* Lipsiens. Scriptum fuerat *Tyberi āne;* omissa autem nota literæ *m*, voces duæ male coaluere.

§ 9 *T. Quinctium Pennum legatum occupare montes jubet*] *Tum Quintium* Voss. 2. et Lov. 3. Prænomen Quinctii deerat a m. pr. in fragm. Hav. Deinde *Pœnum* Voss. 1. Lov. 2. Harl. ambo, Lipsiens. Hav. et Gaertn. *Pænum* Leid. 1. *Penum* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Port. et fragm. Hav. *Pœnium* Leid. 2. et Lov. 1. Vide hoc lib. ad c. 26. § 2. Postea *montes occupare*, transpositis vocabulis, Hav. In verbis seqq. *a tergo*, pro *ab tergo*, est in

Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 4. Gaertn. et edd. vetustis.

§ 10 *Etrusci pleni animorum, ac pristini diei meliore occasione, quam pugna*] Lege vel repugnantibus omnibus testimoniis veteribus *ab pristini:* ut sit dictum *pleni animorum ab pristini diei occasione meliore.* Quomodo dictum est etiam 'exercitum perculsum ab male re gesta,' et 'mœstam civitatem ab male re gesta,' et ejusmodi alia multa. *Sigon.* 'Pristinus dies' non est is qui proxime præcessit hunc diem: nam plures dies inter hunc et eum, quo Etruscis oblata erat occasio bene pugnandi, intercesserunt; ut ex iis quæ hoc et superiore capite narrat Livius, liquet. Eodem modo 'pristinum diem' dicit IX. 23. in oratione Fabii ad milites: 'Non frustrabor ego vos castra hic relinquendo, in quæ infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis:' nam et ibi aliquot dies inter pugnam ancipitem et eam diem, quo hæc dicta sunt, interjecti fuerant, quibus Fabius suos intra vallum continuerat, ut dicit Livius. Suetonius tamen aliter videtur dicere 'pristinam noctem' in Aug. c. 94. 'M. Cicero somnium pristinæ noctis familiaribus forte narrabat:' 'pristina nox' enim ibi vix aliter accipi potest, quam de ea quæ præcesserat diem, quo Cicero somnium suum familiaribus narrabat. Sed mihi suspectum est, et putem pro *pristinæ noctis* potius legendum esse *proximæ noctis:* ut apud eumdem in Cæsare c. 7. 'Confusum eum somnio proximæ noctis.' Sall. Jug. c. 113. 'Nocte ea, quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum.' *Duk.* *Ac pristini diei* in tribus Pall. constanter superesse, iisque invitis *ab pristini diei* verum esse, monet Gebhardus ad lib. hujus c. 31. § 9. *ac pristini diei* servant etiam ex meis Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Lipsiens. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. In Harl. 1. tantum et Klockian. *ab pristini diei* erat; quod sibi quoque in Oxon. B. L. 1. et 2. obvium fuisse, Hearne monuit. Ita v. 47. 'Inde intentiores utrimque custodiæ esse, et apud Gallos, quia vulgatum erat, inter Veios Romamque nuncios commeare, et apud Romanos ab nocturni periculi memoria:' ubi vide iterum Rhenan. Adde quæ notantur hoc libro ad c. præc. § 9. Præterea *actione*, pro *occasione*, Lipsiens. in contextu; quod recte in margine emendatur. Ceterum C. Bonifacius in Epist. ad Eliam Putsch. scripta x. Febr. a. 1603. cujus excerptum mecum communicavit P. D. Longolius, testatur, se in codice suo reperisse *Veientes pleni animorum et meliore occasione, quam pugna pristini diei freti.*

Evasisse in jugum propinquum arci Fidenarum] *Evasisse jugum* Lipsiens. quod sensu contrario notaret ex jugo digressum esse. Sed præpositio *in*, quæ forte per compendium ĩ scripta fuit, intercepta est a prima litera vocis seq. *iugum.* Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXV. De locutione 'evadere in jugum,' 'in muros,' vide hoc lib. ad c. XXXIV. § 1. Deinde *arci Fidenartum* scriba Flor. dubium relinquens, utrum *Fidenarum*, an *Fidenatium*, vel, ut interdum corrupte scribi solet, *Fidenatum* legere voluerit. Sed *arci Fidenatium* dederunt Lov. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Alterum tamen *arci Fidenarum* malo. Paullo ante *in aciem præcessissent*, pro *in ac. processissent*, Lipsiens. Perperam. Ita alibi peccari, videbimus ad XLIV. 5. § 6.

Aciem instructam pleno gradu in hostem inducit] Pall. 1. ac 3. *plano gradu.* Gebh. *Plano gradu* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Voces illas passim a librariis commutari in Mss. olim ostendi ad Silii Ital. III. 532. Hic vero *pleno gradu* verum est. Infra IX. 45. 'Prima luce Romani signis prolatis in acie consistunt, et, ubi nemo ob-

vius ibat, pleno gradu ad castra hostium tendunt.' XXXIV. 15. 'Signa præ se ferri, plenoque gradu ad castra hostium obpugnanda succedere jubet:' et c. 16. 'Secundam legionem, ceteris omnibus effusis ad sequendos hostes, pleno gradu sub signis compositam instructamque subire ad portam castrorum jussit.' Sall. in Jug. c. 98. (aliis 103.) 'Dein cunctos pleno gradu in collem subducit:' ubi vide Wassium ac Cortium. Cic. ad Famil. XII. 16. 'Nam illum paratum, ut video, et ingressum pleno gradu cohortari non intermittemus:' ubi Manutium etiam eadem Livii exempla observasse video. Quinctil. Declam. III. 2. 'Si fors ita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu, tam paratus mori pro pudicitia, quam occidere:' ubi videndus Burmann. Quibus adde Broekhus. ad Propert. El. IV. 10. vs. 36. Quid autem sit *pleno gradu* exponens Doujatius, inquit, 'id est, nec cursu effuso, nec lento passu, sed militari gradu, et paullo grandiore:' ubi minus recte 'gradum militarem,' et 'gradum plenum' confundit, quos tamen distinguit Vegetius de Re Milit. I. 9. loco jam a viris doctis passim laudato: 'Militari ego gradu viginti millia passuum horis quinque duntaxat æstivis conficienda sunt. Pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis viginti quatuor millia peragenda sunt. Quidquid addideris, jam cursus est, cujus spatium non potest definiri.'

§ 11 *Ne injussu pugnam incipiat*] Probo. Alii tamen codices *injussus* dum habent, perperam esse existimo. Lib. VII. c. 12. 'Se injussu dictatoris aut dimicaturos, aut agmine Romam ituros.' *Gebh.* *Injussus* ex meis præferunt Lov. 3. et Voss. 2. quod recte Gebhardo displicuit. Plura vide ad VII. 12. § 12.

Se, quum opus sit, equestri auxilio signum daturum] Legendum *equestri vexillo.* Nil verius arbitror. Nam tunc temporis et multo citerius, vexilla equitum erant res nota. *T. Faber.* *Vexilla* equitum fuisse Lipsius de Milit. Rom. IV. Dial. 5. docuit ex Livii VIII. 39. 'Vexilla se suorum parmasque cernere equitum.' Adde hoc lib. c. 38. 'Sequimini pro vexillo cuspidem meam. Ostendite Romanis Volscisque, neque equitibus vobis ullos equites, neque peditibus esse pedites pares.' Nihilominus, pessime Fabrum *equestri vexillo* conjecisse, contra omnium codicum in vulgatam scripturam consentientium auctoritatem, existimo. Quid enim? an omnes equites totius exercitus, adeoque, ut tempora hæc ferebant, duarum legionum, quibus præerat magister equitum, sub uno erant vexillo? quum tamen unicuique legioni sua esset aquila. Certe in Livii laudato loco ex lib. VIII. *vexilla,* non *vexillum, equitum,* memorantur. 'Equestre auxilium' autem est auxilium, quod equites ferebant. Ita 'equestris terror' est, quem equites inferunt, XXVII. 42. 'Jam primos occupaverat equestris terror.' 'Fremitus equestris' ex emendatione Gronovii XL. 31. 'Ubi primum fremitum equestrem audivit, avertit equos, et castra repetit:' ad quem locum plura vide. Fabri conjectura merito etiam Doujatio displicuit. Insuper *sed quum opus sit,* pro *se quum opus sit,* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Præterea distinctione mutata ita interpungendum monuit Coetierius in margine exemplaris sui: *se, quum opus sit equestri auxilio, signum daturum.*

Tum ut memor regiæ pugnæ, memor opimi doni] *Tum et memor* Hav. et Lov. 5. a m. pr. errore operarum, qui has voculas sæpissime confuderunt. Vide ad XXI. 28. § 8. *Tamen ut memor* Lipsiens. Vide ad XXII. 17. § 5. Sed vocula *ut* abest a fragm. Hav. quam intercepisse videtur proxime præcedens vocula *tũ,* id est *tum.* Vocabulis transpositis *ut tum memor*

Lov. 4. *tum, ut memores regiæ pugnæ* perperam præfert Harl. 1. Deinde *optimi doni* Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. a m. pr. quomodo etiam alibi librarii peccarunt. Vide hoc cap. ad § 4. et ad lib. XXXVIII. 8. § 9. Mox *Romuli ac*, pro *Romulique ac*, Hav. Sed nec ipsum illud probandum esse, evincunt, quæ de more Liviano dicta sunt ad II. 31. § 1.

§ 12 *Prædonem Veientem, ruptores induciarum*] *Prædonem ingentem Veientem* Oxon. N. apud Hearnium. Et ita præfert Voss. 1. a m. pr. sed omnino vox *ingentem* nata est ex sequenti *Veientem.* Hinc recte in Voss. 1. deleta est; pro qua primo margini adscriptum fuit *imparem*, quæ et ipsa dictio eodem jure postea inducta est. Ceterum *imp. Fid. prædonem, Veientes rupt. induc.* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. quorum librariis displicuisse videtur, quod τοῖς *prædonem Veientem* numero singulari subjiciatur numero plurali *ruptores.* At non animadvertunt *ruptores induciarum*, et quæ sequuntur, ad *Fidenatem* et *Veientem* simul pertinere. *Induciarum ruptores* trajectis vocibus Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante etiam *ingenti inpetu* alio ordine Gaertn. Deinde *const'ngunt*, pro *confligunt*, Lov. 5.

Factis simul dictisque odium explet] Particula *simul* abest ab Harl. 2. et Hav. Male. Vide ad XXXIII. 12. § 2. Præterea *explent* Gaertn. Sed male. In verbis proxime præcedd. *appellans*, pro *compellans*, Lov. 4. aliis omnibus invitis. Auctor ad Herenn. I. 14. 'Mimus quidam nominatim Accium poëtam compellavit in scena.' Quod II. 13. ita exprimit: 'P. Mucius eum, qui L. Accium poëtam nominaverat, condemnavit.'

CAP. XXXIII. § 1 *Concusserat primo statim concursu hostem, quum repente patefactis Fidenarum portis*] *Excusserat* Klockian. *Concusserat primo statim egressum hostem Fid. patef. portis* multipliciter corruptus Hav. *Fidenatis portis* Lov. 1.

Nova erupit acies] Volumen Borbetomagense *nova erumpit acies.* Rhen. Pall. Mss. tres *erumpit.* Gebh. *Erumpit* etiam Gronov. 1665. in contextum recepit. Et ita præferunt omnes nostri, nisi quod *erupit* sit in fragm. Hav. a m. sec. *irrupit* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Hearnius, notando ex Oxoniensibus codd. B. et C. *erupit* habere, tacitus innuit reliquos *erumpit*, quomodo ipse quoque ediderat, legere.

Inaudita ante id tempus inusitataque] Vossianæ membranæ *invisitataque.* Ut et V. 17. 'Gentem invisitatam, novos accolas.' *J. F. Gron. Invisitataque* præterquam in Voss. 1. a Gronovio laudato, inveni etiam in Leid. 1. Lov. 1. Lipsiens. et Klockian. Ita se etiam in Ms. suo invenisse Lipsius testatur Epist. Quæst. II. epist. ult. Eamdem vocem aliquoties alibi adhuc Livio Gronov. reddidisse, et tamen adhuc loca quædam superesse, ubi similiter restituenda videatur, dicam ad V. 35. § 4. *Inustaque*, pro *inusitataque* vel *invisitataque*, perperam Hav.

§ 2 *Ignibus armata ingens multitudo facibusque ardentibus*] Diu est, quod suspicatus sum, legendum *anguibus armata.* Quid enim 'ignes' aliud quam 'faces?' aut si aliud quid, cur non adjecit differentias? Nimirum quum infra sequatur 'velut fanatico instincta cursu,' apparet præcessisse habitum furialem. At enim Furiæ crines omnes habent serpentinas, sed et anguibus armantur manus: de qua re et nos non pauca ad Livii VII. 17. bello videlicet Faliscorum. *Grut. Anguibus*, pro *ignibus*, in Livio legendum esse, existimat etiam Rupertus ad Flori I. 12. § 7. Ita conjiciendi, certe Ruperto, caussa exstitit, quod Florus, d. l. historiam hanc narrans, ita tradat: 'Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum faci-

bus armatæ, et discoloribus, serpentum in modum, vittis, furiali more processerant.' Faciam tamen cum Dukero, qui ad eumdem loc. Flori pronunciat, conjecturam Gruteri et Ruperti in Livio non admittendam videri. Sane non modo omnes codd. stant pro recepta lectione, verum etiam Frontinus, strategema hoc Fidenatium recensens, 'faces' tantum, non 'angues' etiam, memorat II. 4. ex. 19. 'Idem Veientes et Fidenates facibus arreptis fecerunt:' ad quem locum recte Oudendorp. probat sententiam Salmas. ad Flori loc. laud. existimantis, Florum Fidenatium et Faliscorum factum confudisse. Quod vero Gruterus 'ignibus' non recte 'faces ardentes' subjici posse existimet, quoniam nihil differant, mihi aliud videtur. Primo enim in genere Livius multitudinem Fidenatium 'ignibus armatam' fuisse narrat, addit deinde qualis ignis fuerit, 'faces' nempe 'ardentes;' Fidenates ignem gestasse in facibus ardentibus. Ita Ovid. Am. El. I. 6. 57. 'Aut ego jam ferroque ignique paratior, ista Quam face sustineo, tecta superba petam:' ad quem locum videndus est Burmann. Neque etiam ex eo, quod subjungitur 'FANATICO instincta cursu,' eadem conjectura probari, vel inde adparere potest præcessisse habitum furialem. 'Fanaticus' enim est numine deorum adflatus. Vide Dukerum ad Flori III. 19. § 4. Hinc 'fanaticum carmen' XXXVIII. 18. 'Galli Matris Magnæ a Pessinunte obcurrere cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine.' Et licet maxime voces 'fanatico instincta cursu' habitum furialem indicarent, non tamen inde adpareret, omnibus Furiarum insignibus, adeoque anguibus etiam, armatam Fidenatium multitudinem fuisse. Ita in loco Taciti, a Ruperto laudato, Annal. XIV. 30. 'Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis: in modum Furiarum veste ferali crinibus dejectis faces præferebant:' ubi, licet expresse 'Furiarum' meminerit, attamen nulla 'anguium' mentio obcurrit. Locum itaque sanum nulla conjectura tentari præstat. Ceterum *fascibus*, pro *facibus*, præferunt Lov. 3. et Port. a m. sec. invitis non modo reliquis codd. sed et aliis historicis, qui Fidenatibus 'faces' tribuunt. Conjunctio *que* deficit in Lov. 4.

Velut phanatico instincta cursu] Lege *fanatico* ex Pall. 1. ac 3. editionibusque antiquissimis. *Gebh.* Vide Dausquei. Orthogr. parte II. in voce 'Fanum.' Ita lapis apud Gruter. p. CCCXIII. num. 1.

Q. CAECILIO. APOLLINARI
FANATICO. DE. AEDE
BELLONAE. PVLVIN
CVIVS. MONITO. HASTA
IN. AEDE
BELLONA. IN. LVCO
DICATA. EST.

Vide etiam fragmentum marmoris apud Gruter. p. DCLIV. num. 6. Ceterum *fanatio instructa cursu* Hav. Sed alibi 'instinctus' et 'instructus' confundi solent. Vide ad Livii IX. 40. § 7. *Fanatico intincta cursu* Voss. 1. pro quo in margine emendatum est recte *instincta*. Præterea *veluti fanatico* Voss. 1. qui mox etiam *hostem ruit* præfert, pro *in hostem ruit*.

Romanos parumper exterruit] *Par. Rom. ext.* Lov. 4. *Rom. parum ext.* Leid. 2. reliquis dissentientibus, qui vulgatum defendunt. Et alibi sæpe Livius ea voce usus est: ut II. 10. 'Cum his primam periculi procellam, et quod tumultuosissimum pugnæ erat, parumper sustinuit.' V. 38. 'Parumper subsidiarios tutatus est locus:' ubi in uno cod. idem error committitur. XLV. 12. 'Obstupefactus tam violento imperio, parumper quum hæsitasset, Faciam, inquit, quod censet senatus.'

§ 3 *Tum dictator, magistro equitum*

equitibusque, tum ex montibus Quinctio adcito] *Magistro equitum equitibusque signo dato, tum ex montibus* Port. Sed verba *signo dato* primo ad marginem adscripta ac desumta fuisse videntur ex cap. præced. 'Magistro equitum præcipit, ne injussu pugnam incipiat; se, quum opus sit, equestri auxilio signum daturum.' Ex margine autem postea superstitiosa librarii diligentia in contextum inrepserunt. *Equitibusque, etiam ex montibus* Lov. 2. et Hav. Utramque lectionem jungens *equitibusque, tum etiam ex montibus* præfert Harl. 2. Denique vox *Quinctio* deest in Lov. 2. 4. a m. pr. Gaertn. et fragm. Hav. ejus loco *et* habet Lov. 5. Mox *plerumque ciens*, pro *prœlium ciens*, est in Leid. 2. *prœliumque ciens* in Lov. 1.

Quod incendio similius quam prœlio territum cesserat flammis udcurrit] *Similius* dictum videtur, pro *verisimilius*. Sigon. Hæret intricata sententia. Vir doctissimus Sigonius *similius* pro *verisimilius* positum censet. Ego putarim aliunde inculcatam eam vocem, et sic leg. *quod incendio quam prœlio territum:* id est, quod potius incendio, quam prœlio, territum. Phrasis est perfrequens antiquis, quam unus Tacitus sexcenties usus reperitur, Plautus, et alii. *Lipsius*, Antiq. Lection. IV. 15. Forte *similius* natum ab interprete. *Grut.* Sigonius, ne nihil hic diceret, ait *similius* positum pro *verisimilius.* Pal. 2. *quod incendio melius, quam prœlio.* Interpolatitie. Lipsius τὸ *similius* aliunde inculcatum putat, legitque *quod incendio quam prœlio territum;* id est, potius incendio, quam prœlio territum. *Gebh. Similius* Sigonio dictum videtur pro 'verisimilius.' Lipsius et Gruterus delent. Ms. Pal. *melius.* Cogitabam *incendio verius, quam prœlio.* Sic II. 26. 'Tumultus fuit verius, quam bellum.' III. 47. 'Tanta vis amentiæ verius, quam amoris, mentem turbaverat.' Sed videtur defendi posse vulgata, hoc sensu: quod cum magis instar incendii esset, quam prœlii, et ignibus potius, quam signis et armis fulgeret, cesserat non nihil territum flammis. *J. F. Gron.* Lipsii emendatio inlustrari posset ex illis quæ notantur ad XXXIV. 49. § 10. Sed Scip. Gentilis in Apologiam Apul. p. 60. eam rejicit, agnoscens quidem usitatam illam figuram bonis auctoribus, et jurisconsultis, ut *potius* vel *magis* per ellipsin subintelligatur, quemadmodum A. Augustinus Emend. IV. 8. et alii (vid. Brisson. de verb. quæ ad jus pertinent, signific. in voce 'Quam') docuerunt, sed tamen nescio quomodo non satis convenire Livii verbis putans: idcoque Sigonii expositionem sibi magis placere testatur, et similiter Apul. locutum existimat in Apolog. p. 278. ed. Elmenh. 'Quis umquam fando audivit tam similem suspicionem, tam aptam conjecturam, tam proximum argumentum?' in omnibus enim his verbis subaudiendum esse 'veritati.' Gronovii conjecturam *verius* probandam censerem, si codicum fide uteretur. Alibi enim passim ita Livius loqui solet. Vide ad XXI. 16. § 4. et ad XXII. 23. § 3. Doujatius, si conjecturæ locus sit, non minus sibi adrisurum profitetur *incendio facilius, quam prœlio territum*, quod *facilius* paullo minus distat a *similius.* Ei tamen locus dari posse non videtur. Cum Gronovio itaque vulgatam lectionem, in quam præter codicem pessimæ notæ Pal. 2. conspirant reliqui omnes, servandam judico. Cornu erat similius incendio, quam prœlio; eaque caussa erat, cur territum cesserat flammis. Pro *accurrit* est *acuũt* in Leid. 1. *accurrunt* in Gaertn. *occurrit* in Klockian. quæ lectio defendi posset ex illis quæ notantur ad XXXVI. 24. § 4. Verum quum alii omnes vulgatam scripturam servent, eam loco movere non audeo. Solent autem 'accurrere' et 'occurrere' in Mss. commutari. Vide

ad XXIII. 24. § 3.

§ 4 *Fumone victi, inquit, velut examen apum loco vestro exacti*] Ms. Fuldensis *velut examen apium:* ut alibi *civitatium, principium,* pro *civitatum, principum,* et similia. *Modius. Examen appium* Flor. *examen apium* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Klockian. Gaertn. ac Port. quomodo etiam in Pall. 1. ac 3. fuisse memoravit Gebhard. ad II. 14. § 9. Et ita sæpius in integerrimis codd. scriptum obcurrit, ubi nunc vulgo *apum* legitur. Ita apud Columell. lib. IX. de apibus agentem, passim nunc *apum,* nunc *apium* editur: at cod. optimus Sangerman. si non ubique, certe plerisque locis, ubi antea *apum* exstabat, *apium* exhibet. Ita l. VIII. in fin. 'Redibimus autem sequenti exordio ad curam silvestrium pecorum cultumque apium.' IX. 5. 'Sive igitur, ut dixi, præterfluens unda, vel putealis, canalibus inmissa fuerit, virgis ac lapidibus adgeretur apium caussa.' c. 8. 'Qua cum festucis illitis contigeris apium terga fontem libantium.' Et eodem cap. 'Ut spatium diei habeat, quo exploret commeatus apium.' c. 11. 'Nonnumquam necandus est, cum vetus alveare numero apium destituitur.' c. 13. 'Præcipit apium corpora, quæ, cum ejusmodi pestis incessit, sub favis eatervatim enectæ reperiuntur, in solem proferre.' Similiter in Quinctil. Declam. XIII. qui c. 3. *apium* etiam usus est, c. 10. in Leid. 1. et Voss. 2. legitur, *Nisi fallor, esset æstimatio et apium:* ut ibi Burmann. notavit, quum vulgo nunc edatur *apum.* Ita etiam apud Silium Italicum, ex certissima virorum doctorum conjectura, VIII. 637. 'Nec densæ trepidis apium se involvere nubes Cessarunt aquilis:' ubi olim etiam plura notavi. Pari modo *parentium* pro *parentum,* libri scripti præferunt. Vide ad I. 9. § 15. *ætatium,* pro *ætatum,* ad I. 43. § 5. *hospitium,* pro *hospitum,* ad II. 14. § 9. *principium,* pro *principum,* ad II. 27. § 12. *simultatium,* pro *simultatum,* ad IX. 38. § 12. *clientium,* pro *clientum,* ad XXIII. 3. § 2. *civitatium,* pro *civitatum,* ad XXXIII. 20. § 11. et ad XLI. 22. § 7. *supplicium,* pro *supplicum,* ad XXXV. 34. § 7. Horum omnium exemplo et codicum optimorum fide, *apium* etiam in contextum recepissem, nisi illud me retinuisset, quod alibi semper aliam formam Livio placuisse viderem. Ita XXI. 46. 'Nam et lupus intraverat castra, laniatisque obviis, ipse intactus evaserat; et examen apum in arbore, prætorio inminente consederat.' XXIV. 10. 'Quin Romæ quoque in ipsa Urbe, secundum apum examen in foro visum, adfirmantes quidam legiones se armatas in Janiculo videre, concitaverunt civitatem ad arma.' XXVII. 23. 'Casini examen apum ingens in foro consedisse:' quibus omnibus locis codd. mei in vulgatum *apum* consentiunt; neque alii suorum dissensum memorarunt. Unus est locus XXXVIII. 46. ubi Sigonius ex vet. lib. emendat *Velut apium examina ad crepitum primum missilium avolavere:* sed recte Gruterum ibi veterum lectionem *avium examina* vindicasse docebimus. Præterea *fumone, inquit, victi,* transpositis dictionibus, Voss. 1. et Leid. 2. quorum posterior etiam cum Lov. 1. non agnoscit vocem *velut;* ut nec postea solus Leid. 2. *τὸ exacti.* Male etiam *nostro,* pro *vestro,* præferunt Lov. 1. Lipsiens. et Hav. *vestri* Voss. 2. et Lov. 3. Ceterum apes fumo fugari, dicam ad XXXVIII. 46. § 5.

Inermi cedetis hosti? Non ferro exstinguetis ignes] Solus sic Pal. 2. Reliqui omnes *exstinguitis.* Gebh. *Exstinguitis* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Lipsiens. Klockian. Gaertn. Port. fragm. Hav. et vetustæ, quas vidi, edd. usque ad Vascosan. qui a. 1542. *exstinguetis* recepit, quod reliqui recentiores similiter admiserunt. At

lectio illa in nullo meorum, præterquam in solo Hav. superest. An ita datum dicemus, quod præcedat 'cedetis,' et mox sequatur 'inferetis?' Sed, varia tempora, et quidem præsens ac futurum, passim conjungi, docuit Corte ad Plinii Epist. II. 9. § 6. Præterea supra *ceditis,* pro *cedetis,* habet Port. *infertis* infra, pro *inferetis,* Lov. 2. et fragm. Hav. *inferretis* Lov. 5. Sed et has lectiones ex eodem fonte profluxisse existimo, ex quo *exstinguetis.* Mox vocula *has* exsulat ab fragm. Hav. Tum *per se quisque,* loco τοῦ *pro se q.* Lipsiens. quod foret, sponte. Infra XXXIX. 12. 'Non eamdem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore:' ubi alia exempla vide. Quum tamen vulgatum aliorum omnium librorum auctoritate confirmetur, eam etiam scripturam veriorem esse nullus dubito: præsertim quum etiam locutio 'pro se quisque' infinitis locis apud Livium obcurrat. Plura ejus exempla notavi, quum 'quisque' numero plurali jungi docui. Vide ad II. 22. § 7. et ad VII. 19. § 2. Adde hoc lib. c. 48. 'Ut pro se quisque jam nec consilium sibi suppetere diceret.' XLV. 6. 'Pro se quisque transire ad Romanos.' c. 36. 'In Galbam pro se quisque probra ingerere:' aliisque locis pluribus.

Si igni, non telis, pugnandum est, ereptas ultro inferetis] Pal. 1. omittit τὸ *est.* Pal. 3. vero habet *pugnandus.* Fuit, reor, principio *pugnandu' st.* Vult autem faces, ereptas Fidenatibus, iisdem impingi: 'Faces partim emissæ excipiuntur, partim vi eripiuntur.' *Gebh.* Τὸ *est* omittitur etiam in Voss. 2. Lov. 3. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. At *non telis est pugnandum* alio ordine legit Gaertn. qui etiam præfert *ereptis ultro inferetis,* id est, in eos inferetis, quibus eripuistis. Quomodo dixerit c. 32. 'Spolia opima Jovis Feretrii templo intulerit.' X. 12. 'Nec solum modo vastum hosti relictum, sed castellis etiam vicisque inlatus ignis.' VI. 12. 'Ubi illi vana injecerint missilia, et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii:' ubi vide quæ notantur. Vulgatum tamen non mutandum. Nam pro recepta lectione stant omnes reliqui codd. nisi quod *eruptas* sit in Lipsiens. Vide mox ad § seq. et quod in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. scriptum inveniam *erectas.* Id tamen errori scribarum tribuo, de quo dixi ad III. 5. § 7. Præterea *signi, non telis* Flor. pro *si igni, non tel.* Sed literam initialem *s* manus 2. postea erasit: quod ferri posset, si verba *igni, non telis, pugnandum est* parentheseos notis circumscriberentur. Nihilominus vulgatum præfero. *Signis* etiam est in contextu Lipsiens. pro quo *si igne* dedit manus altera in margine. Male. Vide hoc lib. ad c. 9. § 8.

§ 5 *Et suis flammis delete Fidenas, quas vestris beneficiis placere non potuistis*] Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται. Ausonius: 'Flectere naturam gratia nulla potest.' *Gebh.* *In suis flammis delete* Hav. qui etiam præfert *nostris beneficiis,* quum tamen vulgatum firmetur ex addito verbo *potuistis.* Referenda ergo est hæc lectio ad sollemnem librariorum aberrationem, de qua dicam ad XXXIV. 2. § 2.

Legatorum hoc vos vestrorum colonorumque sanguis] Vox prima abest ab Hav. secunda ab Hearnii Oxon. B. apud quem Oxon. N. præfert *Leg. hæc vos vestr.* Deinde *sanguinis* Lov. 3.

Vastatique fines monent] *Fines non venit* Klockian. et Voss. 1. sed *monent* ei in margine posterioris codicis substitutum est. Pro illo *movent* est in Flor. Lov. 5. et Gaertn. obvio lapsu. Aldus etiam in contextu ita ediderat. Sed inter errata deinceps eam lectionem retulit, pro qua revocandum iterum *monet* voluit. Vide ad

IX. 38. § 12.

§ 6 *Ad dictatoris imperium mota cuncta acies*] *Cuncta acies* est tota acies, omnes milites, non tantum pedites, qui cum dictatore pugnam inierant, sed etiam magister equitum cum equitibus suis, et Quinctius legatus, quem ex montibus, qui ab tergo hostibus erant, dictator adcivit. Ita vocem 'cunctus' a Nostro usurpari, videbimus ad XLIV. 1. § 5. Et ea caussa exstitit, cur *tota acies* datum sit in Gaertn. et Harl. 2. quum ita forte pro expositione in margine scriptum invenissent librarii. Sane in Harl. 2. qui, ut dictum est, *tota acies* exhibet, *cuncta* in marginem vicissim rejicitur. Eodem modo etiam 'omnis' pro totus ponitur. Vide ad V. 42. § 1. Et hinc etiam scribæ, ubi *omnis* eo sensu in Mss. invenerunt, interdum ei vocem *totus* subposerunt. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 13. § 2. Ne vero librarii id hoc loco facerent, deterreri debuissent ingrato sono *mota tota acies*, nisi forte eorum stupor in similibus elegantiam captaverit.

Faces partim emissæ excipiuntur, partim vi eripiuntur: utraque acies armatur igni] *Partim face semissæ* Leid. 2. et Lov. 1. *faces partim amissæ* Flor. et Lov. 4. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 12. § 11. *fasces partim ivisse* Lov. 5. *faces partim missæ* Harl. 2. et Hav. Ita 'mittere tela' est X. 29. 'Postquam nec clamor hostium, nec inpetus, nec tela missa eamdem vim habere visa.' Vide ad XXXVIII. 29. § 6. Attamen quum reliquæ membranæ *emissæ* tueantur, id etiam præferendum puto. Tum *vi erumpuntur* Gaertn. Ita sæpe peccant librarii. Vide ad Epit. Liv. lib. VII. Similiter 'ereptio' et 'eruptio' commutantur VI. 8. § 10. 'ereptus' et 'eruptus' hoc lib. c. 32. § 7. et hoc cap. § præc. Voces *partim vi eripiuntur* desunt in Lov. 5. Hinc vox *igni* deficit in Hav. pro quo *igne* præferunt Lov. 2. Lipsiens. et Port. Sed male. Vide ad I. 41. § 3. et hoc lib. ad c. 9. § 8.

§ 7 *Magister equitum et ipse novat pugnam equestrem*] *Novare* sæpe idem notat, ac 'renovare.' Vide Nic. Heins. ad Nason. Epist. Heroid. IV. 90. Eo tamen sensu hic capi posse non videtur. Nunc enim magister equitum, cum equitibus a dictatore adcitus, demum pugnare incipit, ideoque 'pugnam equestrem novare,' id est renovare, dici nequit. Id etiam videtur observasse Jac. Perizonius, qui propterea ad marginem Livii adscripsit locum Flori I. 11. § 3. 'Cossus equitum magister exuere frenos imperavit, (et hoc novum) quo acrius incurrerent:' quasi vellet, Livium dicendo *novat* indicare, Cossum eonsuetam formam pugnæ equestris mutasse, eamque novo et antea inaudito exemplo incepisse. Idem strategema Frontinus quidem Tarquinio adscripsit II. 8. ex. 9. 'Tarquinius adversus Sabinos cunctantes equites, detractis frenis, concitatisque equis, procurrere et perrumpere aciem jussit:' adeoque id novum et eo tempore inauditum dici non posset: verum potest nihilominus secundum Livium; qui simile quid de nullo antea narravit, ne de Tarquinio quidem I. 37. ubi tamen bellum ab eo adversus Sabinos gestum, et præcipuam equitum eo bello gloriam, memoravit. Neque etiam Dionys. Halic. in gestis Tarquinii lib. III. simile ejus consilium retulit. Ita passim 'novare' pro mutare. Infra XLIV. 8. 'Ignarum, belli quæ indies fortuna novaret:' et alibi. *Ipse novam pugnam equestrem* habent edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. quasi foret *imperat novam*, id est, insolitam, antea non usitatam, *pugnam equestrem*; nempe 'ut frenos detrahant equis.'

Frenis ut detrahant equis imperat] Τὸ *ut* abest a fragm. Hav. Quamvis autem ea vocula sæpe post verba imperandi omittatur, ut videbimus ad

x. 41. § 8. hoc loco tamen satis defenditur reliquorum codicum fide. Præterea *jubet,* pro *imperat,* Hearnii Oxon. C.

Et ipse princeps calcaribus subditis evectus] Vocula *et* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. *ipse præceps* Oxon. N. apud Hearnium. Alibi sæpe hæ voces commutantur in membranis vetustis. Vide ad XXI. 18. § 3.

Effreno equo in medios ignes effertur] Vet. lib. *effreni equo.* Sigon. Plinius, sive Aurel. Vict. de Viris Illustribus c. 16. scribit, frena apud Romanos equitibus detrahi solita, ne qua spes revocandorum equorum periculi vitandi causa relinqueretur. *Ursinus.* Pall. 1. ac 3. et Andreas *evectus equo in med. ig. infertur,* præterito τῷ *effreno,* Pal. 2. vero et Campan. *evectus effreni equo.* Gebh. Vox *effreno* non adparet in Voss. 2. Lipsiens. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. pro eo *effreni* in Oxon. B. L. 2. et C. inveniri, auctor est Hearne. Sed ordine mutato *equo effreni* præferunt Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *equo effreno* Lov. 2. et Gaertn. Illud *effreni* a recto 'effrenis' formatum est, quemadmodum obcurrunt 'infrenis' et 'infrenus.' Et eo utitur etiam Plinius Hist. Nat. VIII. 44. 'Gignitur autem mula ex equa et asina, sed effrenis et tarditatis indomitæ.' Sed altera tamen forma frequentior est, pro qua etiam stant codd. integriores. Mox *fecerunt equitem,* pro *ferunt eq.* Harl. 1.

§ 8 *Pulvis elatus mistusque fumo lucem ex oculis virorum equorumque aufert*] Iterum iidem duo Pall. omittunt τὸ *fumo:* non recte. Nam alteruter conspectum oculorum aufert. De fumo Justinus XXIV. 1. 'Quoniam conspectum illis metus et incendiorum fumus abstulerat.' De pulvere Papinius Theb. VI. 411. 'Et jam rapti oculis, jam cæco pulvere mixti Una in nube latent, vultusque umbrante tumultu Vix inter sese clamore et nomine noscunt.' Eo magis uterque mistus. *Gebh.* Recte Gebhardus relinquit Pall. suos, τὸ *fumo* expellentes, quam vocem etiam omnes nostri, qua scripti, qua editi, tuentur, Lov. 5. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. exceptis, qui illud itidem ignorant. Quin et una voce auctiores sunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et apud Hearnium Oxon. N. qui *Pulvis autem elutus* præferunt. Quum tamen eadem vox ab optimis membranis exsulet, genuina etiam non videtur. Solent autem librarii his similibusque particulis orationem Livianam, quam dissolutiorem putabant, connectere ac fulcire. Vide ad XXI. 40. § 11. Scripsi deinde *mixtusque* auctoritate Leid. utriusque, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. utriusque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et veterum edd. pro quo primi Moguntini *mistusque* dederant. Vide ad III. 57. § 9. Denique *ex oculis eorum equorumque* Voss. 1. et Oxon. N. apud Hearnium. Sed recte margini prioris adscriptum est *virorum,* pro *eorum.*

Ruinæ igitur similem stragem eques, quacumque pervaserat, dedit] Placet magis *pervasit,* quod est in antiquis libris. *Sigon.* Vocem *similem* perperam omisit librarius Voss. 2. 'Strages ruinæ' infra quidem obcurrit, XLII. 63. 'Pro diruto muro novum tumultuario opere, raptim ex ipsa ruinæ strage congestis saxis, exstruebant.' Sed longe alio sensu ibi accipitur pro loco strato lapidibus ac saxis, quæ arietum inpulsu ex muro erant decussa. Tali ruinæ cædem sive stragem, quam equites hoc prœlio ediderunt, comparat Livius. Pari modo Curtius III. 11. 'Cum ipso in equitum agmen inrumpunt. Tum vero similis ruinæ strages erat. Circa currum Darii jacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, &c. circa eos cumulata erat

peditum equitumque obscurior turba.' *Pervasit*, quod Sigonius probat, ex meis tantum obfert Harl. 2. Sed idem quoque se in Oxon. B. L. 2. et C. invenisse, Hearne auctor est. Propterea tamen vulgatum non mutandum. Indoctis librariis tempora plusquamperfectum et perfectum juncta forte displicuerunt. At ita III. 3. 'Forte ab Algido Quinctius consul redierat Romam: id remedium timori fuit.' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 29. § 3. Deinde *cedit*, pro *dedit*, aberrans scripsit librarius Gaertn.

§ 9 *Clamor deinde accidit novus*] *Accedit* Pal. 2. *Gebh. Accedit* etiam Harl. 2. Hav. Port. a m. sec. et Oxon. B. apud Hearnium, sæpius obvio scribarum errore. Vide ad XXI. 10. § 12.

Exclamat, Quinctium legatum et suos ab tergo hostem adortos] *Exclamabat* Hav. *clamat* Lipsiens. Male. Infra hoc lib. c. 38. 'Magna voce exclamasset, ut equites ex equis desilirent.' Præterea *legatum et socios* Hav. Harl. 2. Lov. 5. et Port. quomodo etiam alibi peccare soliti sunt scribæ. Vide quæ notantur ad XXXVII. 20. § 9. Tum *a tergo* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Denique *hostem abortos* Voss. 2. Vide ad XL. 55. § 5. Paullo ante *qui utramque*, omissa media particula *quum*, Lov. 3. Sed illam intercepit similitudo præcedentis pronominis *qui*. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. lib. LVIII.

Redintegrato clamore infert acrius signa] Vox *clamore* deficit in fragm. Hav. Hinc *inferre* habet Hav. Ultima vero vox *signa* exsulat a Leid. 1.

§ 10 *Quum duæ acies, duo diversa prœlia*] *Tum duæ acies* Harl. 2. Vide ad Liv. Epit. lib. XLVIII. circa fin. Præterea *prœlia diversa* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *a tergo* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 4. Gaertn. Hav. et vetustæ edd. pro quo Aldus *ab tergo* recepit. *Et a tergo, et a fronte* insuper alio ordine præfert Lov. 4.

Neque in castra retro, neque in montes] *Ne in castra retro, nec in montes* Gaertn. Mox *inde se novus* Flor. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Tum *iter quoque fugæ esset*, addita secunda voce, præferunt Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. *esse* autem, pro *esset*, Leid. 1. et Harl. 1.

Et equitem passim liberi frenis dispulissent equi] Melior vetus lectio *liberis frenis*: subauditur 'existentibus.' *Rhen.* Loquitur non de hostium, sed Romanorum vincentium equitatu, qui fugientibus ubique occurrebat. Scribe igitur *distulissent.* Sic III. 5. 'Furium legatum longius extulit cursus.' VI. 42. 'Quod passim eos simul pavor terrorque distulerant.' XXXV. 11. 'Velut quos inpotentes regendi equi invitos efferrent.' Vell. II. 79. 'Majorem partem classis adorta vis Africi laceravit ac distulit.' *J. F. Gron. Liberis frenis* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. a m. pr. 5. Lipsiens. Klockian. Harl. uterque, Port. Hav. et fragm. Hav. Quam etiam lectionem Aldus in contextu expressit. Pro quo rectius in erratis *liberi frenis* revocavit. Verius enim videtur ultimam literam in voce *liberis* adhæsisse ob similitudinem primæ in voce seq. Talia exempla sunt II. 35. § 2. III. 2. § 10. hoc lib. c. 2. § 3. V. 5. § 5. c. 43. § 3. c. 49. § 2. VI. 34. § 6. et alibi. Vide mox hoc cap. § seq. ubi contrarium habemus exemplum. Similiter etiam *f* præfigitur voci culpa librariorum, quod præcedens finiatur τῷ *s*. Vide ad V. 22. § 1. Vel etiam indocti librarii dedita opera ita dederunt, ut voces *liberi* et *frenis* casu convenirent, quemadmodum infinitis aliis locis errare soliti fuerunt. Vide hoc lib. ad c. 44. § 5. Nollem eam lectionem Rhenano placuisse; quæ ut aliquo modo tolerari possit, non tantum 'existentibus,' sed et 'equis,' subintelligi debet, *equis existentibus liberis frenis*, sive *a frenis*.

Deinde *dispulisset* Lipsiens. Sed *dispulissent* recte Gronovium mutasse puto in *distulissent*, licet omnes codd. adversentur. Sensus enim est, quum equi equites Romanos in diversas partes tulissent, adeo ut fere omnes exitus ac viæ ab eorum turmis obsiderentur. Simili pene sensu eo verbo usus est Horat. Epod. v. 99. 'Post insepulta membra different lupi Et Esquilinæ alites.' Tacit. Hist. v. 23. 'Nec classis aut commeatus aderant; castraque, in plano sita, vi fluminis differebantur.' Vide Burmann. ad locum laud. Vell. Paterc. et, quem locum in notis ineditis laudabat Jac. Gronovius, G. J. Vossium in Etymol. voce 'Fero.' Equus autem dicitur 'differre' equitem, quemadmodum etiam 'efferre,' ut docent exempla a Gronov. laudata. Vide etiam ad XXXVII. 16. § 4. Facile autem literæ *P.* et *T.* in membranis commutantur. Vide ad XXVII. 15. § 11. Doujatium, qui Gronovianum *distulissent* et Latinum esse, et huic loco convenire posse fatetur, attamen neque sensum loci intellexisse, neque satis adtente perlegisse quæ Gronovius notavit, inde patet, quod ita sensum loci fore credat, huc illuc dispersos fuisse hostes ab equitatu Romano. Monuit enim vir maximus, Livium loqui non de hostium, sed de Romanorum vincentium equitatu. Indicat igitur Livius, ex eo, quod equites Romani infrenatis equis in hostem invecti sint, evenisse, ut juncti manere non potuerint, sed passim dispersi, dissipati, quo quemque extulerint equi, qui frenis liberi minus regi poterant, omnibus partibus obcurrerint fugientibus hostibus. Neque melius antecessorum Parisiensium primicerius rem acu tetigit, subjungens non male etiam convenire vulgatum *dispulissent*, id est, loco pulsos in fugam dedissent. Ita enim verbum 'dispulissent' exponens iterum per 'equitem' intelligit equitatum hostilem, de quo vox illa capi nequit. Præcedentibus Livius docuerat, omnem exercitum Romanum in tres quasi partes divisum fuisse. Maximam partem peditum sibi servasse dictatorem; alios tradidisse Quinctio legato, ut montes, qui ab tergo hostibus erant, occuparet; equites commisisse A. Cornelio magistro equitum. Jam autem narrat, quemadmodum quæque pars, postquam Quinctio et Cornelio hostem adgrediendi signum dedisset dictator, rem gesserit. Et quidem verbis proxime præcedd. de peditibus refert, eos, qui cum dictatore erant, Etruscos a fronte, qui cum Quinctio a tergo ursisse, atque ita inpediisse, ne vel castra, vel montes fuga petere possent: his autem verbis nunc addit, equos frenis liberos, quibus equites Romani insidebant, passim eosdem equites distulisse; atque inde factum esse, ut maxima pars Veientium effuso cursu Tiberim peterent, Fidenates ad urbem suam tetenderint. Distincte itaque equitum hostilium Livius non meminit. Ceterum *pars interim effusi*, pro *pars Tyberim effusi*, male Flor. legit.

§ 11 *Infert pavidos fuga in mediam cædem: obtruncantur in ripis*] Nescio quomodo placet magis prisca quorumdam librorum lectio, *Residui pavidi fuga in mediam cædem obtruncantur in ripis*: et recte. Nam inquit, Veientium maxima pars Tiberim effusi petunt; Fidenatium qui supersunt, ad urbem Fidenas tendunt; reliqui, cum pavidi in mediam cædem fugerent, obtruncantur in ripis. *Sigon.* Miram fabricatur lectionem ex suis libris Sigonius, ignotam omnibus nostris: *Residui pavidi fuga in mediam cædem obtruncantur*: quasi diceret, 'Veientium maxima pars Tiberim effusi petunt; Fidenatium qui supersunt, ad urbem Fidenas tendunt; reliqui, cum pavidi in mediam cædem fugerent, obtruncantur in ripis.' Dignum commentum auctore, quem

an temerarium dicam, an inopem judicii, nescio: temerarium, quod vulgatam lectionem contra omnes libros melioris fidei pervertat; judicii ac prudentiæ inopem, quod contraria scriptoris ipsius menti insuat. Dicit enim Livius, ita circumventos interclusosque, ut, dum fugere intenderent, in ipsam cædem incurrerent. *Gebh.* *Residui pavidi* libris Sigonii consentientes ex meis habent Lov. 2. 4. a m. pr. 5. Harl. 2. et Gaertn. apud Hearnium autem ex Oxon. B. et C. *Inferri pavidos in mediam cædem* Leid. 2. et Lov. 1. *Intenti pavidos in mediam aciem* Lipsiens. Sed meliores *Infert pavidos fuga in mediam cædem* tuentur, quam etiam veriorem lectionem existimo. Silius v. 630. 'Donec pulsa vagos cursus ad litora vertit Mentis inops, stagnisque inlata est Dannia pubes:' ubi vide Nic. Heinsium. Utrumque enim dicitur 'inferre in aliquem' et 'inferre alicui.' Supra III. 5. 'Dum se, temere magis, quam satis caute, in mediam dimicationem infert, vulnere accepto, ægre ab circumstantibus ereptus et suorum animos turbavit, et ferociores hostes fecit.' VI. 12. 'Ubi illi vana injecerint missilia, et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii:' ad quæ loca de utraque locutione dixi. Ut autem hic 'fuga' dicitur 'inferre,' id est, ipsi fugientes se intulisse; ita 'pavor' dicitur 'perferre,' id est, ipsi pavidi se pertulisse, VII. 15. 'Eorum, quos pavor pertulerat in silvas, atrox cædes post sedatum prœlium fuit.' Ita 'metus' dicitur 'claudere portas' apud Justin. XXVIII. 2. 'Prius illis portas adversus Karthaginienses aperiendas, quas clauserit metus Punici belli.' Deinde *obtruncatur* Voss. 2. et Lov. 3. *obtruncat* Leid. 2. Paullo ante *qui supersint,* pro *qui supersunt,* Voss. 2. et Lov. 3. Ceterum hæc verba de Fidenatibus accipienda putat Doujatius, ego de Veientibus accipere malim, quorum maximam partem Tiberim petiisse modo dixit; et seqq. demum *alterum agmen fertur per castra* ad Fidenates refero.

In aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi] *In aqua* Lipsiens. Deinde τὸ *compulsos* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. Tum *gurgite ferunt* Harl. 2. præfert. Sed litera initialis proximæ vocis ob similitudinem ductuum caussa exstitit, ut ultima præcedentis exciderit. Vide ad III. 3. § 6. c. 17. § 2. c. 51. § 6. hoc lib. c. 30. § 5. ad c. 59. § 2. ad v. 18. § 3. ad c. 21. § 13. ad VI. 4. § 3. Contrarium exemplum modo habuimus hoc cap. § 10.

Pauci ex multis tranant] Hæc verba, quæ in optimo Flor. et antiquioribus edd. deerant, primus addidit Aldus. Eadem etiam constanter exhibent reliqui scripti, nisi quod *e multis* habeat Lov. 5. Tum *transnant* Lov. 2. et Lipsiens. *trahant* Leid. 1. et Harl. 1. *narant* fragm. Hav. a m. pr. Mox *per castra fertur* trajectis vocibus legunt Harl. 2. et Hav.

Eodem et Romanos sequentes inpetus rapit] Repone *eadem et Rom. seq. imp. rap. Eadem*, id est, per eandem viam, videlicet per castra. Adverbium est loci, quo sæpe Livius utitur. Sic inferius paullo c. 39. 'Interclusi equites nec perrumpere eadem, qua transierant, posse.' Rursum v. 46. 'Ibique omnibus solenniter peractis eadem revertens similiter constanti vultu graduque.' Et illic mox eodem cap. 'Eadem digressus nuncius Veios contendit.' *Rhen.* *Eadem* etiam Flor. Lov. 3. Voss. ambo, Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. Klockian. et fragm. Hav. In Voss. 1. tamen et fragm. Hav. ne quid dissimulem, *eodem* inter versus adscriptum est. Utrumque ferri potest. *Eodem,* id est, in eumdem locum, nempe in urbem. Supra I. 33. 'Aventinum novæ multitudini datum: additi eodem haud ita multo post Tellenis, Ficanaque captis novi cives:' ubi vide

quæ notantur. *Eadem*, id est, eadem via, nempe per castra. Supra III. 70. 'Per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit: unde quum eadem reverti posset ad suos, priusquam hostis turbatos ordines reficeret, terga inpugnare hostium satius visum est.' Et solent illa *eodem* et *eadem* commutari. Vide ad v. 46. § 3. et viros doctos ad Nason. Trist. II. 285. ubi etiam Burmann. τὸ *eodem* pluribus inlustravit. Hic *eadem* præferendum existimo, quod in eam scripturam optimi codd. uno ore conspirent.

§ 12 *Quinctium maxime, et cum eo digressos modo de montibus*] Castiga *degressos* a 'degrediendi' verbo, quod crebro reperias apud Livium. *Rhen.* Scribe cum Ms. Fuld. *et cum eo degressos modo de mont.* Quod idem peccatum passim per Livium millies peccatum est vulgo. *Modius.* Recte *degressos* Rhenanus et Modius. Et ita præferunt Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Klockian. et Harl. 2. *degressum* Harl. 1. *digressum* Port. quorum duorum codicum librarii ita dederunt, quod mox sequatur 'recentissimum militem.' *Digressas* Lov. 3. De voce 'degressus' vide hoc lib. ad c. 17. § 2. Voces autem *cum eo* non adparent in Leid. 2.

Quia ultimo prœlio advenerat] Primam vocem a m. pr. omittunt Lov. 4. et 5. Sed *qui ultimo prœlio* dederunt Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Et ita pro var. lect. in Oxon. N. fuisse, Hearne auctor est. Solent alibi sæpe duo hæc vocabula commutari. Vide ad Livii XXXVI. 33. § 5. *Quia prœlio ultimo*, transpositis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *pervenerat* Harl. 1. *venerat* Gaertn. *advenerant* Lov. 5. Harl. 2. et edd. principes, quas vidi, usque ad Aldum, qui *advenerat* substituit, faventibus reliquis omnibus scriptis. Et id verius judico. Non tam enim ratio redditur cur Quinctius maxime et cum eo montibus degressi fugientibus Fidenatibus institerint, quam cur recentissimus ad laborem miles dicatur; quare ei potius numero convenire verbum oportet.

Cap. XXXIV. § 1 *Mixti hostibus portam intravere, in muros evadunt*] Pall. 1. ac 3. *in muros invadunt.* Andreas, *muros invadunt.* Pro præcedente mox verbo *intravere*, repræsentat Pal. 3. *indecavere.* Gebh. Vox *portam* non exstat in fragm. Hav. quam tamen reliqui omnes agnovere. *Portam incurrere* habet Lov. 2. Deinde *muros invadunt* idem fragm. Hav. et edd. vett. *in muros invadunt* Leid. 1. Port. Gaertn. Lov. 2. 3. 4. 5. et Lipsiens. De locutione illa dictum est ad II. 47. § 6. Primus Aldus recepit *in muros evadunt;* quod in aliis omnibus meis superest, et verum puto. 'Evadere in muros' est nitendo in muros adscendere. Supra II. 50. 'Vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circummissus Veiens in verticem collis evasisset:' hoc lib. c. 32. 'Dum speculatores referrent, Quinctium evasisse in jugum.' VII. 34. 'Cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu.' X. 17. 'Qua cuique proximum fuit, scalis raptim admotis in mœnia evasere.' XXV. 23. 'Ubi sine strepitu ac tumultu primi evaserunt in murum.' Curtius IX. 4. § 30. 'Cunctantibusque ceteris, evadit in murum.' X. 5. § 10. 'Vigor ejus et vultus educentis in prœlium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, obcurrebat oculis.' Et hanc lectionem veriorem esse, evincunt verba seqq. quibus capti oppidi signum ex muro suis sustulisse dicuntur. Non enim invadendo, sed evadendo in muros oppidum ceperant. Et deinde, si adhuc invadebant in muros, quomodo jam signum capti oppidi ex muro tollere potuere? Ceterum *ex muris tollunt* excusi, quos vidi, vetustiores; pro quo Frobenius 1535. *ex muro* substi-

tuit. Id autem recentiores servarunt, et codd. omnes verius esse evincunt.

§ 2 *Conspexit, jam enim et ipse in deserta hostium castra penetraverat*] *Inspexit, jam enim ipse et in deserta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *in dextra host. castra* Voss. 2.

Spe injecta majoris in urbe prædæ, ad portam ducit] *Spe injectam* Voss. 1. Leid. I. et Lov. 1. Sed ultima litera τοῦ *injectam* adhæsit ex initio vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. Præterea *ad portum ducit* Gaertn. Eas voces passim commutari, patere potest ex Pierio ad Maron. Æneid. I. 427. et Burm. ad Nason. Ep. Heroid. XIV. 107. Vide etiam Observ. Miscell. tom. I. p. 165.

§ 3 *Nec minor cædes in urbe, quam in prælio, fuit*] Recisis non necessariis, quæ et Pall. 1. 3. et vetustissima ed. fastidiunt, lege, *Nec minor cædes in urbe; donec, abjectis armis, &c.* Gebh. Quatuor supremas voces non norant duo meliores Pall. non Andreas, Tarv. Ven. Bechar. Asc. Mog. Savet. Halec. Habet Aldus, et exstant in Voss. et Rott. Non carent tamen suspicione, quum nihil addant sensui, nec minus intelligatur, si solum legas *nec minor cædes in urbe, donec abjectis armis.* Continua enim utriusque narratio est. *J. F. Gron.* *In urbe, quam prælio fuit,* omissa altero loco præpositione *in*, Harl. 1. Verum, si verba illa ultima genuina sunt, τὸ *in* deleri nolim. Caussam vide hoc lib. c. 58. § 4. Ceterum τὰ *quam in prælio fuit* præter Voss. 2. Gronovio memoratum, ex meis tantum omiserunt Lov. 2. 3. Lipsiens. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. quorum auctoritas an aliorum omnium consensui præferri debeat, admodum dubito.

Urbs castraque diripiuntur] Hæc verba in Oxon. B. deesse, auctor est Hearne. In omnibus meis constanter supersunt, præterquam in Lov. 5. qui pariter omisit. *Urbs castra diripiuntur* est in Flor.

§ 4 *Ab equite ad centurionem sorte ductis*] *Ad dictatorem* præfert Hav. *ab equite ac centurione* Lov. 5. Τὸ *sorte* deficit in Lipsiens.

Et, quorum eximia virtus fuerat, binis] *His quorum* Harl. 2. in marg. Sed τὸ *et* omittitur in Lov. 2. et Hav. Deinde *bonis*, pro *binis*, Voss. 1. in marg. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. Neapol. Latinii, et fragm. Hav. manifesta tamen scribarum aberratione. Vide ad VI. 36. § 11.

Aliis sub corona venumdatis] *Sub coronam* Flor. Lov. 2. 3. 4. Lipsiens. et fragm. Hav. Supra II. 17. 'Sub corona venierunt coloni alii.' IX. 42. 'Ad septem millia sub corona veniere.' XLIII. 4. 'Sub corona ceteros venisse.' Vide Brisson. de Formul. VI. p. 494. 'Sub basta venire' est hoc lib. c. 53. 'Venditum sub hasta consul in ærarium redigere quæstores jussit.' XXIII. 38. 'Captivis in vincula condi jussis, comitibusque eorum sub hasta venditis.' Deinde *venditis* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et priscæ edd. usque ad Aldum, qui primus *venumdatis* recte, reliquis optimis codd. consentientibus, vulgavit. Alterum ex hujus interpretatione natum puto.

Opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit] *Opulentamque prædam* Hearnii Oxon. L. 1. Sed nihil muto. Supra I. 30. 'Sabinis bellum indicit, genti ea tempestate secundum Etruscos opulentissimæ viris armisque.' VII. 24. 'Victorem exercitum, opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit.' IX. 31. 'Caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque.' XXIII. 30. 'Bruttiorum exercitus Crotonem, Græcam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque.' 'Opulentus prædæ'

dixit xxxv. 1. 'Pugnatum haud prope Ilipa urbe est: eo victorem opulentum prædæ exercitum P. Cornelius reduxit.' Insuper transpositis vocibus *dictator triumphans* Harl. 2. et Hav. Mox *domum reduxit* Lov. 5. *Romam rediit* Harl. 2. *Romam deduxit* Lov. 3. Vide ad vi. 26. § 8. et c. 33. § 12.

§ 5 *Ipse deinde abdicat die sextodecimo*] Pal. 2. et Camp. ed. *ipse deinde se abdicat.* Gebh. *Ipse deinde se abdicat* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. At satis commode vocula *se* ex præcedenti huc revocari potest, et inde potius ab aliquo desumta ac margini adscripta, quam a Livii manu profecta fuisse videtur. Præterea *abdicat et die sext.* Lov. 4. *abdicat die XVIII.* Gaertn. Sed in alium numerum conspirant omnes reliqui codd. *Abdicat sext. die* Lov. 2. et Lipsiens.

Quod in bello trepidisque rebus acceperat] *Trepidisque acc. rebus* Port. *trepidisque rebus acceperant* Gaertn. quasi de dictatore Mam. Æmilio et A. Cornelio magistro equitum simul intelligendum sit. Alii tamen codd. omnes stant pro edita lectione.

§ 6 *Classibus quoque ad Fidenas pugnatum cum Veientibus, quidam annales retulere*] Repone *Classi quoque ad Fid. pugn. cum V. quidam in ann. ret.* Scriptum autem est *Classi*, pro *Classe.* Rhen. Vet. libri alii *Classi*, alii *Classe* habent. *Classi* autem pro *Classe* usus etiam Virg. viii. 11. 'Advectum Æneam classi.' Prisc. l. vii. p. 768. *Sigon.* Rhenanum prævertit edere Campanus *Classi quoque.* Pal. autem 2. *Classe.* Gebh. 'Classes' in numero plurativo, ut vocant, pro equitibus seu equestribus copiis usurpabant. Sic Virg. Æn. ii. 30. 'Classibus hic locus.' Et ii. 602. 'scio me Danais e classibus unum.' Et vii. 716. 'Hortinæ classes.' Quæ res si Livio, dum ea transscribebat quæ de expugnatione et direptione Fidenarum a priscis prodita scriptoribus fuerant, in mentem venisset, næ ille desiisset mirari tantopere *classibus* ad Fidenas pugnatum. *T. Faber.* Palam est, de navali conflictu historicum loqui. Adeoque miror, Fabrum Ep. ad Ægid. Menag. Epp. vol. 1. num. 47. obstinate credere, Livium de equestribus copiis veteres illos id referentes annales intelligere debuisse; eique non jam Patavinitatem, ut olim Asinius Pollio, sed ignorantiam in hoc verbo Latinæ proprietatis objectare. Caussa autem istius Fabri sententiæ procul dubio fuit, quod non considerabat, antiquitus subductas fuisse naves, et in littore tentoriis intermixtas; id quod tamen abunde probavit R. Fabrett. ex variis testimoniis in explicatione veteris tabellæ Anaglyphæ, &c. pag. 325. Quin et hanc T. Fabri animadversionem, quasi Livio indignam, notavit Phil. a Turre pag. 64. Monument. veteris Antii. *Hearne.* *Classe*, pro *Classibus*, est in Lov. 4. *Classi* in Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. utroque, Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Eamdem lectionem etiam dare voluisse videntur librarii Leid. 1. Lov. 2. et Lipsiens. qui tamen manu aberrante scripserunt *Classim.* *Classi* etiam hic legebat Gronov. ad Livii xxx. 9. § 7. *Classi* autem accipiendum esse pro *Classe*, recte Sigonius monuit. Vide ad xxiii. 41. § 8. Ceterum Morhof. Dissertat. de Patavin. Livi-ana c. 13. Fabri hanc censuram Livianam eruditam judicat, eumque immerito ob eam ab ephemeridum Gallicarum scriptoribus notatum fuisse, quibus etiam peculiari libello respondit, suamque censuram defendit. Doujatius quoque Fabri in hac re sententiam in dubium non vocabat, quum sciret, 'procinctas classes' pro instructa acie, sive exercitu armato, dici apud Gell. i. 11. et x. 25. et, auctore Festo, 'classem' prius dictam hominum, quam navium, multi-

tudinem; neque fieri posse negabat, ut in priscis historiæ auctoribus interpretandis hallucinatus aliquando Livius fuerit. Contra eadem illa viris doctis nostri temporis plerisque displicuit. Inter eos primus est Raph. Fabrett. ad tabell. Iliad. pag. 323. qui palam esse judicat, Livium de navali conflictu loqui, et in priori Virgilii loco, a Fabro laudato, vocem *Classibus* proprio sensu accipit, de navibus Græcorum in terram subductis, et in litore tentoriis intermixtis; ad equites autem referri non posse addit, quod equites nulli in Græcorum exercitu aderant. Alter est Philipp. a Turre in Monum. Veter. Antii c. 4. p. 64. qui notat, Carolum Datum in Præfat. libri inscripti 'Prose Fiorentine' in eadem sententia fuisse, et opinari, ejusmodi lapsum hinc fluxisse, quod Livius, peregrinus homo quum esset, vim et sensum Romanæ locutionis perfecte callere non potuerit. Addit autem viros doctos non animadvertisse ad integram narrationem prœlii, in quo quum fuisset certatum tam pedestribus quam equestribus copiis, scriptores illos, qui retulerant, pugnatum 'quoque classibus,' non potuisse eo vocabulo denuo 'equites' significare, sed revera de navali prœlio intellexisse. Præterea Just. Fontaninus de Antiquit. Hortæ l. I. c. 1. p. 8. tertium Virgilii testimonium a Fabro laudatum etiam recte de navibus intelligi posse docet, siquidem Tiberim eo loco, ubi Hortam a septentrione adluit, naves sustinuisse gravissimi auctores prodant, ex quibus Dionys. lib. III. pag. 183. scribit, Tiberim navigari posse ἄχρι μὲν τῶν πηγῶν ποταμηγοῖς σκάφεσιν εὐμεγέθεσιν, πρὸς αὐτὴν δὲ τὴν Ῥώμην καὶ θαλαττίαις ὁλκάσι μεγάλαις. Adde vero medium Virgilii locum recte etiam de classe proprie dicta intelligi posse, ut Achæmenides dicendo se 'unum esse ex classibus Danais' indicet, se unum esse eorum, qui classibus cum Græcorum Trojam navigaverit. Puto igitur recte Livium, quum in antiquioribus annalibus legeret *Classibus* vel *Classi quoque ad Fidenas pugnatum cum Veientibus* esse, ea verba non de equitibus intellexisse, sed de prœlio navali, recte etiam eorum fidem ex eo convellere, quod amnis ad id non satis latus fuerit, licet alveus ejus tantæ profunditatis sit, ut ad fontes usque naves fluviales ferat, quemadmodum modo dicentem Dionys. audivimus.

Quidam in annales retulere] Pall. omnes *quidam annales ret.* Gebh. Ante Curionem et Gryphium in omnibus reperio meis, *quidam ann. ret.* Neque aliter scripti. Lib. XXII. c. 31. 'Omnium prope annales Fabium dictatorem adversus Hannibalem res gessisse tradunt.' XXIII. 47. 'Huic pugnæ equestri rem mirabilem adjiciunt quidam annales.' Plinius XXXIV. 6. 'Non omittendum, quod annotavere annales.' *J. F. Gron.* Non Curio vel Gryphius primi *in annales retulere* ediderunt, sed Frobenius 1535. præeuntem Rhenanum secutus, quem ita emendatum voluisse docent, quæ ad verba præcedd. notavit. Utraque locutio proba est. 'Quidam annales retulere,' ut XXI. 25. 'Pro C. Servilio et T. Annio Q. Acilium et C. Herennium habent quidam annales.' Plinius VIII. 51. 'Et hoc annales notarunt, horum scilicet ad emendationem morum.' VII. 16. 'Nævii Pollionis amplitudinem annales non tradunt.' VIII. 57. 'Eumque, qui vendiderat, fame interiisse, emtorem vixisse, annales tradunt.' XIX. 5. 'Scires, non ibi genitum M'. Curium imperatorem, quem, Samnitium legatis aurum repudiaturo adferentibus, rapum torrentem in foco inventum annales nostri prodidere.' Contra 'quidam in annales retulere,' ut apud Plinium XXXIII. 1. 'Annulos quoque depositos a nobilitate, in annales relatum.' Utraque etiam lectio codicum aucto-

ritate nititur. *Quidam annales* habent Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Klockian. Port. Hav. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *quidam in annales* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. Harl. uterque, Lipsiens. et fragm. Hav. a m. sec. quam eamdem lectionem sibi quoque in Oxon. B. et N. obviam fuisse, Hearne monuit. Meorum itaque optimi posterius firmant, at ratio loquendi apud Livium prius. Hinc lectoris arbitrio optionem verioris scripturæ committo.

Rem æque difficilem atque incredibilem] *Atque mirabilem* Hearnii Oxon. N. *atque vl' credibilem* Lov. 5.

Nec nunc lato satis ad hoc amne] *Nec nunc loco satis* Harl. 2. Tum *adhuc*, pro *ad hoc*, Neapol. Latinii.

Et tum aliquanto, ut a veteribus accepimus, arctiore] *Acriore* esse in Pal. 2. *artiore* in Pall. 1. et 3. monuit Gebhardus ad II. 50. § 7. *Artiore* etiam præferunt Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 2. et Gaertn. Vide quæ ad loc. laud. notantur. *Arciore* Lov. 2. et Lipsiens. Præterea *et tunc aliquanto* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad II. 12. § 15. Vocula *tum* aberat a Port. et Lipsiens. ea transposita *et aliquanto tum* est in Lov. 2.

§ 7 *Nisi in trajectu fluminis*] Ita hic scribendum monuit R. Keuchenius ad Frontini Strateg. I. 4. ex. 9. quum vulgo perperam editum dicat *in tractu*. Verum ante oculos habeo plures quam quinquaginta Livii edd. et tamen in earum nulla eam lectionem, quam 'vulgo' circumferri Keuchenius adfirmat, invenio. Omnes etiam codd. quibus utor, constanter *in trajectu* exhibent, nisi quod in Port. a m. pr. legatur *in trajecto*: de qua lectione vide ad I. 15. § 7.

Concursum in majus (ut fit) celebrantes] *Occursum* Lov. 4. *concursu* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Sed ultima litera *τοῦ concursum* excidit ob similitudinem proximæ voc. *in*. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Præterea *celebrans* Leid. 1. In verbis seqq. *appetivere titulum*, trajectis vocabulis, fragm. Hav. Vox *titulum* deficit in Lov. 2. et in contextu Lipsiens.

CAP. XXXV. § 1 *A. Sempronium Atratinum, L. Quinctium Cincinnatum*] Utrique addendum *iterum*. Nam Cincinnatus antea fuit tribunus militum consulari potestate A. U. C. CCCXVII. Sempronius autem A. U. C. CCCXI. inter primos tribunos militum consulari potestate. Cincinnatus item A. U. C. CCCXXXV. tertium dicitur tribunus militum consulari potestate. Ergo haud dubie hoc loco iterum. Ceterum *L. Furius* non in omnibus exemplaribus habetur. *Glar.* Pall. 1. ac 3. *Sempronium alias tribunum.* Pal. 2. *Sempronium tribunum.* Gebb. Licet Sempronius et Quinctius antea tribunatum militum consulari potestate gessissent, necesse tamen non fore, ut utrique adderetur *iterum*, patere potest ex iis quæ supra notata sunt II. 16. § 17. Nunc vero fatendum quidem, Quinctium jam antea eam dignitatem gessisse: at simul etiam dicendum, Sempronium, qui hoc anno dignitatem tribuni militum consulari potestate gessit, diversum esse ab illo, qui inter primos tribunos militum consulari potestate memoratus est hoc lib. c. 7. Infra enim hoc lib. c. 47. expresse A. Sempronius Atratinus 'tertium' tribunus militum consulari potestate memoratur. Qui quum etiam c. 44. eodem honore functus dicatur, nunc illum non iterum, sed primum gessit. Glareanus quidem, ne hæc difficultas sententiæ suæ obstare possit, laud. cap. 44. *L. Sempronius*, pro *A. Sempronius*, legendum contendit, sed eum a vero aberrare Sigonius ibidem docuit. Eadem sententia, quæ Sigonio, placuit etiam Pighio, ut ex Annal. ejus constabit, si consulantur quæ notavit ad annos CCCIX. CCCXXVIII. CCCXXXIII. et CCCXXXVII. Præterea Sempronii

prænomen deficit in Flor. Tum *Atracinum*, pro *Atratinum*, præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ā* Lipsiens. *Tiburtium* Port. et Harl. 2. *Tiburium* Hav. *Aulum Tribunium* Gaertn. *A. Tribunum* Lov. 2. et 5. *L. Tribunum* Lov. 4. *alias tribunum* Lov. 3. Deinde *L. Q. Cincinnatum*, vel *Cincinatum*, Leid. 1. Lov. 2. et Lipsiens. *Lutium Q. Cincinatum* Gaertn. Hinc *et L. Furium*, copula adjecta, Voss. 2. Sed tertii tribuni nomen *L. Furium Medullinum* non agnoscunt edd. quas vidi, principes usque ad Aldum, qui primus revocavit, consentientibus omnibus codd. Eum vero hoc anno iterum illum honorem nactum esse existimat Pighius in Annal. ad a. CCCXXVIII. p. 187. ideoque iterum gesti ejus magistratus notam addidit. Sed dissentit Sigonius hoc lib. ad c. 44. § 1. Pro *Horatium* denique *Hortensium* male est in Lov. 4.

§ 2 *Veientibus annorum viginti induciæ datæ*] *Annorum XV. induciæ datæ* Neapol. Latinii, invitis reliquis omnibus scriptis et editis. Mox *triennium*, pro *triennii*, perperam Harl. 2. Port. et Lov. 4. ac 5. *triginta* autem Lipsiens. Præterea *plurimum annorum* Lov. 1. 2. 3. *plurimorum annorum* Leid. 1. pro quo tamen eadem manu *plurium* emendabatur. Vide hoc lib. c. 38. § 4.

Et ab seditionibus urbanis otium fuit] Prima vocula aberat in Lov. 5. et Port. a m. pr. Tum *a seditionibus* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et excusi principes usque ad Aldum, qui *ab seditionibus* reposuit, reliquis scriptis concinentibus.

§ 3 *Neque bello foris, neque domi seditione insignem*] *Neque bello foris, neque belli sed. domi ins.* Voss. 1. a m. sec. (*domum* autem, pro *domi*, habuerat a m. pr.) Leid. 2. et Lov. 1. *nec bello foris, nec sed. foris ins.* Lov. 4. *bellum*, pro *bello*, habet Lipsiens.

Ludi bello voti celebrem, et tribunorum militum adparatu, et finitimorum concursu, fecere] *Ludi bello voti celebres* perperam Leid. 2. Lov. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *et trib. et mil.* Lov. 5. et Hav. Deinde *apparatus et fin. concursus fucere* Voss. 2. et Lovel. 3. *apparatum et fin. concursum fecere* fragm. Hav. a m. pr.

§ 4 *Tribuni consulari potestate erant C. Crassus*] *Ap. Claudius Crassus* legendum, ut ad finem hujus anni patet, ubi Urbis præfectus relinquitur, ac decemviri filius dicitur. Errant autem, qui *C. Papyrius Crassus* emendarunt. Sed de hoc Appio paulo post c. 48. § 5. plura dicemus. *Glar.* Lege *Ap. Claudius Crassus*, pro *Cl. Crassus*. Neque enim Livius prætermittere solet prænomen in iis nominandis, quorum tunc primum mentionem faciat: deinde vero alio loco id ipsum afferre, ut infra, cum ait c. 36. ‘ Ap. Claudium filium decemviri præfectum Urbi relinquunt.’ *Sigon.* Omisso prænomine *Cl.* vel *Claudius Crassus* legunt Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. quomodo et primus Aldus edidit, quum antiquiores typis excusi *C. Crassus* præferrent, licet Hearnius dicat, Mss. et edd. veteres *Cl. Crassus*, omisso prænomine *Ap.* habere. *C. Claudius Crassus* est in Leid. 2. *Ap. Claudius Crassus* reponendum esse consentit etiam Pighius in Annal. ad a. CCCXXIX. p. 188. Præterea *tribuni potestate consulari* Lov. 2.

Sp. Nautius Rutilius] Lege *Rutilus* ex tabulis Capitolinis. *Sigon.* Pall. 1. 3. et ed. Andreæ Campanique *Sp. Nevius Rutilius.* Pal. 2. *Nevius Rutulius.* Gebh. *Sp. Mevius Rutilius* Lov. 5. *Sp. Nenius Rutilius* Lov. 2. Lipsiens. Klockian. et Gaertn. *Sp. Nævius Rutilius* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Harl. ambo. *Sp. Nevius Rutilius* Voss. 2. Leid. 1. Port. Hav. Lov. 3. 4. fragm. Hav. Oxon. Hearnii, et priscæ edd. usque ad Ascensium,

qui 1513. *Nævius* per diphthongum dedit, quod obtinuit, usque dum Frobenius 1531. *Sp. Nautius Rutilius* substitueret. Et sane, *Nautium* hujus anni tribunum consulari potestate vocandum esse, censuit Pighius in Annal. ad a. CCCXXIX. p. 188. non autem *Nævium:* Nævios enim plebeios esse, atque Livium hoc cap. scribere, eodem hoc anno conquestos in publicis concionibus tribunos plebis fuisse, necdum plebeiorum aliquem ad summos honores promotum fuisse. Præterea recte *Rutilus*, pro *Rutilius*, Sigonius. Vide hoc lib. ad c. 52. § 4. Idem *Rutili* cognomen habuit etiam gens Virginia, in quo similiter peccatum erat III. 7. § 6. ubi plura vide. Similis error etiam commissus in eodem cognomine gentis Marciæ. Vide ad VII. 17. § 6.

T. Sergius Fidenas] Legendum est *L. Sergius.* Nam in priore tribunatu et in tertio, quem cepit a. CCCXXXVII. *L.* appellatur a Livio, itemque ab iis qui Capitolinos tribunatus descripserunt. Accedit quod Diodorus etiam in hujus anni magistratibus exponendis lib. XII. p. 328. Λεύκιον Σέντιον nominat, corrupte tamen pro Σέργιον. *Sigon.* Cum Sigonio facit Pighius in Annal. ad a. CCCXXIX. p. 188. Neque aliter Oxon. L. 1. 2. et C. præferre, testatur Hearne. At *Titus* vel *T. Sergius Fidenas* omnes mei, excepto Leid. 2. in quo tribuni hujus nomen omittitur, et Lov. 3. qui *T. Sergius, T. Fidenus* ostentat.

Sex. Julius Tullus] Ex Capitolinis lapidibus, itemque ex Dionysio et Diodoro intelligi aperte potest, Juliorum cognomen esse *Julum*, non *Tullum.* Sigon. *Sextus illius Tullus* Voss. 1. et Lov. 1. *Sextus Julius Tullius* Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. uterque, Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. *Sex. Julius Tulius* Lipsiens. *Sextilius Tullius* Lov. 5. *Servilius Tullus* Voss. 2. *Servilius Tullius* Lov. 4. *Servillius Tullius* Port. vocibus *Sex. Julius* in unam coalescentibus. *Sextus Exulius Tullus* Hav. Hujus etiam tribuni nomen deficiebat in Leid. 2. Sed veram lectionem recte Sigonius revocavit. 'Julius' et 'Tullius,' quemadmodum et 'Julus' ac 'Tullus,' passim commutantur in libris scriptis. Vide ad I. 30. § 2. Præterea *et Sex. Julius*, addita conjunctione, prisci libri typis descripti, quam primus omisit Aldus; ejus autem lectioni consentiunt scripti. Vide ad II. 17. § 1.

Spectaculum comitate etiam hospitum, ad quod publico consensu venerant, advenis gratius fuit] Hic exemplar vetus multis lituris est notatum, et *hospitium* quidem habet, sed supra scripsit aliquis *alias hospitum.* Ego tamen sciens quo pacto 'hospitii' vocabulo Livius alibi utatur, (ut quum lib. proxime sequenti c. 13. dicit, 'notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt:' et v. 50. 'Cum Cæretibus publice hospitium fieret:') ausim jurare sic hic legendum: *Spect. com. etiam hospitii, in quam consilio publico consenserant, adv. gratius fuit.* Intellige humanitatem advenis jussu magistratuum exhibitam. *Rhen.* Impressa lectio bene habet, nec audiendus Rhenanus. Ms. habet *spect. com. etiam hospitium, ad quam publico cons. ven., adv. gratius affuit. Hospitium* pro *hospitum* ἀρχαϊκῶς. *Klock.* Solus hic editorum Rhenanus vigil. Elicit autem ex codice hic, ut queritur, lituris deformato, *hospitii in quam consilio publico consenserant.* Et in sensu quidem haud fallitur conjecturæ, sed intrudere τὸ *consilio* incivile est. Pudentius igitur, *Spect. com. etiam hospitii, in quam publice consenserunt, adv. gratius fuit.* Sic in contrarium in re tristi IX. 7. 'Extemploque sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est.' XXVI. 36. 'In hæc tanto animo consensum est, ut gratiæ ultro consulibus agerentur.' Justinus XIII. 4. 'Tum equites, in

concordiam revocati, in Aridæum regem consentiunt.' XL. 1. 'Omnes in Tigranem regem Armeniæ consensere.' Asconius in Verrinam de Præt. Urb. c. 24. 'Ad summum Græcorum otium.' 'Dixit hæc secundum illam sententiam de Græcis habitam, quos otiosos et leves esse consensum est.' A. Gellius v. 26. in definitione syllogismi: 'Consensis quibusdam et concessis.' *J. F. Gron.* *Communitate* habent edd. principes, pro quo recte Ascensius *comitate* restituit, adstipulantibus omnibus Mss. Alibi sæpe ita peccatum est. Vide ad XXV. 12. § 9. Tum *hospitium*, vel *hospicium*, Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Hinc *ad quam* Flor. Voss. ambo, Lov. 3. et Harl. 1. *at quam* Leid. 1. *et quod* Lov. 2. *quam* Leid. 2. et Lov. 1. *ad quam vel quod* fragm. Hav. a m. pr. *spectaculi com. hospitium etiam, quod publico cons. venerat, adv. gratius fuit* Hav. *spectac. com. etiam hospitium, ad quam consenserant consilio, consensu publico venerant, adv. gratius afuit* Flor. *gratius affuit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 1. Gronovii conjecturæ adplaudit C. Arnoldus notis ad Caton. Diras p. 3. Contra quemadmodum Gronovius incivile judicaverat, vocem *consilio* a Rhenano intrudi, ita non minus incivile Doujatio videbatur, vocabulum *consensu* a Gronovio deleri. In conjecturam deinde a Rhenano propositam propendens addit, se non diffiteri, sine publica auctoritate, consensu populi, factum aliquid in ejusmodi rebus fuisse; non tamen inde sequi, nihil umquam in eo genere fieri posse publico consilio. His denique subjungit, vulgatam scripturam, etsi illa sensu tolerabili non careat, si tamen verba 'ad quod publico consensu venerant,' accipienda sint de advenis, duriorem constructionem habere. Posterius illud, quod de duriore constructione adfirmavit, verum puto. Eo igitur posito, nihil propius ad codicum lectionem accedere arbitror, quam ut Gronovii conjectura probetur; nisi adhuc minori mutatione legendum sit *comitate etiam hospitum, in quam publice consenserant. Hospitium* itaque, quod in plerisque Mss. superest, adscribo librariis, genitivum pluralem vocis *hospes* perperam eo modo etiam alibi formare solitis. Vide ad II. 14. § 9. Omnis reliqua mutatio in eo consistit, quod, pro *ad quam*, ut habent integerrimi codd. manu exarati, vel *quam*, ut est in aliis, reponatur *in quam*. Facile autem vocula *in* excidere potuit ob ultimam literam *m* vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. Hujus loco deinde librarii, verba mendosa esse videntes, perperam *ad* scripserunt. Insuper quod *consenserant* restituatur, pro *consensu venerant*. Ea autem lectio orta esse censeri potest ex duarum lectionum *consenserant* et *venerant* conjunctione. Et denique quod *publice*, pro *publico*, emendetur. Illud autem *publice* quo sensu accipiendum sit, dictum est ad h. lib. c. 13. § 8. De locutione autem 'consentire in aliquid' vide quædam apud Gronov. ad Liv. IX. 7. § 7.

§ 5 *Post ludos conciones seditiosæ tribunorum plebi fuerunt*] *Post ludos seditiones tribunorum plebis fuerunt* edd. principes usque ad Aldum, qui *conciones seditiosæ* recepit, quod uno ore firmant codd. scripti; nisi quod *conciones seditione* sit in Leid. 2. Lov. 1. 3. et Hav. Vide ad c. 43. § 6. *plebi* deinde, pro *plebis*, dedit Jac. Gronovius a. 1678. At *plebis* servant Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Verum reliqui vel *tribunorum pl.* per compendium, vel *plebi* exhibent. Denique *fuere* Harl. 2. Hav. et Lov. 4.

Admiratione eorum, quos odisset, stupens] *Quos odissent* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Hav.

et excusi usque ad Gronov. qui 1665. *odisset* substituit. Vocem *multitudo* more collectivorum cum verbo plurali jungi, dicendum erit ad VI. 19. § 7. Hic tamen quum certiores codd. Gronovio adplaudant, eam etiam lectionem veriorem puto. Præterea *in suspenso*, pro *stupens*, Lov. 4. et 5. *suspensi* Klockian. Sed nihil muto. 'Stupens admiratione' ut II. 49. 'Sollicitudine excitata, favore et admiratione stupens.' Et quidem ipsum illud 'stupere' interdum fere idem quod 'admirari' notat; nisi quod vehementiorem quemdam admirationis adfectum exprimat. Justin. XI. 13. 'Macedones multitudinem hominum mirabantur; Persæ a tam paucis victa suorum tot millia stupebant.' Hinc elegans est illa gradatio apud Cic. de Orat. III. 26. 'adspiciat, admiretur, stupescat.'

In æterno se ipsa teneret servitio] Præpositio *in* exsulat a vetustioribus excusis. Eam addidit deinceps Aldus, concinentibus omnibus scriptis. Silius Italic. I. 640. 'nostroque in Marte tenete Fatiferæ juvenem dextræ.' Valer. Flacc. II. 405. 'aspera si te Plias in adversæ tenuisset litore Thraces.' Deinde *externo servitio* Lov. 2. et Gaertn. frequenti errore librariorum, de quo vide ad III. 32. § 5. Insuper *se ipsam teneret* idem Gaertn. Sed male. Vide ad II. 19. § 5. Alio ordine *in æterno serv. se ipsa ten.* habet Lov. 5.

§ 6 *Ad spem consulatus in partem revocandam adspirare*] Doujatius vel *in partem* exponit 'ex parte,' id est, ad resumendam spem participandi consulatus; vel emendat *in partes*, id est, ad partes atque ordinem plebeium. Sed simpliciter 'revocare spem consulatus in partem,' scilicet plebis, est efficere, ut plebs sperare possit, se consulatum consecuturam, homines sui ordinis consulatum adepturos. Neque ulla hic emendatione opus, neque etiam aliqua participandi consulatus significatio ex adhibita locutione ullis tormentis exprimi potest. Forte Doujatius animum intendit ad locutionem 'vocare,' vel 'revocare aliquem in partem,' qua usus est Cic. Orat. pro Cæcina c. 4. 'Hæredem P. Cæsennium fecit; uxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum majorem legavit. Itaque in partem mulieres vocatæ sunt:' ubi vide Passerat. et Tacit. Annal. I. 11. 'Se, in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quam subjectum fortunæ regendi cuncta onus.' Sed quisque differentiam utriusque sponte sentit.

Quæ communia essent comitia Patrum ac plebis, aut sui aut suorum meminisset] Prima vocula perperam abest ab omnibus excusis usque ad Ald. qui addidit. Eamdem agnoscunt omnes manu exarati: *quæ communiter essent comitia* habet Hav. *quæ communia esse comitia* Gaertn. *quæ comitia essent communia* Lov. 2. Tum *Patrum et plebis* Lov. 4. Deinde *ac sui ac suorum* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ac sui et suorum* Lov. 4. et Harl. 2. *sui ac suorum* Hearnii Oxon. L. 1. et C. *aut sui ac suorum* vetustiores excusi ante Aldum, qui primus restituit id quod nunc exstat. Et ita præferunt reliqui codd. Tandem *meminissent* Harl. 2. et Hav. Paullo ante *sed ne tribunis*, pro *sed ne in tribunis*, fragm. Hav. a m. pr. *sed ne in tribunis militum* Klockian.

§ 7 *Unde emolumentum atque honos speretur*] Ultimam vocem non conspici in Oxon. L. 2. auctor est Hearne. *Speraretur* præfert Lov. 2.

Si magna conatis magna præmia proponantur] Optime se habet hæc lectio. Nihilominus Pall. 1. ac 3. *nisi magna conatis magna præmia proponuntur.* Gebh. *Nisi* etiam præfert Voss. 2. a m. pr. Postea enim adjectis notis indicavit librarius, duas

priores ejus voculæ literas expungendas esse. *Nisi* autem similiter exhibet Lov. 3. Præterea *si magnis conatibus magna* fragm. Hav. Et ita præferunt vetustæ, quas vidi, edd. etiam Rom. a. 1472. At Hearne se in Romana princ. *si magna conatibus* reperisse testatur, unde suspicio oriri posset, legendum esse *magna conantibus*. Sed *magna conatis* Aldus subposuit, concinentibus reliquis scriptis; præterquam quod idem Hearne in Oxon. N. duplicem lectionem *magna conatis* et *magnis conatibus* legi auctor sit. Vide ad § seq. Deinde *præponantur* exhibent Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *proponuntur* Hav.

§ 8 *Ut quidem aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina*] Sic omnes, quas videre licuit, edd. habent *ut quidem*. Verum si ita legatur, commodus mihi quidem non videtur sensus. Scribendum itaque censeo *ut quid*, vel potius *ut quid enim*. Significat autem 'ut quid,' quem in finem? Est Græcismus. Græci enim dicunt ἵνα τί; quod non tantum LXX. interpretibus et Novi Fœderis scriptoribus frequens est, sed etiam aliis antiquis. Tria ex Aristophane comico exscripsi loca in Exercitationibus ad N. T. (ad Lucæ Euang. c. 13. comm. 7.) in quibus ἵνα τί ita occurrit. Glossæ veteres, ἵνα τί; *ut quid?* Habet etiam Tullius ad Att. VII. 7. 'Depugna, inquit, potius, quam servias, ut quid? si victus eris, proscribare; si viceris, tamen servias.' *L. Bossius*. Spec. Animadv. ad Script. Latin. p. 6. Bossium vetustas edd. non consuluisse adparet, siquidem omnes usque ad Aldinam præferant *Ut quid enim aliquis*. Quidam etiam Mss. ei favent. Nam *Ut quid aliquis* est in Lov. 1. 2. et Leid. 2. *Ut quid enim aliquis* in Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. utramque vero lectionem *Ut quidem aliquis* et *Ut quid enim aliquis* Oxon. N. præferre, testatur Hearne. Vide ad III. 44. § 4. Attamen sententiæ Bossii subscribere nequeo. Non modo enim pro altera lectione stant codd. integriores, sed ipse contextus Livianus etiam docet, eam veriorem esse. Pendent enim hæc verba ex illis quæ in fine § subjunguntur, et omnia hoc ordine componenda sunt: 'Neque sperandum quidem, neque postulandum esse, ut aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina,' &c. Si autem substituatur *Ut quid enim aliquis* secundum Bossium, et nexus et sensus orationis Livianæ plane peribit. *Ut qui deinde aliquis* est in Lov. 3. Sed *qui deinde*, sive *qui deiñ*, omnino natum est ex *quidem*, una voce male in duas divisa, et litera *m* in literas *in* dissoluta. Contrario errore *eo dein* pro *eodem* legendum conjecerunt viri docti I. 5. § 6. Præterea *rs̃. r.* pro *tribunus*, Lov. 1. *ts̃. r.* Lov. 3. et Klockian. Deinde vox *plebis* deficit in Lov. 4. Tum *ruat certus* Lov. 3. *ruat cetus* Lipsiens. *ruat cæsus* Lov. 4. Male. Nihil muto. Infra IX. 5. 'Belluarum modo cæcos in foveam missos.'

Patres, adversus quos tenderet] *Adversus quos crederet* Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. *adversus quos teneret* Leid. 2. Alibi similiter peccarunt scribæ librarii. Vide ad XXIV. 28. § 1. Nihil hic mutandum. 'Tendere' est 'contendere.' Supra III. 15. 'Quantum juniores Patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant, ut plebi suspectos eos criminando facerent.' Infra V. 9. 'Nefas est tendere adversus auctoritatem senatus.' c. 24. 'Adversus quæ quum optimates ita tenderent.' Plura videri possunt ad XXXII. 32. § 7. Mox verbis seqq. *aut plebem*, pro *apud plebem*, Flor. An voluit librarius *ad plebem?* Vide ad VII. 7. § 4. Tum *dimicavit* Lov. 5.

Neque sperandum, neque postulandum esse] *Neque sperandum fore* Leid. 2. et Lov. 1. Sed illud *fore* animis librariorum ex verbis præcedd. adhæ-

serat. Paullo ante *nihil se hon.* Hav. pro *nihilo se hon.*

§ 9 *Magnos animos magnis honoribus fieri*] Quidam mihi suggessit legendum *magnis honoribus ferri,* id est, moveri, atque excitari. Non laudo neque edit. Andreæ, *magnos animos nisi magnis honoribus.* Gebh. Eamdem lectionem præferunt Neapol. Latinii, et vetustiores excusi usque ad Aldum, qui primus voculam *nisi* expunxit. Eam etiam ignorant omnes nostri; neque necessaria est, nisi quis forte legere mallet *non nisi magnis hon.* Sed vulgatum præfero.

Neminem se plebeium contemturum, ubi contemni desissent] Ridicule, opinor. Dein omnia confusa. Lego *neminem plebeium contemtum iri, ubi se contemnere desissent.* Vide omnino superiora. Plane enim mentem nostram firmant. *T. Faber.* ‘Contemnere’ hic videtur esse animum demittere, abjecte et humiliter de se sentire: ut apud Plautum modeste de se sentire, in Trinumm. II. 2. 42. ‘Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.’ *Duk.* In editam lectionem conspirant omnes codd. Eamdem etiam defendunt Doujatius et Clericus. Quorum ille sententiam elegantiorem futuram putat, si dicuut tribuni plebis, fore, ut plebeiorum nemo se ipse contemnat, et contemtim in rebus agendis se gerat, ubi viderit, plebeios in universum contemni desisse, iisque licere ad summa adspirare. Sic enim fore, ut se quisque magni faciat, quo ab aliis magni fiat. Itaque se ipsum contemnere, qui animum suum virtutibus ornare, seque honoribus dignum præstare negligit: id autem illis facile contingere, qui ad fortunam statumque suum præsentem quidquam se adjicere posse desperant. Clericus autem vulgatum hoc sensu interpretatur: neminem plebeium tam abjecte de se ipso sensurum, ut non auderet summos honores petere, si modo se contemtum non iri a plebe sciret. Et similiter etiam Jac. Gronovius in annotationibus ineditis, qui insuper putabat, locutionem petitam esse ex versu Lucilii apud Cic. ad Att. VI. 3. ‘Granius enim Non contemnere se, et reges odisse superbos.’ Ego etiam invitis codd. nihil innovandum censeo. Præterea *desiisset* Lov. 1. Vide ad IX. 46. § 3.

Experiendam rem denique in uno aut altero esse] *Experiendum rem* se in Pal. 3. invenisse, Gebhardus monuit hoc lib. c. 13. § 4. Nostri nulli eam lectionem firmant. At contra *Expiandam rem* Hav. præfert, *Experiundam rem* Leid. 1. Tum *denique* non adparet in Leid. 2. et Flor. Præterea *in uno aut altero sese* Lov. 3. 4. 5. Lipsiens. Leid. 1. et Voss. 2. Quomodo sæpe literæ in hac voce perperam transponuntur. Vide ad XL. 26. § 5. *In uno aut in altero esse* vetustiores excusi. Et sæpe solitum fuisse Livium præpositiones repetere, videbimus ad VI. 28. § 7. Hic tamen vulgatum, quod primus Aldus recepit, verius esse puto, quia in id conspirant omnes manu exarati.

Sitne aliquis plebeius ferendo magno honori] *Sine aliquis plebeius* Lov. 2. *sine animus plebeius* Gaertn. *sitne aliqui plebeius* Harl. 1. Flor. et Lov. 1. a m. pr. *fitne aliqui plebeius* Lipsiens.

An portento simile miraculoque sit, fortem ac strenuum aliquem existere ortum ex plebe] Deest accusativus *virum. Fortem ac strenuum virum aliquem existere.* Rhen. Pall. 1. ac 3. *port. sim. miraculoque, si fortem ac strenuum aliquem exist. ortum ex plebe crederetur.* Pal. 2. *in port. simile miraculoque fit: fortem ac strenuum aliquem exist. ortum ex plebe credatur.* Nihil sani profecto constitui potest; multo minus ex ed. Andreæ: *an port. simile: miraculoque si fortem ac strenuum aliquem exist. ortum ex plebe crederent.* Vel ex Campani, *sitne aliquis plebeius*

ferendo magno honori port. simile? miraculoque sit, fortem ac strenuum virum exist. ortum ex plebe. Gebh. Multum etiam mei codd. hic variant. *Port. sim. miraculoque, si fortem ac strenuum virum aliquem exist. ortum ex plebe crederetur* Voss. 2. a qua lectione non differt illa quæ in Lov. 3. obcurrit, nisi quod ibi vox *virum* omittatur. *Ni port. simile miraculoque sit, fortem ac strenuum aliquem exist. ortum ex plebe credetur* Lov. 2. et 4. *ni port. simile miraculoque sit, fortem ac strenuum aliquem ortum exsistit ex plebe credat̃* Lov. 5. *ni port. simile miraculòque, fortem ac strenuum aliquid exist. ortum ex plebe credatur* Harl. 2. *port. simile miraculoque sit, fortem ac strenuem aliquem exist. ortum ex plebe crede'tur* Gaertn. *an port. simile miraculoque sit, fortem ac strenuum virum aliquem exist. ortum ex plebe credetur* Port. *in port. simile miraculoque sit, fortem ac strenuum aliquem exist. ortum ex plebe credetur* fragm. Hav. a m. pr. in quo *ni portento*, pro *in portento*, scriptum, et *credetur* deletum a m. sec. exstat. *In port. similiter simile miraculoque, fortem ac strenuum aliquem exist. ortum ex plebe credatur* Hav. *in portendo simile miraculo, quia sit, fortem ac strenuum aliquem exist. ortum ex plebe crearentur* Lipsiens. Vetustæ edd. eamdem lectionem præferunt, quam ex Rom. principe laudavit Gebhardus: pro ea deinde Aldus illam substituit, quæ notæ Rhenani præscripta exstat. Eadem autem per reliquas omnes propagata est, nisi quod Frobenius 1535. ejusque exemplo recentiores omnes ex emendatione Rhenani vocem *virum* interposuerint, quam etiam servant Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sed expellunt contra Leid. 1. et Harl. 1. Quod ad Oxonienses adtinet, Hearne monuit, ad finem horum verborum adjectum esse *creditur* in C. *credatur* in B. *credetur* in N. *crederetur* in L. 2. quod etiam de Neapol. testatur Latinius. At recte Gronov. ad Liv. vi. 37. § 6. recensitis variis lectionibus codd. Pall. et edd. primarum, existimat vocem illam a corruptoribus esse, nemini ambiguum esse posse.

§ 10 *Expugnatum esse, ut tribuni militum consulari potestate et ex plebe crearentur*] Τὸ *esse* deficit in Port. sed vocula *et* in Harl. 1. Lov. 4. et Hav. Eas tamen ceteri rectius servant. Mox *Perisse*, pro *Petisse*, Voss. 2. et Lov. 3. *Potissime* Lov. 4. et 5.

Primis annis sugillatos, repulsos, risui Patribus fuisse] Male Pal. 1. ac Andr. *suggillatos.* Et male sic scribitur in Onomastico, *Suggillo* ὑπωπιάζω. Item in Glossario Philoxeni, *Suggillatus* ὑπωπιασθεὶς. Lege, ut puero animadvertere est, *Sugillatus* ὑπωπιασθεὶς. Iterum *Suggillat* πλήσσει, ὑπώπια ποιεῖ. Pal. 3. *sigillatos.* Gebh. *Primis armis* Hav. frequenti scribarum lapsu. Vide ad vi. 38. § 1. Præterea *sigillatos* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *suggillatos* Leid. 2. De recta ratione scribendi hanc vocem varias sententias collegerunt Dausqueii de Orthogr. part. ii. in voce ‘Suggillo,’ et Vossius in Etymol. Ling. Lat. voce ‘Suggillare,’ et quos ibidem laudarunt. Vulgo hic *sugillatos* editur, at *suggillatione* xliii. 14. Denique *risui Patribus fore* male Hav.

Desisse postremo præbere ad contumeliam os] *Dedisse* Voss. a m. pr. et Lov. 4. ac 5. *dessisse* Port. *desiisse* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Sed vulgatum firmat tum consensus reliquorum codicum, tum mos Livii, qui sæpissime hanc vocem ita contracte efferre amavit. Vide ad ix. 46. § 3. Mox *postremo diem præbere ad cont. hos* Lov. 4. et 5. *hos*, pro *os*, etiam Voss. 2. Lov. 2. Gaertn. et Port. a m. sec. *om̄s*, id est *omnes*, Lov. 1. Sed vox *os* deficit in Flor. *præter* quoque, pro *præbere*, habet Lipsiens. Terent. in Adelph. ii. 2. 6. ‘adolescenti morem gestum oportuit. Sa. Qui potui me-

lius, qui hodie usque os præbui?'

§ 11 *Cur non lex quoque abrogetur, qua id liceat*] Possumus etiam legere *cur non lex quoque obrogetur, qua id.* Klock. *Abrogaretur* Lov. 2. *abrogaret* Lipsiens. Tum *quia id liceat* Voss. 1. et Leid. 2. quod etiam multi ex antiquioribus editis obferunt. Sed passim bic error a librariis committitur. Vide ad XL. 29. § 8. Ut autem ita legi posset quemadmodum Klockius censuit, aliis exemplis probandum foret, in usu fuisse locutionem 'obrogare legem,' vel 'obrogatur lex;' addi etiam debuisset ratio, cur *obrogetur* τῷ *abrogetur* substituendum foret. Sed forte manus Klockii aberravit, et, quum bæc adscripserit margini editionis, quæ præfert *abrogetur, quia id,* tantum indicare voluit, etiam legi posse *qua id.*

Minorem quippe ruborem fore in juris iniquitate] *Minorem ruborem* Harl. 2. *minoremque ruborem* Hav. quomodo etiam legit Lov. 4. a m. sec. quum in eo a m. pr. *minoremque puberem* scriptum fuisset. *Minorem quippe puberem* Lov. 2. et 5. Deinde *fore inj. si propinq.* Lov. 3. *fore inj. si pro iniq.* Voss. 2. *fore inj. iniquitate* Harl. 1. *fore in juris iniq.* Lov. 1. Gaertn. et Hav. *fore in juris indign.* Lov. 1. *fore in juris dignitatem* Leid. 2. *minoremque per urbem fore in viris iniquitate* Lipsiens. In verbis adeo perspicuis ac claris scribas tam varie ac tam turpiter errasse mirum est.

Quam si per indignitatem ipsorum prætereantur] Ms. Fuld. *quam si per indignationem ipsorum prætereantur.* Quæ varietas, in his eisdem vocibus sæpe mihi animadversa, semel hic notata sit. *Modius.* Varietas bæc alibi sæpe in Mss. obvia est. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. lib. LVIII. Omnes tamen codd. quibus usus sum, hoc loco vulgatum tuentur, nisi quod *dignitatem,* pro *indignitatem,* sit in Lipsiens. Contra vocula *si* omittitur in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *eorum* præferunt Hav. fragm. Hav. a m. sec. et primæ edd. ante Aldum, qui *ipsorum* reposuit, adstipulantibus reliquis manu exaratis. Denique *prætereant* Lov. 1. Vide ad x. 10. § 1. Huic loco convenit alius hoc lib. c. 7. 'Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quam quibus ut indigni præterirentur.'

CAP. XXXVI. § 1 *Alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu*] *De plebis commodis* inverso ordine Gaertn. Tum *laturum se in agrum* Lipsiens.

§ 2 *Coloniarumque deducendarum ostentatæ spes*] *Ducendarum* Lov. 2. et Lipsiens. Tum *ostentata spes* Voss. 2. Lov. 3. Hav. Harl. 2. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxoniensis B. Similiter etiam pro varia lectione inter versus adscriptum est in Port. invitis reliquis scriptis, qui in vulgatum consentiunt, nisi quod *ostentatio spes* perperam præferant Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. *ostentato spes* Lipsiens. Supra II. 44. 'Hæ spes Etruscos armaverant, multis in vicem casibus victos victoresque:' ita ibi Rhenanus legendum censuit, ac multi codd. eamdem lectionem retinuerunt. Optimi tamen Mss. auctoritate *Ea spes Etr. armaverat* recepi. VI. 28. 'Fortunæ loci delegaverant spes suas.' Silius Italic. XIII. 286. 'dubio qui frangere rerum Gaudebit pacta, ac tenues spes linquet amici.' Et ita sæpe alii.

Et vectigali possessoribus agrorum inposito in stipendium militum erogandi] *Etiam vectigali* Lov. 2. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Deinde *possessoris agrorum* Lov. 5. Tum *in stipendio militum* idem Lov. 5. et Hav. *in stipendium militis* Gaertn. Denique *cogendi æris* Lov. 2. in margine.

§ 3 *Captatum deinde tempus ab tribunis militum*] Magnus Gronovius ad Liv. XXXV. 19. § 2. dubitare incipiebat, an non boc loco legendum foret *Captum deinde tempus.* Alibi ita Li-

vium et alios scriptores locutos esse, certum est. Vide ad III. 9. § 7. Neque diffiteor etiam, voces *captus* et *captatus* sæpe in Mss. commutari. Vide ad XXVI. 12. § 15. Hic tamen nihil mutandum existimo. Si enim unum Lov. 2. Gronovio faventem excipias, in editam lectionem conspirant omnes, quos consului, codd. neque ullam varietatem ex suis viri docti protulerunt. Deinde 'captare tempus' æque Latine dici, ac 'capere tempus,' et hoc non ubique illi substituendum esse, recte censuit Dukerus ad Flori III. 5. § 5. Denique quemadmodum hic 'captatum tempus,' ita 'captandis tempestatibus et observando tempore' Livius dixit v. 6. 'Ut tamquam navale bellum, tempestatibus captandis et observando tempore anni, gerant, non æstus, non frigora pati possint.' Præterea *a tribunis militum* Voss. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et ita Flor. a m. sec. in quo tamen a m. pr. fuerat *ad tribunis.* Mox *quod per discessum,* pro *quo per disc.* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. solito errore scribarum. Vide ad XXXVI. 33. § 3. Præterea *ex urbe,* pro *ab urbe,* Lov. 4.

Revocati ad diem certam essent] *Ad diem tertiam essent* Hearnii Oxon. L. 1. *ad diem certum essent* vetustiores excusi ante Aldum; is enim *certam* edidit, consentientibus omnibus meis scriptis. Et recte. In hac enim locutione Livius genere sequiori uti amavit. Supra I. 50. 'In diem certam ut ad lucum Ferentinæ conveniant, indicit.' c. 52. 'Indictumque junioribus Latinorum, ut ex fœdere die certa ad lucum Ferentinæ armati frequentes adessent.' v. 19. 'Indicto delectu in diem certam, ipse interim Veios intercurrit:' ubi in paucis tantum inveni *diem certum.* XXVII. 23. 'In unum annum vovebant, dieque incerta faciebant.' c. 38. 'Edixere, in diem certam, quo quisque jure vacationem haberet, ad senatum deferret.' XXVIII. 11. 'Qui cives Cremonenses atque Placentini essent, ante certam diem in colonias reverterentur.' XXXVI. 35. 'Induciisque in diem certam datis, qua legatio renunciari ab Roma posset.' XXXIX. 17. 'Si quis quem ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certam se finituros.' Pari modo Livius potius dixit 'dies constituta,' 'statuta,' 'stata,' 'præstituta,' 'dicta,' 'edicta,' 'prodicta,' 'prædicta,' 'finita,' quam genere digniori. Vide ad XXVII. 16. § 16.

Senatusconsultum fieret, absentibus tribunis plebis] Meorum integerrimi Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *absentibus tribunis plebi:* quod secutus sum. Vide ad II. 42. § 6. et mox hoc cap. § 5.

§ 4 *Quoniam Volscos in Hernicorum agros prædatum exisse*] *Quem Volscos* Lov. 2. *quum,* sive *cum Volscos* Lov. 5. et Port. Vide hoc lib. ad c. 29. § 6. *qn Volscos,* id est *quando Volscos,* Leid. 1. et Lov. 1. Vide ad IX. 8. § 5. Denique *exiisse* Gaertn. cui adversus aliorum consensum fidem habere nequeo. Vide ad XXVII. 19. § 10.

§ 5 *Filium decemviri præfectum urbis relinquunt*] *Præfectum in urbe* Leid. 2. Deinde *reliquerunt* antiquiores typis descripti, cujus loco Aldus *relinquunt* substituit, eamdem lectionem firmantibus codd. scriptis.

Etiam inde ab incunabulis imbutum] In exemplari veteri est *et jam inde ab incun.* Rhen. *Etiam* est in Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Sed verum est *et jam inde ab incun.* quomodo etiam ante Rhenanum Frobenius 1531. edidit. Alibi librarios perperam junctis vocibus *etiam,* pro *et jam* dare solitos fuisse, vidimus ad I. 47. § 9. Locutionem vero 'jam inde ab' inlustravi ad I. 2. § 3. Vide etiam ad VI. 40. § 4.

Imbutum odio tribunorum plebisque: tribunis plebis nec cum absentibus iis]

Odio tribunorum plebis: nec cum absentibus iis, reliquis omissis, vetustæ edd. Cui errori caussam dedit vocis *plebis* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Verum quum omnes scripti voces omissas servent, recte etiam Aldus iis in contextu locum dedit. Ceterum *tribunis plebi* Leid. 1. et Harl. 1. Vide modo hoc cap. ad § 3. *tribuni plebi* Lov. 1. 2. et Lipsiens. Τὸ *iis* deficit in eorum posteriori.

Nec cum Appio, transacta re, quod contenderent, fuit] *Quod contenderet* Voss. 2. Deinde *fuerunt*, pro *fuit*, Leid. 2. et Lov. 1. Ceterum Doujatius hunc Appium, decemviri filium, qui a tribunis consulari potestate præfectus Urbis relictus est, diversum fuisse putat ab Ap. Claudio Crasso, quem hoc anno tribunatum militarem consulari potestate gessisse, Livius c. 35. narravit. Si enim unus idemque præfectus Urbis ac tribunus militum fuisset, una cum reliquis collegis auctor senatusconsulti fuisset: eo autem posito, si expostulandi adversus Appium locus non erat, quod res jam transacta esset, similiter expostulandi locum adversus collegas ejus futurum non fuisse putat, licet adessent. Verum an id Livius umquam negavit? Una ratio, cur tribunis plebi nihil foret, quod contenderent adversus Appium, illa erat, quod res transacta esset; sed præter eam adhuc altera erat, cur neque adversus collegas ejus contendere possent, quod reipublicæ caussa abessent. Absentiæ igitur ratio tribunis plebis erga reliquos tribunos militum obstabat, posterior et erga illos et erga Appium. Immo contra, Ap. Claudium Crassum, cap. præc. memoratum, decemviri filium, adeoque eumdem atque Ap. Claudium præfectum Urbis fuisse, non obscure inde colligi potest, quod VI. 40. Ap. Claudius Crassus decemviri nepos memoretur, qui sine dubio filius fuit illius qui hoc anno tribunus militum fuit. Hoc autem argumentum ut refellatur, probandum foret, decemvirum duos habuisse filios, *Appii* prænomine adpellatos, quorum alter, *Crassus* cognominatus, pater exstitit Ap. Claudii Crassi lib. VI. memorati, et hoc anno tribunus militum fuit, alter hoc eodem anno præfectus Urbis exstitit. Interdum quidem in gente Claudia duos fratres eodem prænomine adpellatos fuisse, ultro confiteor. Ita Ap. Claudius Crassus, etiam Cæcus dictus, et Ap. Claudius Caudex fratres fuerunt, quemadmodum, præter Ciceronem variis locis, testatur etiam Gell. Noct. Attic. XVII. 21. 'Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo, consulibus Ap. Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Ap. illius Cæci fratre, et M. Fulvio Flacco bellum adversus Pœnos primum cœptum est.' Verum ejusdem rei exemplum etiam exstitisse in Ap. Claudii decemviri filiis, nondum evictum est. Insuper ex quo tempore tribunos militum consulari potestate creandi mos invaluit, ordinarium factum est, ut præfectura Urbis ac cura rerum urbanarum, quæ olim viro inlustri dabatur, uni pluribusve eorumdem tribunorum militum committeretur, si bellum incideret, cujus gerendi munus reliqui collegæ suscipiebant. Vide Dissertat. meam de præfectis Urbis, quam olim adolescens præside P. Burmanno, unico studiorum meorum moderatore, et præceptore optimo, in inclita Trajectina Academia publico examini subjeci, c. 2. At eo tempore alii, quam uni horum tribunorum militum, eum magistratum datum esse, nondum reperi.

CAP. XXXVII. § 1 *Creati consules*] In exemplari veteri est *Creati consules sunt*. Rhen. Eadem lectio mihi etiam obvia fuit in Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 5. et Port. quorum fide id in contextum Livii recepi.

A. Sempronius Atratinus, et Q. Fa-

bius Vibulanus] Quidam emendarunt *C. Sempronius*. 'Auli' autem et 'Lucii Semproniorum' mentio est A. U. C. CCCXI. Ceterum pro *Q. Fabio Vibulano* Valerius Max. III. 2. ex. 8. *Q. Catulum* habet, sed errore codicum, ut puto. *Glar.* Aldus est, qui primus *C. Sempronius* emendavit, quum antea passim ederetur *A. Sempronius*. Aldo autem consentiunt omnes codd. nisi quod *G. Sempronius* sit in Lipsiens. et fragm. Hav. Vide etiam hoc cap. ad § 6. c. 40. § 6. c. 41. § 2. c. 42. § 3. et 8. *sč. Sempronius* Voss. 2. et Lov. 3. sed prior litera *s* nota est vocis *sunt*, quæ præcedd. verbis in optimis codd. ut dictum est, additur: *c* autem est compendium prænominis *Caius*. *Caii* vero prænomen hujus anni consulem habuisse patet ex illis quæ notat Sigonius ad h. lib. c. 44. § 1. Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CCCXXX. p. 189. Quin et hoc lib. c. 44. § 6. et 7. ubi idem memoratur, jam non codd. tantum, sed et typis descripti in prænomen ejus *Caius* sive *Gaius*, ut alii scribunt, consentiunt. Præterea primus Aldus addidit ejusdem consulis cognomen *Atratinus*, quod omnes etiam codd. servant, ita tamen ut *Atracinus* dicatur in Voss. 2. Lov. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *Atracinius* in Lov. 4. *Atrocinus* in Lov. 5. *Atractinus* in Harl. 2. Vide ad IV. 7. § 1. Insuper idem Aldus copulam inter utriusque consulis nomen ejecit, quam etiam ex codd. meis soli agnoscunt Hav. et Lov. 4. ac 5. Qui tamen secundi consulis prænomen *Q.* omittunt, quod etiam non adparet in Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. et Port. Denique *Jubilanus* est in Lov. 4. 5. et Hav. *Jubulanus* in Lov. 2. Harl. 2. et Gaertn. *Vibilanus* in Leid. 2. Vide ad III. 35. § 11.

Peregrina res, sed memoria digna, traditur eo anno facta] Pall. tres *memoriæ digna*. Pædagoguli inepti mutarunt. *Gebh.* *Memoriæ digna* etiam Voss. 2. Lov. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. Sæpe optimi scriptores τῷ *dignus* casum patrium junxerunt. Vide Burmann. ad Phædr. Fab. IV. 20. 3. et ad Quinctil. Instit. Orat. I. 5. p. 52. et quos ibi laudavit. Quibus adde Vossium Grammat. VII. 11. Quin et hic euphoniæ caussa ea lectio verior videri possit. Quo minus tamen recipere audeam, illud obstat, quod omnes optimi mei scripti vulgatum tueantur, et Livium alibi ita locutum fuisse nondum observaverim. Hæc scripseram, quum viderim *memoriæ digna* etiam esse in cod. integerrimo Flor. quare jam subdubito.

Capuamque ab duce eorum Capy, vel (quod propius vero est) a campestri agro adpellatam] In exemplari vetere est *ab duce eorum Capye*. Rhen. *Ab duce eorum Capi* Hav. et fragm. Hav. *ab duce eorum Capuo* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. et Port. *a duce eorum Capuo* Gaertn. *ab duce eorum Capio* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Lipsiens. Flor. Klockian. et Harl. 1. *a duce eorum Capio* Voss. 2. et Lov. 3. Veram scripturam deprehendit Rhenanus. Vide ad I. 3. § 8. Insuper *Capuaque ab duce, &c. appellata est* Hav. Tum *quod proprius vero est* Leid. 2. et Lov. 1. Vide hoc lib. ad c. 17. § 5. *quod propius est vero* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. Denique *ab campestro agro* Hav. Paullo ante etiam *a Samnitibus captam*, pro *ab Samnitibus cap.* Gaertn. et Lov. 3.

§ 2 *Cepere autem, prius bello fatigatis Etruscis*] *Capere* Voss. 1. *Capue* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *bellis fatig. Etr.* Port. a m. pr.

In societatem urbis agrorumque accepti] *Urbis agrorum*, neglecto τῷ *que*, Lov. 2. 3. Lipsiens. fragm. Hav. a m. pr. et Gaertn. Deinde *acceptis* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *accepti sunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Festo die gravatos somno epulisque

incolas veteres] Opinor legendum *graveis somno epulisque*. Nam in volumine scripto *gravi somno* legitur. *Rhen.* Vet. lib. *Graves somno epulisque*. Sigon. Utraque locutio 'gravis somno' et 'gravatus somno' tum Livio, tum aliis scriptoribus frequens est. 'Gravatus' obcurrit I. 7. 'Ibi quum eum cibo somnoque gravatum sopor obpressit.' XXV. 24. 'Magna pars tamen ignara tanti mali erat, et gravatis omnibus vino somnoque, et in vastæ magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia.' Plinius Hist. Natur. X. 49. 'Mulcerique earum carmine, quos gravatos somno lacerent.' XXXIII. 12. 'Satyrum in phiala gravatum somno collocavisse verius.' Val. Flacc. II. 568. 'tacitusque dolos, dirumque volutat Corde nefas, clausum ut thalamis somnoque gravatum Inmolet.' 'Gravis' ut infra, ex emendatione Lipsii, XXV. 24. 'Quia magna pars in turribus epulati aut sopiti vino erant, aut somno graves potabant.' XXIX. 34. 'Varieque dux fatigabatur, alios vino et somno graves arma capere, et frenare equos cogendo, aliis obsistendo.' XXXI. 41. 'Et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti jacebant.' Ovid. Epist. Heroid. XIV. 33. 'Jamque cibo vinoque graves somnoque jacebant.' Metam. III. 608. 'Ille mero somnoque gravis titubare videtur, Vixque sequi.' In hac autem locutione 'gravis' aut 'gravatus' est onustus, repletus. Vide Burmann. ad Val. Flacc. VI. 382. Pariter Græcis βεβαρηκὼς usurpatur. Aristid. Sacr. Sermon. quarto tom. I. p. 583. Οἱ δ' ἧκον οἴνῳ βεβαρηκότες οἱ ναῦται, περὶ πρῶτον ὕπνον σχεδόν: *At venere vino gravati nautæ circa primam fere vigiliam.* Qui locus desumtus est ex Homeri Odyss. Γ. vs. 139. Οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες υἷες Ἀχαιῶν. *Illi vero venerunt vino gravati filii Achæorum.* Divus Lucas in Euangel. c. IX. vs. 32. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ. *Petrus ejusque comites gravati somno erant.* Cum præpositione junxit Ælian. Var. XIII. 1. Ἄρκτος ἧκε, σφριγώντων αὐτῇ τῶν μαζῶν, καὶ βαρυνομένων ὑπὸ τοῦ γάλακτος. *Ursa venit turgentibus illi uberibus, et lacte gravatis.* Quum itaque utrumque 'graves somno' et 'gravatos somno' recte dici possit, codicum auctoritate standum judico. Ex eorum numero nullus *gravatos* cognoscit. Nam *gravi somno* præferunt Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. a m. pr. et Leid. 1. *gravis somno* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Klockian. et Harl. 1. *graves* vel *graveis somno* Voss. 2. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Neque aliter Hearne in Oxoniensibus invenisse videtur, qui *graves* edens edit. Rom. principem *gravatos* habere observavit, et tamen codicum suorum non meminit, aut ab editis diversam lectionem ex iis profert. De uno tantum dubito Flor. ex quo nihil notatum video in excerptis, licet collatus sit cum ed. quæ *gravatos* præfert. Præterea *gravatos vino* excusi, quos vidi, vetustiores, cujus loco Aldus *gravatos somno* substituit. Omnes etiam codd. *somno* agnoscunt. Supra quidem laudato loco Ovid. 'cibo vinoque graves' dixit. At hic voce 'epulis' satis commode 'cibo vinoque' intelligi potest. Quin et si per vocem 'epulis' solus cibus intelligendus esset, dictum foret, quemadmodum apud Liv. loco supra etiam laudato ex lib. I. 'cibo somnoque gravatum.' Insuper vox *die* aberat a Leid. 1. quam rectius reliqui omnes servant. Potius enim Livius aliique optimi 'dies festus,' quam simpliciter 'festum' dicere soliti fuere, licet tamen nec alterum sine exemplo sit.

§ 3 *His rebus actis, consules ii*] Quibus 'rebus actis?' utrum præcise, quas proxime narravit de Capua ab Samnitibus occupata, ut inter designationem consulum et initum ab iis magistratum hæc intervenerint? an

quas et antea ex totius anni negotiis retulit? Utrumque mihi frigidum schema videtur, et trigam illam verborum immissam ab illis, qui Livium melius connectere orationem suam docere voluerunt. *J. F. Gron.* Verba illa in omnibus codd. constanter supersunt, quæ, quoquo referas, frigida esse et nullo dispendio deleri posse, Gronovio adsentitur Doujatius. Vide etiam an delenda sit vox *ii*, quam non agnoscit Port. Adderem id verisimile videri, quia mox sequitur *id*, nisi alibi etiam sæpe voculam hanc repetitam observassem. Ita inprimis I. 44. 'Id conditum lustrum adpellatum, quia is censendo finis factus est. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. Adjicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eorum qui ferre arma possent, eum numerum fuisse.'

Idibus Decembris magistratum occepere] Scribe *Idib. Decembribus.* Rhen. Eamdem lectionem etiam servant meorum optimi. Contra *Idibus Decembris* Lov. 2. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. Id ex eodem errore natum est, quo *omnis* pro *omnibus*, *perduellis* pro *perduellibus*, et similia alia multa in Mss. obcurrunt, de quibus vide ad XXI. 60. § 7. *Idibus Decembri* Gaertn. Tanto magis autem optimorum codicum scripturam, a Rhenano recte probatam, secutus sum, quod ita passim Livius loqui soleat, ejusque exemplo auctor Epitomes Liv. Ita 'Kalendas Januarias' XXXVII. 57. et XXXIX. 5. 'Idibus Januariis' in Epit. lib. LXXX. 'Kalendis Februariis' XXXVII. 58. 'Kalendæ Interkalares' XLIII. 13. 'Idibus Martiis' XXI. 63. et XLIV. 19. 'Idus Martias' XXX. 39. 'Kalendas Maias' XXV. 4. 'Idus Maias' III. 36. 'Idus Maiæ' ibid. et c. 38. 'Kalendas Junias' XXIII. 32. 'Idibus Quinctilibus' II. 42. et IX. 46. 'Kalendis Sextilibus' III. 6. 'Nonas' et 'Idus Sextiles' XLI. 16. 'Idibus Septembribus' VII. 3. 'Kalendis Octobribus' V. 9. 'Idus Decembres' V. 9. 'Idibus Decembribus' V. 11. et XLIV. 16. Nomina enim mensium natura sunt adjectiva. Hinc 'mensis Januarius,' 'Februarius,' et similia tum apud Livium tum apud alios. Infra XXXIX. 5. 'Triumphare mense Januario statuerat.' Calpurn. Ecl. II. 81. 'Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias, Castaneasque nuces totidem, quum sole Novembri Maturis nucibus virides rumpentur echini.' Videndus Sanctius, Minervæ l. IV. cap. de Ellipsi Nomin. in voce 'Mensis.' Quum itaque vix aliter locutus fuisse Livius reperiatur, paucis quibusdam locis idem genus loquendi partim ex conjectura, partim ex auctoritate veterum editionum restituendum judicavi, ut XXIX. 14. 'In ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, pertulere Deam pridie Idus Apriles:' ubi adhuc edebatur *Idus Aprilis.* Sed is quoque accusativus esse potest. XLI. 9. 'Ut omnes in suam quisque civitatem ante Kalendas Novembres redirent.' Ita primæ edd. c. 22. 'Legati Nonis Juniis ex Africa redierunt:' ubi *Nonis Junii* adhuc editur. XLIV. 19. 'Pridie Idus Apriles Latinis esse constitutam diem.' c. 22. 'Latinis, quæ pridie Kalendas Apriles fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato.' c. XXXVII. 'Nocte, quam pridie Nonas Septembres insecuta est dies.' XLV. 2. 'Ante diem sextum Kalendas Octobres, hora fere secunda, legati urbem ingressi sunt.' Et ita legit quoque variis locis apud Columell. Mstum Sangerman. ubi vulgo aliter edi solet. Ita II. 10. 'Protinus a Kalendis Octobribus crudis novalibus ingeras:' vulgo *Kalendis Octobris.* Et postea, 'Seritur a Kalendis Octobribus in ortum Aquilæ.' II. 11. 'Mense ultimo Aprili serito:' non *Aprilis.* XI. 2. 'Igitur a Kalendis Martiis eximia est vitium putatio usque in decimum Kalendas Apriles.'

Postea eodem cap. 'Locis autem tepidis ab Idibus Februariis usque in Idus Apriles; in locis frigidis ab Idibus Martiis usque in Idus Maias omnia recte pecora castrantur. Kalendis Aprilibus Nepa occidit mane.' Et ita sæpe eodem cap. et alibi. Ad hæc *magistratus cœperunt* Harl. 1. Vide ad I. 49. § 1. *magistratum accepere* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Male. Vide quæ notata sunt a Gebhardo ad Livii I. 7. § 6. et a J. F. Gronovio ad XXXI. 50. § 6. Vocem minus obviam in notiorem inscitos librarios commutasse adparet.

§ 4 *Qui ad id missi erant, retulerunt*] In volumine scripto est *retulerant*. Rhen. *Quia ad id missi erant* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. ac 5. prima litera vocis *ad* perperam adhærente ad finem præcedentis *qui*. Vide ad VI. 23. § 5. *qui ad id miserant* Klockian. Vide ad XXIII. 29. § 16. Deinde *retulerunt* servant Voss. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Mox *a Latinis*, pro *ab Latinis*, Voss. 2. Gaertn. et Lov. 3.

Nec exercitui scribendo intentiores fuisse] *Nec exercitus scribendo* Lov. 5. et fragm. Hav. a m. pr. *exercitu scribendo* Leid. 1. et Lov. 4. quomodo Livium alibi casum tertium quartæ declinationis formasse, videbimus ad XXIV. 19. § 6. Hic tamen potius ea lectio nata videtur ex altera *exercitus*, ultima litera elisa a vocis præced. initiali. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *exercitum scribendo* Lipsiens.

§ 5 *Aut in perpetuum bellum armaque oblivioni danda*] In volumine scripto est, *arma bellumque oblivioni danda*. Rhen. Ita jam ante Rhenanum Aldus et pauci eum secuti ediderant, a quibus deinde dissenserant Paris. 1529. et Frobenius 1531. Verum ordinem verborum, quem Rhenanus reduxit, et recentiores recte servarunt, firmant omnes codd. mei. Infra VII. 20. 'Nec arma aut bellum quisquam adparare.' Utroque ordine hæc verba Livium junxisse, vidimus ad III. 69. § 2. *Arma belli unquam obl. danda* perperam habet Lov. 5.

Cum quibus de imperio certetur] *Certatur* fragm. Hav. a m. pr. Male. Mox etiam aberratione scribarum *credendum*, pro *cedendum*. Vide ad III. 21. § 3.

§ 6 *Et C. Sempronius, cui ea provincia sorte evenit*] In volumine scripto est *sorti evenit*. Rhen. *Sorti evenit* Ms. Fuld. ut Virgilius Georg. IV. 165. 'quibus ad portas cecidit custodia sorti.' *Modius*. Pall. duo meliores et Campani ed. *sorti evenit*. Notarunt Rhenanus Modiusque. Virgil. Georg. IV. 165. 'quibus ad portas cecidit custodia sorti.' Sic reperitur cum alibi, tum XXIX. 20. in Pall. tribus et antiqua ed. 'Cui Sicilia provincia sorti evenisset.' *Gebh*. *Sorti evenit* etiam Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. 2. Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. Hos codices secutus eam lectionem recepi. Vide quæ notantur ad XXVIII. 45. § 11. Ceterum omnes iterum codd. Sempronio *Caii* prænomen tribuunt, nisi quod pro *C*. habeat *G*. fragm. Hav. *Sc*. Lov. 3. et Voss. 2. Vide hoc cap. ad § 1. Præterea vocula *et* abest a Gaertn.

Tamquam constantissimæ rei fortuna fretus] Hanc orationem etiam in Ms. volumine quidam ausus est interpolare, quum recte habeat, nempe sic: *tamq. const. rei fortunæ fretus*. Jungit autem participium *fretus* interdum dativo. Sic VI. 13. 'Multitudo hostium,' inquit, 'nulli rei, præterquam numero, freta.' Rursum infra c. 31. 'Discordiæ hostium fretus.' *Rhen*. *Constantissimæ rei fortunæ fretus* restituit Rhenanus ex suo libro Ms. tentato ab interpolatore, addens locum e VI. 13. 'Multitudo hostium nulli rei, præterquam numero, freta.

Sed Pall. omnes, qua calamo in membranis picti, qua vetuste cusi, *rei fortuna* repræsentant. Invenit tamen Modius in suo codice XXXIX. 51. 'Et fidei regum, nihil sane fretus.' *Gebh.* Quod alios fecisse queritur Rhenanus, vereor ne fecerit ipse, id est, locum hunc interpolarit. Mss. omnes et edd. vett. *fortuna.* Repone igitur *tamq. constantissima re fortuna fretus.* Necdum persuasus sum, id verbum veteres cum dandi casu junxisse. Quare et emendandum existimo VI. 13. *Multitudo hostium nulla re, præterquam numero, freta:* ubi editur *nulli rei.* Nec moror Modium, qui XXXIX. 51. novo plane, ut ipse ait, modo profert *Fidei regum nihil sane fretus:* nam nostri omnes, ut vulgati, *confisus.* Livius autem ipse VII. 12. 'Apparuitque, occasione magis, quam virtute, fretos venisse.' VIII. 22. 'Samnitium infida adversus Romanos societate freta.' Sic enim Sigonius e suo: nec dissentiunt ulli nostri. X. 10. 'Pecunia deinde, qua multum poterant, freti:' et alibi sæpissime. *J. F. Gron. Tamquam constantissima reip. fortuna fretus* Harl. 2. sollemni errore librariorum, qui alibi voces *res* et *respublica* sive breviter *resp.* confundere soliti fuerunt. Vide ad VIII. 31. § 2. *tamquam constantissimæ rei fortuna fretus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Klockian. et Hav. *tamquam constantissimæ rei fortunæ fretus* Flor. Leid. 1. Lov. 5. Lipsiens. et Gaertn. quomodo Rhenanus legendum putabat. Et ita etiam a m. pr. præferunt Voss. 1. et fragm. Hav. in quibus a m. altera inter versus *fortuna,* pro *fortunæ,* adscriptum inveni. Verius tamen puto *tamquam constantissima re, fortuna fretus,* quomodo Gronovius legendum censuit, et solus meorum Port. præfert. Passim enim alibi Livius ita loqui solitus est. Exemplis a Gronovio laudatis addi possunt alia plura. Eadem enim locutio obcurrit II. 47. 'Abundante multitudine freti, subtracta subsidia mittunt ad castra obpugnanda.' c. 65. 'Dum cunctatur consul, virtute militum fretus, loco parum fidens.' Infra VI. 29. 'Videsne tu, inquit, A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Alliam constitisse?' IX. 22. 'Multitudine freti castra eodem, quo antea, loco posuerunt.' X. 32. 'Hac velut latebra insidiarum freti Samnites ad stationem Romanam perveniunt.' XXI. 49. 'Memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum freti, et militum multitudine ac virtute.' XXXVIII. 1. 'Deinde, paucitate parum freti, parem priori numerum adjecerunt.' XL. 47. 'Sciscitaremur, qua tandem re fretus arma nobis inferres.' Vide Gronov. etiam ad VI. 13. § 1. Fatendum tamen, VI. 31. § 6. quem locum etiam Rhenanus laudavit, in plerisque codd. quidem *discordia hostium fretus* exstare, in optimis tamen *discordiæ* superesse.

Quod victoris populi exercitum adversus victos duxisset] In scripto codice non legitur *exercitum;* quare suspicor *duxisset* mutandum in *dux esset.* Rhen. Borb. Voss. Chifl. ignorant τὸ *exercitum.* Helm. *Quod victoris populi adversus victos dux esset.* Prorsus ut conjecerat Rhenanus. Hoc igitur recipiendum. *J. F. Gron.* Si cui vulgata lectio verior esse videatur, *duxisset,* quod Donjatio displicebat, positum erit pro *duceret.* Quod neque Nostro, neque purgatissimis aliis scriptoribus insolens esse, evicit Gronov. ad XXXIV. 11. § 2. Mihi tamen etiam mendæ suspecta est, quod meorum meliores Leid. uterque, Harl. et Klockian. ut et Lov. 1. 2. 4. 5. vocem *exercitum* non agnoscant. Eamdem non agnoscit etiam Flor. in quo a m. sec. *victoris populi* male mutatur in *victores populos.* Vocem *exercitum* autem a librariis additam esse, illud etiam indicio esse potest, quod non eodem loco in illis codd. qui admittunt, ponatur: nam *quod exercitum victoris populi* est in Harl. 2. *quod ex-*

ercitus victoris populi in Port. Pnto itaque non male Rhenanum conjecisse, pro duxisset insuper scribendum dux esset, legendumque esse quod victoris populi dux esset: quod etiam in contextum recepi, quum in Ms. eamdem lectionem sibi obviam fuisse Gronovius testetur, mihique in Lov. 4. obcurrerit. Ita sæpe librarii duas voces in unam junxerunt, et unam contra in duas diviserunt. Tali errore nonnulli codd. dux erat, pro duxerat, præferunt in Epit. Liv. lib. CXXIX. Vide similia alia ad I. 47. § 9. et ad XXIII. 29. § 16. Præterea adversus, pro adversum, non modo Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. verum etiam omnes, quos vidi, inpressi usque ad Jac. Gronovium, qui adversum edidit, eamdem lectionem postea etiam recipiente J. Clerico. Sed alterum revocavi. Vide ad Liv. Epit. lib. XLVII. Mox neglegenter, pro negligenter, Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4.

§ 7 *Ergo fortuna, ut sæpe alias, virtutem est secuta*] *Tergo fortuna* Leid. 1. Sed prima litera initio vocis adhæsit ex fine præcedentis *esset*. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Tum *ut spes alias* Lov. 3. Vide ad VII. 7. § 6. Τὸ *est* insuper abest a Lov. 5. Port. et Hav.

§ 8 *Primo prœlio, quod ab Sempronio incaute inconsulteque commissum est, non subsidiis*] J. Perizonius in margine Livii monuit, distinctionem mutandam, atque ita interpungendum esse : *virtutem est secuta primo prœlio, quod ab Semp. inc. inconsulteque comm. est. Non subsidiis*. Ceterum *a Sempronio* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Port. Gaertn. et Hav. cum priscis edd. Aldina antiquioribus. Deinde *inconsultoque* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 5. Harl. 1. et Lipsiens. idque voluisse videtur librarius Klockian. qui per errorem dedit *incommissoque consultum est*. In cod. Flor. a m. pr. scriptum fuisse excerpta ejus testantur *incauto inconsulteque*, ex eo autem postea *incaute* factum esse. Supra III. 40. 'Quum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset.' Auctor ad Herenn. III. 5. 'Ne Deos quidem esse auxilio iis, qui se inconsulto in periculum mittant.' Alibi etiam, ubi nunc *inconsulte* editur, modo quidam codd. modo typis inpressi vetustiores *inconsulto* præferunt. Vide ad Livii II. 37. § 6. et Cortium ad Sall. Cat. c. 42. Mox *non equitate*, pro *non equite*, Harl. 1. An voluit librarius *non equitatu apte locato?* Sed in vulgatam consentiunt omnes reliqui.

§ 9 *Clamor indicium primum fuit*] Pal. 2. *clamor deinde primum fuit ind.* Diodorus l. XVII. p. 568. Αἱ δὲ παρ' ἀμφοτέροις δυνάμεις ὑφ' ἕνα καιρὸν συνηλάλαξαν. *Gebh.* Eamdem lectionem ex meis solus agnoscit Hav. Reliqui omnes a vulgata scriptura non recedunt.

Quo res inclinatura esset] Scribe *qua res inclinatura*. Nam hoc adverbium usurpat Livius, sicut et *eadem*. Rhen. Pall. 1. 3. et Camp. ed. *qua res*. Gebh. *Qua* etiam Flor. Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. in quo a m. posteriori inter versus adscriptum erat *quo:* sed *quam* præferunt Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. et Lipsiens. Supra I. 27. 'Quo postquam fuga inclinavit.' VII. 32. 'Eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant.' Ceterum *inclinata* Lipsiens. in contextu, pro quo *inclinatura* emendatur in marg.

Ab hoste sublatus, ab Romanis dissonus, inpar, segnis, sæpe iteratus] In Ms. volumine est *segnius sæpe iteratus*. Rhen. Pall. 1. ac 3. *segnius sæpe iteratus*. Neque alterat Campani ed. *Gebh. Ab hostibus sublatus* Harl. 2. Deinde *a Romanis* Lov. 5. Port. et Gaertn. Tandem *segnius sæpe iteratus* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn.

Port. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. Id etiam verius esse videtur. Non enim 'sæpe iteratus clamor' pavorem animorum in exercitu Romano ostendit, sed potius alacritatem militum, de felici eventu non desperantium; qui, ubi fortiter resistentes hostes victoriam dubiam faciebant, novo inpetu in eos euntes etiam clamorem renovare soliti fuerunt. Supra II. 65. 'Restitere primo obstinatis animis: deinde, ut in obtinentes locum vires ferebant, audent ultro gradum inferre, et clamore renovato commovent aciem: tum rursus inpetu capto enituntur, atque exsuperant iniquitatem loci.' IX. 35. 'Stantes et expositos ad ictus quum jam satis nihil tegeret, quosdam etiam pedem referentes, fluctuantemque et instabilem aciem redintegrato clamore strictis gladiis hastati et principes invadunt.' c. 40. 'Quum ex parte utraque circumvasisset aciem, et ad terrorem hostium legiones Romanæ redintegrato clamore intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus cœpta.' Huc refer, sæpius Livium, ut indicaret hostes facili victoria superatos esse, narrare eos 'primo inpetu et clamore,' vel 'primo clamore et inpetu' pulsos esse, eos ne 'primum' quidem 'clamorem' Romanorum sustinuisse. VI. 4. 'Ad Cortuosam nihil certaminis fuit: inproviso adorti, primo clamore atque inpetu cepere:' ubi alia vide. Contra in ancipiti prœlio 'non iterati clamoris' mentio fit; et eo ipso pugnam quam maxime ancipitem fuisse probatur, quod clamor non fuerit iteratus. VIII. 38. 'At, Hercule, illo die ab hora diei tertia ad octavam ita anceps dicitur certamen stetisse, ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit, neque signa promota loco retrove recepta, neque recursum ab ulla sit parte.' At contra omnino pavoris signum erat, quod 'clamor,' licet 'sæpe,' attamen 'segnius iteratus fuerit.' Eam itaque lectionem in contextum recipere non dubitavi.

Iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum. Eo ferocior] Post *iteratus* colon ponendum puto. Deinde legendum, *Quo majorem incerto clamore Romanus prodidit pavorem animorum, eo ferocior illatus hostis, &c.* Atque ita quidam habent libri. Alioqui enim, si *Romanus* omittitur, ut facit Aldinus codex, sensus est, clamor incerto clamore prodidit pavorem animorum. *Glar.* Suspectam habeo hanc dicendi formam, 'Clamor dissonus incerto clamore prodidit pavorem;' malimque legi, *incerto tenore.* Ut c. 10. 'Quinque consulatus eodem tenore gesti:' et VIII. 38. 'Fremitus æqualis, tenorque idem pugnæ.' *Sigon.* Recte Sigonius monuit de vitio. Quæ est enim hæc forma dicendi? 'Clamor incerto clamore prodidit.' Reponit igitur ipse *incerto tenore.* Ad sententiam, recte: ad scripturam, sane quam licenter. Arbitror verius *incerto clangore.* Lipsius, Antiq. Lect. IV. 15. Florus IV. 2. 'Elephanti consternati subito clangore.' Sed de tubis ibi sermo et signis classici; ut etiam apud Latin. Pacat. in Theod. Paneg. 'Ingentiumque lituorum clangor.' Lego *sonore*, vel *clarore*, vel *canore.* Petron. c. 5. 'bella truci memoranda canore.' *Klock. Incerto clamore prodidit pavorem* Pal. 1. ac 2. Nam Pal. 3. *incerto pavore clamore prodidit pavorem.* Sigonius rescribere ausus, sed præter libros, *incerto tenore prodidit.* Ego, si mei juris esset Livius, illud *incerto clamore* prorsus ei adimerem; forsan etiam voces tres sequentes, tamquam supervacuas, et a margine in contextum admissas. Imo spurium quid etiam mihi adhuc videtur dictio 'sublatus.' De uniformi et forti virorum clamore, ut etiam de infracto et dissono paventium, multa posui in Discursu ad Tacitum XII. *Grut.* Mira illa locutio doctis accidit, 'clamor

incerto clamore prodidit pavorem.' Et, ut verum fatear, mihi satisfacere non potest vulgata hæc lectio, neque ipse Sigonius conjectura sua *incerto tenore prodidit pavorem.* Quid enim hic 'tenor?' Cui si omnia concessero, epitheton 'incertus' adplicari per analogiam nequit. Offendit hunc nodum quoque Camp. sed audaci exemplo secuit, *segnius sæpe iteratus, incertus prodidit pavorem.* Non ita versemur literas, illasque temeritate nostra affligamus. Pal. 3. præfert, *incerto pavore clamore prodidit pavorem.* Hæsitans de veritate lectionis librarius utrumque in contextum retulit. Forte verum est *incerto pavore prodidit pavorem;* ex pavidi atque incerti clamoris inæquabilitate enituisse pavorem animi. Lipsius Antiq. Lect. IV. 15. legit *incerto clangore.* Gebh. An non inter tot divinationes et nostræ aliquod fuerit? ea est *tenore.* T. Faber. *Clamor sublatus dissonus incerto clamore* non potest non esse suspectum, etsi nihil scripti juvent. Sigonius *incerto tenore.* Lipsius *incerto clangore.* Gruterus duo vocabula delet, ut et ante *sublatus.* Sed ille hac re nimius. Lipsianum si cui placeat, non repugno. Veniebat tamen in mentem *incerto languore.* Non enim incommode 'languidum excitato' componitur. X. 36. 'Segnis pugna clamore incerto atque impari cœpit.' Forte *dissonus, impar, segnis, sæpe iteratus, incertus, prodidit.* J. F. Gron. Ipsæ literæ videntur dictare *incerto etiam ore.* Jac. Gron. *Clangore* conjiciebat Lipsius Ant. Lect. IV. 15. Deinde de Milit. Rom. IV. Dial. 2. hunc locum laudans molesta hæc verba omisit, quasi delenda putavisset.' *Duk.* Lectionem, quam Glareanus probavit, male Rhenano adtribuit Doujatius. Eam non alibi, quam in edd. Ascensii annorum 1513. et 1516. reperi. Sed trium vocum *quo majorem* et *Romanus* nulla in scriptis codd. superest, quare eas nolentis Livii verbis interponere insignis est audaciæ. Ascensio autem hoc potius, quam alio modo, locum, sine dubio corruptum, interpolandi ansam dedisse videntur voces sequentes 'Eo ferocior,' quasi illæ necessario requirerent, ut *quo* cum alio comparativo præcedere debuerit. Verum ibi 'Eo ferocior,' pro 'ideo ferocior,' commodo sensu accipi potest. Vide ad I. 11. § 8. Lipsii conjectura *incerto clangore* proxime ad vulgatum accedit. Et solent etiam librarii has voces invicem commutare. Vide Nic. Heinsium et Burmann. ad Nason. Metam. XII. 528. Quo minus tamen placere possit, ea ratio obstat, quod Livius illo vocabulo non de sono vocis humanæ, sed animalium, uti soleat. Ita de aquila I. 34. 'Aquila, suspensis demissa leniter alis, pileum aufert; superque carpentum cum magno clangore volitans rursus capiti apte reponit.' De anseribus V. 47. 'Anseres non fefellere. Namque clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius,' &c. At *incerto tenore*, quod Sigonio et Fabro in mentem venit, nisi nimium a vulgata scriptura discederet, omnino recipiendum putarem. Id enim non modo huic loco convenit, sed et passim Livius voce 'tenor' delectatus videtur. Ita II. 42. 'Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus, uno velut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus, habitum.' V. 5. 'Brevis enim profecto res est, si uno tenore peragitur.' VII. 32. 'Semper ego plebem Romanam militiæ domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque, æque tribunus ac consul, eodem tenore per omnes deinceps consulatus, colo atque colui.' c. 40. 'Eodem tenore duo insequentes consulatus gessi, eodem hæc imperiosa dictatura geretur.' XXII. 37. 'Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse, atque uno tenore, ex quo in amicitiam

populi Romani venit, fidem coluisse.' xxxvii. 57. 'M. Cato ante alios testes conspiciebatur, cujus auctoritatem, perpetuo tenore vitæ partam, toga candida elevabat.' xl. 12. 'Ut et hoc, quod jam, quale sit, scies, suspectum alio vitæ nostræ tenore faceret.' xli. 15. 'Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire.' xliv. 13. 'Attalum fratrem ejus et remansisse apud consulem, et sinceram ejus fidem æquali tenore egregiamque operam in eo bello fuisse.' Apud alios etiam frequenter occurrit. Vide viros doctos ad Val. Max. i. 1. ex. 8. ii. 7. ex. 14. et vii. 3. ex. 7. Ita sensus erit clamorem sublatum, segnius sæpe iteratum fuisse incerto tenore. Nondum tamen per omnia hæc lectio satisfacit, uti neque pleræque aliorum conjecturæ, inprimis non illa Gebbardi *incerto pavore prodidit pavorem;* ut nec illæ, quas Klockius protulit. Certiores itaque codd. exspectandos existimo.

§ 10 *Altera ex parte nutant circumspectantibus galeæ*] Pall. tres *micant* elegantissima dilogia. Dicit enim a Volscis micare gladios, id est, stricturis fulgoribusque præstringere aciem oculorum. Ast ex parte altera Romanis micare circumspectantibus galeas, hoc est, tremere circumacto nutu cristas. Vel micare hostibus Volscis gladios in perniciem: at Romanis saltem galeas fulgere ac micare, conditis gladiis sine peste hostium. Campan. edidit *mutant circumspectantibus galeæ.* Gebh. *Micant* etiam Voss. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. et Hav. *micavit* Lov. 5. Alibi sæpe hæ voces in Mss. confunduntur culpa librariorum. Vide Modium et N. Heinsium ad Silii i. 460. et Burmann. ad Ovidii Metam. iii. 108. Quemadmodum hoc loco gladii dicuntur 'micare,' galeæ autem 'nutare,' ita etiam apud Silium xvii. 392. 'Ibat Agenoreus præfulgens ductor in ostro, Excelsumque caput penna nutante levabat Crista rubens: sævus magno de nomine terror Præcedit, Latioque micat bene cognitus ensis.' Potest tamen ibi 'nutans' accipi quasi proprium epitheton galeæ sive cristæ, ut etiam apud eumdem i. 525. 'Direptumque decus nutantum in cæde jubarum.' Hic vero nutatio galeæ pavorem militis indicat. Tum *circumstantibus* Lov. 2. Mox *adplicant se turbæ,* sine conjunctione *que,* est in Port.

§ 11 *Signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos*] *Non,* pro *nunc,* utroque loco præfert Hav. priori vero *tunc* legit Lipsiens. Deinde *deferuntur* Leid. 2. Lipsiens. et edd. antt. Frobenio priores. *Deferruntur* Lov. 1. cui errori similitudo literarum ſ et *f* caussam dedit. Similiter lapsi erant primi editores hoc lib. cap. 46. § 6. Eodem modo *conſertus* et *confertus* confundi solent. Vide ad xxii. 28. § 10. *Differuntur* est in Hav. qualem varietatem etiam Nic. Heinsius invenit in Mss. Claudiani in Rufin. ii. 200. Tum *ab antesignariis* Leid. 2. Gaertn. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 47. § 2. Denique, *inter suos maniplos* se in duobus Pall. invenisse, monuit Gebhard. ad Liv. ii. 39. § 7. quod mihi etiam in Lov. 3. obvium fuit. Sed nostri reliqui *manipulos* tuentur. Vide ad iii. 56. § 4.

Tegi magis Romanus, quam pugnare. Volscus inferre signa] Pal. 3. *Vulsci instrare signa.* Gebh. *Volscos* Hav. *Volsci* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et priscæ edd. ante Aldum. Si meliores codd. in eam scripturam consentirent, Livius, ut alibi sæpe, ita etiam hic numeri varietatem *Romanus, Volsci* captasse videri posset, de quo vide ad xxxv. 40. § 6. Sed quum ii omnes vulgatum tueantur, id etiam mutandum non videtur. Præterea *regi magis* Lov. 2. pro varia

lectione in marg. quomodo sæpe librarios lapsos esse, videbimus ad XXXVII. 11. § 3. ita *regimen*, pro *tegimen*, in quibusdam codd. est hoc lib. c. 39. § 3.

Plus cædis hostium videre, quam fugæ] Vox *hostium* in Port. aberat a m. pr. sed a m. altera deinceps datum est *plus hostium cædis videre*. Præterea *quam fugere* Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. et Hav. Id inde natum est, quia librarii scriptum crediderunt *fug'e*. Vide ad Liv. XXXIV. 27. § 9.

CAP. XXXVIII. § 1 *Jam in omnibus locis ceditur*] Emenda *Jam omnibus locis ceditur*. Rhen. Pall. omnes *Jam in omnibus locis ceditur*. Gebh. Similiter præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C.

Nequidquam Sempronio consule objurgante atque hortante] Monstrum verbi Pal. 3. alit *nequiquam Semp. consule obmergante*. Gebh. *Nequiquam* Flor. et Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Deinde *atque orante* Lov. 2. Lipsiens. Port. et, teste Hearnio, Oxon. L. 1. et C. Alibi sæpe *orans* et *hortans* inter se confunduntur. Vide ad XXX. 7. § 7. Et quidem tanto facilius, quod sæpe omissa adspiratione scriptum sit *ortans*, pro *hortans*. Ita sane *ortante* exhibet hoc loco Leid. 1. Vide hoc cap. § 4. Sed *hortante* hic servandum. Infra enim de Sempronio Tempanius testatur cap. 41. ‘Vidisse autem se, priusquam ab acie intercluderetur, consulem in prima acie pugnantem, adhortantem, inter signa Romana telaque hostium versantem.’

Nihil nec imperium nec majestatis valebat] Iterum σφάλμα. Alioquin est in omnibus *nec majestas valebat*. Gebh. Illud *majestatis* errore operarum inrepsit in edd. Gruterianas. Quod, licet interim in Blaviana 1633. emendatum fuerit, Elzeviriana tamen, quæ eam biennio post secuta est, perperam revocavit. Ceterum *nihil tum imp. nec majestas* Lov. 5. Harl. 2. et Hav. *nihil tum imp., vel majestas* Lov. 4. Male. Vide ad III. 26. § 5.

§ 2 *Decurio equitum, labente jam re, præsenti animo subvenisset*] *Labante jam re* legendum esse, Gronovius monuit ad Præfat. § 9. Omnes mei constanter editam lectionem exhibent, nisi quod male *dec. eq. labentem jam se* præferat Lipsiens. *equitem* etiam est in Lov. 1.

Ut equites, qui salvam rempublicam vellent esse, ex equis desilirent] Vox *vellent* perperam omittitur in Voss. 2. Deinde quum errore operarum in ed. Sigonii a. 1555. datum esset *salvam rem. vellent esse*, pro *remp.* in illis quæ postea ejus nomine vulgatæ sunt, excusum est *salvam rem vellent esse*. Præterea *dissilirent* Port. Lov. 2. et Lipsiens.

§ 3 *Velut ad consulis imperium motis*] Ultima vox negligentia scribarum deficit in Gaertn. et Hav. *velut a consulibus imp. victis* sine sensu est in Lov. 5.

Nisi hæc, inquit, armata cohors sistat inpetum hostium] Melius Pall. duo *sistit*: Pal. 2. autem cum Campano *sistet*. Gebh. Legendum esse *parmata cohors*, probant illa paulo post seqq. c. 39. ‘Ut parmatis, novæ cohorti hostium, locus detur:’ ‘Parmata’ autem, ut ‘cohors cetrata,’ ‘togata,’ ‘scutata.’ *R. H. Schelius* ad Hygin. et Polyb. de Castram. Rom. p. 1280. Cur hæc magis, quam alia, *armata?* Scribe cum R. H. Schelio, cujus morte nuper irreparabile damnum literæ fecerunt, *parmata cohors*. Sequitur enim c. 39. ‘Ut parmatis, novo cohorti hostium, locus detur.’ *J. F. Gron.* Alibi etiam ita peccarunt librarii. Vide ad Liv. XXV. 18. § 15. Eam emendationem firmant etiam verba hoc cap. ‘Eo se inferunt objectis parmis.’ Equitum autem ‘parmas’ fuisse, docet Lipsius de Milit. Rom. III. Dial. 7. *Sistit*, quod Gebhardus probat, etiam obferunt Flor.

Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. quod idem a m. sec. cum Lov. 4. Harl. 2. et Hav. *sistet* præfert. Tum *Ni hæc* Lov. 3. *Ubi hæc* Lov. 5.

Nec peditibus esse pedites pares] *Neque peditibus* Hav. et vetustæ, quas vidi, edd. Quomodo legendum esse, existimasse videntur librarii, quod præcesserit 'neque equitibus.' Sed vide ad Livii IX. 9. § 14. Præterea, trajectis vocibus, *peditibus esse pares pedites* Harl. 2. Hav. et Lov. 4. *pedites esse peditibus pares* Lov. 5.

§ 4 *Quum clamore comprobata adhortatio esset*] Pall. 1. ac 3. *abhortatio*. Pal. 2. *cohortatio*. Diodorus l. XVII. Ὁμοῦ δ' ἦν κατὰ τὰς ἐν τοῖς ἀγῶσι συμπλοκὰς μυγμὸς, καὶ βοὴ, καὶ παρακλευσμός. Recte ergo habet τὸ *adhortatio*. Gebh. *Clamore approbata* antiquiores typis inpressi usque ad Aldum, qui primus dedit *clamore comprobuta*. Et ita etiam omnes manu exarati, nisi quod *clamore probata* præferat Hav. Vide ad v. 9. § 7. Præterea *abortatio* Lov. 3. *abhortatio* Voss. 2. Vide ad III. 21. § 7. *cohortatio* Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. Reliqui stant pro vulgato, nisi quod sine adspiratione *adortatio* sit in Lipsiens. et Leid. 1. Vide hoc cap. § 1.

Quacumque incedunt, vi viam faciunt] Pal. 1. *ibi viam faciunt*. Pal. 3. *incendunt, viam faciunt*. Campanus *in viam faciunt*. Ceterum vulgata auctorem habet Pal. 2. et Andreæ ed. *Gebh. Quacunque incendunt* etiam fragm. Hav. a m. pr. eodem errore, quo 'accedere' et 'accendere' in Mss. commutari solent. Vide ad XXIII. 46. § 2. Tum *incedunt, ibi viam faciunt* Voss. 2. et Lov. 3. *incedunt, viam faciunt* Port. a m. pr. neglecta voce *vi*, quæ a seq. vocabuli prima syllaba elisa est. Eadem etiam deest in Lipsiens. contextu, et demum a m. sec. margini adscripta est. Vulgatum rectum est. Virgil. Æneid. II. 494. 'Fit via vi: rumpunt aditus, primosque trucidant.' Id ἀνὰ κράτος βιάσασθαι πάροδον vocat Plut. in vita Flaminini p. 370. Ἔγνω προσβαλὼν ἀνὰ κράτος διὰ τῶν ἄκρων βιάσασθαι τὴν πάροδον. *Statuit per montium juga vi viam aperire*. Mox *subjectis parmis*, pro *objectis p.* Flor. sed litera sibilans postea a m. altera erasa est.

Ubi suorum plurimum laborem vident] *Suor~n plurium laborem* Lov. 3. quomodo etiam codd. scripti variant hoc lib. c. 35. § 2. *suorum plerum laborem* Gaertn. Præterea trajectis vocibus *plurimum suorum laborem* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. *suorum laborem plurimum* Harl. 2. et Hav.

§ 5 *Restituitur omnibus locis pugna, in quæ eos inpetus tulit*] Pall. 1. ac 3. et Andreæ ed. *restituunt omnibus locis pugnam*. Gebh. *Restituunt omnibus locis pugnam, in quam* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *restituunt omnibus locis pugnam, qua* Lov. 3. *restituunt omnibus locis pugnam, in quæ* edd. principes usque ad Aldum, a quo illud promanavit, quod vulgo exstat. *Restituunt* etiam habet Leid. 1. a m. pr. Deinde *in quem eos impetus* Leid. 2. a m. pr. *in quam eos impetus* Lov. 2. *uiq; eos impetus* Lov. 4. *in qua eos impetus* Lov. 5. *inque eos inpetus* Harl. 2. Mox *ne dubium*, pro *nec dubium*, Harl. 1.

Obire omnia possent, terga daturi hostes fuerint] *Omnia obire* Harl. 2. et Hav. *omnia objicere* Lov. 4. *obicere omnia* Lov. 2. 5. Lipsiens. Gaertn. Port. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. Præterea *daturi hostes fuerunt* Gaertn. *daturi hostes ferūt* Leid. 2.

CAP. XXXIX. § 1 *Et quum jam parte nulla sustinerentur, dat signum Volscis imperator*] An *Volscus?* Sic Helm. et Voss. uterque, et Rott. *J. F. Gron. Vulscus*, sive *Volscus*, non modo ex meis, præter Voss. 2. a Gronov. laudatum, (nam ex Voss. 1. in excerptis meis nihil varietatis notatum video,) præferunt Flor. Leid. 2. Lov. quin-

que, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Klockian. Hav. et fragm. Hav. atque ex Hearnii Oxon. codd. B. L. 2. et C. verum etiam omnes inpressi usque ad ultimam Gruteri, quæ prima *Volscis* exhibuit. Conjecturæ Gronovianæ favet etiam Gaertn. in quo *Volscos* scriptum erat. Priscam itaque lectionem *Volscus* reduxi, licet Leid. 1. de quo excerpta nihil monent, Gruteri lectionem *Volscus* habuisse videatur. Præterea *jam nulla parte sustinerentur* præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Voculam *jam* omiserunt Lov. 2. et Lipsiens. quorum prior etiam præfert *dat signa.*

Ut parmatis, novæ cohorti hostium, locus detur] Voces *ut parmatis* exsulant ab Hav. Deinde *parmatis novæ cohortis* fragm. Hav. a m. pr. Sed *parmatis novæ cohorti* dictum est per adpositionem: tota enim illa cohors constabat ex parmatis, neque alii parmati in exercitu erant, quam hi novæ istius cohortis milites.

Donec inpetu inlati ab suis excludantur] Scio quid scribat Gronov. Observ. II. 8. Dubito tamen, an hic potius legendum sit *inpetu elati*, id est, longius progressi, quam ut ad suos recipere se possent. Nam qui impetu inferuntur, non statim ab suis excluduntur, quod hic factum dicit Livius. Ita III. 5. 'Furium legatum longius extulit cursus, nec suos ille redeuntes persequendi studio, neque hostium ab tergo incursum vidit: ita exclusus.' IV. 29. 'Messium impetus per stratos cæde hostes cum globo fortissimorum juvenum extulit ad castra Volscorum.' *Duk.* Verba *donec inpetu inlati ab suis exclud.* deficiebant in Leid. 2. et Lov. 1. *impetu illato* habent Voss. 2. et Lov. 3. Verum non tam 'inpetus infertur,' quam homines dicuntur 'inpetu inferri,' et 'inpetu inlati esse.' Liv. II. 14. 'Adeo concitato inpetu se intulerant Etrusci, ut funderent ipso incursu Aricinos.' Dicuntur etiam 'inferre se in aliquem,' vel 'alicui.' Vide ad III. 5. § 7. *Impetu illatis a suis* Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. et Port. a m. pr. quasi sensus esset, parmatam hanc cohortem excludendam esse ab suis inpetu inlatis. Quum contra Livius voluerit, ipsis parmatis, qui se inpetu inferebant, viam dandam esse, donec eo progressi essent, ut a suis excludi possent. Supra enim dixit cap. præc. 'Eo se inferunt, objectis parmis, ubi suorum plurimum laborem vident: restituitur omnibus locis pugna, in quæ eos inpetus tulit.' Denique *a suis excludantur* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *excludantur ab suis* Harl. 2. et Hav.

§ 2 *Interclusi equites quum nec prorumpere eadem, qua transierant, possent*] Vitiatus locus est. Tu expunge *cum* adverbium; et loco verbi *prorumpere*, *perrumpere*, pro *possent* scribe *posse*. Ut legas quemadmodum est in archetypo Wormaciensi, nimirum hoc modo: *interclusi equites nec perrumpere eadem, qua transierant, posse.* Expone, *Quod ubi est factum, interclusi equites,* (subaudi 'sunt,') *nec perrumpere eadem, qua transierant, posse,* id est, poterant. Hic vides duo loci adverbia *eadem* et *qua* eleganter conjuncta. *Rhen.* Τὸ *quum* in nullo codice inveni; ut nec in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Deinde *prorumpere* tantum est in Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. in quo *prerumpere* fuerat a m. pr. Vide mox ad § 4. Præterea *possent* habent Voss. 1. in marg. Leid. 2. Lov. 1. Oxon. Hearnii C. et Neapol. Latinii. *possunt* Harl. 2. Port. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Quæ lectio nata est ex eo, quod librarii locutionem per infinitivum conceptam non intellexerint. Vide ad I. 50. § 5. Emendationem Rhenani probant etiam Gebhardus ad I. 12. § 1. et Gronovius ad VI. 27. § 10. Insuper *qua transiverant* præfert Harl.

2. et paullo ante, transpositis dictionibus, *Quod ubi factum est* Lov. 2. Lipsiens. et edd. ante Aldum. Denique *eadem, qua,* quemadmodum *ea, qua* vi. 24. 'Volsci, qua modo simulato metu cesserant, ea in veram fugam effusi:' ubi plura vide.

Ibi maxime confertis hostibus] *Ibi maximis conf. host.* Harl. 2. *ibi maxime confeceris hostibus* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 3 *Cum quo tegumen modo omnis exercitus fuerat*] Malim, ut in vett. libris est, *cum, quod teg. modo, &c.* Sigon. Sigonius quomodo defensurus sit lectionem suam *cum quid teg. modo,* nescio. Vulgata lectio optima procedit sententia. Nihilominus Pall. tres omittunt vocabulum *exercitus.* Gebh. Quemadmodum Sigonius legendum contendit, non modo omnes scripti, (excepto solo Lov. 3. in quo est *cumque,*) sed et omnes excusi, quos videre contigit, constanter præferunt. Gebhardo autem, ut crederet Sigonium *cum quid* legendum censuisse, fraudi fuit ed. Gruteri, in qua operarum errore ita editum obcurrit. Ceterum *tegmen* est in Voss. 2. et Harl. 2. *tegimen* in Leid. 2. Lov. 1. Lipsiens. Port. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Vide ad xxxvi. 32. § 6. *regimen* Lov. 4. et 5. eodem errore, quo *regi* et *tegi* sæpe confundi solent. Vide ad xxxvii. 11. § 3. Denique *quod tegumen,* vel *tegimen omnibus fuerat,* duabus vocibus omissis, Port. et Hav. *quod tegumen montibus fuerat* Gaertn. et Lov. 2. *quod regimen modo omnibus fuerat* Lov. 4. *quod regimen modo omnis fuerat* Lov. 5. *quod tegimen modo omnis fuerat* Lov. 3. et Lipsiens. In verbis seqq. *extendunt in quemc.* pro *tendunt in quemc.* Lov. 4. Vide ad xxviii. 8. § 2. In præcedd. *consul,* pro *et consul,* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480.

§ 4 *Hinc consulem ac legiones sustinere*] Pal. 3. *consulem has legiones subst.* Campani ed. *atque legiones.* Gebh. Omnes mei in vulgatam lectionem conspirant, nisi quod unus Gaertn. præferat *hinc consulem ac legionem sustinere.* Præterea *legiones subsistere* Lipsiens. quod, si plures consentirent codd. Livio non indignum foret. Ita enim jam locutus est i. 4. 'Non feras tantum subsistere, sed in latrones præda onustos inpetum facere.' ix. 31. 'Romanum nec acies subsistere ullæ, nec castra, nec urbes poterant:' ubi male alii codd. dederunt *sustinere.* Mox *instantes Tempanio,* pro *instare Temp.* Port. a m. pr. *instare Tempanius atque equites* Lov. 4. *et altera fronte instare Tempanio atque equi* Lov. 5.

Nequissent perrumpere ad suos] *Prorumpere* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quomodo etiam paullo ante erratum fuit in vetustis edd. et nonnullis Mss. hoc cap. § 2. et cap. seq. § 3. et § 8. c. 41. § 5. iii. 18. § 8. xxxi. 46. § 15. vii. 24. § 7. et alibi. Compendium, quo utraque vocula *per* et *pro* scribi solet, librariis errandi caussa exstitit. Vide ad ix. 9. § 7.

In orbem se tutabantur, nequaquam inulti] *Sese tutabantur* Voss. 1. et Leid. 2. *in orbem se turbantur* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Sed 'tutari se in orbem,' ut 'defendere sese in orbem' xxviii. 33. 'Quum diu in orbem sese stantibus equis defendissent.' 'In orbem pugnare' dixit ibidem c. 22. 'In orbem pugnantes ad unum omnes occidit.' Deinde *nequaquam multi* Lov. 3. et quædam ex priscis excusis, solito errore. Vide ad iii. 38. § 3.

§ 5 *Consul quoque nusquam remisso certamine*] *Consul quæque* Harl. 1. Tum *nullo remisso cert.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Male. Vide ad iii. 42. § 4. *nusquam revulso cert.* Lov. 4. et 5. *Remisso certamine* est 'relaxato.' xxxv. 5. 'Partim labore, partim metu remisisse ardorem pugnæ.' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 60. § 3. Ita

'animum remittere' est XXXII. 5. 'Simul animos corporaque remiserant.' Et hoc sensu id verbum etiam accipiendum in locutionibus, 'pestilentia,' 'dolor remittit;' de quibus vide ad II. 34. § 6.

Dum quidquam superfuit lucis, hostem tenuit. Nox incertos diremit] *Dum quidq. sup. luminis* edd. quas consului, principes, Aldo priores: is enim *lucis* substituit, concinentibus omnibus manu exaratis. Alterum natum est ex glossa. Infra VII. 34. 'Ite mecum, ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis præsidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus.' XXXV. 30. 'Quoad lucis superfuit quidquam, deviis callibus medio saltu se recipiebat.' Deinde *superfluit* Lipsiens. At vulgatum probum esse, loca laudata Livii docent. 'Fluit' et 'fuit' alibi errore scribarum commutantur in membranis antiquis. Vide ad XXXV. 29. § 9. Præterea *incertos dirimit*, pro *inc. diremit*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Infra IX. 23. 'Non cædes, non fuga alterius partis, sed nox incertos, victi victoresne essent, diremit.'

§ 6 *Tantusque ab inprudentia eventus utraque castra tenuit pavor*] Sola Andreæ ed. custodit hanc lectionem. Alias Pall. tres et Campani ed. *ab imprudenti eventu*. Gebh. *Ab imprudenti eventu* etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Lipsiens. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. L. 1. N. et C. et Neapol. Latinii. *ab imprud. ventu* inperite divisis vocibus Leid. 1. *ab impendenti eventu* Gaertn. Sed vulgatum, quod Flor. Harl. 1. Klockian. et Voss. 1. servant, (in cujus tamen posterioris margine *eventu*, pro *eventus*, pro varia lectione adscriptum erat,) unice verum est. *Ab inprudentia eventus*, id est, quod eventum prœlii nescirent. Vell. Pat. I. 13. 'Non tamen, puto, dubites, Vinici, quin magis pro republica fuerit, manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum ea intelligi, et quin hac prudentia illa inprudentia decori publico fuerit convenientior.'

Se in montes proximos reciperent] *In montes proximos se recip.* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Tumulus tamen circumsessus ultra mediam est noctem*] In archetypo Wormaciensi est *ultra mediam noctem est.* Rhen. Ordinem, in quem vocabula fide codicis sui Rhenanus digessit, servant etiam Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. et Harl. 1. Reliqui adhærent alteri lectioni. Insuper *Tumultuatus tamen* Lov. 3. *Tumultus tamen* Lov. 3. et Lipsiens. in contextu. Vide ad XXVII. 9. § 11. *Tumultus tū* Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5.

Quum circumsedentibus nunciatum esset] Pall. 1. et 3. *quod cum circumsed.* Pal. 2. et Andreæ recensio *quo cum a circums.* Gebh. A sexaginta annis sic editum reperio. Cæterum et Mss. omnes et typis expressi usque ad Gryphium et Curionem, *quo cum circums.* J. F. Gron. Videtur editores turbasse diversum genus præcedentis substantivi *noctem*. Sed hoc non novum est. Liv. III. 23. 'Fames postremo inde detraxit hostem. Quo postquam ventum ad extrema est.' XXXIV. 26. 'Jam per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem:' in quo et genus et numerus discrepant: numerus solus XXVII. 50. 'Numquam per omnes dies, ex quo Claudium consulem profectum fama adtulit:' et apud Terent. Heaut. I. 1. 10. 'Annos sexaginta natus es, aut plus eo.' In his deest 'negotio' vel 'tempore.' Adi c. 54. *Duk.* Si demum a sexaginta annis, non tantum usque ad Gryphium et Curionem, sed et diu postea sic editum esse debuit. Et sane eam lectionem reperio in omnibus excusis usque ad Francofurtanam ed. 1578. quæ prima τὸ *quo* omisit. Sed *quod cum circums.* est in Voss. 2. Lov. 3. et Neapol.

Latinii : *quocumque circums.* in Leid. 2. *quo circums.* in Lov. 5. *quo cum circumsed.* in Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. utroque, Port. Klockian. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. *quo cum a circums.* in Hav. Mox *nunciatum est,* pro *nunciatum esset,* exhibet Leid. 2. *denunciatum esset* typis descripti vetustiores ante Aldum. Ceterum, Gronovium priscam lectionem, *quo quum circums. nunciatum esset,* ut Doujatius existimat, probasse, nondum ex verbis ejus colligere potui. Primus itaque eam contextui reddidi, et 'quo nunciatum' accipio eodem modo dictum, quo 'nunciare in urbem,' 'nunciare Romam,' et similia. Vide ad XXV. 12. § 1.

Et ipsi, quo quemque in tenebris pavor tulit, fugerunt] Hæc verba cum quatuor seqq. deficiunt in Gaertn. culpa librarii, cui fraudi fuit vocis *suos* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Tum *et ipsi quacũque in tenebris* habet Leid. 2. et Lov. 1. Sed præpositio *in* non comparet in fragm. Hav. Tandem *fugere* obfert Port. *fugerent* fragm. Hav.

§ 8 *Digressus deinde ipse cum paucis speculatum*] *Deigressus* Lov. 1. *disgressus* Lov. 2. Vulgatum vero *digressus* constanter superest in reliquis, quos consului, scriptis. Neque etiam inpressi dissentiunt, nisi quod quædam Sigonii edd. (prima enim ejus ἔκδοσις cum reliquis facit) *degressus* præferant; quod etiam verum existimo. Tempanius enim et equites, quos secum habuerat, quum sæpe conati nequissent perrumpere ad suos, tumulum occuparunt, in quo ultra mediam noctem obsessi sunt. Inde nunc Tempanius, quum circumsedentes, qua quemque in tenebris pavor tulit, fugisse comperisset, speculatum cum paucis 'degreditur,' descendit. Vide hoc lib. ad c. 17. § 11. In Lov. 1. existimari posset librarius duplicem lectionem *degressus* et *digressus* simul exprimere voluisse. Præterea τὸ *ipse* non adparet in Lov. 2. Mox *a sauciis,* pro *ab sauciis,* Voss. 2. Gaertn. et Lov. 3.

Lætus ab tumulo suos devocat] *Lætos ab tumulo suos* Harl. 1. Vulgatum tamen, in quod reliqui omnes conspirant, verius arbitror. Insuper *a tumulo* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. In verbis seqq. vox *Romana* deficit in Lov. 5.

§ 9 *Quum vasta desertaque omnia*] Voculam *que* ignorat fragm. Hav. a m. pr.

Priusquam Volscos cognitus error reduceret, quibus poterat sauciis ductis secum] *Priusquam in Volscos cognitus error* Voss. 2. et Lov. 3. ac 5. *priusquam Volscus cognitus error* Gaertn. Præterea *sauciis doctis* Gaertn. idem, quomodo alibi errarunt librarii. Vide ad XXI. 27. § 4. *Sauciis dictis* Flor. et Hav. qui etiam error infinitis locis in codd. calamo exaratis obvius est. Vide ad Livii XXXVIII. 43. § 1.

CAP. XL. § 1 *Deplorati erant equites non privato magis, quam publico, luctu*] *Deploraverant equites* Hearnii Oxon. L. 1. *deplorati erant equi* Lov. 4. Deinde *non in priv. magis, quum pub. luctu* Gaertn.

§ 2 *Fabiusque consul terrore urbi quoque injecto*] Pal. 2. *Fabius consul terrore quoque urbi injecto.* Gebh. *Fabiusque consul terrore quoque urbi injecto* Hav. et Harl. 2. Sed vocula *quoque* deficit in Lov. 2. Lipsiens. Port. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr.

Stationes ante portam agebat] Lectio vetus, *stationem ante portas agebat.* Rhen. Ita etiam omnes mei manu descripti.

Quum equites, procul visi non sine terrore ab dubiis, quinam essent] Ita ex Pall. omnibus pro *ac dubiis* legendum esse Gebhardus monuit ad hujus libri c. 31. § 9. Verum non modo eadem lectio in codd. meis superest, nisi quod *a dubiis* habeant Voss. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. sed

etiam omnibus inpressis, solis Gruterianis prioribus exceptis, qui operarum aberratione præferunt *ac dubiis.* Sed eumdem errorem ipse Gruterus in ultima ed. deprehensum sponte emendavit. Vir doctus in margine ed. Curionis legendum conjecerat *ac dubio.* Sed cui bono? *Ab dubiis,* nempe consule ejusque militibus. Ceterum *procul nisi,* pro *proc. visi,* Hav. quod peccatum alibi sæpe in Mss. obcurrit. Vide quæ notavi ad Silii Ital. v. 284. Deinde *qui novi essent* Leid. 2. *quidnam esset* Gaertn.

Mox cogniti, tantam ex metu lætitiam fecere] *Mox cognitis* Leid. ambo, Lov. 1. 4. Harl. ambo, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *tantam ex motu læt.* Hav. Vide ad III. 69. § 2. *tantam læt. ex metu* Lov. 3. Deinde *læt. ferre* Lov. 1. et Hav. Paullo post *salvos victores,* pro *salvos victoresque,* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3.

§ 3 *Et ex mœstis paullo ante domibus, quæ conclamaverant suos, procurreretur in vias*] Primam voculam neglexit Harl. 2. Dein *cum clamaverant* Leid. 1. Lipsiens. in contextu, et Klockian. Vide ad IV. 24. § 7. *comploraverant* Lipsiens. a m. sec. in margine, et priscæ edd. usque ad Aldum, qui *conclamaverant* substituit. Utrumque verbum in hac re proprium ac sollemne est. Ita 'conclamare' obcurrit apud Val. Max. IV. 1. ex. 12. 'Cum interemtum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit.' Vide Kirchmann. de Funer. I. 13. 'Complorare' I. 41. 'Tum demum palam facto, et comploratione in regia orta, Servius voluntate Patrum regnavit.' V. 39. 'Complorati omnes, pariter vivi mortuique, totam prope urbem lamentis inpleverunt.' XXII. 55. 'Quum vivi mortuique per omnes pene domos promiscue complorarentur.' Standum itaque auctoritate codicum scriptorum, qui *conclamaverant* probant. Deinde *percurreretur* Voss. 1. et Leid. 2. Vide cap. præc. ad § 4. *percurretur* Lov. 3. et 5. quum forte *percurr'etur* scriptum fuisset. Vide ad II. 56. § 7. *percurritur* fragm. Hav.

Matres ac conjuges, oblitæ præ gaudio decoris] *Timoris* ostentant Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1. Mox *accurrerent,* pro *occurrerent,* edd. Rom. a. 1472. et Parm. 1480. Vide ad XXIII. 24. § 3.

In suos quæque, simul corpore atque animo vix præ gaudio compotes, effusæ] Lectio vetus, *præ gaudio compote effusæ.* Rhen. Ludicra est Rhenani divinatio *præ gaudio compote.* Ubi non meminit, quorsum prius *corpore* rejiceretur. Vult et corpore et animo effusas fuisse, vix præ gaudio compotes; corpore, quia advenientibus amplexus objecerunt; animo, quia lætitia actæ fere extra decorum, et modum non tenuerint gaudendi. *Gebh.* Rhenanus *compote.* Frustra. Intelligitur enim corpore et animo effusas vix compotes sui. Sed et tam 'compos animo,' quam 'animi,' bene dicitur. Attius Clytemnestra: 'Cur me miseram irrides magnis compotem et multis malis?' *J. F. Gron.* *Animo vix præ gaudio compote effusæ* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Harl. 1. Klockian. et Gaertn. Præfero tamen vulgatum, quod et Gronovius probavit. 'Compos animo' ut III. 71. 'Prædaque ingenti compotem exercitum reducunt.' Sallust. in Fragm. apud Donat. ad Terentii Adelph. III. 2. 12. 'Septimium neque animo neque lingua satis compotem.' Virgil. in Culic. vs. 189. 'Inpiger, exanimis, vix compos mente refugit.' Utrum vero *corpore atque animo* etiam ad sequens *effusæ* referri possit, dubito. Certe N. Heinsius 'compos' absolute dici negat, ideoque mendæ suspectum habebat locum Silii IV. 808. 'Tum vero trepidare metu vix compos Imilce:' et tentabat *trepidare sui vix compos.* Nisi ibi τὸ *sui* subintelligendum sit, quemadmodum id hic etiam

subintelligi debere Gronovius existimat: utrum eorum eligatur, patebit necesse non esse, ut cum viro docto ad marginem ed. Curionis legamus *corpore atque animo, vix præ gaudio sui compotes, effusæ.* Præterea *in suos quoque* Voss. 2. Lov. 4. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. Vide ad XL. 5. § 5. *in suos quamquam* Gaertn. Tum *corpore et animo* Hav. *corpore ac animo* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad X. 36. § 17. Denique *vix compotes præ gaudio*, trajectis dictionibus, Harl. 2. et Hav.

§ 4 *Tribunis plebi, qui M. Postumio et T. Quinctio diem dixerant*] *Tribunus pl.* Lov. 5. Hav. et ed. Parm. 1480. *Tribuni plebis* Leid. 2. Lov. 2. et Lipsiens. *Tribunis plebis* Lov. 1. 3. Harl. 2. Gaertn. fragm. Hav. et edd. omnes usque ad Gronovianam 1678. qui dedit *tribunis plebi*, ut præfert Flor. Deinde vox *diem* deficit in Leid. utroque, *dixerant* in Harl. 2.

Quod ad Veios eorum opera male pugnatum esset] *Opera eorum* alio ordine Lov. 1. et Leid. 2. Tum *pugnatum est* Leid. 1. Lov. 2. 5. Port. a m. pr. Hav. et fragm. Hav. *pugnatum est, etiam occasio* Voss. 1. et Leid. 2. *pugnatum est, et occasio* Lov. 1. Deinde *renovandæ eos invidiæ*, sine præpositione *in*, Hav. *renovandæ invidiæ*, omissis duabus vocibus mediis, Lov. 4. *revocandæ eos invidiæ* Lipsiens. a m. pr. *revocandæ in eos invidiæ* Lov. 2. Vide ad III. 51. § 7.

§ 5 *Proditam Veiis rempublicam esse ab ducibus*] *Proditam remp. Veiis* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *a ducibus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr.

Proditum deinde, quia illis inpune fuerit, in Volscis ab consule exercitum] *Peditum*, pro *proditum*, dederunt alia cogitantes scribæ Leid. 2. et Lov. 1. *illis in pugna fuerit* iidem codd. In Voss. 1. scriptum fuerat *impugne* a m. pr. pro quo deinceps partim *impune*, partim *in pugna* substitutum est. *Illud impune fuerit* Lov. 4. Deinde *a consule* Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn.

Traditos ad cædem fortissimos equites, deserta fœde castra] *Ad ædem* Leid. 2. *ad sedem* Hav. Postea *deserta sede castra* Voss. 2. Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. *deserta fœda castra* Harl. 2. *deserta fortissima castra* Leid. 2. *deserta castra* Lov. 3.

§ 6 *C. Julius unus ex tribunis*] Ita primus edidit Aldus, et omnes etiam præferunt scripti, nisi quod *Q. Julius* fuerit in Port. At Aldina priores edd. quascumque vidi, præferunt *C. Junius*: quod etiam probandum videtur. Alibi enim 'Julii' plebeii hoc tempore non obcurrunt. Et ita etiam legisse videtur Pighius, qui in Annal. ad a. CCCXXX. p. 189. quæ vulgo *C. Julio* hic tribuuntur, tribuit *C. Junio C. F. C. N. Bubulco.* 'Junius' autem et 'Julius' in Mss. commutari, videbimus ad XXIII. 32. § 14.

Tempanium equitem] 'Eques' sane dici potest, qui decurio equitum erat, c. 38. *equitem* tamen hic frigere videtur: et fortassis ab aliquo in margine scriptum fuit. *Duk.*

Coramque eis, Sexte Tempani, inquit, quæro de te, arbitrerisne] *Coramque eo* Lov. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. *coramque ei* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ultima litera τοῦ *eis* elisa est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *coram eis* nempe M. Postumio et T. Quinctio, in quos tribunus hic et collegæ per recens odium Sempronii consulis invidiam renovare volebant. Contra *coramque eis ex te, Tempani* Leid. 2. *coramque eis ex Tempani* Flor. a m. pr. ubi a m. sec. emendatur *ex Tempanio*, quum nihil aliud in scriptura primigenia commissum foret, quam quod ultima litera vocis *eis* interceperit primam proximæ *Sexte*, vel *Sex.* Vide ad XXX. 3. § 8. Prænomen *Sexte* deficit in ed. Rom. 1472. Denique *arbitrarisne* Leid. 1. a m. pr.

C. Sempronium consulem aut in tempore pugnam inisse] Prænomen *Caius* Sempronio tribuitur in omnibus Mss. nisi quod *Gaium* habeant Flor. Leid. ambo, Harl. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. Contra *Aulum* vocant edd. principes usque ad Aldum. Sed male. Vide ad c. 37. hujus lib. § 1. Præterea *pugnam iniisse* Lov. 4. et 5. Vide ad XXVII. 19. § 10. *pugnam jussisse* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Pari modo variant scripti XXXII. 22. § 12. 'Jubere pugnam' autem, ut 'jubere bellum;' de quo vide ad XXVII. 24. § 3. Quum tamen alii omnes codd. editam lectionem tueantur, eam etiam non mutandam censeo. Mox *ullo bono consulis* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. a m. pr. et Port. Sed *boni consulis*, ut editum vulgo exstat, verius esse, quilibet facile intelligit.

§ 7 *Et, tune ipse, &c. equitem ad pedes deduxeris*] Vocula *et* exsulat ab Harl. 1. pro qua *es et* habet Gaertn. Tum *cum*, vel *quum*, pro *tune*, edd. principes, quæ Aldina priores sunt. Ea enim *tune* substituit, quomodo et habent omnes Mss. nisi quod *tunc ipse* sit in Lipsiens. et *tu cum ipse* in Hav. Hinc *ad pedes adduxeris* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 2. *ad pedites* Lov. 4. et edd. antiquæ, pro quo iterum Aldus *ad pedes* recepit, concinentibus Mss. omnibus. Vide ad XXI. 46. § 6.

Excluso deinde ab acie nostra tibi atque equitibus num aut consul ipse subvenerit] *Deinde excluso* Lov. 5. Tum *ab acie num tibi atque eq.* Lov. 4. *ab acie vestra tibi atque eq.* Gaertn. *ab acie nostratibus atque eq.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Postea *non aut* Harl. 2. *non ut* Port. a m. pr. Denique *ipse consul subv.* Lov. 5. Harl. 2. et Hav. *consul ipse subvenit* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 8 *Postero denique die ecquid præsidii usquam habueris*] *Postero deinde die* Klockian. Sed *deinde* modo præcessit: licet bis adhuc *denique* sequatur. *Postero die denique* Gaertn. Sed vox *die* non est in Hav. Deinde *et quid præs. usquam hab.* Voss. 1. *et quid' præsidiis usq. hab.* Voss. 2. et Lov. 3. *et quid præsidiis quam hab.* Lov. 1. *caussam præsidiis quam hab.* Lov. 2. 4. et 5. *hæc quem præsidiis quam hab.* Lipsiens. *hæc quid præsidiis quam hab.* Leid. 1. *ecquid præsidiis quam hab.* Flor. a m. pr. in quo postea litera ultima τοῦ *præsidiis* a m. altera erasa est. *Ecquid præsidiis quam h'm⁹* Leid. 2. sed pro ultima voce margini *hujus* adscriptum est. *Nequicquam præsidii hab.* Port. a m. sec. priori lectione erasa. *Præsidiis nequicquam hab.* Harl. 2. *hecquid præsidii usquam hab.* Gaertn. *etquid præsidii nequicquam hab.* Hav. 'Et quid' atque 'ecquid' passim in Mss. commutantur. Vide ad v. 36. § 5.

In castra vestra virtute proruperitis] Lectio vetus *virtute perruperitis.* Rhen. *In castra nostra* Lipsiens. et Hav. Tum *proruperitis* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Verum alterum, quod Rhenanus vindicavit, firmant certiores codd. Vide ad cap. præc. § 4.

Ecquem in castris consulem, ecquem exercitus] *Et quem* utroque loco præferunt Voss. ambo, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. posteriori tantum Flor. Vide ad v. 44. § 2. *et q̄m*, id est *et quoniam*, utroque iterum loco Leid. 2.

An deserta castra, relictos saucios milites] *Ante deserta castra* Lov. 4. *an castra deserta* fragm. Hav. Tum *relictosque saucios mil.* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec.

§ 9 *Hæc pro virtute tua fideque, qua una hoc bello respublica stetit*] Præpositio *pro* deficit in ed. Parm. 1480. Particulam *que* non agnoscunt Harl. 2. et Hav. sed ea intercepta est a voce seq. ob literarum similitudinem. Vide ad XXIII. 48. § 12. Præterea

hoc in bello respublica iidem Mss. cum Lov. 4. et 5. *hæc bello respublica* Lipsiens. at pronomen *hoc* omittitur in ed. Parm. 1480. Deinde *præstitit* Lov. 5. Male. 'Stare' dicuntur, qui incolumes supersunt. Supra hoc lib. c. 3. 'Si populo Romano liberum suffragium datur, stare urbs hæc non poterit.' v. 11. 'Quia stare diutius respublica his manentibus in magistratu non posset.' c. 44. 'Hac arte in patria steti.' VIII. 7. 'Disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, solvisti.' XLV. 19. 'Regnum eorum novum fraterna stare concordia.'

Denique, ubi C. Sempronius, ubi legiones nostræ sint] *Denique inde ubi*, inserta perperam media voce, Lov. 3. *Denique nisi* Lipsiens. Codd. autem etiam hic in prænomen Sempronii *Caius* conspirant, nisi quod *ubi consul Sempronius* habeant Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Perperam vetustæ edd. *ubi A. Sempronius.* Vide ad c. 37. § 1. Tum *legiones nostræ* Port. et Gaertn. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Paullo post vocula *que* non adparet in Lov. 5. Tum *victi deinde*, pro *victi denique*, est in Lov. 4. *sumus*, pro *simus*, in Harl. 2. et *vicimus*, pro *vicerimus*, in vetustis edd. quæ Aldino tempore priores sunt, invitis omnibus scriptis. Vide ad XL. 14. § 10.

CAP. XLI. § 1 *Adversus hæc Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur*] Ingens mendum est. Scribe *incompta fuisse dicitur.* Rhen. Quemadmodum Rhenanus emendandum censuit, inveni in omnibus scriptis. Alterum vero non nisi in margine Harl. 2. hærebat. Cic. in Oratore c. 23. 'Ut mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipsum deceat; sic hæc subtilis oratio etiam incomta delectat.' De Senect. c. 9. 'Facitque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis comta et mitis oratio:' ubi Gifanius observ. in Ling. Lat. voce 'Coctus' male legendum censet *cocta et mitis oratio.* Tacit. Ann. VI. 15. 'Vinicio oppidanum genus, Calibus ortus, patre atque avo consularibus, cetera equestri familia erat: mitis ingenio et comtæ facundiæ.' Præterea *Adversus hoc* Hav. Deinde *Tempani oratio* Lov. 5. et Harl. 1. quomodo *comitis*, pro *comitiis*, in nonnullis Mss. mox obcurrit § seq. *Postumi*, pro *Postumii*, § 10. Vide ad XXXVI. 19. § 2. Pro eo, literis, quæ olim continua serie scriptæ erant, inperite in voces distributis, *Tempanio ratio* habent Leid. 1. et Lov. 3. ac 1. a m. pr. Hinc tandem enatum *Tempanio oratio*, quod superest in Voss. utroque, in contextu Lov. 2. et pro varia lectione in marg. Lipsiens. Id autem minus placet ob ingratum quartæ vocalis concursum 'Tempanio oratio,' quod moratur orationem, eamque inpeditam reddit.

Ceterum militariter gravis] *Ceterum militari gravis* Lov. 4. et Harl. 2. *ceterum militari T̃ gravis* Leid. 1. *ceterum militaris. T. gravis* Port. *ceteris militaris ter gravis* Lipsiens. *ceterum militari tribuno gravis* Lov. 2. *ceterum militati tribuno gravis* Gaertn. Mox verba *non suis vana laudibus* desunt in Lov. 4. culpa librarii propter repetitionem particulæ *non.* Denique *crimine alieno lenta* Lov. 4. pro *cr. al. læta.* Vide ad III. 26. § 12.

§ 2 *Quanta prudentia rei bellicæ in C. Sempronio esset*] *Prudentia rei belli* Harl. 1. In Sempronii autem prænomen *C.* conspirant omnes codd. invitis vetustis edd. quibus *A.* vocatur. Sed vide hoc lib. ad c. 37. § 1.

Non militis de imperatore æstimationem esse] Tres Mss. membranæ *existimationem.* Nam ea vox interdum significat judicium, censionem, sententiam. Cicero in Verrem III. 82. 'In hoc genere facilior est existimatio, quam reprehensio: ideo quod eum, qui hoc facit, avarum possumus existimare; crimen in eo constituere

non tam facile possumus.' De Provinciis c. 17. 'Quo minus sæpe interpeller a nonnullis, aut tacitorum existimatione reprehendar.' Seneca de Vita Beata c. 26. 'Existimatione vestra non meo nomine, sed vestro moveor: odisse aut lacessere virtutem bonæ spei ejuratio est.' Suetonius in Tiberio c. 58. 'Dictum ullum factumque ejus existimatione læsisse.' Nec saue commodum 'æstimare de aliquo,' ut 'judicare,' vel 'existimare.' Livius IX. 26. 'De qua caussa vos existimare, quam me pro magistratu quicquam incompertum dicere melius est.' Cicero de Legibus I. 2. 'Nisi qui forte non ediderunt, de quibus existimare non possumus.' *J. F. Gron.* In vulgatam scripturam nullus meorum codd. consentit, nisi Lov. 2. et forte Harl. 1. ex quo in excerptis nihil notatum video. *Extimationem* habent Voss. 2. Lov. 3. 5. et fragm. Hav. *existimationem* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. eamque scripturam etiam probat Jac. Perizonius in Animadv. Histor. c. 7. p. 280. verba, 'non militis de imperatore existimationem esse,' exponens, de eo judicare non esse militis, non licere militi cui datus est imperator, sed fuisse populi Romani. Ubi eamdem significationem vocis 'existimatio' aliis exemplis inlustrat. Vide etiam Gronovium ad Liv. XXIII. 47. § 8. et ad XXXIV. 2. § 5. ad quem locum etiam quædam notabo. Mox τὸ *eum* deficit in Lov. 4. Tum *comitis*, pro *comitiis*, habent Flor. a m. pr. Leid. 1. et Harl. 1. Vide paullo ante ad § 1. hujus cap.

§ 3 *Ne ab se imperatoria consilia, neu consulares artes exquirerent*] *Ab se ne imperatoria consilia* Hav. *ne a se* Voss. 2. Lov. 2. 3. Lipsiens. et Gaertn. Tum *nec consulares artes* Hav. et quædam ex vetustis edd. pro quo Aldus iterum *neu* reposuit. *Non consulares artes* Gaertn. a m. pr. *neu consulares res* Lov. 4.

Quæ pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent] Ni fallor, sententia postulat, *quæ pensitare quoque magni animi atque ingenii esset:* hoc est, cogitando assequi. *J. F. Gron.* A vulgato nihil recedunt qua manu qua typis expressi, nisi quod *pensitandaque magnis* Harl. 2. et *ingentis essent* Harl. 1. præferant.

Sed, quod viderit, referre posse] Pall 1. ac 3. *referri.* Campan. *se, quod viderit, referre posse.* Gebh. Voces *se* et *sed* nonnumquam confunduntur. Vide ad VI. 6. § 10. *Si quid viderit* Lov. 4. *sed quid viderit* Gaertn. Tum *referri posse* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ferri posse* Lipsiens.

§ 4 *Vidisse autem se, priusquam ab acie intercluderetur*] *Vidisse autem priusq. se ab acie inconcluderetur* Port.

Pugnantem, adhortantem, inter signa Romana telaque hostium versantem] Recentiore calamo super addidit quidam particulam *atque. Pugnantem atque adhortantem.* Rhen. *Pugnantem atque hortantem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Verum mox additum sine conjunctione *versantem* eidem neque hic locum esse posse ostendit. Ceterum *telaque hostium se versantem* Lov. 1. 2. et 3.

§ 5 *Versantem: postea ab conspectu suorum ablatum. Ex strepitu tamen et clamore sensisse*] Ita primus Gruterus vulgavit in ultima ed. Priores legunt ac distinguunt *versantem, postea se ab consp. suorum abl. ex str. tamen.* Et ita fere codd. scripti. Certe *postea se a conspectu* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 2. 5. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. *postea ab se consp.* Hav. *postea se ab consp.* Oxonienses B. N. et C. ut Hearne auctor est. Sensus vero postulat, ut distinguamus *versantem: postea se, ab consp. suorum ablatum, ex strep. tamen et clamore sen-*

sisse, &c. Ceterum *ablatum, e strepitu tumen et clamore* Lov. 2. *ablatum, tũ ex strepitu tum et clamore* fragm. Hav. *ablatum, ex strepitu tũ et clamore* Lov. 4. 5. et Gaertn. Prius illud *tum* in fragm. Hav. natum est ex repetitione ultimæ syllabæ proximæ vocis *ablatum;* posterius vero, quod in eodem et seqq. obcurrit, ex compendio *tñ*, quo vox *tamen* notari solet. Vide ad xxii. 17. § 5. Excusi vetustissimi male neglexerant τὸ *tamen*, quod Aldus retraxit, reliquis codd. meis eam lectionem adprobantibus. In prioribus edd. Gronovianis errore operarum vulgatum est *et strepitu tamen et clamore*, quod tamen fideliter etiam Doujatius recepit. Paullo post *exercitum certamen*, pro *extractum cert.* perperam Port.

Credere perrumpi potuisse] Bene ita priscæ edd. Attamen Pall. Mss. tres *prorumpi:* ut supra modo c. 39. 'Qui quum sæpe conati nequissent prorumpere ad suos.' c. 40. 'An tu cohorsque in castra vestra virtute proruperitis.' *Gebh.* *Prorumpi potuisse* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Verum ea lectio et hic et locis a Gebhardo laudatis ex librariorum aberratione nata esse censeri debet. Vide quæ notantur ad c. 39. § 4. Vox autem *credere* abest ab omnibus editis, quos vidi, Aldo antiquioribus. Is autem primus addidit, et omnes scriptos concinentes habet.

§ 6 *Exercitus ubi esset, se nescire*] *Exercitum si ibi esset* Flor. Unde suspicio nasci posset, legendum esse, *Exercitum, ubi esset, se nescire.* Ita Plautus in Menæchm. ii. 1. 21. 'Ego illum scio, quam cordi carus sit meo.' Livius ii. 57. 'Distractam laceratamque rempublicam magis, quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, quæri:' ubi plura notantur. Ita et Græci loquuntur. Lucian. in Amor. p. 874. Οὐκ ἀγνοεῖς τὸν θεὸν, ὡς ὀξὺς ἦν πρὸς Ἀφροδίτην. In Revivisc. p. 419. Οἶσθα τοῦτον, ὅστις ἦν. Xenoph. Hist. Græc. l. i. p. 439. Ἐσκόπει αὐτοῦ ἐπιτηδείους, εἰ παρείησαν. Similiter D. Lucas in Euang. iv. 34. Οἶδά σε, τίς εἶ. Quum tamen reliqui nihil mutent, a vulgato non recedo. Quin et ipse librarius cod. Flor. vel quem ille secutus est, sese emendasse et scripsisse *exercitum s ubi esset* videtur, ut litera *s* indicet, pro *exercitum* legendum esse *exercitus.* Pro *s ubi* deinde datum est *si ibi*, litera *u* in duplicem *i* divisa.

Velut ipse in re trepida loci præsidio se suosque sit tutatus, sic consulem] *Qui velut ipse* Gaertn. *velut ipse qui* Lov. 2. Deinde *in trepida re loci præsidio* idem Lov. 2. atque insuper Lipsiens. Harl. 2. et Hav. *in trepido loci præsidio* Lov. 4. et 5. Tum vox *loci* exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Denique *si consulem* Leid. 1. et Lov. 5. ultima litera τοῦ *sic* intercepta a prima vocis seq. Vide ad xxiii. 8. § 9. *sed consulem* Lov. 2. et Lipsiens. *etsi consulem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *sic consul est* Gaertn.

§ 7 *Nec Volscorum meliores res esse credere, quam populi Romani fortunam*] Non potest esse Livii. Primum inanis est abundantia in illis, *res, fortuna.* Dein 'populi Romani fortuna' est aliquid amplius augustiusque, quam ut huc conveniat. Lege cum splendidissimo Schelio nostro, *quam populi Romani. Fortunam noctemque.* J. F. Gron. Ita minima interpunctionis mutatione Gronovius, præeunte Schelio, locum hunc restituit, quam etiam Doujatius et Clericus receperunt. In priori ed. notarum ad vi. 30. § 6. Gronovius monuerat, scribendum *Romanorum*, deleto τῷ *populi.* Quin et conjici posse, *Nec Volsc. meliorem esse credere quam Romanorum fortunam.* Sed recte secundis curis hanc conjecturam deseruit. Mox vocula connectens *que* omittitur in Lov. 2. Tum *terroris mutui*, pro *erroris mut.* vetustiores inpressi; pro

quo Aldus quidem in contextu *erroris* restituit, in erratis tamen *terroris* revocavit. Frobenius deinde 1531. alterum iterum admisit; idque recentiores servarunt. Utrumque sensui convenire potest. Quum tamen scripti constanter stent a lectione Aldina et Frobenii, eam etiam a Livii manu profectam esse, non dubito. Alibi sæpe hæc vocabula in scriptis membranis permutantur. Vide ad XXIV. 30. § 6.

Precantemque deinde, ne se fessum labore ac vulneribus tenerent] *Precantemque demum* edd. principes usque ad Aldum, qui dedit *deinde*. Neque aliter præferunt omnes scripti. 'Demum' et 'deinde' sæpe in scriptis confundi solent. Vide ad XL. 22. § 1. Præterea *lab. ac vulnere tenerent* Leid. 2. et Lov. 1. *lab. ac vulnere teneretur* Leid. 1. solito errore. Ita mox § 10. *damnant*, pro *damnatur*. Vide plura ad XXXVIII. 40. § 1. *lab. ac tenerent vuln.* Port.

Cum ingenti laude, non virtutis magis, quam moderationis, dimissum] Hæc ab iis pendent quæ in principio capitis leguntur: 'Adversus hæc Tempanii oratio incomta fuisse dicitur.' Sic in simili hyperbato nominativo subjicitur accusativus II. 5. 'Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi:' et multis interjectis: 'ita in vadis hæsitantis frumenti acervos sedisse illitos limo:' et apud Sueton. in Othon. c. 7. c. 12. et in Vespas. c. 5. *Duk.* Oratio hic videtur hiare, neque habere τὸ *dimissum*, ut et præcedens *precantemque*, quo referri possit. Sæpe quidem Livius, post relatum atque historiæ contextui insertum alicujus sermonem, orationem eodem modo eademque forma pertexere solitus est, qua eam ante sermonem illum inceperat. Tale exemplum obcurrit II. 32. ubi quum dixisset, 'Nihil aliud quam hoc narrasse fertur:' interjecto deinde apologo, quem Agrippa Menenius adhibuit, ita pergit: 'Comparando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in Patres, flexisse mentes hominum:' ubi illud *flexisse* pendet a præcedenti *fertur*. Simile autem hic prætendi nequit. Quum enim præcesserit 'Tempanii oratio incomta fuisse dicitur,' hic etiam, si inde penderet oratio, dicere debuisset, *precansque deinde, ne se fessum labore ac vulneribus tenerent, cum ingenti laude, non virtutis magis, quam moderationis, dimissus*, nempe 'fuisse dicitur,' quod in principio capitis præcessit. Vel itaque dicendum, Livium in compositione orationis variasse, atque unum verbum dupliciter construxisse, 'dicitur oratio incomta fuisse' et 'dicitur precantem dimissum fuisse.' Ita 'imperarunt, ut sacerdotes conquirerent, &c. ædiles plebis videre,' &c. dixit XXXIX. 14. § 9. ubi vide plura exempla. Non tantum autem priorem, sed et alteram constructionem Livio usurpatam fuisse, probant ea quæ notantur ad I. 31. § 8. Vel probanda est lectio cod. Neapol. Latinii, ut et quarumdam ex priscis edd. *dimissum accipio.* Verbum autem 'accipio,' quod in nullo meorum codd. repertum profiteor, non habent etiam vetustiores edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Postea vero in contextum admissum primus omiserat Aldus, inter errata vero id iterum addendum monuerat. Unde sequentes nonnulli servarunt usque ad Froben. qui 1531. ejecit. Id tamen vocabulum in simili processu orationis Livius sæpius adhibuit. Supra III. 67. 'Ibi in hanc sententiam locutum accipio.' c. 69. 'Hæc omnia adeo mature perfecta accepimus, ut signa eo ipso die, a quæstoribus ex ærario promta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo sint:' ubi alia vide. c. 70. 'Triumphum nec ipsos postulasse, nec delatum iis ab senatu accipio:' ubi etiam in uno cod. deerat verbum *accipio.* Infra

hoc lib. c. 54. 'Auctores fuisse tam liberi populo suffragii Icilios accipio.' vi. 39. 'Id ægre Patres passos accipio; dictatorem propinqua cognatione Licinii se apud Patres excusare solitum.'

§ 8 *Quum hæc agerentur, jam consul via Lavicana*] Tὸ *hæc* deficit in Leid. 1. *Quum agerentur hæc* præferunt vetustiores excusi usque ad Aldum. Deinde *via Lanicana* Lipsiens. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. *via Lavicina* Voss. 1. a m. pr.

§ 9 *Non ab se magis enixe amovens culpam*] Pal. Ms. 2. *non ab se enixe magis movens culpam.* Gebh. *Non a se magis enixe amovens* Voss. 1. et Lov. 3. *non ab se enixe magis amovens* Harl. 2. et Hav. *non a se magis amovens* Leid. 2. *enise amovens* fragm. Hav. *enixe abmovens* Lov. 4. *enixe admovens* Leid. 1. et Harl. 1. *non a se magis enixe ammovens* Gaertn. Paullo ante *in urbem ingressus est consul* Harl. 2.

Meritis laudibus ferens] *Laudibus meritis ferens* Port. *meritis ferens laudibus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 10 *Mœstæ civitati ab re male gesta et iratæ ducibus*] Mirum lectionis monstrum est in Lov. 2. 4. et Gaertn. *a re male gesta et ex innanite mittit ducibus.* in Lov. 5. *et exinatute ducibus.* Voss. 2. habet *et mite ducibus.* Lov. 3. *et inite ducibus.* Lipsiens. *et irupte duplicibus.* Mox prænomen Postumii *Marcus* deest in Lov. 2.

Tribunus militum pro consule ad Veios fuerat, decem millibus æris gravis damnatur] 'Tribuni militum pro consulibus magistratum ineunt' dicit Liv. iv. 7. id est, loco consulum creati. Sed nusquam alibi, credo, ita, ut hic, loquitur de tribuno militum hujus generis. An fuit *Tribunus militum P. C.* id est, potestate consulari? *Duk.* *Proconsul* Lov. 4. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *damnatus* Leid. 2. Lov. 1. et Lipsiens. *damnant* Voss. 2. Vide hoc cap. ad § 7. *damnat* Gaertn. Vide ad x. 10. § 1.

§ 11 *T. Quinctium collegam ejus*] Tres apud Veios tribuni male pugnarunt, M. Posthumius, C. Furius, et T. Quinctius: ait enim c. 31. 'Documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset.' Hic duobus dies dicta narratur. C. Furii nulla mentio. Id etiam mirum, quarto demum anno reos factos, quum triennio ante magistratu abissent. *Glar.* Ratio, cur C. Furii mentio non fiat, illa esse posset, quod forte paullo post gestum tribunatum consularem obierit, antequam collegæ ejus accusarentur.

Quia et in Volscis consul, &c. res prospere gesserat] Voculam *et*, a prioribus omissam, primus addidit Aldus. Eamdem servant omnes scripti. Deinde *in Volscos* Port. quod exponi posset, adversus Volscos, quomodo 'bellum in Italiam,' pro Italiæ illatum, adversus Italiam. Vide ad Epit. Liv. lib. xxi. At reliqui editam lectionem tuentur, quam propterea etiam præfero. *In Volscis* est in agro Volsco, in regione Volscorum. Supra ii. 31. 'Dum hæc in Volscis geruntur.' c. 63. 'Melius in Volscis imperatum est.' cap. 64. 'Et in Volscis respublica egregie gesta tum ducis, tum militis opera.' Ita 'in Æquis' ii. 60. 'In Æquis inter consulem ac militem comitate ac beneficiis certatum est.' iii. 3. 'In Æquis nihil deinde memorabile actum.' 'In Sabinis' ii. 62. 'Alter consul Æmilius in Sabinis bellum gessit.' Præterea *rem prospere gesserat* Lov. 4. Vide ad iii. 70. § 10.

Dictatoris Postumii Tuberti, et ad Fidenas legatus dictatoris] *Dictatoris alterius Post.* Lov. 1. Sed τὸ *alterius* ex seqq. perperam repetitum est. *Postumi* Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide ad § 1. hujus cap. et ad vi. 27. § 4. Deinde *Tuburti* Hav. Tum vocula *et* non adparet in Port.

At omnia hæc verba deficiunt in Leid. 2. ob vocis *dictatoris* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. Deinde *Marci Æmilii*, pro *Mamerci*, Gaertn. *M. Æmilii*, vel *Æmili* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Lipsiens. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad cap. 31. § 5.

Culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absolverunt] *Culpam temporis ejus* Lov. 4. Tum *in damnatum coll.* Lov. 5. *in Postumium damnatum coll.* Voss. 2. Male. Eodem verbo etiam alibi utitur Liv. ut v. 11. ' Et tamen eos tot judiciis confossos prædamnatosque venire ad populi judicium.' XXVII. 18. ' Prædamnata spe æquo dimicandi campo.' Præterea *omnis tribunus absolverunt* Harl. 2.

§ 12 *Profuisse ei Cincinnati patris memoria dicitur*] *Profuisse et Cincinnati memoriæ patris dicitur* Port. a m. pr. pro quo *memoria* factum est a m. sec. *profuisse ei memoria Cincinnati dicitur patris* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *viri venerabilis* trajectis vocibus iidem Leid. 2. et Lov. 1. Vox *viri* deest in Lov. 4. et 5.

Ne se brevi reliquo vitæ spatio tam tristem nuncium ferre ad Cincinnatum paterentur] Mirum est, nisi habuit in memoria illa Neoptolemi ad Priamum Virgilii Æneid. II. 548. ' referes ergo hæc, et nuncius ibis Pelidæ genitori : illi mea tristia facta Degeneremque Neoptolemum narrare memento.' *Grut.* *Perbrevi reliquo vitæ spatio* Harl. 2. et Hav. *brevi reliquæ vitæ spatio* ed. Mediol. 1505. Male. *Brevi reliquo vitæ spatio* dictum est per ellipsin participii verbi substantivi, quod Livio frequens est. Vide hoc lib. ad c. 47. § 7. Hinc *tam triste nuncium* Lov. 5. et edd. Francof. 1578. omnesque seqq. usque ad Gronov. qui a. 1665. *tam tristem nuncium* restituit; ut non modo omnes priores excusi, sed et scripti reliqui præferunt. Quum itaque hunc locum laudasset Ol. Borrich. in Analect. ad Cogitat. de Ling. Lat. p. 44. ut doceret *nuncium* neutro genere usurpari apud optimos scriptores, recte Cellar. in Cur. Poster. c. 5. p. 199. ei obposuit vetustiores edd. recentemque Gronovianam *tam tristem nuncium* præferentes ; de qua lectione ne dubium superesse possit, efficit consensus Mss. Tum *ad Cincinnatum ferre pateretur* Port. *compaterentur* Gaertn.

CAP. XLII. § 1 *Plebs tribunos plebis absentes Sex. Tempanium*] Hoc *absentes* qua ratione dictum sit, lector despiciat. Ceterum horum tribunorum quatuor fuere, qui sub C. Sempronio militaverant adversus Volscos, ut statim subnectit auctor : quare disjungendum *Antistium et Spurilium*, quos quidam codd. unum faciunt. *Glar.* Nescio quid difficultatis invenerit Glareanus in voce *absentes*, ut lectorem despicere jusserit, qua ratione id dictum sit. Sæpius absentium ad honores evectorum meminit Livius. Mox hoc lib. cap. 48. ' Spurii Mæcilius quartum et Metilius tertium tribuni plebis, ambo absentes, creati.' VII. 26. ' Æmulumque decoris sui absentem M. Valerium Corvum consulem renunciavit.' X. 22. ' Consules creati Q. Fabius et P. Decius : Ap. Claudius prætor, omnes absentes :' ubi recte Sigonius monet, non tantum *absentes* in hac re vocari, qui ab Urbe aberant, sed etiam qui, quum in Urbe sint, tamen absunt a campo, ubi comitia habentur, et honorem non petunt. XXVI. 22. ' M. Claudium Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita, et M. Valerium absentes consules dixerant :' ubi iterum vide Sigonium. Ceterum *Plebes tribunos plebis* Hav. *Plebs tribunos plebi* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. quod eorum fide admisi. Deinde *absentem* Hav.

Sex. Tempanium, A. Sellium, et Antistium et Spurilium fecit] In duobus

posterioribus tribunis puto esse mendum. Movet enim me nova nominandi ratio, quod *Tempanium*, de quo ante locutus est, prænomine suo afficiat, ignotos homines *Antistium* et *Spurilium* suo spoliet. Suspicor autem prænomina horum latere in illis duabus vocibus *et*, *et*, legendumque esse, *Sex. Tempanium, A. Sellium, Sex. Antistium, et Sex. Pompilium.* Nam *Sex. Pompilium* hoc anno cum *Antistio* tribunum post tradit Livius c. 44. cum inquit, 'Petentibusque inter aliquot plebeios filio Antistii tribuni plebis, et fratre alterius tribuni Sex. Pompilii.' Nostram porro conjecturam adjuvat etiam vetus lectio, quæ, pro *Spurilio*, *Sex. Polium* habet. Errorem inde ortum puto, quod, qui *Sex. Pompilium* scripturus erat, *S. Pompilium* scripsit: inde alius *Spurilium.* Sigon. Placuit Sigonio reponere *Sex. Pompilium.* Sed id remotius est a vestigiis literarum lectionis antiquæ *Spurilium.* Grut. Quos veteres libros intelligat Sigonius, non assequor. Nam mirifice eorum auctoritate paratragœdiatur, legens *Sex. Antistium et Sex. Pompilium.* Vulgatum agnoscunt Pall. tres. Campanus *et Antistium et Spurillum fecit.* Gebh. *A. Sellium, et Antistium, et Spurillium* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. *A. Sellium, et Antistium Spurillium,* Lov. 3. *A. Sellium, et Antistium Spurillum* Voss. 2. *A. Sellium, Antistium et Spurilium* Harl. 2. *A. Selium, Antistium et Spurium* Hav. *A. Sellium, et Antistium, et Spurillium* Harl. 1. *A. Sellium, et Antistium, et Spurilium* Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. et pleræque edd. ante Sigonium. *A. Sellium et Antistium Spurilium* tres Ascensii edd. priores et Parisina 1529. Sigonius deinde, quemadmodum conjecit, etiam edidit *A. Sellium, Sex. Antistium et Sex. Pompilium.* Eo posteriores nonnulli editores plerarumque præcedentium edd. lectionem revocarunt. Pighius deinde in Annal. ad CCCXXXI. p. 190. duos posteriores tribunos hujus anni vocat *L. Antistium* et *Sp. Icilium;* quam lectionem recepit Gruterus in postrema ed. exhibens *L. Antistium, Sp. Icilium.* Gronovius denique, partim Pighii, partim Sigonii lectione probata, vulgari curavit *L. Antistium, Sex. Pompilium,* quod recentiores ad hunc diem omnes admiserunt. Si tamen omnium fere codicum lectioni quam proxime inhærere velimus, adparet, id in Sigonii et Pighii conjecturis rejiciendum esse quod vulgo probatur, et contra id probandum esse quod vulgo rejicitur. Ipsi enim literarum ductus aperte indicant, legendum esse *A. Sellium, Sex. Antistium, et Sp. Icilium.* Antistii prænomen *Sextus* sive *Sex.* latet in priori vocula *et.* Ex vocibus autem *et Spurillium* vel *et Spurilium* formare *et Sp. Icillium,* sive, ut scribi debet, *et Sp. Icilium,* facillimum est. Cur vero Antistio prænomen *Lucii* tribuat Pighius, nulla probabilis ratio occurrit. Prænomen id quidem in gente Antistia receptum fuit, verum similiter etiam *Sextus* XXVII. 36. 'Missi deinde cum iis legati ab Roma Sex. Antistius et M. Retius ad rem inspiciendam.' Deinde falsum est quod Sigonius ex Livio probare conatur, *Sex. Pompilium* hoc anno tribunum plebis fuisse. Ipse enim locus, quem laudat, pertinet ad res biennio post hunc annum gestas. Præterea qua fronte, quæso, Sex. Pompilius, tribunus plebis creatus, hoc anno collegæ L. Hortensio, C. Sempronium anni prioris consulem ob res male in Volscis gestas accusare conanti, obstitisset, et tamen ipse eidem Sempronio ejusdem criminis biennio postea diem dixisset? cujus accusationis iniquitas multo conspectior foret, si, ut Sigonius arbitratur, eodem anno, quo professus erat, se pro imperatore suo, qui sibi parentis esset loco, vestem mutaturum, eumdem ejusdem criminis accusasset, ac condemnasset. Immo

hoc uno argumento satis evinci potest, tribunum plebis, qui hoc anno apud collegas pro Sempronio deprecatus est, diversum esse ab eo, qui biennio postea ipsum reum egit, adeoque ex vocibus *et Spurilium* non fingendum esse *et Sex. Pompilium:* præterquam quod conjectura hæc, ut Gruterus observat, a vestigiis literarum veteris lectionis remotior sit: quum contra ductus literarum in vocibus *et Spurilium* non multum recedant a vocibus *et Sp. Icilium.* Accedit prænomen *Spurii* in gente Icilia non incognitum fuisse. Certe *Sp. Icilius* memoratur II. 58. Objici posset, inter accusatores Sempronii biennio postea etiam exstitisse Antistium tribunum plebis, licet etiam hoc anno Antistius tribunus plebis pro eo apud collegam Hortensium deprecatus fuerit; adeoque id in Pompilio tantopere obstare non posse. Verum aliunde constare nequit, Antistium, qui hoc anno, eumque, qui biennio post tribunatum plebis obtinuit, unum eundemque fuisse; quod tamen de Sex. Pompilio hujus et illius anni tribuno plebis Sigonius sibi persuadebat. Quin immo Pighius, qui hujus anni tribunum *L. Antistium* vocavit, illum a. CCCXXXIII. *M. Antistium* dixit. Quum itaque lectio edita, quæ tantum ex conjectura sine codicis auctoritate recepta est, verisimilis non videatur, eaque, quæ in codd. et priscis excusis obcurrat, aperte mendosa sit, neminem vitio mihi versurum spero, si et ipse conjecturam, a codicum scriptura quam minime recedentem, in contextum receperim.

Quos et pro centurionibus sibi præfecerant, Tempanio auctore, equites] Atqui centuriones peditum sunt, non equitum. Sed dicit, ut puto, Livius equites, quum ad pedes descendissent, se in centurias divisisse, et sibi, ut qui tum pedibus pugnarent, centurionum instar duces præfecisse. *Duk.*

§ 2 *Quum odio Sempronii consulare nomen offenderet*] Id est, offensum, invisum esset: vel *offenderet*, nempe cives, populum. Cic. pro Milone c. 36. ‘Quæ si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis?’ ubi vide Manutium, Hotomannum, et Grævium; Gronovium etiam ad Gellii Noct. Att. l. IX. c. 15. *quum odio Sempronii consulare nomen hēbat*, id est *habebat*, Lov. 5. *Sempronius*, pro *Sempronii*, Lipsiens.

L. Manlius Capitolinus] *Julius*, pro *Lucius*, Harl. 2. Deinde *Mamilius* Lov. 3. *Manillius* Lov. 1. *Manilius* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Passim has voces commutari, dicendum erit ad XXXIV. 53. § 2. Paullo ante *creare*, pro *creari*, Gaertn. Paullo post autem *Quintius Antōnius Merenda* Hav. Vide ad III. 1. § 1. *Q. Antonius Nerenda* Lov. 3.

L. Papirius Mugillanus] Hic deest nomen quarti tribuni: is est *L. Servilius Structus*, quem Livius a. CCCXXXVIII. iterum fuisse tradit c. 47. nec tamen apparet, quo anno primum fuerit, nisi hoc anno fuisse dicamus, quo tres tantum videmus tribunos militum nominari, quum jam quatuor quotannis cœpissent fieri. Multos autem etiam alios in vulgatis libris desiderari, infra ostendam. *Sigon.* Sigonio consentit Pighius in Annal. ad a. CCCXXXI. p. 190. Alibi etiam nomina tribunorum militum consulari potestate in Livio desiderari, Sigonius docet hoc lib. ad c. 44. § 13. et ad c. 47. § 7. et § 8. Ceterum *Mugilanus* habent Flor. Voss. 1. Lov. 4. 5. Gaertn. et Hav. *Mugilianus* Leid. 1. Harl. 1. et Voss. 2. *Mugillianus* Lov. 1. *Mugulinus* Lov. 2. Lipsiens. et Port. Vide hoc lib. c. 7. § 10.

§ 3 *C. Sempronio consuli anni prioris diem dixit*] In hoc prænomen Sempronii consentiunt iterum codd. invitis edd. principibus, qui male *A.*

Sempronio usque ad Aldum præferunt. In uno tantum Lov. 3. prænomen omittitur. Vide hoc lib. ad c. 37. § 1. Tum vox *consuli* deficit in Lov. 3. Hinc *prioris anni diem dixerat* præfert Port.

Orarent, ne imperatorem suum innoxium] *Clamarent* Harl. 2. et Hav. Deinde *obnoxium* primæ edd. invitis omnibus codd. qui in *innoxium*, quod jam Aldus recepit, conspirant.

In quo nihil, præter fortunam, reprehendi posset] Gebhardus ad II. 56. § 11. ex Pal. 3. legebat *reprendi*. Vide ad II. 29. § 4. Hic tamen omnes codd. in receptam lectionem conspirant. Soli tantum Leid. 2. et Lov. 1. transpositis vocibus præferunt *posset reprehendi*.

§ 4 *Quæ in speciem modo jactentur*] *Quæ in spem modo jactantur* Gaertn. Voces *spes* et *species* passim in libris vetustis a librariis confunduntur. Vide ad III. 9. § 13. *in paciendo* perperam Flor. *In speciem*, ut lib. III. c. 40. 'Alia sententia, asperior in speciem, vim minorem aliquanto habuit:' ubi vide. Paullo ante *ne precibus*, pro *nec prec.* Lov. 5. Vide ad III. 47. § 7.

§ 5 *Modo ad eum conversus, ubi illi patricii spiritus, ubi subnixus et fidens*] *Ad eum modo* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *conversum* Gaertn. Mox *illi* deest in Lipsiens. et Port. Hinc *ut subnixus* habet Gaertn. alibi etiam obvio errore. Vide ad XXIV. 15. § 1. *Ubi submissus* Lov. 3. et Voss. 2. simili errore ac obcurrit III. 26. § 9. cap. seq. § 5. et alibi. *ubi subnoxius* Lov. 4. Vide ad VI. 12. § 8. *ubi subnisus* fragm. Hav. Vide ad II. 50. § 9.

Sub tribunicia umbra consularem virum delituisse] Lectionem codicis Pal. 1. non extrico, *deu'tuisse*. Camp. edidit *delicuisse*. Gebh. *Delicuisse* unus meorum Harl. 2. Reliqui omnes vulgatum constanter tuentur. Doujatius tamen, caussatus in re præsenti agi, scribendum existimat *delitescere*.

§ 6 *Vos autem, si reum perago, quid acturi estis? an erepturi jus populo*] *Aut*, pro *autem*, Gaertn. Ita alibi etiam peccarunt librarii. Vide ad Livii III. 52. § 6. IV. 6. § 6. V. 34. § 4. et sæpe. Tum *si rerum perago* Flor. Vide ad V. 47. § 10. *si rem perago* Lov. 5. Lipsiens. a m. pr. et edd. principes, invitis scriptis reliquis; qui Ascensio a. 1516. *reum perago* recte substituenti, constanter consentiunt. De locutione 'reum peragere' vide Brisson. de Verborum, quæ ad jus pertin. signific. in voce 'Peragere,' et Cortium ad Plinii Epist. III. 9. § 4. *Res* autem et *reus* etiam alibi commutari solent. Vide ad XLV. 37. § 8. *si reum peragro* Harl. 1. Mox *qui acturi estis?* Hav. Hinc vocula *an* deficit in Lipsiens. Denique *erepturi jus populo Ro.* Lov. 4. Harl. 2. Port. a m. sec. et Hav. Vide ad cap. seq. § 5. *Erepturi quidem jus populo* priscæ edd. Sed vocem *quidem*, quam Aldus expunxit, ignorant etiam omnes scripti.

Et eversuri tribunicium potestatem] Antiqua lectio *et eversuri tribuni potest. pl.* Itaque scribe, *et eversuri tribuniciam potestatem plebi.* Rhen. Rhenanus adstruxit contra omnes et scriptos et cusos libros *potestatem plebi.* Ergo iterum eo pedem ferat, unde intulit. *Gebh.* Vox ultima, *plebi*, et insolentem reddit orationem, et reperta nusquam in excerptis nostris. Rhenanus adlevit, nos abrasimus. *J. F. Gron.* Vocem *plebi*, quum Rhenanus ex suo cod. addidit, Gebhardus autem et Gronovius in nullo suorum inventam, iterum delendam monuerunt, in meis etiam ut et illis, quos Hearne Oxonii consuluit, non adparuit. Omnium igitur consensus unius dissentientis auctoritati merito prælatus est.

§ 7 *De omnibus summam populi Romani potestatem esse dicerent*] *Summam p̄r̄m potestatem*, id est *Patrum*, Lov. 2.

quæ lectio nata est ex compendio scribendi *p. r.* pro *populi Romani. Summam potestatem populi Romani*, ordine vocabulorum mutato, Harl. 2. qui paullo ante *Quum illi, de Sempronio* exhibet, vocula *et* neglecta. Vide ad II. 44. § 3. Verbum *esse* etiam exsulat a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo post *judicium tollere*, exsulante media voce *populi*, iidem Leid. 2. et Lov. 1. Mox etiam *aut* omittitur in Lov. 3.

Si preces suæ pro imperatore, &c. non valuissent] *Si præcessum aut pro imperatore* Lipsiens. *si proconsule aut pro imperatore* Lov. 2. et 4. *si proconsule ac pro imperatore* Lov. 5. Duplici lectione juncta *si preces suæ pro consule ac imperatore* Hav. Mox *se vestem mutaturos eum eo* trajectis vocabulis Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio consecutus*] Solennia videntur fuisse verba absolventis reum judicis et dimittentis. *Rhen.* Livius VIII. 35. 'Quum se nihil morari magistrum equitum pronunciasset, degressum eum templo lætus senatus, lætior populus, circumfusi ac gratulantes hinc magistro equitum, hinc dictatori, prosecuti sunt:' ubi vide Sigonium. XLIII. 16. 'Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit, se Gracchum morari:' quæ utraque exempla, una cum eo quod hic occurrit, jam observavit Brissonius de Formul. lib. v. p. 488. Quin et eadem fere formula utebatur consul, vel quicumque senatum habens eum dimittebat, dicendo 'Nihil vos moramur, Patres conscripti.' Vide eumdem Brisson. de Formul. II. p. 191. Ceterum et hic codd. conspirant in Sempronii prænomen *C.* præter solos Leid. 2. et Lov. 1. qui *consulem Sempronium* præferunt: quum Aldo priores excusi legant *A. Sempronium.* Vide ad hujus lib. c. 37. § 1. *C. Sempronius* exhibent Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *C. Sempronius nihil majus, quam hoc, est in imp. cons.* Lov. 4. 5. et Gaertn. *C. Sempronius nihil majus, quam hoc, est imp. cons.* Lov. 2. et Harl. 2. *quando hoc imp. est cons.* Hav. deficiente præpositione *in*, quæ exclusa est ob similitudinem ductuum literarum in voce proxima *imperio.* Vide ad III. 41. § 6. Paullo ante *proles Romana*, pro *plebs Romana*, quasi varia lectio adscribebatur in cod. Oxon. N. teste Hearnio. Sed forte manus librarii aberravit, et scribere voluit *plebes Romana.* Præterea vox *suos* deficit in Lov. 5.

§ 9 *Nec pietas quatuor tribunorum, quam Hortensii tam placabile ad justas preces ingenium*] *Nec pietas minor trib.* Lov. 3. fragm. Hav. et ed. Rom. 1472. *Nec pietas minor tibi trib.* Voss. 2. penultimæ tamen voci subjiciuntur notæ, quibus eam expungendam esse librarius indicavit. *Nec pietas minor quatuor tribunorum*, duplici lectione juncta, ed. Parm. 1480. Vox autem *minor* nata est ex non intellecto, quo vox *quatuor* scribebatur, compendio $\overline{\text{iiij}}^{or}$. Illud *minor* deinceps a librario Gaertn. mutatum est in *major.* Solent autem alibi librarii eas voces commutare. Vide ad XLV. 25. § 7. Deinde *quamq; Hortensii* Lov. 2. Mox *tam plac. ad tam justas preces ing.* Leid. 2.

Pariter plebi Patribusque gratior fuit] Vet. lib. *gratius*, ut respondeat voci proximæ *ingenium*, non remotæ *pietas*. Sigon. Scholium hoc in postrema Sigonii ed. quæ eo diu mortuo demum prodiit, omissum restitui. Eamdem autem, quam in vet. lib. invenit, lectionem *gratius fuit* servant edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. ut et ex codd. meis Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. nisi quod in codice, ultimo loco memorato, a m. pr. exstiterit *fuit gratius*.

§ 10 *Qui ambiguam victoriam Vol-*

scorum pro sua amplexi fuerant] Ablegant τὸ *Volscorum* Pall. tres et antiquissima ed. *Gebh.* Vocem *Volscorum* ignorant etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. a m. pr. Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. et vetustiores edd. usque ad Aldinam, quæ prima eam exhibuit. Ei vero concinunt Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. altera. Neque caussam video, cur illud vocabulum negligendum sit, præsertim optimæ fidei codd. id constanter tuentibus.

CAP. XLIII. § 1 *Cn. Fabio Vibulano*] *Numerius*, quod prænomen litera *N.* notatur, erat Fabiis familiare, ut ostendi in prænominibus ex Festi sententia. Hic autem Fabius *Numerius* dictus est, auctoribus scriptoribus Capitolinis. Nota autem Numerii *N.* ubique fere per mendum in *Cn.* conversa. *Sigon.* In Livio aliisque etiam auctoribus Fabii prænomen *Numerius* fere intercidit, quod per *N.* literam signare solent veteres, veluti hoc loco clare ostendunt Fastorum Romanorum fragmenta Capitolina, quæ hunc consulem recte *N. Fabium* vocant, non *Cnæum*, sicut in Livio depravarunt bujus prænominis ignari. Romanis quidem marmoribus apprime congruit Sex. Pompeius, adserens *Numerii* prænomen numquam prius fuisse in gente Fabia, quam Q. Fabius, qui solus, reliquis ad Cremeram cæsis, superfuit, divitiarum caussa Numerii Otacilii filiam duxit ea conditione, ut, qui primus ex ea natus esset, filius prænomine avi materni contra morem Romanum *Numerius* appellaretur. Quod datum a Fabio fuisse dicit, et postmodum aliquamdiu illud prænomen in ea gente permansisse. Adstipulatur his etiam Valerius de prænominibus, qui eadem fere narrat. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXII. p. 190. Pall. 1. ac 3. *Cn. M.* utrumque prænomen librarius adnotavit, quia noluerat electione deerrare. *Marci* prænomen habet quoque Andreas. Sed Sigonius existimat *Numerio Fabio Vibulano* legi debere fragili admodum ratione. Ceterum pro *Vibulano* plerumque expressit Campanus *Bubulano*, ut supra quoque adnotare memini. *Gebh.* *Cn. M. Fabio* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Klockian. *cum Fabio* Voss. 2. *cum M. Fabio* Lov. 2. et Port. Voci tamen priori in posteriori Ms. adpictæ sunt notæ, quibus librarii aliquid perperam scriptum atque expungendum esse indicare consueverunt. *M. Fabio* Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *M. M. Fabio* Lov. 1. *Cons. M. Fabio* fragm. Hav. *Cn. M.* pro *Numerio*, præfert etiam Lipsiens. sed in eo nomen gentile *Fabio* non exstat. Sigonio et Pighio adsentiendum esse, nullus dubito. Nam etiam alibi infra prænomen *N.* sive *Numerius*, abiit in *Cn.* sive *Cnæus*. Vide ad XLI. 28. § 5. Illud enim indoctis librariis incognitum in quævis alia mutatum est, unde hæc lectionum prodigia, quæ hoc loco in Mss. obcurrunt, enata sunt. Id autem tum in Fabia tum etiam in quibusdam aliis gentibus reperiri, constare potest ex illis, quæ notat Spanhem. de Præst. et Usu Numism. tom. II. dissert. 10. p. 25. et 26. Cur autem Gebhardus tradat, fragili ratione nisum Sigonium ita scripsisse, non adsequor; siquidem conjectura hæc nitatur auctoritate marmorum Capitolinorum, ut Sigonius et postea Pighius docuerunt. Et quidem reducendæ antiquitatis caussa, quæ jam pene obliterata est, prænomen hoc unica litera *N.* scribendum curavi, ut viri docti præcceperunt. Vide Sigonium de Nominib. Roman. c. 3. p. 345. Utrum vero Q. Fabius N. Otacilii filiam uxorem ducens filio primogenito soceri prænomen inposuerit, quemadmodum ipsum promisisse Festus in voce 'Numerius,' et Valer. Max. lib. X. nar-

rant, incertum puto. Fabio enim hic memorato fratres majores fuisse verosimile est. Certe ante eum consules memorantur M. Fabius Vibulanus hoc lib. c. 11. et Q. Fabius Vibulanus c. 37. qui vulgo ejus fratres statuuntur. Nisi quis contendere vellet, priores ex alia priori uxore susceptos esse, hunc vero primogenitum ex N. Otacilii filia; vel N. Fabium Vibulanum nihilominus omnium fratrum maximum fuisse, sed morbum vel aliam caussam obstitisse, ne honores ante fratres minores gerere potuerit. Quod vero Donjatius ad hunc locum tradat, alium horum Fabiorum fratrem Marcum sive Cnæum postea consulatum obtinuisse, vereor ne in eo graviter erraverit. Alius enim paullo post hæc tempora consul ex gente Fabia non obcurrit, quam memoratus c. 52. Verum is *Quinti* prænomen habuit, et non hujus Numerii frater, sed ex fratre ejus *Marco* prognatus esse statuitur. Ceterum *Vibolano* Voss. 2. *Jubulano* Leid. 2. Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. *Jubilano* Lov. 4. 5. et Hav. *Vibilano* Port. et Gaertn. Vide ad III. 35. § 11. Vox *Vibulano* non conspicitur in fragm. Hav.

T. Quinctio, Capitolini filio, Capitolino consulibus] *T. Quintio Capitolino, filio Capitolini, consulibus* Lov. 2. 4. Harl. 2. Lipsiens. Port. Hav. et fragm. Hav. cum edd. principibus; quarum etiam quædam *T. Quintio Capitolino, Capitolini filio, consulibus* exhibent: *et Quintio Capitolino, filio Capitolini* Lov. 3. *T. Quintio, Capitolini filio, consulibus* Lov. 5. et Leid. 2. *T. Quintio, filio Capitolini, consulis* Gaertn. Vulgata lectio primum mihi obvia fuit in edit. Frobenii 1535. eaque vera est. Vide hoc lib. ad c. 45. § 5.

Cui sorte ea provincia evenerat] *Cũ sorte ea provincia* Gaertn. *cui forte ea provinciæ venerat* Leid. 1. et Lov. 3. 'forte' et 'sorte' ubique commutari, dictum est ad I. 4. § 4. *forte* hic etiam præferunt quædam ex edd. principibus, quas vidi; ut Rom. 1472. Parm. 1480. Mediol. 1480. Tarvisina utraque, et quædam aliæ. Præterea *ea provincie venerat* Lov. 1. *provincia venerat* Klockian. Vide ad V. 12. § 6.

§ 2 *Quum trepidam tantum ostendissent aciem*] *Offendissent* Hav. Similiter in uno cod. peccatum erat hoc lib. c. 11. § 6. *ostendisset* Lov. 3. Mox *funditur*, pro *funduntur*, Port. a m. pr.

Itaque triumphus negatur] *Itaque ei triumphus* Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. Deinde *triumphus negatus* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. et omnes edd. usque ad Gronovium, qui primus *negatur* edidit, pro quo iterum Hearne *negatus* revocavit.

Ob Sempronianæ cladis levatam ignominiam] *Semproniæ cladis* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Tum *elevatam ignominiam* edd. vetustissimæ invitis scriptis, qui, ut Aldus edidit, *levatam* præferunt. Vide ad III. 72. § 7.

§ 3 *Minore, quam timuerant, dimicatione erat perfectum*] *Quam timuerat* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Sed τὸ *dimicatione* deficit in Harl. 2. Præterea *erat profectum* Lipsiens. Vide ad XXXVII. 6. § 7.

Nec opinata moles discordiarum inter plebem ac Patres exorta est, cœpta ab duplicando] *Nec inopinata moles* Lov. 5. duplicem lectionem *necopinata* et *inopinata* jungens. Vide ad III. 44. § 4. Sed vulgatum verius est, tum quod pro hac lectione stent omnes reliqui Mss. tum quod vox *necopinatus* apud Livium frequens sit. Vide ad IV. 27. § 8. Deinde *intra plebem* Voss. 2. et Lov. 3. passim obvio errore. Vide ad V. 27. § 3. Hinc *a duplicando* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et excusi Aldo priores. *ad duplicando* Leid. 1. Præterea *plebem et Patres* Lipsiens.

§ 4 *Quam rem, ut, præter duos urbanos quæstores, duo consulibus*] Mss. et

quicquid est mihi antiquitus pressorum, Andr. Tarvis. Ven. utraque, Bechar. Asc. Mog. Junt. Frob. *rem præter duos urbanos quæstores, duo qui consulibus.* Primus apud me alterum habet Cœlius Curio. Nec magni momenti res est: sed tamen videntur dictare tot priores, *quam rem (præter duos urbanos quæstores, duo ut consulibus ad ministeria belli præsto essent) a consulibus relatam.* J. F. Gron. Eamdem lectionem, quam Gronovius in Mss. suis invenit, Hearne quoque reperit in Oxon. L. 2. N. et C. et ego in omnibus meis, nisi quod insuper Hav. præferat *duos qui consulibus.* Vulgatum autem non apud primum Curionem obvium fuit, sed jam antea exstare vidi in Frobeniana 1535. Basileensi 1539. Vascos. et Gryphiana 1548. omnia etiam hæc verba, *ut, præter duos urbanos quæstores, duo consulibus ad ministeria belli præsto essent,* deficiunt in ed. Mediol. 1480. Gronovii tamen conjecturam verisimilem puto. Mox *ad ministeria belli præsta essent* Leid. 1. Tum *ab consulibus,* pro *a consulibus,* Hav. Τὰ *a consulibus* exsulant a Lov. 4.

Consulibus tribuni plebis certamen intulerunt] Mire Pal. 2. *a consulibus ad tribunos plebis certamen intulerunt.* Gebh. Eadem lectio apud me superest in Lov. 2. Lipsiens. et Hav. Sed *a consulibus tribuni plebis,* vel *plebi, certamen intulerunt* habent Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. et Port. *a consulibus ad tribunos plebis certam intulerunt* Gaertn.

Nam ad id tempus patricii creati erant] *Nam in id tempus* Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *nam id tempus* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 4. 5. Harl. 1. Gaertn. Port. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *nam id tempore* Flor. Leid. 2. in marg. Lov. 1. 2. et Lipsiens. in contextu. Nihil muto. *Ad id tempus,* est usque ad id tempus. Vide ad Epit. Liv. lib. CII. *ad id,* omissa voce *tempus,* dixit III. 22. 'Quum ad id spectator pugnæ adstitisset.' Mox *ex plebe fierent* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. 'Pars fierent,' ut 'pars fugerent' v. 38. § 5. ubi plura vide. Eorum tamen codicum auctoritas non satis gravis videtur. Reliqui enim omnes, etiam optimæ notæ, libri scripti constanter in vulgatum *fieret* conspirant.

§ 5 *Adversus quam actionem primo et consules et Patres summa ope enixi sunt*] Ms. Fuldensis *summa ope adnisi sunt.* Modius. Pall. tres Mss. et Andreæ, ut et Campani edd. *adnisi.* Gebh. *Adnisi sunt,* vel *adnixi sunt,* etiam omnes scripti mei, uno excepto Hav. qui *admissi sunt* præfert errore scribarum. Simili lapsu *submissus,* pro *subnisus,* habuimus c. 42. § 5. *Adnisi sunt* etiam omnes, quas vidi, edd. usque ad Cælium Curionem, qui primus vulgavit *enixi sunt.* Pro eo Gronovius recte iterum priscam lectionem revocavit. Præterea *Adversus quam actionem ppl'i et consules,* id est *populi,* Gaertn.

Quemadmodum tribunis consulari potestate creandis usi sunt] Assuta videntur *usi sunt* a glossatoribus. *Grut. In* ante *tribunis* revocandum videtur e Mss. Hearnii et aliis edd. et potuit facile intercidere ob præcedens *m.* Duk. Verba *usi sunt* in omnibus manu et typis exaratis exstant. Sed Grutero familiare fuit quæ sine damno sensus abesse poterant invitis libris expungere. Vide ad XXIII. 34. § 15. Insuper *quemadmodum in tribunis* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et, ut Hearne auctor est, Oxon. B. et N. Neque aliter omnes excusi usque ad Grut. qui in postrema ed. voculam *in* neglexit, quam loco, unde perperam depulsa erat, restitui. Præterea *sunt usi,* transpositis vocibus, Gaertn.

Id æque in quæstoribus liberum esset arbitrium populi] Pro duabus vocibus

id æque repone unum adverbium *adæque*. Rhen. *Id æque*, quod bene Rhenanus in *adæque* mutandum monuit, superest tamen in Hearnii Oxon. omnibus B. L. 1. 2. N. et C. Idem in meis inveni Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. a m. sec. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed certiores reliqui emendationem Rhenani firmant. Sæpissime apud Plautum adverbium hoc obcurrit. Tum vox *liberum* deficit in Lov. 4. Sed 'arbitrium populi' erat, licet quæstores ex solis patriciis crearet; at 'liberum arbitrium,' quum sive ex Patribus sive ex plebe eligi possent. Et sane 'liberum arbitrium' Livio in hac re familiare esse, vel Lexica jam diu monuerunt. 'Liberum suffragium' dixit hoc cap. 'Quæstores promiscue de plebe ac Patribus libero suffragio populi fierent:' et hoc lib. c. 3. 'Si populo Romano liberum suffragium datur, ut, quibus velit, consulatum mandet.' Deinde *esse*, pro *esset*, præfert Lipsiens. Præterea *arbitrium populi Romani* edd. antiquæ. Sed additam vocem, quam uno ore rejiciunt libri exarati, recte Aldus neglexit. Eamdem male quidam codd. etiam interponebant c. 42. § 6. Contra vocem *populi* negligunt etiam Lov. 2. et Lipsiens. quæ tamen necessaria est.

Quum parum proficerent, totam rem de augendo quæstorum numero omittunt] *Proficiscerent* Hav. Tum *de augendo numero quæst.* alio ordine dictionum Harl. 2. et Hav.

§ 6 *Aliæ subinde, inter quas et agrariæ legis, seditiosæ actiones existunt*] *Seditiosæ factiones* Voss. 2. aberratione scribæ. Supra § præc. 'Adversus quam actionem primo et consules et Patres summa ope adnisi sunt.' II. 31. 'Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo.' III. 1. 'Tribuniciis se jactare actionibus principem civitatis querentes.' c. 20. 'Suscepisse collegam priorem actionem tam gravis rei facile passus.' c. 24. 'Obtinuit tamen P. Lucretius præfectus urbis, ut actiones tribuniciæ in adventum consulum differrentur.' IV. 44. 'Mentio in senatu de agris dividendis inlata est, cui actioni semper acerrime C. Sempronius restiterat.' c. 55. 'Nulla erat consularis actio, quam inpediendo id, quod petebant, exprimerent.' Et eodem cap. 'Ea adversa civitati res vires tribuniciæ actioni adjecit.' V. 24. 'Quin illa quoque actio movebatur, quæ post captam utique Romam a Gallis celebratior fuit, transmigrandi Veios:' ubi alia vide. *Agrariæ legis seditiones exsistunt* male est in Lov. 4. Simili errore *seditiones*, pro *conciones seditiosæ*, in edd. vett. erat hoc lib. c. 35. § 5. *exissent*, pro *exsistunt*, in Klockian.

Propter quos motus quum senatus consules] *Per quos motus* edd. principes usque ad Aldum, qui substituit *propter quos*, concinentibus omnibus Mss. Et solent hæ voces in codd. vetustis perperam confundi. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Præterea *quam senatusconsultum* Gaertn. errore ex non intellecto compendio scribendi orto. Vide ad XXII. 10. § 1. et mox ad verba seqq.

Neque posset per intercessiones tribunorum senatusconsultum fieri] *Sine consulibus*, pro *senatusconsultum*, Lov. 2. et Gaertn. *sine c.* Voss. 2. et Lov. 3. *sine* Lipsiens. *s̃. m̃. c̃.* Lovel. 1. et Klockian. *senatusconsultus* Lov. 4. Vide modo ad verba præcedd.

§ 7 *Respublica a consulibus ad interregnum, &c. redit*] *Res a consulibus* Leid. 2. Quod, si plures codd. firmarent, non insuper habendum putarem: passim enim alibi Livius ita loqui consuevit. I. 22. 'Numæ morte ad interregnum res rediit.' c. 32. 'Mortuo Tullo, res, ut institutum jam inde ab initio erat, ad Patres redierat; hique interregem nominaverant:' hoc l. c. 25. 'Quum res prope ad interregnum perducta esset:' infra cap. 50. 'Res ad interregnum rediit.' VI.

5. 'Ut renovarentur auspicia, res ad interregnum rediit.' VII. 17. 'Res ad interregnum redit.' c. 21. 'Prolatandis igitur comitiis, quum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit.' cap. 28. 'Res haud ulla insigni ad memoriam caussa ad interregnum rediit.' VIII. 17. 'Quia pestilentia insecuta est, velut omnibus eo vitio contactis auspiciis, res ad interregnum rediit.' cap. 23. 'Tamen ad interregnum res redit.' IX. 7. 'Quia tædebat populum omnium magistratuum ejus anni, res ad interregnum rediit.' XXII. 33. 'His vitio creatis, jussisque die quartodecimo se magistratu abdicare, ad interregnum res rediit.' Alibi autem *resp.* sive *respublica*, et *res* non raro confunduntur. Vide ad VIII. 31. § 2. Quum tamen reliqui codd. vulgato adhæreant, inde in diversum abire non audeo.

Neque id ipsum (nam coire patricios tribuni prohibebant) sine certamine] *Neque ad ipsum* fragm. Hav. a m. pr. *neque ad id ipsum* a m. sec. quod etiam præfert Hav. Tum *tribuni plebis*, voce adjecta, Harl. 2. et Hav. reliquis invitis. Denique *cogebant* Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. in contextu, qui *prohibebant* pro varia lectione in margine obfert.

§ 8 *Quum major pars insequentis anni per novos tribunos plebis*] Si major pars anni exacta jam erat, et verisimile est, non in aliquot menses creatos sequentes tribunos militum, sed in integrum annum, ante quem credo non facile abiisse magistratu, certe hic annus nobis perditur. Quare mirari desino, quod Veientibus datæ induciæ in annos XX. ut habes A. U. C. CCCXXX. apud Liv. hoc lib. cap. 35. res tamen ab eis repetantur a. CCCXLVIII. apud Liv. hoc lib. c. 58. Neque enim verisimile est, a. XVIII. res repetitas, sed ad finem anni XIX. Essent autem decem et octo duntaxat anni, si annum hoc in loco non numeraverimus. Et Camilli supputatio ad finem v. 54. eandem opinionem juvat: et qui eo anno, quo decemviri sunt depositi, creatos consules putant L. Valerium et M. Horatium, hic annum invenient ad Camilli supputationem congruentem. Quidam hæc excusant per diem solennem magistratibus ineundis: at ille mirum quam varius apud Romanos inveniatur: nam A. U. C. CCCV. Idus Maiæ nominantur: A. U. C. CCCXXXII. et CCCLIII. Idus Decembres, annoque eodem Kalendæ Octobres. A. U. C. CCCLXIV. et CCCCXXV. Kalendæ Quintiles, alibi Kalendæ Sextiles. Porro anno CCLXI. cum plebs in sacrum montem abiit, Kalendas Septembres diem solennem nominat Dionysius Antiq. lib. VI. p. 378. magistratibus ineundis. Multis item locis nominantur Idus Martiæ, ut anno secundo secundi belli Punici, et ejusdem belli anno XVII. ad finem, et primo anno belli Macedonici, et secundo, omnia apud Livium, apud Dionysium item lib. IX. p. 583. solstitium æstivum anno CCLXXVIII. Hæc ideo a nobis referuntur, ut notum faciamus, in unius anni discrimine nullam nos facere difficultatem, quod etiam Dionysius lib. VII. admonet. Ea fuit caussa, cur in chronologia nostra hunc annum omiserimus. *Glar.* Pall. tres iterum *insequentis*: quam lectionem et scholia Glareani agnoscunt. *Gebh.* Si unum Gaertn. excipias, qui *sequentis anni* præfert, reliqui omnes codd. scripti constanter *insequentis* legunt. Neque aliter est in excusis vetustis usque ad Cælium Curionem, qui primus vulgavit *sequentis*, et, præter Gryphium ac Sigonium, idem verum esse reliquis recentioribus persuasit, usque dum Gronovius iterum priorem scripturam revocaret, qui ita ex Mss. et vett. edd. legendum esse docuit hoc lib. ad c. 30. § 12. ubi vide quæ notavi. Ceterum annum hic inserendum non esse, ut statuere videtur Glareanus, atque omnino statuit Sigonius in Chronolo-

gia Liviana, multis docet Dodwell. De Cyclis Dissert. x. Sect. 84. Quum autem tribus ante hunc annis consules Idibus Decembribus magistratum iniisse dixerit Livius hoc lib. cap. 37. 'Consules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magistratum occepere:' idemque dies ineundi magistratum adhuc multis annis postea observatus fuerit, ut constat ex v. 9. 'At enimvero Sergius Virginiusque, propter quos pœnitere magistratuum ejus anni senatum adparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere senatusconsulto; negare, se ante Idus Decembres, sollemnem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse.' Hinc consequens est, contra quam Glareanus existimabat, tribunos militum, qui ex interregno magistratum occeperunt, non in integrum annum, sed tantum in reliquos menses anni, honorem gessisse. Præterea *tribunos plebi*, non *plebis*, Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 42. § 6. et post ad § seq. Horum codicum fidem secutus sum.

Et aliquot interreges certaminibus extracta esset] Prima vocula deest in fragm. Hav. a m. pr. *ad aliquot interreges* interpolavit manus sec. Deinde *exacta esset* Oxon. L. 1. et C. apud Hearnium. Nihil muto. Infra XXXII. 9. 'Ni timuisset, ne sine ullo effectu æstas extraheretur.' XLII. 52. 'Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandæ pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberet.' XLIV. 37. 'Ibi, quod rei gerendæ tempus esset, loquendo et intempestive consultando videbatur quibusdam extrahere.' XXII. 18. 'Ne nihil actum censeret, extracta prope æstate per ludificationem hostis:' ubi alia exempla et similis locutionis, et similis in codd. scriptis varietatis videri possunt. *Extracta res esset* habet Harl. 2. Sed ita supra legendum foret *Quum partem majorem insequentis anni extracta res esset.* Quum tamen *pars major* in omnibus supersit membranis, verius est, ut statuamus vocem *res* hoc loco a librario ad priora non adtendenti insertam esse; quam etiam alibi sæpe nolenti Livio additam fuisse, vidimus ad II. 18. § 2.

Modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem] *Modo prohibendum tribunis patr. coire ad prod. interreges* Hav. *ad prod. interreges* etiam Lov. 1. a m. pr. *ad prod. interregnum* Lov. 2.

Modo interregem interpellantibus, ne senatusconsultum, &c. faceret] Duæ priores voces deficiunt in Lipsiens. et Hav. deficiunt etiam in Port. a m. pr. Sed postea margini adscriptæ sunt. Caussa omittendi fuit repetitio vocis *interregem*, quæ proxime præcesserat. Vide ad IX. 11. § 11. Solam vocem *interregem* neglexerunt librarii Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. Tum *interpellantibus regem* habet Lov. 5. *interregem appellantibus* Gaertn. Deinde *ne sententiæ* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ne s̃. m̃. c̃* Lov. 1. *ne sē. C.* Lov. 3. *ne so9c* Klockian. Vide ad XXII. 10. § 1. Denique *facerent* Gaertn. et Lipsiens. Sed ea vox deerat in Voss. 2.

§ 9 *L. Papirius Mugillanus*] *Mugilanus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 7. § 10. Mox *nunc tribunos plebi* Flor. et Leid. 1. Vide ad § præced. Deinde *ab omnibus*, pro *ab hominibus*, Lov. 1. 2. 4. et Leid. 2. Vide ad III. 54. § 6. Insuper *reip.* pro *rempublicam*, Lov. 5.

Exceptam memorabat Veientibus induciis] Quidam castigavit *Veientium induciis*. Rhen. Hoc quoque *Veientium induciis* ante Curionem non reperio in meis. Omnis eadem manus, quam modo invocavimus, *Veientibus induciis*. Id quod mutandum non fuit: neque enim durius sonat, quam c. 49. et 57. 'Veiens bellum.' v. 20. 'Edictum itaque est, ad prædam Vei-

cutem, quibus videretur, in castra ad dictatorem proficiscerentur.' *J. F. Gron.* *Veientium induciis* Lov. 5. Port. a m. sec. Hav. et Hearnii Oxon. B. Ex editis autem ante Cælium Curionem ita præferunt Frobeniana ed. 1535. Basileensis 1539. Vascos. et Gryphiana 1548. ut id ex adnotationibus Rhenani receptum videatur, et forte eo invito, qui non ita legendum, sed quemdam ita in Ms. castigasse monuit. Alterum tamen *Veientibus induciis* omnino verius est. Passim enim *Veiens* tamquam adjectivum, quemadmodum etiam est, usurpari solet. Ita II. 7. 'Tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit, ut, omissa irrita re, nocte ambo exercitus, Veiens Tarquiniensisque, suas quisque abirent domos.' c. 15. 'Agrum Veientem, fœdere ad Janiculum icto ademtum, restituit.' c. 44. 'Inde ad Veiens bellum profecti, quo undique ex Etruria auxilia convenerant.' c. 45. 'Veiens hostis Etruscique eo magis præpropere agere:' et eodem cap. 'Nec Veiens hostis Etruscæque legiones detrectant.' c. 48. 'A Veiente hoste clades accepta.' Iterum: 'Veiens hostis assiduus magis, quam gravis.' Et iterum: 'Assiduo magis quam magno præsidio bellum Veiens eget.' c. 49. 'Veiens bellum in privatam curam, in privata arma versum.' Mox: 'Unius familiæ viribus Veienti populo pestem minitantes.' c. 50. 'Rursus cum Fabiis erat Veienti populo sine ullo majoris belli adparatu certamen.' c. 51. 'Obpressum temeritate felici Veiens bellum.' Infra hoc lib. c. 58. 'Veiens bellum motum ob superbum responsum Veientis senatus.' v. 5. 'Etruscum bellum pro Veiente concitatum:' et sæpe alibi. *Veientibus iudiciis* Voss. 2. et Lov. 3. Sæpe hæ voces commutantur in Mss. Vide ad II. 64. § 8. *Veientibus indiciis* Lipsiens. *Veientibus indiutiis,* duplici lectione *indiciis* et *induciis* juncta, Flor. Præterea *acceptam,* pro *exceptam,* Hav. Sæpe hæ voces in scriptis commutari solent. Vide ad II. 47. § 7. Vulgatum probum est. 'Excipere' enim hic est suscipere, in tutelam accipere. Cic. pro Leg. Manil. c. 9. 'Hunc in illo timore et fuga Tigranes, rex Armenius, suscepit.' Pro Rabir. Post. c. 16. 'Equitem Romanum veterem amicum suum, experientia patrimonii amplificandi labentem, excepit, corruere non sivit, fulsit, et sustinuit re, fortuna, fide.' Justin. XXVII. 3. 'Victus tandem ad socerum suum Artamenem, regem Cappadociæ, provehitur. A quo cum primum benigne exceptus esset.'

§ 10 *Unde si quid instrepat terroris*] Hoc alii mutarunt in *increpet.* Post verbum autem 'opprimi' ponunt punctum interrogativum. *Glar.* Fulcitur hæc lectio *increpet* sola Pal. secundi sublesta auctoritate. Nam ceteri duo cum Andreæ ed. retinent *si quid instrepat terroris.* Campanus edidit *Unde si quid increparet terroris.* Retineo vulgatam. Auctor dialogi, qui Tacito vulgo tribuitur, c. 5. 'Sin proprium periculum increpuit, non hercule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quam reo et periclitanti eloquentiæ præsidium simul et telum.' *Gebh.* Pro *instrepat,* quod præferunt vetustissimæ edd. primus Aldus *increpet* reposuit. Codd. variant. *Instrepat* habent Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *instrepet* Hav. *increpat* Lov. 2. 5. Lipsiens. et Port. In Leid. 1. verba *si quid increpet, &c. opprimi? non* desunt culpa librarii. Reliqui omnes, quorum etiam apud me potior est auctoritas, *increpet.* Vide Lipsium ad l. laud. Auctoris dial. Præterea *Bene si quid,* pro *Unde si quid,* est in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *terrores* Harl. 2. Sed ita legendum foret *Unde si quid increpent terrores,* atque existimandum esset τὸ *quid* abundare: de quo

ad III. 47. § 4. Sed melius esse puto, ut reliquorum codd. in vulgatum conspirantium consensui adhæreamus. Insuper *inde patricio mag.* pro *sine pat. mag.* Hav. frustra. *patr. sine mag.* Lov. 4. *sine patrio magistratu* Lipsiens. in contextu. Deinde *non ducem scribendum exercitui esse* Lov. 4. *exercitu esse*, pro *exercitui esse*, Voss. 2. Lov. 3. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. Quæ scriptura defendi posset ex illis quæ notantur ad XXIV. 19. § 6. Sed hic etiam potius reliquis adsentio. Denique post verba 'obprimi' et 'esse,' ubi vulgo στίγμα τέλειον est, interrogandi signum admisi. Id autem hic requiri, sequens 'an bello intestino' docere potest. Semel enim posita particula interrogandi etiam ad verba præcedd. intelligi debet. Vide ad II. 8. § 7. Id non observatum ansam præbuisse videtur locum prave interpungendi.

Bello intestino bellum externum propulsaturos] Ant. Perizonius ad marginem Livii monuit, *bellum* abesse posse. Invitis tamen libris nihil mutandum. Vide ad I. 3. § 9. *Bellum exercitum* perperam præfert Harl. 1.

§ 11 *Vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, resisti posse*] Gronovius priori ed. notarum ad Liv. IV. 12. § 6. *sisti posse* restituendum esse, et sine dubio inscitiam *resisti* genuisse putabat: quod tamen melius curis secundis omisit. Infra XLV. 19. 'Accessisse etiam novam tempestatem regno tumultus Gallici, cui vix consensu et concordia regum resisti queat.' *Resisti* omnes tuentur codd. Præterea *vix de eorum opibus* Lov. 3. *vix duorum opibus* ed. Mediol. 1480. operarum peccato. Tum *quin obruantur* Voss. 2. et Lov. 3. sed ita etiam *Romanæ res* scribendum foret. At, vulgatum rectum esse, patebit ex illis quæ notata sunt ad II. 9. § 5. *Quin obruatur, Romanæ rei resisti posse* mendose præfert Gaertn.

Mediis copularent concordiam] Sarta tecta præstatur hæc lectio in Pall. 1. ac 3. Mss. Nam Pal. 2. depravatus est; *medii copularent concordiam*. Deterius illo Andreas *remediis copularent concordiam*. Campan. *mediis diis copularent concordiam*. Gebh. Andreas Romæ edidit *remediis*. Campanus, Zan. Vercel. Bec. Asc. Mog. Juntas, Savet. *mediis Diis*: quod etiam de sua conjectura mihi commendavit vir omni doctrina ornatus, quem nominabo, ubi sequar. Et possum ego quoque illud probare, si Mercurius aut aliquis alius de machina Deus interventu suo rem composuit. Sin nullum hic apparet singulare Deorum ministerium, verum dante Romanis, ut alias, bonam mentem Deo, suasit interrex, ut utrimque aliquid concedendo eo temperamento deciderent, quo concordia inveniretur; Patres non urgendo ut crearentur consules; tribuni non instando ut novi quæstores, utique aliqui, fierent de plebe: melius profecto *mediis*, quod ita plane et solum habent duo Pall. (Pal. 3. *medii copularent*) et inter editos in primo invenio Frobenio. Lib. VII. c. 39. 'Nihil medium, aut imperium atque honorem, aut, ubi restitaret, mortem, ni sequeretur, denunciantes.' VIII. 13. 'Jam Latio is status erat, ut neque bellum neque pacem pati possent. Mediis consiliis standum videbatur.' IX. 3. Samnites ad senem Pontium: 'Quid si media via consilii caperetur.' Et iidem sera pœnitentia c. 12. 'Laudare senis Pontii utraque consilia, inter quæ se media lapsos.' X. 15. 'Fabius silentio facto media oratione studia hominum sedavit.' XXVI. 21. Marcello ex Sicilia petente triumphum: 'Medium visum, ut ovans Urbem iniret.' XXXI. 13. 'Quum et privati æquum postularent, nec tamen solvendo ære alieno respublica esset, quod medium inter æquum et utile erat, decreverunt.' *J. F. Gron.* *Remediis cop. conc.* unus

Voss. 2. *medii cop. conc.* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *mediis cop. cum conc.* Voss. 1. *mediis cop. conc.* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 1. Port. Lipsiens. fragm. Hav. et quos Hearn. Oxon. consuluit codd. scripti. Ex editis vero non primus Frobenius, sed ante eum Aldus, eam lectionem recepit. Locutioni huic inlustrandæ faciunt, quæ notavit Joseph. Wasse ad Sall. Jug. c. 45. Cic. Acad. I. 10. 'Cetera autem, etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia naturæ esse contraria: iis ipsis alia interjecta et media numerabat: quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda et quadam æstimatione dignanda docebat; contraque contraria: neutra autem in mediis relinquebat.'

§ 12 *Tribuni plebis non intercedendo, quo minus quatuor quæstores promiscue de plebe*] *Tribunos plebis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Port. a m. sec. Lipsiens. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. Gaertn. et editi ante Aldum. *Tribunos plebi* Flor. Leid. 1. Harl. et Port. a m. pr. Deinde *promisce* Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. Vide ad III. 47. § 7. Tum *ex plebe* Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. in quo a m. pr. omissa fuerat præpositio. Denique *liberos suffragio,* pro *libero suff.* Harl. 1. prima litera vocis seq. in fine præced. perperam repetita. Quod in hac litera frequens esse, dictum est ad XXVIII. 25. § 2. *Libero suffragio,* ut *libero arbitrio* hoc cap. § 5. ubi vide.

CAP. XLIV. § 1 *L. Quinctius Cincinnatus tertium, Sex. Furius Medullinus iterum*] Legendum est *L. Furius Med. iterum.* Neque enim aut ante aut post fit mentio *Sexti* cujusquam Furii tribuni militum, ut nunc iterum aut primum esse possit. Favent etiam conjecturæ nostræ libri Mss. qui *L. Sex. Furius Med.* habent. Sed quoniam tres per hos annos L. Furii Medullini tribunatum ceperunt, de quibus Livio cum Capitolinis scriptoribus non convenit, ne quis in errorem inducatur, omnes eos ordine explicabo, ut quisque causam errandi agnoscat, de qua Glareanus desperavit. ['Glareanus has nugas non tanti facit, ut propterea desperare velit.']

A. U. C. 322 L. Furius Medullinus.
— 329 L. Furius Medullinus.
— 335 L. Furius Medullinus II. is, qui vulgo *Sex.* dicitur.
— 344 L. Furius Medullinus II.
— 350 L. Furius Medullinus III.
— 355 L. Furius Medullinus.
— 357 L. Furius Medullinus III.
— 358 L. Furius Medullinus IV.
— 360 L. Furius Medullinus V.
— 361 L. Furius Medullinus VI.
— 364 L. Furius Medullinus VII.

Sigon. Cum in fragmento Capitolino legatur CINCINNATUS II. et MEDULLINUS III. facile colligimus, non *L. Quinctium* esse, quem tribunum militum III. legimus in Livio, mendose fortasse; sed ejus fratrem *T. Quinctium,* qui semel tantum antea tribunus fuit, A. U. C. CCCXXVII. apud Liv. IV. 31. Deinde ex hoc tertio Medullini tribunatu constat *L. Furium* hunc esse, qui tribunus militum II. a. CCCXXVIII. fuit, licet in Livio *Sex. Furius II.* habeatur. Quæ differentia errorene provenerit, an ex annalium diversitate, vix liquet. A. Sempronio insuper in Livio numerus II. addendus est, nam idem ante tribunus fuit a. CCCXXVIII. filius L. Sempronii primi censoris, nepos A. Sempronii bis consulis. Hæc autem diligentius Capitolina marmora conferenti facile patebunt. Non enim memoria lapsus est Livius, ut videtur quibusdam: sed inextricabilem errorum labyrinthum struxit in ejus historia librariorum negligentia. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXIII. p. 192. Quæ Sigonius de tribus L. Furiis Medullinis, qui omnes per hos annos tribunatus militares consulari po-

testate gesserunt, notavit, evincunt inter Livium et fastos Capitolinos non convenire in adsignandis unicuique eorum honoribus, adeoque cum Pighio, ut in concordiam redigantur, *iterum* in *tertium* mutandum non esse; neque etiam in Quinctio pro *tertium* substituendum esse *iterum*. Unde vicissim aliam Pighii emendationem, qua *T. Quinctius*, pro *L. Quinctius*, substituit, non necessariam esse patet. T. Quinctius hic bis antea consul, semel tribunus militum fuit. In primo consulatu Livio vocatur 'T. Quinctius, Lucii filius, Cincinnatus: eidem et Penno cognomen additur,' hoc lib. c. 26. In altero autem consulatu et in tribunatu 'T. Quinctius Pennus' cap. 30. et 31. Si itaque nunc iterum tribunus consularis creatus esset, miræ inconstantiæ Livius reus foret, si ei nunc *T. Quinctius Cincinnatus*, et non *T. Quinctius Pennus* adpellatus fuisset. Præterea quum tantum biennio ante in judicium vocatus, quod ejus opera ad Veios male pugnatum esset, et partim ob res antea prospere gestas, partim culpam in collegam transferendo, partim denique ob patris memoriam absolutus sit, non tam cito ad summum iterum honorem evehi posse videtur. Accedit in omnibus scriptis constanter ei *Lucii* prænomen tribui; constanter etiam dici Cincinnatum *tertium*, vel, ut omnes codd. legunt, *tertio*, Furium *iterum* hunc honorem gerere; nisi quod *item*, pro *iterum*, sit in Gaertn. Alio etiam ordine *L. Cincinatus Quintius* est in Lov. 5. Ceterum Glareanus, (ut inveniret, ubi *Sex. Furius*, qui hic tribunus consulari potestate *iterum* dicitur, primum honorem gesserit,) IV. 25. § 5. pro *L. Furius* emendabat *Sex. Furius*. Sed veriorem puto Sigonii conjecturam. Nam *Sex. Furius* hoc loco præferunt quidem Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Port. Lipsiens. et Gaertn. *S. Furius* fragm. Hav. At *L. Sextus* vel *L. Sex. Furius* est in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Præterea *Medulinus* est in Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. *Modulanus* in Harl. 2. et Hav. Vide ad hujus lib. c. 51. § 1. Notator Sigonii, sive Glareanus, hoc loco non videtur meminisse eorum quæ ipse Glareanus notavit hoc lib. ad c. 61. § 1. ubi 'se de L. Furiis desperare' fatetur.

M. Manlius, A. Sempronius Atratinus] Glareanus legendum esse docet *L. Papirius*. Movet eum, quod Livius in a. CCCXXXIX. c. 47. *A. Sempronium Atratinum tertium* scribit fuisse, cum tamen *quartum* fuerit scribendum, si idem hic nunc esset *tertium*. Verum errat: nam qui fuit anno trecentesimo decimo non est idem cum hoc. Id quod ex sequenti stemmate Atratinorum intelligitur.

A. Sempronius Atratinus consul a. 257. et 263.

A. Sempronius Atratinus tr. mil. a. 310.	L. Sempronius Atratinus, frater Auli, Cos. 310. Dionys.
C. Sempronius Atratinus, ex Dionys. patruelis Auli, Cos. a. 331. male re in Volscis gesta damnatus.	A. Sempronius L. F. A. N. Atratinus tr. mil. a. 329. 335. 339.

Sigon.

M. Mallius Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *M. Manilius* Lov. 4. Harl. 2. et Hav. Vide ad XXXIV. 53. § 2. *Martius Manlius* vetustiores, quos vidi, excusi: pro quo Aldus *M. Mallius*, Frobenius tandem a. 1535. *M. Manlius* dederunt. Et ita in fragm. Fastor. Capit. *M. Manli*:-:-:-. vocatur. Deinde *A. Sempronius At-*

tracinus Hav. *A. Sempronius Atracinius* Lov. 4. *et A. Sempronius*, omisso cognomine, edd. ante Aldum, qui primus *Atracinus* adjecit; quod postea Frobenius a. 1531. mutavit in *Atratinus*. Vide hoc lib. ad c. 7. § 1. Ceterum Glareanus non *L. Papirius*, ut Sigonius tradit, sed *L. Sempronius*, legendum existimat ad § 6. Quam conjecturam recte refellit Sigonius. In fragmentis enim Fastor. Capitolin. A. SEMPR. . . . . vocatur. Quamvis autem jam antea c. 35. tribunatum militarem gessisse legatur, iterati tamen honoris notam cum Pighio addi necesse non est, ut patet ex illis quæ notavimus ad II. 16. § 7.

§ 2 *Hoc tribuno comitia quæstorum habente*] *Hæc tribuno* Port. *Hoc tribuni* Harl. 2. *Hoc tribunatū* Gaertn. *Hoc tribunatu* Lov. 2. Deinde *com. quæst. inde habita* Harl. 2. *com. quæst. m̄ habita* Hav. *comitia quæstorum habita* Lov. 2. et 4. *com. quæst. habite* Lov. 5. *quæst. com. habente* typis inpressi ante Aldum.

Petentibusque inter aliquot tribunos plebeios filio Antistii tribuni plebis] Quia nullus rectus possit sensus ex ea lectione elici, vide ne multo melius *tribunicios*, quam *tribunos*, scribi possit, id est viros plebeios, qui tribuni aliquando fuerint, sed tunc privati essent. *Sabell.* in Observ. p. 187. Si Livius *tribunicios* scripsisset, vocem *plebeios* omisisset: ut III. 35. 'Ipse medius inter tribunicios Duilios Iciliosque in foro volitare.' Melius itaque Aldus, voce *tribunos* expuncta, legebat *inter aliquot plebeios:* quod recentiores receperunt, et auctoritate Mss. meorum firmatur, nisi quod *aliquos* sit in Lov. 4. et 5. De hoc errore scribarum vide ad VI. 37. § 8. Præterea *potentibusque* Voss. 1. cujus tamen margini pro var. lect. adscriptum est *petentibusque*. Vide ad V. 14. § 5. Deinde *intra aliquot* Voss. 2. Vide ad V. 27. § 3. Tum *filios Antistei* Harl. 2.

Fratre alterius tribuni plebis Sex. Pompilii] *Fratri alterius* fragm. Hav. Tum *Sex. Furii* Lov. 2. *Sexti et Populi* Lipsiens. *Sex. Populi* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *Sex. Popli* Leid. 1. *Sex. Ppl'i* Gaertn. *Sex. Polii* Harl. ambo, et Hav. *Sex. Polli* Flor.

Nec potestas, nec suffragatio eorum valuit] Est in vetusto exemplari *nec suffr. horum valuit*. Rhen. *Horum* etiam omnes mei, præter solum Harl. 2. qui *eorum* exhibet. Deinde *suffragio* Lov. 3. Harl. 1. et Hav. *suffragium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. in quo tamen etiam emendatum *suffragatio*. Et recte. Vide vim ejus vocis inlustrantem Cortium ad Sall. Jug. c. 65. Mox *proferrent* Lipsiens. Similiter et peccabatur III. 12. § 9.

§ 3 *Furere omnes tribuni plebis, ante omnes Pompilius Antistiusque, repulsa suorum accensi*] *Fuere omnes tribuni* Gaertn. et Hav. Pari errore sæpissime *fuit* et *furit* in Mss. libris commutantur. Vide viros doctos ad Flor. I. 16. § 12. et Broekhus. ad Propertii Eleg. III. 21. 28. et ad IV. 6. 56. Tum *tribuni plebi* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 42. § 6. Hinc *Polius* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Harl. uterque, Port. Hav. et fragm. Hav. *Pollius* Lipsiens. *Sempronius* Lov. 2. Deinde *Antisteiusque* Harl. 2. *Antistius*, sine conjunctione *que*, Lov. 2. 3. et Gaertn. Denique *repulsus* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. in quo *repulsis* est a m. sec. *repulsaque* Port. a m. pr. *qua repulsa* Hearnii Oxon. L. 1. *qui repulsa* Lov. 2. fragm. Hav. et excusi ante Aldum: *quasi repulsa* Lov. 3.

§ 4 *Quidnam id rei esset*] Fortassis *esse:* ea forma, de qua copiose in Observ. II. 14. *J. F. Gron.* Gronovii conjecturam veram puto. Eam tamen codicum nullus firmat. In Lov. 4. 5. Harl. 2. et ed. Parm. 1480. deficit pronomen *id*. Male. Vide ad V. 15. § 5.

Non suis beneficiis, non Patrum injuriis] *Quod non suis ben.* omnes Mss. mei, et apud Hearnium Oxon. N. et C. Sed eam voculam recte abesse ab omnibus, quos vidi, excusis verba finalia hujus periodi, 'si non tribunum militarem, ne quæstorem quidem quemquam ex plebe factum,' satis probant.

Quum liceat, quod antea non licuerit] Ita primum Cælium Curionem edidisse video. Omnes enim apud me priores *quod ante*. Et ita Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. ambo, Port. et Gaertn. Per compendium autem *quod añ* Leid. 1. Hav. et fragm. Hav. quomodo alibi semper pro *ante*, non vero pro *antea*, scriptum obcurrit. Quare ita edi curavi. Deinde *quod non ante* Lov. 2. et excusi ante Aldum. Hinc *licuerat* Harl. 2. et Lov. 5.

Ne quæstorem quidem quemquam ex plebe factum] *Nec quæst. quidem quem.* Lov. 4. et 5. *ne quæst. quemq. ex plebe quidem factum* Harl. 2. et Hav. Male. Vide ad I. 10. § 3. *ne quæsto℞ quidem quemq.* Leid. 1. Res eodem redit: optimi tamen codicis auctoritas persuadet Livium ita scripsisse.

§ 5 *Tribunorum plebis, potestatis sacrosanctæ*] *Tribun. plebis, majestatis sacros.* Lov. 4. Harl. 2. et apud Hearnium Oxon. B. L. 2. et C. Notissimum est passim 'tribunitiam potestatem' memorari. Supra II. 35. 'Auxilii, non pœnæ, jus datum illi potestati: plebisque non Patrum tribunos esse.' III. 37. 'Id modo plebes agitabat, quonam modo tribuniciam potestatem, munimentum libertati, rem intermissam repararent.' c. 41. 'Ab residuo tribuniciæ potestatis odio.' c. 53. 'Potestatem etiam tribuniciam provocationemque repetebant:' et sæpissime alibi. *Tribun. plebis vel potest. sacrosanctæ* Hav. Id autem accipiendum foret pro etiam potestatem sacrosanctam. Vide Gronov. ad Liv. XXXVI. 41. § 2. Alii tamen omnes stant pro vulgato. Et recte: nam *potestatis sacrosanctæ*, dictum per adpositionem, ut in loco ex III. 37. laudato 'tribuniciam potestatem, munimentum libertati:' et similia alia passim. Mox *Aulium Semp.* aberrantes librarii codd. Leid. 1. Harl. 1. et Gaertn. Neque melius *Antistium Sempr.* Lov. 2. *Auxilium Sempr.* Lov. 4.

Ejus injuria queri suos honore dejectos] *Ejus injuriaque suos* Voss. 2. et Lov. 3. Scriptum fuerat *qu'i:* ut compendium veræ lectioni fraudi fuerit, ut sæpe alibi. Tum *suos vos honore dejectos* Leid. 2. et Lov. 1. Sed vocula *vos* nata est ex repetitis ultimis literis vocis præced. Tandem *suos honores dejectos* Harl. 2. et Hav. Perperam. XL. 46. 'Questum quum alia, tum bis se certo consulatu dejectum.' Infinitis locis librarii, etiam cum manifesta sensus injuria, id agere soliti fuere, ut voces vel cum præcedd. vel cum seqq. genere, numero et casu convenirent. Vide II. 60. § 5. III. 45. § 5. hoc lib. c. 33. § 10. mox hoc cap. § 7. 10. et 11. c. 47. § 3. c. 56. § 5. V. 45. § 1. VI. 3. § 8. et alibi. Ex eo fonte profluxisse Corte recte existimavit, *hac*, pro *hoc*, editum esse apud Plin. Ep. II. 13. § 2. *Religiosissimam*, pro *religiosissime*, apud eumdem Ep. III. 15. § 2.

§ 6 *Flexere iras in C. Sempronium, patruelem A. Sempronii*] Pro *A. Sempronii*, quidam *Atratini* posuerunt, quasi Caius non etiam *Atratinus* sit cognominatus, ut A. et L. fratres. Mirum vero, quod hic rursus damnetur, qui paullo ante ab Hortensio die dicta absolutus sit precibus quatuor tribunorum. Neque vero hic alius esse Sempronius potest, quod hic de belli Volsci ignominia fiat mentio, in quo Sempronius idem fuit dux, quocumque prænomine eum vocatum contendas. Sed et hoc male habet, quod a. CCCXXXIX. A. Sempronius 'tertium' dicatur tribunus militum

consulari potestate, cum tamen hic tertium sit: quare hoc loco ego *L. Sempronium* hujus anni tribunum militum consulari potestate puto, cujus mentio est a. CCCXI. Fuit enim Auli frater. *Glar.* *Atratini*, pro *A. Sempronii*, primus recepit Aldus, a quo stant omnes scripti, nisi quod *Aretini* sit a m. pr. in Gaertn. *Aratini* in Flor. *Atracini* in Lov. 2. *Atracinii* in Lov. 4. et *Attracini*, solito errore, in Harl. 2. et Hav. Vide ad § 1. Duplicem autem errorem Glareani *L. Sempronii*, pro *A. Sempronii*, emendantis, et hujus anni tribunum consularem a. etiam CCCXI. memorari existimantis, quum hic eo tempore memorati filius sit, jam recte damnavit Sigonius ad § 1. Præterea verum etiam non est, C. Sempronium, quum paullo ante dies ei ab Hortensio dicta esset, absolutum fuisse precibus quatuor tribunorum; sed potius quatuor tribunis, qui pro eo orabant, præ se ferentibus se vestem cum eo mutaturos, Hortensius ab accusatione destiterat. Vide c. 42. Mirum itaque non est, eum, cui quidem dies ad populum dicta fuerat, sed de cujus crimine populus nondum judicaverat, iterum in jus vocari. Denique in istius Sempronii prænomen *Caius* hic et § seq. non tantum jam scripti consentiunt, sed etiam editi, qui eum perperam antea semper *Aulum* vocarant. Vide ad cap. 37. § 1. Paullo ante *Idque quum*, pro *Itaque quum*, Hav. et *in quo erat*, neglecta voce *tunc*, Hearnii Oxon. C.

Ob ignominiam Volsci belli, adjutore collega M. Canuleio, diem dixere] *Ob ignom. Volsci, bellique adjutor collega M. Camileio diem dixere* Hav. *Camileio* etiam Lov. 4. *Camuleio* Leid. 2. Lov. 1. et Port. *Canulegio* Harl. 1. *Camulcio* Harl. 2. *Cannilleio* Gaertn. Denique *dixit* Leid. 1.

§ 7 *Cui actioni semper acerrime C. Sempronius restiterat*] *Cui actionis semper* Harl. 1. fini vocis *actioni* adhærescente prima litera seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Tum alio ordine *acerrime semper* fragm. Hav. Deinde *resisterat* Flor.

Ratus, id quod erat, aut deposita caussa, &c. aut perseverantem sub judicii tempus] Legendum *aut perseverante*. Subauditur 'caussa.' Nam præcessit *deposita caussa*. Rhen. *Perseverante* est correctio Rhenani. Alioquin omnes libri scripti et vetuste cusi *perseverantem*. Amplius Andreas *perseverantem per subjudicii tempus*. Gebh. Si Livius ipsum Sempronium ista opinatum vel arbitratum voluisset scribere; non profecto *reum*, sed *sese* scripsisset: nam illud simpliciter prolatum de alia persona intelligitur. Tribunis illa spes, illa præsumtio erat: si accusabimus hominem, alterutrum faciet; aut, ut effugiat reatum judiciumve, desistet impedire legem agrariam, et sic levior erit apud Patres auctor; aut si non desistet, iratam plebem judicem habebit. Hæc eo spectant, ut agnoscas scribendum esse *ratis* (ut est in ed. Francof. a. 1587.) et referendum ad *τὸ tribunis*. Dein *perseverante* infelix est correctio Rhenani, cum scriptis et editis primis omnibus adsit *perseverantem*: quod, præterquam quod magis sit Latinum, rei quoque aptius est. Poterat enim durare causa per se, quamvis a Sempronio deserta, ceteris eam Patribus sustinentibus: at *perseverantem* dicit ipsum Sempronium, persistentem in ea tuenda. Mox *nec tum agrum*. Malim, si liceat, *nec enim agrum plebi*. Sensus similis isti Martialis Ep. III. 2. 'Proscriptum famulus servavit fronte notatus. Non fuit hæc domini vita, sed invidia.' Sed et mutanda distinctio, omnisque locus ita concipiendus: *subinde ab iisd. trib. mentio in sen. de agris div. illata est, (cui act. semper acerr. C. Semp. rest.) ratis id quod erat, aut dep. causa lev. fut. apud P. reum, aut perseverantem sub jud.*

tempus plebem offensurum. Adversæ invidiæ objici maluit, &c. J. F. Gronov. *Perseverantem* recte contra Rhenanum vindicavit Gronovius; idque codd. mei uno ore tuentur. Pro *ratus* vero, quod et in omnibus scriptis superest, ante Francofurtanam Gronovio memoratam, *ratis* substituerunt Frobeniana utraque, Basileenses 1539. et 1549. Vascos. Gryphianæ annorum 1548. et 1554. Lugdun. 1553. Paris. 1573. et plures aliæ; eamdemque lectionem se in Oxon. N. reperisse, Hearne profitetur. Contra Jac. Perizonius ad marginem Livii adscripsit vulgatum servari posse, intellecto τῷ se ad vocem *reum;* et se *reum* dici, ut post § 9. 'se civem.' Verum tum ita distinguendum foret: *C. Semp. restiterat. Ratus, id quod erat, aut dep. caussa lev. fut. apud P. reum, aut perseverantem sub jud. tempus plebem offensurum, adversæ invidiæ objici maluit.* Et *Ratus* positum erit pro *Hic*, vel *Is*, vel *Qui ratus.* Vide Gronov. ad Liv. I. 1. § 11. et ad XXII. 15. § 3. *reum* autem, pro *se reum*, ut Perizonius monuit. Infra XXVII. 19. 'Quem quum percunctaretur Scipio, quis, et cujas, et cur id ætatis in castris fuisset? Numidam esse, ait; Massivam populares vocare:' pro 'se Numidam esse.' Quum tamen, ut Gronovius observat, illud *se* omissum hic nimis obscuram et ambiguam orationem efficeret, cum eodem Gronovio *ratis* probare malui. Ceterum *depositæ caussæ* Harl. 2. *revum*, pro *reum*, Leid. 1. Similes librariorum aberrationes vide ad XLV. 37. § 8. Tum *per jud. tempus* Flor. Voss. 1. Lov. 1. Klockian. et Oxon. N. apud Hearnium. *Pro jud. tempore* Leid. 2. Denique *plebem offensuram* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Port. a m. pr. Gaertn. et fragm. Hav. Originem hujus erroris modo indicavi ad § 5.

§ 8 *Adversæ invidiæ objici maluit*] Ant. Perizonius in margine Livii malebat *At ipse invidiæ.* Displicuit, credo, compositio orationis, quæ nimis dissoluta visa est. At aliud Livio, peritiori ejus rei judici, visum est, cui invito plurimis locis has similesque particulas obtrudere librarii conati sunt. Vide ad VI. 32. § 8. Præterea *objici se maluit* Hav. *objici voluit* Voss. 2. Par varietas etiam occurrit in Mss. XXXVII. 54. § 2.

§ 9 *Cessura in trium gratiam tribunorum fieret*] *Cess. interim gratia trib.* Gaertn. *gessura* Lov. 2. in contextu, pro quo *censura* emendatur in margine. Alibi scribæ 'cessi' et 'gessi' commutare soliti fuerunt. Vide ad XXXVII. 52. § 3. Paullo ante *Neque largitio*, pro *Ne qua largitio*, male Lipsiens.

Nec tum agrum plebi, sed sibi invidiam quæri] Gronov. ad § 7. scribendum conjiciebat *nec enim agrum.* Sane Bentl. ad Horat. Satyr. II. 3. 132. *tu* et *ñ*, id est *enim*, facile confundi potuisse censet; similiter ergo *ñ* et *tū*, id est *tum. Nec cum agrum* Harl. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. in fine. *nec tamen agrum* Lipsiens. *nec tñ agrum* Lov. 2. 5. et Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Præterea *sed sibi in invidiam quæri* Lov. 1. et Leid. 2. Vocula *in* nata est ex prima syllaba seq. *invidiam.* Vide h. lib. ad c. 6. § 11.

Se quoque subiturum eam tempestatem forti animo] Probo hanc lectionem, expressam in Pal. 2. et Campani ed. Sed Pall. 1. ac 3. *se quæque sub. ea tempestate forti animo.* Quid autem in mentem venerit Andreæ nescio legenti, *se quoque subit. eam potestatem forti animo.* Gebh. *Se quæque sub. ea tempestate* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Tum *eam p̄tatem* Gaertn. *eam potestatem* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Male. *Eam tempestatem* scilicet invidiæ, quam sibi quæri modo dixerat. Supra III. 38. 'Haud ignari, quanta invidiæ immineret tempestas.' Cic. Orat. Catil. I. 9. 'Quanta tempestas invidiæ nobis inpen-

deat.' Mox *esse debere*, trajectis vocibus, Gaertn. Tum *quemque alium*, pro *quemquam*, edd. Rom. 1472. et Parm. 1480.

§ 10 *Nihilo demissiore animo*] *Remissiore animo* Neapol. Latinii. Male. Cic. pro Fonteio c. 11. 'Existimatis eos hic sagatos braccatosque versari, animo demisso atque humili.' Pro Cluent. cap. 21. 'Erigebat animum, jam demissum et obpressum, Oppianicus.' De Finib. v. 15. 'Si vincunt, efferunt se lætitia: victi debilitantur, animosque demittunt.' Error ortus est ex adfinitate literarum *D* et *R*, unde passim voces ex particulis *de* et *re* compositæ permutantur. Vide ad IX. 10. § 6. Ceterum *Nihil demissiore* Lipsiens. qualem varietatem etiam habuimus hoc lib. c. 35. § 8.

Caussa ipse pro se dicta, nequidquam omnia expertis Patribus] Ita primus edidit Aldus. Plerique priores dederant *caussa ipsa pro se dicta*. Originem aberrationis diximus hoc cap. ad § 5. *caussa ipsa ipse pro se dicta* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. uterque, Port. Lipsiens. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. quorum scribæ hac ratione duplicem lectionem, quam in codd. suis invenerant, jungere voluerunt. Vide ad III. 44. § 4. Utramque lectionem etiam servant edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. ex quibus mendosam elegerunt, qui ante Aldum Livio manus admoverunt. Pejus adhuc *cū ipsa ipse pro se dicta* Hav. Sed *cā*, id est *caussa*, abiit ibi in *cū*, sive *cum*. Vide hoc lib. ad c. 25. § 13. ad c. 58. § 4. VII. 2. § 2. c. 33. § 2. et aliis locis. Præterea *nequiquam* Flor. et Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Tum *expertis ipsis Patribus* Lov. 2. et Lipsiens.

§ 11 *Postumia virgo Vestalis de incestu caussam dixit*] *Postumiana* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Postumialis* Port. Tum *de incesta* Lov. 4.

Crimine innoxia, ob suspicionem propter cultum amœniorem] Vix mihi patior persuaderi, a bona manu esse illud *ob suspicionem*. Satius subintelligatur. *Grut.* *Crimini obnoxia* Neapol. Latinii, et multæ ex vett. edd. Pro eo Aldus *crimine innoxia* recepit, quod etiam superest in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. et in plerisque manu descriptis, *et crimine innoxia* exhibet Lov. 4. *crimine innoxio* Hav. Indicavi hujus vitiosæ lectionis fontem hoc cap. ad § 5. *Criminis innoxia* Flor. Codici huic multum tribuo. Ei tamen soli fidem habere vix audeo, quod non subpetant exempla ubi Livius ita locutus sit. At contra 'innoxia crimine,' ut 'insons crimine' IV. 15. 'Etiamsi regni crimine insons fuerit:' et 'noxius crimine' VII. 20. 'In Faliscos eodem noxios crimine vis belli conversa est.' Pro *ob suspicionem* ὁ πάνυ Gronovius ad verba seqq. hujus § legendum censet *ab suspicione*. Vide ad XXIV. 30. § 1. *Ob suspicationem* habet Lipsiens.

Cultum amœniorem ingeniumque liberius, quam virginem decet] *Ingenium liberius* Harl. 2. *ingeniumque liberalius* Lov. 4. a m. pr. Deinde *virginem deceret* Hav. Pro *decet* crediderat librarius *dec'et* scriptum fuisse. Alia ejus erroris exempla vide ad XXXIX. 52. § 6.

Parum abhorrens famam] Non offendor hoc genere loquendi. Nam sic et XL. 57. 'Facile Bastarnis Scordiscos iter daturos: nec enim lingua aut moribus æquales abhorrere.' Sed universa oratio habet nescio quid pingue et supervacuum. Itaque Gruterus τὰ *ob suspicionem* delenda censuit. Nec juvant alii. Sed optimus omnium hujus partis librorum Flor. pro *famam* habet *eam*. Vide numquid satis Livianum videatur, *crim. inn.; ab susp. prop. cult. amœn. ingeniumque lib., quam virg. deceret, parum abhorrens. Eam ampl., deinde abs. &c.* J. F. Gron. Cod. Flor. lectio admodum est ambigua. Præfert enim *parum*

abhorrens eam am. Posterius autem *am* a manu altera erasum est. At, si statuamus, codicem Flor. ex altero descriptum fuisse, qui exaratus fuerat literis majusculis, facili errore librarium *eam am* pro FAMAM dedisse, suspicio nasci posset ob similitudinem, quæ est inter ductus literarum *E* et *F*. Vide Sciopp. de Arte Crit. p. 40. qui et literas Longobardicas *e* et *f* sæpius in Mss. commutari ibidem observat p. 45. Hac ratione *eidem* et *fidem* in Mss. commutantur. Vide Gruter. ad Plin. Epist. IV. 10. § 1. Vide insuper an *abhorrens ab suspicione Postumia,* ut Gronov. emendat, dici possit, pro Postumia, de qua haud abhorrentia, a vero non aliena, suspicantur homines. Fateor tamen τὰ *ob suspicionem propter cultum* non satis placere. Aliquid latet, quod acutioribus indagandum relinquo.

§ 12 *Ampliatam deinde absolutam*] Intelligimus dictum esse ex consuetudine Romanorum judiciorum, quæ hoc modo peragebantur. Namque aut statim sententia dicebatur a judicibus, si absolvendus esset reus, aut amplius pronunciabatur, si videretur esse damnandus, et tunc judices dicebant ‘non liquet,’ hoc est, obscura caussa est. Et ut eleganter docet Asconius Pedianus ad Cic. in Verr. I. 9. ampliandi signum erat *N. L.* quod significabat ‘non liquere.’ Unde ‘ampliatio’ nascebatur, quæ appellata ab eo videtur, quasi amplius dicendi pronunciatio; quia, qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendam caussam redibat. De hac ampliatione intelligendum est apud Plinium ita scribentem in libro, cujus titulus est de Viris Illustribus cap. 24. Manlius ‘reus factus, et ob conspectum Capitolii ampliatus.’ Sensus Livii est, virginem Vestalem, cum de incestu accusaretur, fuisse ‘ampliatam,’ hoc est, per ampliationem in secundam actionem, interposita dilatione, protractam, ut scilicet bis caussam dicere posset, ex ritu Romanorum judiciorum. De hac ampliatione intelligit Cicero in tertia in Verrem c. 9. ‘Etsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existimant, non primo judicare.’ Idem in Oratione pro Cæcina c. 10. inquit: ‘Cum ampliandi potestas esset, dixisse, sibi liquere.’ *Beroaldus* in Annotat. p. 222. Vide Sigonium de Judic. II. 22.

Pontifex maximus abstinere jocis jussit] Nomen hujus pontificis maximi fuit *Sp. Minucius,* ut ait Plutarchus de Utilitate ex inimico capienda p. 89. *Sigon.* *Abstinere locis* Leid. 1. solito errore scribarum. Vide ad Livii XXXVI. 14. § 2. Paullo post *de Campanis,* pro *a Campanis,* Haverk. *Cumea,* literis transpositis, Voss. 2. Paullo ante *abs. collegi sent.* neglecta præpositione *pro,* Leid. 2. quæ tamen hic ordinaria fuisse videtur. Gellius Noct. Att. XI. 3. ‘Aliter enim dici videbam, pontifices pro collegio decrevisse; aliter quempiam testem introductum pro testimonio dixisse.’ Liv. IV. 26. ‘Occasionem oblatam rati tribuni augendæ potestatis secedunt, proque collegio renunciant.’ ‘Ex collegii sententia’ dixit hoc lib. c. 53. ‘Novem tribuni sustulerunt certamen, pronunciaveruntque ex collegii sententia.’ *Pro sententia collegii* est in Lov. 4.

§ 13 *P. Lucretium Tricipitinum, Sp. Nautium. Annus*] Lego *Sp. Nautium et C. Servilium.* Desideratur enim nomen quarti tribuni militum *C. Servilii,* qui est in tabulis Capitolinis. *Sigon.* Tribunos militum consulari potestate tres duntaxat reperimus in Livio. Nam *C. Servilius Axilla,* quem quarto loco ponunt Capitolina fragmenta, et secundum anno sequenti tribunatum gessisse monstrant, librariorum, ni fallor, errore omissus est. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXIV. p. 193. Sigonius monet legendum *C. Servilium.* In Mss. Pall.

Servilii nominis nullum vestigium reliquum est, ut nec in ed. Andreæ. In Campani vero apparet *Sp. Nautium Rutulium.* Gebh. Postremum *C. Servilium* in libris omnibus neglectum e tabb. Capitolinis addidit Sigonius. Flor. *Sp. Nautium Rutilium.* Legendum *Sp. Nautium Rutilum.* Et finis hujus cognominis corrupti prima videtur occasio librariis fuisse omittendi *C. Servilium.* J. F. Gron. *T. Lucretius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Verum biennio postea non modo apud Liv. cap. 47. sed etiam in fragmentis Fastor. Capitolin. *P. Lucretius* vocatur. Cognomen Nautii *Rutilum* ex sententia Gronovii in contextum recepi, licet ipsius in codd. meis mentio non fiat. Id enim hic excidisse Gronovii codex Flor. et ed. Camp. apud Gebhard. persuadent. Utrum vero quartum tribunum *C. Servilium* prioribus adjicere debeam, incertus hæreo. Ingeniosam puto conjecturam Gronovii, qua rationem dare conatus est, cur illud a librariis omissum sit. Interdum etiam tribunorum nomina apud Livium librariorum culpa excidisse, dictum est ad hujus lib. c. 42. § 2. Quare tamen id hoc loco statuere debeam, nullam video necessitatem. Alibi enim in Livio iterum vel tertium hunc honorem gessisse non dicitur, quod indicio foret semel ejus nomen excidisse. Id quidem auctores Fastor. Capitol. credidisse, docent eorum fragmenta quæ supersunt. Verum ab iis Livius dissentire potuit, immo interdum dissentit, et quidem in ipso hoc C. Servilio, quem in secundo tribunatu magistrum equitum fuisse Fasti Capit. testantur, quum Livius aliam sententiam sequatur. Vide ad c. 46. § 11. Quin et, si C. Servilius, qui anno sequenti tribunus exstitit, eamdem dignitatem etiam hoc anno gessisset, vel verbo id Livius monuisset, ut sæpe solet. Minus me peccaturum existimavi, si voces *C. Servilius* nullius libri, sive editi sive scripti, auctoritate subnixas delerem: quas etiam hanc ob caussam expunxi.

Cap. xlv. § 1 *Annus felicitate populi Romani*] Tὸ *Annus* suspicor inseruisse, quibus arduum fuit, a tribus superioribus versibus mente repetere *τὰ insequens annus.* Scripserat Livius, *Ins. an. trib. mil. cons. pot. hab. Ag. Men. Lan., P. Lucr. Tricip., Sp. Naut., C. Serv., fel. pop. Rom., per. potius ing., quam clade insignis.* J. F. Gron. Vox *Romani* deficit in Lipsiens. Paullo post *quam plebe clade insignis* habet Hav.

Servitia, urbem ut incenderent distantibus locis, conjurarunt] *Servi inter urbem* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo etiam in quibusdam codd. male legi, monuit Gebhardus ad Liv. iii. 15. § 9. *Servi urbem* se in Oxon. C. invenisse, notavit Hearne. Nihil mutandum est. Vide ad Liv. locum laud. Ut autem ita legerent, librarios illud permovisse videtur, quod mox sequatur *armati*, et 'Servitia armati' dici non posse sibi persuaderent. Sed alibi etiam Livius ita loqui solet. Supra ii. 10. 'Nunc singulos provocare, nunc increpare omnes, servitia regum superborum, suæ libertatis immemores, alienam obpugnatum venire.' Plura similia hujus generis notantur ad xxxvii. 39. § 12. Præterea *conjurunt* Port. *conjurare* Harl. 1. Mox autem, vocibus in alium ordinem digestis, *ad opem fer. passim tectis int.* Hav. et Lov. 4. Vox *intento* non exstat in Lov. 2.

§ 2 *Indicioque duorum comprehensi*] *Judicioque* Harl. 2. et Hav. Quorum posterior mox etiam *judicibus*, pro *indicibus.* Vide ad v. 26. § 6. Insuper *deorum* a m. pr. Voss. 1. altera lectione inter versus adscripta. Paullo post, *x. millia æris*, pro *dena millia*, Lov. 2. *decem millia* Lipsiens. Male. Cuique enim indici decem millia data fuisse Liv. indicat. Infra xxvii. 3. 'Indicibus libertas et æris dena mil-

lia data.' Præterea *habentur* Flor. Tum, trajectis vocibus, *libertas fuit præmium* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 3 *Bellum inde ab Æquis reparari cœptum*] Cogor probare hanc scripturam, victus consensu Pal. secundi deinde editionum vetustissimarum. Pall. Mss. 1. et 3. *Bellum inde ab Æquis cœptum*, excusso verbo *reparari*. Gebh. Omissio τοῦ *reparari* sine dubio adscribenda est negligentiæ librariorum. Omnes nostri id verbum constanter servant. Et ita loquitur Livius XXIV. 42. 'Gens nata instaurandis reparandisque bellis.' XXX. 7. 'Ad Syphacem legati missi, summa ope et ipsum reparantem bellum.' Justin. III. 6. 'Tertium quoque bellum Messenii reparavere.' XXIV. 1. 'Reparantibus deinde Spartanis bellum auxilium multæ civitates negaverunt:' et alibi sæpe.

Haud incertis auctoribus Romam est adlatum] *Haud meritis auctoribus* Harl. 2. Tum *Romam esse allatum* Leid. 1. Lov. 2. 5. Port. et fragm. Hav. *Romanam esse allatum* Lipsiens. *Romæ est allatum* Harl. 2. et Hav. Male. Supra III. 42. 'Romam tanti terrores adlati.' Infra cap. seq. 'Quæ quum adlata Romam essent.' XXII. 54. 'Romam ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque adlatum fuerat.' c. 14. 'Quo die dictatorem eum ex auctoritate Patrum jussuque populi dictum Veios adlatum est.' XLI. 14. 'Id ubi Romam adlatum est.' Paullo ante *cum Veientibus*, pro *cum veteribus*, priscæ edd. quod recte mutavit Aldus, subscribentibus omnibus manu exaratis. *Cum veteribus*, nempe hostibus Æquis. Veientium mentio inportuna est, quibus induciæ annorum viginti datæ erant, ut supra tradit Liv. h. lib. c. 35. Earum autem hic tantum septimus annus agebatur.

§ 4 *Æquorum jam velut anniversariis armis*] Recte. 'Anniversarium' est, quod singulis annis revertitur, ἐνιαύσιον. Male ergo alii codd. *adversariis*. Gebh. *Anniversariis velut* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *velut adversariis* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. a m. pr. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. quod merito Gebhardo displicuit. Florus I. 12. 'Assidui vero et anniversarii hostes ab Etruria fuere Veientes.' Vox *armis* perperam abest ab Harl. 2. Eam interceperant ultimæ literæ vocis præced.

Assuerat civitas] Ut sic edi juberem, putavi satis momentosam esse auctoritatem primi Voss. cæteri servant vulgatum *assueverat*. Jac. Gron. *Assuerat*, ut recte Jac. Gronovius restituit, servant etiam duo Leid. et Lov. 1. Ita *adsuesse* est II. 2. *adsuessent* XXX. 28. XLII. 17. Variis autem aliis locis similiter errare soliti fuerunt librarii. Vide Rhenan. ad Liv. V. 6. § 15. J. F. Gronov. ad Liv. XXIV. 24. § 2. et XXXIX. 9. § 5. Jac. Gronov. ad Liv. XXVIII. 27. § 2. XXXI. 35. § 3. et XXXVIII. 34. § 9. Similiter utitur Livius 'consuestis,' 'consuesse,' 'consuesset,' VI. 18. et 23. XXXI. 11. XLV. 20. et 41. Et ita optimus Ms. Sangerman. apud Columell. exhibet V. 6. 'Plurimum enim refert, ut eam partem cœli spectent, cui ab tenero consuerunt:' ubi vulgo etiam *consueverunt*. Similibus contractionibus in aliis verbis ubique Livium delectatum fuisse, pluribus exemplis probabo ad VI. 18. § 10.

Quum responsa inde retulissent dubia, nec tunc bellum parari] Vet. lib. *necdum bellum parari*. Sigon. Meorum unus tantum Lov. 5. lectionem Sigonii probat. *Natum bellum parari* habet Gaertn. *nec tum bellum probari* Lipsiens. 'Parare' et 'probare' sæpe commutantur. Vide ad XXXIV. 33. § 7. Reliqui omnes, quorum fidem secutus sum, *nec tum bellum parari*. Voculæ *dum* et *tum* passim confunduntur. Vide ad XL. 42. § 7. Præterea voculam *inde* omisit Harl. 2.

Paullo post *pacem fore adparebat* Hav.

Negotium datum, adverterent animos, ne quid novi tumultus Lavicis oriretur] *Negotium datur* Leid. 2. Deinde *adverterent animas* Gaertn. quomodo erratum erat in cod. Ms. apud Jac. Gronov. ad Liv. xxvi. 19. § 1. *Adverterent anima* Neapol. Latinii. Ita etiam peccabatur in Mss. etiam optimæ notæ, xxviii. 14. § 6. Vulgatum rectum est. De locutione 'animum advertere' vide ad xxiv. 48. § 4. Pro eo autem interdum transpositis vocibus 'advertere animum' dici, docebunt quædam exempla a Cortio congesta ad Sall. Jug. c. 93. § 2. *Averterent animos* perperam est in Lipsiens. et nonnullis edd. vetustis. Præterea *a Lavicis* emendandum arbitrabatur vir doctus ad marginem edit. Curionis ; sed sine causa. Denique *orietur* Harl. 2. sed *oreretur* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad xxiii. 16. § 7.

§ 5 *Ad insequentis anni tribunos militum consulari potestate*] *At insequentis anni tribunis* Gaertn. Vox autem postrema *potestate* deficit in Leid. 1.

Inito magistratu legati ab Tusculo venerunt] *Inito magistrato* Gaertn. Tum *legati a Tusculo* idem codex cum Lov. 3. et 4. *ab Tusculo legati* editi ante Aldum invitis codd. scriptis. Deinde *venere* Harl. 1.

L. Sergium Fidenatem, M. Papirium Mugillanum] Hic Sergius etiam tribunus mil. fuit A. U. C. cccxxii. quare hic adjiciendum *iterum:* nisi quis putet alium. Fuit item hic Sergius bis consul. *Glar.* Non semel, ut Glareanus putat, sed bis ante hunc annum L. Sergium tribunatu consulari functum fuisse, docent fragm. Fastor. Capitolin. quæ Glareani ætate nondum ex ruinis urbis Romæ eruta erant. Prior autem tribunatus memoratur c. 25. alter c. 35. ubi ex emendatione Sigonii repositum est *L. Sergius*, pro *T. Sergius*, quemadmodum vulgo edebatur, quum Glareanus adnotationes in Livium ederet. Non necesse autem esse, ut vel cum Glareano ejus nomini addatur τὸ *iterum*, vel cum Pighio in Annal. ad a. cccxxxv. p. 194. *tertium*, evincent quæ notantur ad ii. 16. § 7. *Mugilanum* præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et priscæ edd. Male. Vide ad iv. 7. § 10.

C. Servilium, Q. Servilii Prisci filium] Habet vetustum exemplar tantum *C. Servilium, Prisci filium.* Rhen. Lege *C. Servilium, Prisci filium.* Nam ubi patris cognomen illustre est, solet Livius fere a cognomine patris filium indicare, ut c. 43. 'T. Quinctius Capitolini filius.' Item c. 16. 'T. Quinctius, Cincinnati filius:' et lib. x. cap. ult. 'Q. Fabius, Maximi filius.' Huic etiam observationi favet hoc loco vetus lectio, quæ ita, ut dixi, habet. *Sigon.* Legendum, ut dudum docti monuerunt, præcipiuntque Pall. omnes, *C. Servilium, Prisci filium.* Gebh. Quemadmodum viri docti emendarunt, præferunt etiam non tantum fere omnes, quibus usus sum, codd. scripti, sed etiam apud Hearnium Oxon. L. 1. 2. B. et N. *Q. Servilium, Prisci filium* habet Lov. 5. *C. Servilium, Quintii filium* Lov. 4. Sed lectio a viris doctis reposita verior est. Ita unus cod. apud Gronov. præfert xxviii. 9. *Quum Q. Fabius, Maximi filius, legatus ab M. Livio consule, Romam ad senatum nunciasset.* Ita Gronov. scribendum conjicit in Epit. Liv. lib. cxiii. *Cn. Pompeius, Magni filius, in Hispania, contractis viribus, bellum adversus Cæsarem renovavit:* ubi vide quæ notantur. Et ita accipiendum esse docebo, quod habebimus ix. 1. 'Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt.' Mox *quod dictatore*, pro *quo dictatore*, Leid. 1. Sed ultimæ vocis litera prima perperam in præcedentis fine repetita est. De quo errore vide ad xl. 7. § 8. quamvis

etiam alibi, ubi similis erroris caussa dari nequit, *quod* et *quo* in Mss. commutentur. Vide ad XXXVI. 33. § 3. Ceterum Pighius in Annal. ad a. CCCXXXV. p. 194. monens mendose *Claudium Servilium*, pro *C. Servilium*, apud Livium vocari, consuluit tantum vetustissimas ejus edd. Si enim Aldinam et inde propagatas reliquas respexisset, in iis recte *C. Servilium* repositum deprehendisset. Quod vero ei honoris iterati notam addendam judicet, adsentiri nequeo. Non modo enim incertum esse, utrum elapso anno eumdem honorem gesserit, patebit ex illis, quæ ad cap. præc. § ult. notavi; verum etiam, quamvis id verissimum esse concederetur, ne ita quidem id necesse fore, docebunt superius notata ad II. 16. § 7.

§ 6 *Nunciabant legati*] Et his diffido, et auctorem sequens membrum continuasse præcedenti, aut suspendisse censeo ab illis: ‘ legati ab Tusculo venerunt, Lavicanos arma cepisse.’ Sic certe solent intellectui relinquere ‘ nunciantes.’ *J. F. Gron.* Patris sui conjecturam probavit Jac. Gronov. ad c. 20. hujus lib. § 7. Quanta autem animi adtentione Gronovii notas evolverit Doujatius, insigni specimine ad hunc locum docuit, ubi nihil aliud notavit, quam se Gronovio libenter accedere, qui nomen *legati* frustra nec ex auctoris more repetitum putabat, ideoque delendum: quum, si ejus sententiæ accedere vellet, non tantum nomen *legati*, sed et verbum *nunciabant* inducere deberet. Ceterum optimos scriptores, et inprimis Livium, ita locutos esse, quemadmodum Gronovius hic emendandum censuit, certum est. Ita IX. 30. ‘ Ejus rei religio tenuit senatum, legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur:’ ubi deest, ‘ petitum,’ vel ‘ orantes :’ quæ vox hodie additur in vulgatis edd. XXXI. 14. ‘ Ibi ei præsto fuere Atheniensium legati, orantes, ut se obsidione eximerent:’ in Voss. tamen τὸ *orantes* deficit. Ejus generis est ‘ remissi nuncii, se venturum,’ de quo vide ad XXXVIII. 1. § 4. Item *præmissis literis, ut convenirent*, et similia, de quibus vide ad h. lib. c. 20. § 7. Quum tamen codd. nihil mutent, iis invitis duo vocabula expungere audacius esse videtur, quam ut tuto admitti possit.

§ 7 *Tum Lavicanis bellum indictum, factoque senatusconsulto, ut duo ex tribunis*] *Tunc Lavicanis* Lipsiens. Vide ad II. 12. § 15. Præterea *bellum indictum est* Port. qui etiam præfert *factoque senatusconsultu.* De quo vide ad V. 13. § 5. *factoque SŌC, ut duo* Klockian. *factoque sic, ut duo* Voss. 2. Quæ lectio ex non intellecto scribendi compendio *s. c.* vel *se. c.* nata est. Vide quæ notabo ad XXII. 10. § 1. Vocula *ut* deficit in Lov. 1. a m. pr.

Unus res Romæ curaret] Expungo τὸ *res.* Sæpe Sallust. *Klock.* quem etiam vide in Syllog. Epist. quas edidit Burmann. tom. I. p. 393. Non inprobarem conjecturam Klockii, si Mss. alicujus auctoritate adjuvaretur. Sallust. Catil. c. 59. ‘ Fæsulanum quemdam in sinistra parte curare jubet.’ Jug. c. 46. ‘ In postremo C. Marius cum equitibus curabat.’ Sic ‘ administrare ’ absolute idem in Jug. c. 93. *Duk.* Sallustium ita loqui solitum fuisse, evincunt, quæ Cortius notavit ad Sall. Jug. c. 100. § 2. Verum quodnam hoc argumentum esse dicam? Sallustius sæpe ‘ curare,’ pro præesse, absolute posuit; ergo Livius idem verbum eo sensu cum casu addito usurpare non potuit; sed ubicumque (nisi enim ubique fieri debeat, cur hic præsertim faciendum sit, non video) nunc vulgo casus adjungitur, invitis etiam codd. (Klockius enim Ms. consensum non memoravit, neque etiam ullum meorum suffragantem habet) id mutan-

dum, adeoque etiam bic τὸ *res* expungendum erit. Verum ita 'curare bellum maritimum' Livius dixit VII. 26. 'Ipse, jussus ab senatu bellum maritimum curare, cum prætore junxit castra.' Vellem vel unum ex Livio adlatum exemplum foret, unde probari posset, alibi eum ita loqui solitum fuisse. Certe nullum observavi. *Curaverat* est in fragm. Hav. a m. pr.

Certamen subito inter tribunos exortum] *Inter tribunos ortum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Supra III. 30. 'Inde, posito legis certamine, nova de delectu contentio orta:' ubi antea etiam *exorta* edebatur. Similiter paullo ante hoc cap. 'Ne quid novi tumultus Lavicis oriretur.' Sed vulgatum præfero. 'Subito exortum' ut I. 14. 'Inde subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem.' boc lib. c. 43. 'Necopinata moles discordiarum inter plebem ac Patres exorta est.' VI. 21. 'Hostes novi, &c. subito exorti.' XXXIV. 47. 'Alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus.' Alibi sæpe ita variant libri scripti. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 57. § 3. et ad Liv. VI. 21. § 9.

Se quisque belli ducem potiorem ferre] In Pal. 2. superscriptum *potiorem fore*. Male. *Gebh.* *Potiorem forre* Flor. a m. pr. pro quo, altero *r* eraso, factum est postea *potiorem fore*. Et hoc posterius præferunt etiam Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. reliquis invitis, qui tuentur *ferre*, id est, prædicare, dicere. Vell. Pat. I. 11. 'Pseudophilippus a mendacio simulatæ originis adpellatus, qui se Philippum, regiæque stirpis ferebat.' Val. Max. IX. 15. ex. 4. 'Quid Trebellius Calca, quam asseveranter se Clodium tulit!' Tacit. Histor. II. 26. 'Timuisse se Paulinus ferebat tantum insuper laboris atque itineris.' De Morib. German. c. 31. 'Seque tum demum pretia nascendi retulisse, dignosque patria ac parentibus ferunt.' Mox *curam urbis ignatam*, pro *cur. urb. ut ingratam*, Gaertn. *ut ingratam, ignobilem*, omissa vocula *que*, Flor.

§ 8 *Parum decorum inter collegas certamen*] Vox *decorum* exsulat a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *intra collegas* Voss. 2. et Lov. 3. solito librariorum errore. Vide ad V. 27. § 3. Mox *Quintius Servilius*, pro *Q. Servilius*, Lov. 4. 5. et Hav. Vide ad Liv. III. 1. § 1.

Quando nec ordinis hujus ulla, inquit, nec reipublicæ est verecundia] Ant. Perizonius ad Livii exemplar suum adscripserat, legendum forte *nec reipublicæ est reverentia*. At cui bono? *verecundia* enim est reverentia. Et quidem 'verecundia hujus ordinis, reipublicæ,' est reverentia, quam auctoritas senatus aut reipublicæ in animis eorum excitare debebat. Supra I. 4. 'Plus tamen vis potuit, quam voluntas patris, aut verecundia ætatis.' c. 6. 'Quoniam gemini essent, nec ætatis verecundia discrimen facere posset.' II. 36. 'Verecundia majestatis magistratuum timorem vicit.' Infra hoc lib. c. 56. 'Soluti legum magistratuumque verecundia.' VI. 33. 'Inde eos nec sua religio, nec verecundia Deum arcuisse dicitur.' X. 13. 'Acuebat hac moderatione tam justa studia, quæ verecundia legum restinguenda ratus, legem recitari jussit.' XXIV. 44. 'Lictoresque verecundia majestatis ejus taciti anteirent.' XXXIX. 11. 'Nec vitrici, nec parentis, nec Deorum verecundiam habere.' Ita 'pudor patris' est, quem reverentia paterna in animo filii suscitat, apud Terent. in Andr. I. 5. 27. 'Verecundia adversus regem,' quod locutione hic usurpata 'verecundia regis' diceretur, obcurrit XXXVII. 54. 'Verecundia nostra adversus regem nobis obstat.'

Altercationem istam dirimet] *Altricationem* Leid. 2. et Gaertn. Vide

hoc lib. c. 6. § 1. Deinde *dirumet* Lipsiens. *diremit* Lov. 5. a m. pr. Mox *præerit urbi*, ordine vocabulorum mutato, Lov. 2. et edd. quas vidi, ante Aldum.

Bellum utinam qui adpetunt, consideratius concordiusque, quam cupiunt, gerant] *Bellum ut qui appetunt* Lov. 3. Tum *confideratius* Flor. a m. pr. in quo prius *i* postea mutatum est in *e*, ut sit *confederatius;* quomodo etiam præfert Leid. 2. Sed *confœderatus* non est ævi Liviani. Nihil itaque muto. Cic. pro Quinct. c. 3. 'Paterfamilias et prudens et adtentus, una in re paullo minus consideratus.' Quinctil. Decl. I. c. 2. 'Non inprobe speraverim futurum, ut suspecta sint vobis, quæ tam considerate ficta sunt:' ubi vide Burmann. Tum *quam capiunt* Voss. 2. et Lov. 3. De quo scribarum errore vide ad Præfat. § 10. Adde Markland. ad Statii Silv. I. 2. 107. *Gerant, quam cupiunt* alio ordine Lovel. 4.

Cap. xlvi. § 1 *Delectum haberi*] *Dilectum haberi* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. Vide ad xxxvii. 51. § 7.

§ 2 *Pro sententia pugnare: sua consilia velle, sua imperia sola rata esse*] *Pro sententia sua*, addita ultima voce, legunt Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. Hinc voces *pugnare: sua consilia*, *sua* exsulant a Leid. 2. et Lov. 1. quemadmodum *sua* ultimo loco ab Harl. 2. et τὸ *rata* ab Hav. *rata esse sola* trajectis vocabulis exhibent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *sentire iidem*, pro *sent. idem*, erat in Hav.

§ 3 *Castigantibus legatis tandem ita comparatum est*] *Tām*, id est *tamen*, pro *tandem*, præfert Flor. sollemni librariorum lapsu. Vide ad xxii. 2. § 11. *Castig. leg. certamen ita comp. est* codex Neapol. Latinii. Male; non enim 'certamen,' sed 'imperium compararunt.' Τὸ *est* non comparet in Hav.

Ut alternis diebus summam imperii haberent] Andreas edidit *vel alternis*. Gebh. *Vel alternis* editum inveni Romæ 1472. et Parmæ 1480. Sed *ut* et *vel* etiam alibi commutantur. Vide ad xxxvi. 41. § 2.

§ 4 *Quæ quum adlata Romam essent*] *Ablata* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad iii. 42. § 6. Tum *Roma*, omissa virgula literæ finalis *m* nota, idem fragm. Hav. In similem codicem forte etiam inciderunt librarii Lov. 4. et Hav. qui, eam scripturam non admittendam videntes, deinde *Romæ* reposuerunt: non melius. Vide ad cap. præc. § 3.

Dicitur Q. Servilius, ætate et usu doctus] Non displicet, quod apparet in Pal. 3. *usu doctior*. Gebh. *Dicitur Quintius Servilius* Voss. 2. Vide ad iii. 1. § 1. *Diciturque Servilius* Lov. 1. *dicitur quod Servilius* Port. Cui errori ansam dedit, quod librarius pro litera *Q*. qua prænomen *Quintus* notatur, scriptum crediderit *q;* vel *q̷*, quæ notæ sunt τῶν *que* et *quod*. Ceterum *doctior* in nullo meorum reperi; quare unico Gebhardi ita præferenti, fidem habere nequeo. Mox *precatus a Diis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. *precatus sub Diis* Harl. 1. Quæ lectio inde nata est, quod litera finalis τοῦ *precatus* perperam repetita sit in voculæ seq. initio. Vide ad x. 17. § 10. ex *sub* deinde proclive fuit formare *sub*.

Damnosior reip. esset, quam ad Veios fuisset] Ita primus edidit Aldus; neque aliter præferunt scripti omnes. Priores edd. exhibuerunt *lacrimosior*. Præterea voces *quam ad Veios fuisset*, desunt in Gaertn. voces autem *ad Veios fuisset, et velut* in Harl. 1. Paullo ante *nec discordia*, pro *ne disc.* habent Lov. 3. et Lipsiens.

Et, velut haud dubia clade inminente, institisse filio] Pal. 3. *astitisse*. Ex idiotismo vero Italico edidit Andreas *et, velut haud dubia clade imm. intimasse filio*. Apage talia ab auctore nitidis-

simo. *Gebh.* *Dubia haud clade* trajectis vocibus Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Τὸ *haud* exsulat a Port. Præterea *intimasse* excusi, quos vidi, Aldo priores. Aldus enim deinde *institisse* recepit, quomodo etiam constanter exhibent omnes scripti. Hinc recte Vossius de Vitiis Sermon. IV. 11. et Cellar. in Antibarb. c. 2. p. 130. reprehendunt lexicographos aliosque, qui ex hoc loco vocem illam Livio vindicare conati sunt; qua nullus ante Solinum, Apuleium, Capitolinum, Spartianum, aliosque ejus ætatis scriptores usus est. In legibus autem utriusque codicis, Theodosiani et Justinianei, frequentissime obcurrit. Vide Jac. Gothofr. Glossar. Nomic. Cod. Theodos. et Brisson. de verb. quæ ad jus pertinent, signif. ea voce. Contra 'instare' hoc sensu apud Liv. passim obvium. III. 19. 'Instare tum tribuni Patribus, ut P. Valerii fidem exsolverent.' c. 46. 'Quum instaret adsertor puellæ, ut vindicaret, sponsoresque daret:' et alibi sæpe.

§ 5 *Nam ductu L. Sergii*] Ultima vox deest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. *Nam ductu L. Fidenatis* præfert ejusdem N. Mox dictio *iniquo* deficit in Gaertn. Paullo ante vero *Ne falsus*, pro *Nec falsus*, legit Lov. 2. Sæpius hæ voculæ commutantur. Ita mox habuimus § præc. Vide ad III. 47. § 7.

Quum, quia simulato metu receperat se hostis ad vallum, spes] *In quæ simulato metu* Harl. 2. *quam simulato metu* Lov. 2. *tum quia sim. metu rec. se hostis ad val. tum quia spes* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Similiter præfert etiam Port. nisi quod ultima verba ita exhibeat, *ad vallum, cum spes.* Prima vox *quum* exsulat a Lipsiens. et Gaertn. Deinde *qua simulato* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. quomodo sæpius lapsos esse indoctos scribas videbimus ad XL. 29. § 8. *Quibus simulato* Lov. 4. et 5.

Spes vana expugnandi castra eo traxisset] Pall. tres *eo retraxisset.* Gebh. *Spes varia* Harl. 1. Sed ubique ea varietas in scriptis obvia est. Vide ad XXII. 7. § 4. Deinde *oppugnandi* Lipsiens. Vide ad XXI. 57. § 6. Tum *retraxisset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Inpetu Æquorum per supinam vallem fusi sunt] *Impeto Æq.* Hav. Sed vide ad I. 15. § 7. Tum *effusi* Gaertn. Vide ad Livii XLI. 7. § 10. *perfusi* Lipsiens. De 'valle supina' vide ad VI. 24. § 3.

§ 6 *Castraque eo die ægre retenta*] Voculam *que*, quæ aberat a prioribus excusis, addidit primus Aldus, cui concinunt omnes scripti. Tum *eodem die* Leid. 1. Lov. 2. Lipsiens. et Port. Vide ad X. 10. § 6.

Circumfusis jam magna ex parte hostibus, per aversam portam turpi fuga deferuntur] Habet vetustum exemplar *per aversam portam turpi fuga deseruntur.* Subaudi 'castra.' *Rhen.* *Circum*, pro *circumfusis*, est in Leid. 2. *circumis* in Lov. 1. *circumfusi* in Lov. 3. Tum *jam ex magna parte*, transpositis vocabulis, Leid. 2. et Hav. Vide ad II. 48. § 1. Sed non tantum alio ordine voces obcurrunt in Lov. 2. et Lipsiens. sed in illis etiam deest τὸ *jam.* Deinde *per adversam portam* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Male. *Per portam adversam* foret per illam, quæ ducit in hostem; at *per aversam portam*, ut servant optimi Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. est per eam, quæ est ab hoste remotissima. Infra IX. 12. 'Pertinacior pars armata per aversam portam erupit.' X. 34. 'Per aversam portam silentio excesserunt.' 'Aversissima ab hoste porta' vocatur II. 11. 'Porta Esquilina, quæ aversissima ab hoste erat, expellerent pecus.'

Sæpe 'aversus' et 'adversus' perperam commutantur. Vide ad II. 31. § 6. *Per adversam partem* Port. ubi primo idem error commissus est, adeoque restituendum *aversam*. Deinde et alterum *partem* admitti nequit. Quamvis enim *aversa pars castrorum, urbis*, alibi obcurrant (vide ad IV. 22. § 4.) hic tamen ferri non potest, quum mox præcesserit 'magna ex parte,' et reliqui omnes libri, vulgatum *portam* verius esse, uno ore testentur. Simili modo nonnumquam in Mss. peccatur. Vide Oudendorp. ad Frontini Strat. II. 6. ex. 7. et III. 9. ex. 2. Tum vocabulum *fuga* non recte scribæ culpa neglectum est in Hav. Denique optime *deseruntur* Rhenanus. Neque aliter omnes scripti et cum iis edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. *Deferuntur* primum vidi in Mediolan. ed. 1480. et inde in recentioribus. Alibi ita errasse librarios antea vidimus hoc libro c. 37. § 11.

§ 7 *Palati alii per agros passim multis itineribus*] Ita edidit primus Aldus, eique concinunt omnes scripti. Priores editores vulgarunt *Palantes alii*. Vide ad I. 11. § 1. Præterea *itineribus multis* fragm. Hav. Paullo ante etiam trajectis vocabulis *quod roboris circa signa* Lov. 4. Deinde *fuit de exercitu* præferunt Voss. 2. et Lov. 1. Sed voces *de exercitu* desunt in Lipsiens.

Cladis nuncii Romam contenderunt] *Cladis Romam nuncii* Leid. 2. Deinde *contender̃* Harl. 1. *tetenderant* Harl. 2. et Hav.

§ 8 *Quod eventus timori hominum congruens fuerat*] *Quam eventus* Harl. 2. et Hav. Vide ad V. 51. § 7. Tum vocem *hominum* neglexit librarius Voss. 2. Denique *congruens erat* Leid. 2. et Lov. 1.

Subsidia, quæ respicerent in re trepida, præparata erant ab tribuno militum] Primo Pal. 2. *quæ resp. in rem trepidam*. Deinde Pall. tres, *quod subsidia, quæ r. i. r. tr. præparaverant: ab tribuno militum ejusque jussu*. Gebh. *Despicerent* Gaertn. Vide ad IX. 10. § 6. Supra hoc lib. c. 17. 'Obstringi Fidenatium populum, ne respicere spem ullam ab Romanis posset, conscientia tanti sceleris, voluisse.' Hinc *respicerent in rem trepidam* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Klockian. et Hav. quod eo modo dictum erit, quo obcurrit XXXIV. 6. 'In navis administratione alia in secundam, alia in adversam tempestatem usui sunt.' Deinde *præparaverant*, pro *præparata erant*, Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. etiam Port. a m. sec. qui a m. pr. habet *præpararent*. Similes aberrationes in Mss. frequenter obcurrunt. Vide ad XXIII. 29. § 16. Denique *a tribuno* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. et Gaertn.

§ 9 *Speculatores propere missi nunciavere*] Pal. 1. *prope remissi*. Forte *propere emissi*. Pal. 3. *propere demissi*. Quid si fuit *dimissi*? Gebh. Male distinctis vocabulis *prope remissi* Leid. 1. Lipsiens. Lov. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. *prope missi* Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Vide ad XXXIX. 31. § 4. *Propere remissi*, repetita syllaba finali vocis præced. in vocis seq. initio, Voss. 2. a m. pr. Vide ad XXXVII. 41. § 5. Tum *nunciare* fragm. Hav. Paullo ante *miliores magistratus*, pro *minores mag*. Lov. 4. perperam litera *n* in *ti* dissoluta. Vide ad VI. 36. § 3.

Hostem castra loco non movisse] *Castra non movisse* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *castra non commovisse* Hearnii Oxon. N. cui tamen etiam vulgata scriptura pro varia lectione adscripta erat. Si plures ac fide digniores codd. τὸ *loco* delerent, illud facile abesse paterer. Infra V. 26. 'Castris multa nocte motis, prima luce aliquanto superioribus locis se ostendit.' Vide de ea locutione Tennul. ad Front. I. 1. ex. 13. Vocem

tamen *loco* servandam esse, censet Burm. ad Suet. Tiber. c. 64. *Castra locum non movisse* est in Hav. *castra loco movisse* in Voss. 2.

§ 10 *Et quod plurimum animorum fecit*] *Ei* loco τοῦ *et* præfert fragm. Hav. Vide ad XLI. 15. § 6. Tum *quod plur. eis anim.* Lov. 3. *quam plur. anim.* Harl. 1. *quam plurimorum anim.* Leid. 2. *quod plerum anim.* Gaertn. Deinde *fuit*, pro *fecit*, Lov. 4. errore etiam alibi in Mss. obvio. Vide ad XXXI. 45. § 2.

Ex senatusconsulto dictus Q. Servilius Priscus] *Senatusconsultu* Port. a m. pr. Vide ad V. 13. § 5. Tum *dicit̃*, id est *dicitur*, Lov. 4. Deinde prænomen *Quintus* deest in Harl. 1. Mox *Sulpicius Priscus* Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. 1. Lipsiens. Flor. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. Similiter etiam a m. pr. præferunt Voss. 1. et Leid. 2. Verum ibi inter versus *Servilius* adscribitur. Utramque lectionem, *Q. Servilius Sulpicius Priscus* præfert Lov. 1.

Vir, cujus providentiam in republica quum multis aliis] *Ut cujus provid.* Harl. 1. *vir cujus providentia* Leid. 1. Lov. 2. Lipsiens. et fragm. Hav. Verum vel librarii virgulam, ultimæ literæ *m* signum, præcedenti literæ addere neglexerunt, ut infinitis aliis locis factum est, vel litera illa *m* intercepta est a proxima vocula *in*. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Denique *tum multis aliis* Voss. 2. Lov. 2. 3. Hav. et fragm. Hav. Vide ad VI. 23. § 3. *Cum aliis tempestatibus*, omissa voce, Lov. 5.

Quod uni certamen tribunorum suspectum ante rem male gestam fuerat] *Quo certamen* obferunt Harl. 2. et Lov. 5. a m. sec. *quo dum certamen* Voss. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. a m. pr. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. *quod dum certamen* Voss. 2. *dum certamen*, prima voce neglecta, Leid. 2. et Lov. 1. *quo tum certamen* Port. Conspirant tamen omnes in servanda voce *certamen*, quam pro glossemate habuit vir doctus in ora ed. Curionis. Sed ad sensum Livii non adtendit. Non enim Q. Servilium unum tribunorum fuisse dicit, quod tamen ejecta voce *certamen* statuet, sed C. Servilii unius tribunorum patrem fuisse. Ei autem uni certamen tribunorum non sine caussa suspectum fuisse eventus belli docuit. Hinc *inspectam ante rem male gestum* Lov. 5. Vocula vero *male* omittitur in contextu Lov. 4. ejusque margini tantum adhæret. *Suspectum ante res male gesta* Lipsiens. Deinde *fuerant* fragm. Hav.

§ 11 *A quo ipso tribuno militum dictator erat dictus*] Scribe *a quo ipse trib. mil. dict. erat dictus.* Rhen. Illud *ipso* superest in Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Reliqui recte Rhenano concinunt. Vir doctus ad marginem ed. Cælii Curionis vocem *tribuno* librarii glossema esse credidit, in qua servanda tamen conspirant omnes codd. Præterea ubi Livius umquam dixit 'dictator militum?' *Dictator dictus erat* habet Leid. 2. Mox *filius suus*, pro *filio suo*, Lov. 2. et 4.

Nam alii Hulam Servilium magistrum equitum eo anno fuisse scribunt] Ex veteribus lapid. nummis, itemque ex aliquot Mss. libris *Ahalam* scribendum. *Sigon.* Capitolinorum fastorum auctores eos etiam sequuntur, qui alium magistrum equitum fuisse volunt, non Q. Prisci dictatoris filium; sed *C. Servilium Axillam* appellant, non *Ahalam*, qui error forsan in Livio librariorum negligentia est introductus, ubi, pro *Axilla*, nunc *Ahala* legitur. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXV. p. 194. *Ahalam* etiam omnes mei, præter Voss. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Atque ita id nomen scribendum esse, etiam Sigonius monuit ad Epit. hujus libri. Pighii vero sententiam probare non possum, qui, pro *Ahalam*, reponendum existimabat *Axillam.* Incertum enim pu-

to, an non *Axilla* et *Ahala* idem habendum sit cognomen, alia tantum orthographia exaratum. Neque obstare potest, AXILLAM quidem Fastos Capitolinos hoc loco, sed passim alibi AHALAM scribere. Cicero enim *Alam*, quem alii *Ahalam* vocant, et *Axillam* idem cognomen esse testatur. Scribens enim ad M. Brutum, cujus mater Servilia ἀνέφερε τὸ γένος εἰς Ἅλαν Σερβίλιον, teste Plutarcho in vita M. Bruti p. 984. inquit in Orat. c. 45. 'Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris?' Hinc sequeretur, aliam Livium, aliam Capitolinorum Fastorum auctores scribendi rationem secutos esse. Ceterum non tantum in eo, qui magister equitum fuit, sed et in eo, qui tertius hujus anni tribunus militum consulari potestate fuit, non convenit inter Livium et Fastos Capitolinos, licet Livius de tribuno scriptores dissentire non monuerit. Tribunus enim Livio est filius dictatoris, at in Fastis Capitolinis C. SERVILIVS Q. F. C. N. AXILLA vocatur, quum dictator dicatur Q. SERVILIVS P. F. SP. N. STRVCTVS. FIDENAS. Id igitur inter eos constat, eumdem tribunum fuisse, qui deinde a dictatore magister equitum creatus est. Sed de nomine ejus diversam sententiam probarunt. Hinc colligendum videtur, non semper verba Livii ad fragmenta Fastorum eorum exigenda atque emendanda esse. Præterea vocem *Servilium* non agnoscit Hav. τὸ *equitum* autem deficit in Port. et Lipsiens. Denique *fuisse scribunt eo anno* alio ordine vocabulorum exhibet Voss. 2.

§ 12 *Novo exercitu profectus ad bellum*] Duæ voces *ad bellum* absunt a Pall. 1. ac 3. *Gebh.* Easdem tuentur omnes mei, solo tantum Lov. 3. excepto, in quo itidem omittuntur. Contra vir doctus ad marginem edit. Cælii Curionis vocem inserendam ac legendum censuit *cum novo ex.* quod nec ipsum necessarium est, præsertim invitis codd. manu et typis exaratis. Vide ad XXII. 9. § 6.

CAP. XLVII. § 1 *Transierat ex re bene gesta superbia negligentiaque*] Tres mediæ voces desunt in Port. quas omnes reliqui recte servant. *Ab re bene gesta* legunt Lov. 2. et Lipsiens. quod vel accipi posset pro post rem bene gestam. Eo enim sensu Livium sæpe præpositione *a* usum fuisse, videbimus ad XXIII. 6. § 1. Vel etiam pro 'propter rem bene gestam.' Nam et hoc sensu passim præpositio illa apud Livium obcurrit. Vide ad Livii XXIV. 30. § 1. Ob reliquorum tamen codicum dissensum vulgatum præfero. Et quidem *ex re bene gesta* eodem modo vel 'post' vel 'propter rem bene gestam' notabit. Ita pro 'post' accipitur X. 26. 'Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti ad bellum sunt.' Eo sensu 'prorogatum ex imperio consulatum' sæpe apud Livium obcurrit, ut XL. 1. 25. et alibi: quamvis tamen ibi specialiter notet prorogatum proximo post consulatum anno. Vide ad Liv. IV. 31. § 1. Pro 'propter' autem accipitur II. 51. 'Ex hac clade atrox ira majoris cladis caussa atque initium fuit.' c. 52. 'Ex copia deinde otioque lascivire rursus animi.' Sall. Catil. c. 12. 'Ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere:' ubi vide Cortium, et ad Jug. c. 7. § 5. Pro *superbia* autem Port. tantum præfert *super.* Tum *neglegentiaque* Flor. Vide ad II. 11. § 4. At transpositis dictionibus *negligentia superbiaque* exhibent edd. principes, Aldo vetustiores, invitis scriptis. Laudandus itaque Aldus, qui ita dedit, ut nunc editur. Mox alio etiam ordine *in ducibus Romanis* Harl. 2.

§ 2 *Quum dictator equitatu inmisso antesignanos hostium turbasset*] Τὸ *quum* neglexit librarius Harl. 1. Tum *dictator equitū* Gaertn. et Hav. Hinc *immisso* deest in Voss. 2. Lov. 3. Lip-

siens. Gaertn. Hearnii Oxoniensi L. 1. et editis, quos vidi, Aldo prioribus. Eamdem vocem non agnoscunt etiam Port. et fragm. Hav. sed postea tamen margini adscriptam præferunt. Deinde *antesignarios* Leid. 2. Lov. 4. Gaertn. et fragm. Hav. quomodo et alibi a librariis peccatum est. Ita II. 20. § 10. hoc lib. c. 37. § 11. VI. 8. § 3. VII. 16. § 6. c. 33. § 9. aliisque locis. Literæ autem *ri* et *n* sæpissime ob ductuum adfinitatem in scriptura Longobardica culpa scribarum commutatæ sunt. Vide ad III. 30. § 3.

Inde signa inferri propere jussit] *Insigna inferri* Lov. 3. *signa inferre* Harl. 1. *inferri signa,* trajectis vocibus, Harl. 2. *propere inferri* Lov. 2. *inferri prope* Lov. 1. 4. 5. Leid. 2. Lipsiens. Port. et fragm. Hav. Vide ad XXXIX. 31. § 4.

Signiferumque ex suis unum cunctantem occidit] *Signiferum ex suis* sine copula fragm. Hav. *signiferum quoque ex suis* editi ante Aldum. Tum vox *unum* deest in Harl. 2. Deinde *cunctatum* Voss. 1. *cunctatur* Lov. 1. et Leid. 2. pro quo in margine posterioris *cunctantem* emendatur. At in Leid. 1. inter versus suprascriptum exstat *dubitantem, tardantem.* Alio ordine *cunctantem unum* habet Lov. 5. Denique *cecidit* Harl. 2. Quæ voces sæpe commutari inter se solent. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 3 *Tantus ardor ad dimicandum*] *Ardor ad dimicationem* Leid. 2. invitis reliquis omnibus. Vide ad VIII. 13. § 18. Mox *fuga petita petissent castra* Lipsiens. errore scribæ, cujus animo jam obversabatur vox sequens, cum pro *effusa* scriberet *petita.*

Brevior tempore et certamine minor castrorum obpugnatio fuit] Ita primus Frobenius edidit a. 1535. Et recte, licet non modo omnes vetustiores typis exarati, verum etiam quoscumque codd. vidi, vel quorum excerpta habui, præferant *breviore tempore;* nisi quod ultima litera τοῦ *breviore* in Flor. addita videatur ab alia manu. Idem hic scribis fraudi fuit, quod sæpe ipsos in errorem perduxisse notatum est hoc lib. c. 44. § 5. Vide etiam ad § 5. et 6. ad c. 48. § 2. ad c. 54. § 7. ad V. 27. § 6. Præterea τὸ *minor* non adparet in Harl. 1. ut nec *castrorum* in Lov. 4. *minor et castrorum* habet Harl. 2.

§ 4 *Captis direptisque castris, quum prædam dictator militi concessisset*] Primam vocem, quæ in antiquioribus excusis neglecta erat, sed in omnibus exstat scriptis, restituit recte Aldus. Infra XXIII. 1. 'Post Cannensem pugnam, castra capta ac direpta, in Samnium moverat.' Præterea ordine alio *Castris captis direptisque* est in Harl. 2. Deinde *militi dictator concessisset* in Voss. 1. et Lov. 1. *militi dictator concessit* in Leid. 2. Τὸ *militi* a m. pr. deerat in Lov. 5. pro quo in margine adcriptum est *militibus:* ita tamen ut, alio loco inserta voce, præferat *prædam dictator consensisset* (pro *concessisset*) *militibus.* Male. Vide ad VII. 35. § 2. Commutantur autem errore scribarum 'consensi' et 'concessi.' Vide ad IX. 7. § 7.

Secutique fugientem ex castris hostem equites renunciassent] *Sicutique* Hav. *ex castris militem hostem* Port. Sed vocem *militem* librarius ex verbis proximis hic repetiit. Tum *nunciassent* Harl. 2. et Hav. Mox. *magnamque partem* Gaertn. et Lov. 3. *et magnam partem* Lov. 2.

§ 5 *Ad Lavicos ductus exercitus: oppidumque, corona circumdatum, scalis captum ac direptum est*] *Lavicos ductum* sine præpositione unus Harl. 2. Sed reliqui eam servant: *ad Lavicos deductus* Lov. 5. Perperam. Tum *oppidum quasi corona circumdata* Lov. 5. *oppidumque corona circumdata* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Utraque locutio 'corona circumdata' et 'circumdatum' proba est. Vide ad XXX. 19. § 8. Verum,

ut hoc loco, etiam infra locutus est auctor XXIII. 44. 'Oppidum corona circumdedit.' Et eam etiam lectionem veriorem esse puto. Eadem enim hic peccandi origo, ac modo § 3. Vox *scalis* deest in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. At similiter 'scalarum' mentio fit, ubi urbs corona obpugnatur, VII. 27. 'Quum corona militum cincta jam scalis caperetur urbs.' XLIII. 18. 'Corona eam capere conatus est: quum sine intermissione interdiu noctuque, alii aliis succedentes, pars scalas muris, ignem portis inferrent.' Hinc *captum atque direptum* Lov. 2. et Lipsiens. *captum ac directum* Lov. 1. Flor. et Leid. 2. lapsu scribæ. Etiam alibi ita peccatur. Vide ad XXXVII. 31. § 5.

§ 6 *Exercitu victore Romam reducto*] *Victoria* Leid. 2. et Lov. 1. Sed vox *victore* deficit in Lov. 2. Port. et Hearnii Oxon. L. 1. Tum *Romam ducto* Leid. 2.

Die octavo, quam creatus erat] *Octava die* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *die octava* editi ante Aldum, qui *octavo* dedit, reliquis scriptis adprobantibus. Vide ad VIII. 11. § 15. Deinde *qua creatus erat* Voss. 1. Leid. 2. et ed. Parm. 1480. *quo creatus erat* Port. Male. *Quam* hic ponitur pro 'postquam.' Vide ad XXVIII. 16. § 14.

Et opportune senatus, priusquam ab tribunis plebi agrariæ seditiones, mentione inlata de agro Lavicano dividendo, fierent] Vocula *et* exsulat ab Lov. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. *senatu*, pro *senatus*, habet fragm. Hav. Tum *ab trib. plebis ag. seditionis mentio illata de agro Lav. div. fieret* Neapol. Latinii: *a trib. plebis agr. seditionis mentiones illatæ, &c. fierent* editi ante Aldum, qui deinde emendavit, ut nunc editur, nisi quod tamen *tribunis plebis* retinuerit: nam *plebi* primus dedit Jac. Gronovius. Aldo fere ac Gronovio consentiunt scripti mei, in paucis tantum ab illis in diversa abeuntes. *A tribunis plebis* habent Leid. 2. Lov. 5. Port. et Gaertn. *a tribunis plebi* Voss. ambo, et Lov. 1. ac 3. *ab tribunis plebi* Harl. 2. Lov. 2. 4. et Flor. *ab tribunis plebei* Lipsiens. *ab tribunis plebi plus* Hav. Tum *agrariæ seditionis* Lipsiens. Port. a m. pr. et fragm. Hav. Denique *fieret* idem fragm. Hav.

Censuit frequens coloniam Lavicos] *Censuit frequentem col.* Lov. 2. et Gaertn. De caussa erroris vide paullo ante hoc cap. ad § 3. Non intellexerat etiam librarius vim τοῦ *frequens*. Vide ad II. 45. § 6. Deinde *in Lavicos* Lov. 5. et Harl. 2. Verum præpositio nata est ex ultima litera proximæ vocis *coloniam*. Vide ad XXXVII. 11. § 4.

§ 7 *Coloni ab urbe mille et quingenti missi*] *Mille quingenti* excusi ante Aldum, qui interposuit τὸ *et*, quod et omnes agnoscunt scripti. Sed *missi mille et quingenti* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *acceperant*, pro *acceperunt*, Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Idque dare voluisse videtur librarius Lipsiens. qui tamen per errorem scripsit *acceperat*. Mox etiam *Lavicanis*, pro *Lavicis*, Flor. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 2. Klockian. et Voss. 1. a m. pr.

Ac deinde tribunis militum consulari potestate Agrippa Menenio] Veteres plerique libri *ac deinde tribunis militum consulari potestate creatis Agrippa, &c.* Sigon. Intrusit Sigonius τὸ *creatis* ex suo: neque aliter Pal. 2. Ast reliqui duo cum vetuste cusis ejiciunt; meo animo, optime. *Gebh.* Veniam des, licet, et commeatum τῷ *creatis*; sufficit participium verbi substantivi subintelligi. *J. F. Gron.* Libris Sigonii consentiunt ex meis soli Lov. 2. et Gaertn. ex Hearnii Oxon. unus N. proxime vero accedit Hav. præferens *tribunis militum creatis consulari potestate*. Sed recte Gronovius ac Gebhardus τὸ *creatis* a mala m. esse, et ab interpolatore additum

monuerunt. Alibi sæpe participium verbi substantivi subintelligi solet, quod non adsecuti librarii variis modis Livium corruperunt. Vide ad III. 15. § 8. hoc lib. ad c. 41. § 12. ad v. 34. § 9. VII. 27. § 7. XXII. 31. § 5. XXVI. 39. § 10. XXXIV. 30. § 2. XXXVI. 6. § 3. XXXIX. 16. § 3. et alibi. Idem, qui hic, error etiam in quibusdam codd. committitur VI. 31. § 1. Præterea *Agrippa Menio* Lov. 3. Sed librarius duas literas *en* repetere neglexit. Eodem modo plures codd. peccarunt in hac voce IV. 11. § 5.

Et L. Servilio Structo, et P. Lucretio Tricipitino iterum omnibus his] Hic *Servilius* in plerisque codd. omissus erat, sed omnino tres esse oportuit: neque enim de duobus Livius dixisset *omnibus*. At in prioribus L. Servilium inter tribunos militum consulari potestate non reperias, sed prioris anni tribunus *C. Servilius* Prisci filius fuit, qui etiam *Structus* dictus est. Quamquam hoc fortassis lectorem moratur, quod nulla caussa referatur continuati honoris. At Livius aliquando causas recitat, aliquando omittit; ut patet a. CCCXLVII. hoc lib. c. 56. de Cn. Cosso, ubi nulla causa continuati honoris narratur. At a. CCCXLVIII. c. 57. de C. Servilio Hala utique narratur. Quare *C. Servilius*, non *L.* videtur legendum. *Glar.* In vetustioribus Livii exemplaribus *L. Servilius Structus* non reperitur, quem desiderari ex Livii verbis facile collegimus, quum, prioribus nominatis præter Veturium, adjiciat *omnibus his iterum*, quod de duobus solis alioquin non dixisset. Atque Diodorus XIII. 334. quatuor eo anno fuisse tribunos testatur, et nominat P. Lucretium, C. Servilium, Agrippam Menenium et Sp. Veturium. Ex quo C. Servilium postea in Livio a correctoribus adjectum fuisse fit verisimile. Attamen non C. Servilium Axillam esse, qui jam ante bis tribunus militum fuerat, ex eodem Livio colligimus; quum omnes hujus anni præter Sp. Veturium tribunos iterum dicat. Sed L. Servilium Structum potius existimamus, qui antea semel tribunus militum a. CCCXXXI. librariorum culpa prætermissus erat. Frustra igitur miretur aliquis, quod Livius rationem non reddat, cur Servilio sit honos continuatus, cum hic plane alius ab illo superioris anni sit, quem dictatoris filium volunt quidam Annales, Fasti Capitolini *C. Axillam* vocant. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXVI. p. 195. Voces *et L. Servilio Structo*, quæ a vetustioribus excusis aberant, primus adjecit Aldus. Eum autem non ex Diodoro, ut Pighius censuit, sed ex Mss. potius illas revocasse existimo. Certe easdem servant omnes nostri codd. nisi quod voculam *et* omittant Lov. 4. et Hav. *Sterctio* autem, pro *Structo*, legit Lov. 3. *Strāco* Lov. 4. Servasse eadem vocabula videntur etiam Hearnii Oxon. qui ex illis nihil aliud notavit, quam cod. C. præferre *L. Servilio*, omisso τῷ *Structo*. Recte autem Pighius vulgatum *L. Servilio* tuetur contra Glareanum emendantem *C. Servilio*. Glareanum autem hic verum videre non potuisse, mirum non est. Supra enim hoc lib. c. 42. § 2. ubi primus L. Servilii Structi tribunatus consularis memorari debuerat, nomen ejus culpa librariorum omissum fuisse post Glareanum demum viri docti docuerunt. *Tricipinio* male Lipsiens. Ceterum *iterum cum omnibus his* præfert Hav. Sed vocula *cum* perperam nata est ex proximæ ultimis literis. *Iterum et omnibus his* Lipsiens. qui sequentem voculam *et* ante ultimi tribuni nomen omisit. At voces *omnibus his* deficiunt in Lov. 2.

Et Sp. Rutilio Crasso] Lege *Sp. Veturio*, ex Diodoro l. XIII. p. 334. qui Σπόριον Οὐετούριον habet, non Ῥουτίλιον: et recte. Nam Rutilia gens plebeia est: hic patricium tribunum

militum quærimus. Et vero 'Crassus' cognomen 'Veturiorum,' non 'Rutiliorum.' *Sigon.* *Veturium* magis probarem, quod plebeios illa ætas non admittebat ad summos magistratus, ex quorum numero erant *Rutilii.* Pighius in Annal. ad a. CCCXXXVI. pag. 196. Vulgatum nostri omnes servant, nisi quod *Rutilo* sit in Hav. et *Grasso* in Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. *Grosso* in Lipsiens.

§ 8 *Et insequenti anno A. Sempronio Atratino tertium*] *Insequente anno* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. 1480. quorum auctoritate in contextum admisi. Vide ad XXXVIII. 24. § 5. *ac Sempronio*, pro *A. Sempronio*, Voss. 1. et Lov. 1. *L. Sempronio* Lov. 2. 4. Lipsiens. et Gaertn. Male. Vide ad IV. 44. § 1. Deinde *Atracino* Harl. 2. Port. et vetustæ edd. *Atracinio* Lov. 4. *Atractino* Lov. 3. *Attratino* Lipsiens. Vide hoc lib. ad c. 7. § 1. Denique *tertio* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Mox *Mugilano*, pro *Mugillano*, Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Gaertn. et Hav. *Mulgilano* Lipsiens. Vide hoc lib. ad c. 7. § 10.

Et Sp. Nautio Rutilio biennium] Hoc item anno desideratur nomen quarti tribuni militum. Itaque lege *Sp. Nautio Rutilo, et Q. Fabio Vibulano, biennium.* Hic enim ab auctoribus Capitolinis et a Diodoro lib. XIII. p. 335. in hunc annum editur. Intercidit autem, ut alii superiores, librariorum vitio, non Livii: quod ex eo intelligi potest, quod Livius biennio post Q. Fabium Vibulanum iterum tribunatum ait cepisse; cum tamen, quando primum ceperit, nunquam tradiderit, nisi hoc anno dicamus. Hæc autem quæstio quantopere torserit Glareanum, ex scriptis ejus intelligi potest. *Sigon.* *Q. Fabius* in Livii codd. culpa librariorum omnino omissus est. Monstrant hoc Capitolina fragmenta et etiam Diodorus l. XIII. p. 335. qui Fabium non præterit, et quatuor ejus anni tribunos recenset. Insuper Livius ipse paullo post c. 49. recte Q. Fabium *tribunum II.* nominat. Quod merito torsit Glareanum, quum priorem hunc ejus tribunatum non inveniret. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXVII. p. 196. Vulgo omissus *Q. Fabius Vibulanus* etiam deest in omnibus scriptis. Hunc tamen revocandum non dubito. Alibi vulgo tribunorum nomina in Livio neglecta fuisse, dictum est ad c. 42. § 2. Ceterum voculam *et* omittunt Lov. 5. Harl. 2. et Hav. *Surio*, pro *Spurio*, præfert Harl. 1. Tum *Rutilio* Flor. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et vetustæ edd. usque ad Sigonium. Vide ad c. 52. § 4. Deinde *biennio tranquillæ* fragm. Hav. Denique mox *res externæ*, transpositis vocibus, Hav. *hesternæ res* Gaertn. passim obvio errore. Vide ad XL. 14. § 2.

CAP. XLVIII. § 1 *Turbatores vulgi erant Sp. Mecilius quartum et Metilius tertium*] Puto legendum esse *Spurii Mecilius;* ut intelligatur, ambos eos prænomine *Spurii* præditos. *Sigon.* Pal. 2. *et Messius tertium.* Ut et mox 'quam Mecilius Messiusque largitione pessimi exempli concirent.' *Gebh.* Puto, recte Sigonium *Spurii* legendum monuisse; ut innuat Livius, utrique tribuno idem illud *Spurii* prænomen fuisse. Nam et alibi Livius, si duo junctim memorati eodem prænomine adpellantur, id ita efferre solet. Infra XL. 18. 'Prætores inde facti duo Q. Fabii Maximus et Buteo,' &c. Id vero non intelligentes librarii verba Livii corrupeerunt. Ita recte J. F. Gronovius edidit X. 40. 'Equitibus legatos alios Caios Cædicium et Trebonium præfecit.' Similiter etiam restituendum credidit XXXV. 5. 'Præfecti socium

quatuor Marci Genucius et Marcius tribuni militum secundæ legionis:' ubi tamen vulgatam lectionem veriorem puto. Vide etiam Casaub. ad Sueton. Cæs. c. 9. Sigonii conjectura Pighio etiam placuit, qui in Annal. ad a. CCCXXXVII. p. 197. utrique tribuno *Spurii* prænomen tribuit. Præterea *Sp. Metilius quarto et Mecilius tertio* Lov. 1. *Sp. Metillius quarto et Metilius tertio* Voss. 1. *Sp. Metilius quarto et Metilius tertio* Voss. 2. Lov. 4. 5. et Lipsiens. *Sp. Metilius quarto et Mecilius tertio* Port. et fragm. Hav. *Sp. Metilius quartum, et Meilius tertium* Leid. 2. *Sp. Metilius quarto et Messius tertio* Lov. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *Sp. Mecilius quarto et M. Cecilius tertio* Lov. 3. Vide etiam hoc cap. ad § 12. Vulgato consentiunt soli Flor. Leid. 1. et Harl. 1. nisi quod *quarto* et *tertio* præferant. Scribendum autem cum diphthongo *Mæcilius*, ut Gruterus postrema ed. eumque secuti recentiores fecere. In eo autem Gruterus Pighium secutus videtur. Quare miror, ipsum non similiter etiam scripsisse II. 58. § 2. ubi vide quæ notantur. Ceterum videri posset Livius rotundius scripsisse, *Turbatores vulgi Spurii Mæcilius quartum, et Metilius tertium tribuni plebis, ambo absentes creati, quum rog. prom.* Verum invitis scriptis voces *erant* atque *et* delere non audeo. Vide ad XXI. 36. § 4.

Tribuni plebis, ambo absentes creati] *Præsentes* in antiquis Aldinis. Puto *prensantes*. Nam prensabant, ut continuarentur propter rogationem ab ipsis promulgatam. Despice, lector, quid probes; nam vulgata lectio *ambo absentes creati* sane vitiosa videtur. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXVII. p. 197. Quia in Aldino *præsentes* invenit, *prensantes* corrigit Pighius in Annal. ad hunc annum. Si soli hi *prensantes* facti, patior: sin id plerumque omnium, cur de his solis dicatur, causa nulla est. Sic cap. 42. 'Plebs tribunos absentes Sex. Tempanium,' &c. Sed, inquit, prensabant, ut prorogaretur illis magistratus propter rogationem promulgatam. Immo ex Livio nihil amplius colligas, quam promulgasse, postquam erant creati. *J. F. Gron.* Non tantum omnes, quos vidi, excusi, verum etiam varii Aldini, sive qui a. 1518. et cum notis Sigonii postea aliis annis ex officina Aldina prodierunt, sine ulla varietate *absentes* præferunt. Nescio itaque, quos vetustorum Aldinorum *præsentes* exhibentium nomine innuat Pighius, nisi forte ipsi videre contigerit codd. scriptos, quos Aldus Livium editurus consuluit. Verum iis merito obponimus meorum omnium consensum, similiter *absentes* præferentium: quare cum Gronovio vulgatam scripturam adversus ejus conjecturam defendendam arbitror. Quinam autem in hac re 'absentes' vocentur, vide ad hujus lib. c. 42. § 1. Ceterum vox *ambo* deest in Harl. 2. *creati absentes* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *absentes creari* Harl. 2.

§ 2 *Ager ex hostibus captus viritim divideretur*] *Ex hostibus captis* Hav. Vide ad cap. præc. § 3. Mox *plebe scito* Lov. 5. An librarius voluit *plebeiscito?* Sed reliqui nihil mutant.

§ 3 *Quidquam agri, ut in urbe alieno solo posita, non armis partum erat*] Vox *agri* deficit in Voss. 2. Deinde *in urbe, alieno in solo posita* Neapol. Latinii. Livius I. 21. 'Castra, non urbem, positam in medio ad sollicitandam omnium pacem crediderant.' XXXVIII. 13. 'In finibus Pisidarum posita est urbs, in ea parte, quæ vergit ad Pamphylium mare.' Justin. XXII. 5. 'Huc accedere, quod urbes castellaque Africæ non muris cinctæ, non in montibus positæ sint.' XXIV. 6. 'Templum Apollinis Delphici positum est in monte Parnaso.' Ovid. Met. XV. 58. 'Talia constabat certa primordia fama Esse loci, positæque Italis in finibus urbis.' At reliqui

codd. a vulgata scriptura stantes præpositionem non admittunt. Ita Silius, perpetuus Livii imitator, III. 3. 'Extemplo positos finiti cardine mundi Victor adit populos.' Præterea *alieno posita solo* Port. a m. pr. Tum *nisi armis partum* Lov. 2. 5. Gaertn. et Port. a m. sec. in quo primæ lectionis vestigia tanta cura deleta sunt, ut, quid olim exaratum fuerit, intelligi nequeat. *Nisi per armis partum* Lipsiens.

Nec, quod venisset adsignatumve publice esset, præterquam plebs habebat] *Ne quid* Lov. 2. et Lipsiens. *ne quod venisset* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 5. Port. a m. pr. et fragm. Hav. *neque venisset* Lov. 4. et Harl. 2. Deinde *ad signanū reipublicæ* idem Harl. 2. *adsignatum publice* Lipsiens. *adsignatumne publice* Lov. 2. et Hav. Tum *præter quem plebs* Lov. 4. *præterquam quod plebis* Voss. 2. et Lov. 2. *præterquam plebes* Hav. quomodo etiam in Pal. 2. esse, Gebhard. monuit ad II. 55. § 2. Vide ad I. 20. § 6. Reliqui mei omnes receptum tuentur. Denique *habebant* Lipsiens.

§ 4. *Nunc in conciliis privatis principum cogendis viam consilii inveniebant*] Ita primus edidit Cælius Curio, verosimiliter eam ob caussam, quod mox § 6. suo tempore receptum videret in contextum *minimus natu ex Patrum concilio.* Vel potius, quoniam Aldus inter errata ita reponendum monuit. Priores omnes, quos vidi, vulgarunt *consiliis.* Et ita præferunt Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Klockian. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. ambigue *consciliis* Lipsiens. quemadmodum plerumque alibi. Si hic intelliguntur congressus secreti sive cœtus ac coitiones principum, legendum erit *conciliis* secundum illa quæ Gronov. notat ad Liv. XLIV. 2. § 5. et ad II. 54. § 7. Vide etiam ad IV. 6. § 6. Deinde vox *privatis* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. neque in contextu fragm. Hav. cujus tamen margini a m. sec. adscripta est. Hinc *principium* Lov. 1. Vide ad II. 27. § 12. Tum *cogendi viam consilii* Voss. 2. et Lov. 5. Non intellexerunt librarii locutionem 'cogere senatum,' quam inlustravit Gronov. ad Liv. XXX. 4. § 1. *Consilii veniebant* Flor. Sed prima syllaba ī vel *in* elisa est a proxime præced. vocis syllaba finali. Vide ad XXXV. 8. § 9. Paullo ante *plebi Patribus propositum,* expuncta vocula *que,* Hav. *plebi Patribusque positum* Lov. 2. et Lipsiens. Etiam alio ordine *certamen videbatur* Lov. 4.

§ 5 *Quum Ap. Claudius, nepos ejus, qui decemvir*] Primus Appius Claudius, qui anno sexto ab Urbe liberata Romam profectus erat, id consilii, cujus hic fit mentio, dedit, M. Fabio et Cn. Manlio consulibus A. U. C. CCLXXIV. ac ab Urbe liberata tricesimo. Hic autem duos habuit filios Appium Caiumque Claudios. De Appio Claudio Appii filio Livius lib. II. sub finem, qui cum T. Quinctio Capitolino consul fuit A. U. C. CCLXXXIII. et die dicta a M. Duillio et Cn. Siccio mortuus est. De Caio vero Claudio Appii filio Liv. l. III. c. 15. qui cum P. Valerio Publicola consul fuit A. U. C. CCXCIV. quo anno Herdonius Capitolium cum exsulibus ac servis occupaverat. Rursus tertius Appius, secundi Appii filius, fuit decemvir, cujus hic nepos a Livio dicitur, sed errore, ut puto, codicum. Nam ego filium credo, idque ea potissimum de caussa, quod post quinquagesimum ab hoc annum nepos decemviri Appius Claudius ad finem libri sexti c. 40. nominatur. Præterea primus Appius non ejus proavus erat, siquidem ipse nepos decemviri fuit, sed potius abavus. Certe temporum ratio non convenit, ut et hic nepos fuerit decemviri, et item ille, qui libro sexto adversus tribunos habet concionem. Ipse etiam Livius A. U. C. CCCXXXI. decemviri filium vocat hunc

Appium IV. 36. Est et ejus mentio ab initio libri seq. c. 2. *Glar.* Hoc loco nihil eram dicturus, nisi me ad hanc orationem suscipiendam Glareanus impulisset, qui inquit, legendum esse, *Ap. Claudius filius ejus, qui decemvir.* Movetur autem Glareanus, quod 'proavum' suum hic memoret Ap. Claudium illum, qui primus ex Sabinis venit, quem 'abavum' fuisset dicturus, sic hic vere nepos decemviri fuisset. Errat autem, quia non intelligit 'proavum' sæpe improprie poni, et Ciceronem, ad Ap. Pulchrum cum scriberet, Ap. Claudium Cæcum proavum ejus vocasse ad Fam. III. 11. qui ne atavus quidem proprie dici posset. Quoniam autem is multos alios Livii locos in his Claudiis male habere putat, et sine ratione, ut uno loco occurram omnibus, Claudiorum gentem hic usque ad Ap. Claudium Cæcum exponam. ['Glareanus de proprietate linguæ recte judicavit: quod si auctor improprie locutus est, nihil ad Glareanum. Sed vide hic ingenium Sigonii: qui quum majorem hujus genealogiæ partem ex Glareano habuerit, gratiam scilicet rependit convitiis.']

Actius Clausus,
qui post Ap. Claudius, ex Sabinis venit: auctor intercessionis per tribunos plebis: consul a. CCLIX.

Ap. Claudius Sabinus consul a. CCLXXXI.	C. Claudius Sabinus Ap. F. decemviri patruus, consul an. CCXCII.

Ap. Claudius Ap. F. Ap. N. Crassinus decemvir ann. CCCI. CCCII. CCCIII. mortuus.

Ap. Claudius Crassus tribunus mil. CCCXXX. idemque decemviri filius et juvenis a Livio dicitur IV. 36.

Ap. Claudius Crassus Sabinus Regillensis trib. mil. CCCLII. dictator a. CCCXCIII. Idem a Livio IV. 48. dicitur a. CCCXXXIX. minimus natu ex Patrum concilio et decemviri nepos. Itemque in ann. CCCLII. et CCCLXXXVII.	P. Claudius Crassus, de quo nihil accepimus.
C. Claudius Regillensis dictator a. CDXVIII.	P. Claudius P. F. Crassus consul a. CDVI.

Ap. Claudius C. F. Ap. N. Cæcus censor an. CDXLII. consul an. CDXLVI. CDLVI.	Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caudex consul a. CDLXXXVI. Cæci frater. Gellius XVII. 21.

Sigon. Incertus hæreo, utrius, Glareani an Sigonii, sententiam probem. Quamvis enim contendenti Sigonio libenter concedam, 'avus,' proavus,' ac similiter 'nepos,' 'pronepos' non semper stricte apud historicos accipi, sed iis vocabulis in genere nonnumquam majores ac posteros indicari, non displiceret tamen Glareani conjectura, si codicis auctoritas accederet. Ad id enim permoverent verba 'minimus natu ex Patrum concilio,' si constaret, ea non ita accipienda esse, quasi Livius vellet, Ap. hunc Claudium omnium senatorum natu minimum fuisse, sed definite eorum senatorum, quos tribuni militares in 'concilia privata' evocarant. Eo autem tantum 'principes senatus' evocatos fuisse, supra dixerat: 'Nec tribuni militum nunc in senatu, nunc in conciliis privatis principum cogendis, viam consilii inveniebant.' Per 'principes' autem 'senatus' indicantur summis honoribus functi, et ita auctoritate, rerum

gestarum amplitudine, et dignitate reliquis senatoribus præcellentes. Hinc sequeretur, intelligi Ap. Claudium, quem Livius c. 35. tribunatum militarem gessisse narrat, et c. 36. 'inpigrum juvenem' vocat, quo eodem 'juvenis' adpellatione etiam adficitur § 10. hujus cap. id est octavo anno post gestum tribunatum. Juventas autem vulgo finiebatur anno ætatis XLV. Obstabat etiam non nihil Sigonii sententiæ, quod vix senator esse posse videatur filius ejus, qui ipse octavo anno ante adhuc 'juvenis' vocatur. Præterea illud etiam, ipsum hunc Ap. Claudium, licet minimum natu ex Patrum concilio, tamen, quum tam promtæ ac maturæ indolis experimentum edidisset, ad honores summos non promotum fuisse, nisi demum tertio decimo anno postea. Contra Sigonii sententiam probant verba Livii hoc cap. 'Misso senatu,' quæ docent, Ap. Claudium non in privato concilio, sed in senatu, vetus ac familiare proavi consilium subgessisse, adeoque non minimum natu 'inter principes senatorum,' sed 'inter senatores' fuisse. Arbitrium itaque hujus rei sit penes lectorem. Ceterum *tum Ap. Claudius* Voss. 1. Gaertn. Lov. 1. 2. et Leid. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. prope fin. *Tum cum Ap. Claudius*, utraque lectione juncta, Hav. *tunc Ap. Claudius* Lipsiens. et inpressi ante Aldum, quorum plerique insuper distinguunt *viam consilii inveniebant. Tunc Ap. Claudius*. Paullo post *legionibus scribendis* Lov. 1. Vide ad VI. 39. § 7. *Licibus scribendis* Flor. sed litera *c* altera manu mutata est in *g*. *Legibus inscribendis* Lov. 5.

Minimus natu ex Patrum consilio] Ita primus edidit Aldus. Tempore priores præferunt *ex Patrum concilio*; quam lectionem servarunt etiam Lov. 2. 4. Port. Gaertn. et Hav. *ex Patrum conscilio* more solito habet Lipsiens. In reliquis *concilio* fuisse videtur; idque præstare puto non tantum ob illa quæ supra dicta sunt ad § 4. verum etiam quod 'consilium' pro senatu quidem dicatur, sed 'consilium Patrum' vel 'senatorum,' pro ipsis senatoribus, alibi me legere non meminerim. At 'concilium senatus' est apud Silium XIII. 306. 'Matronæ puerique ruunt, mœstumque senatus Concilium.' Utrum autem hic intelligendi sint senatorum principes, an vero senatores in genere, dubium esse dixi ad verba præc. Ceterum vox *natu* deficit male in Lov. 3. Supra III. 35. 'Comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu injungunt.'

§ 6 *Proavum enim suum Ap. Claudium ostendisse Patribus viam unam*] Voces *enim* et *Patribus*, quæ a prioribus excusis exsularant, primus Aldus recepit. Easdem etiam agnoscunt omnes scripti mei. *Proavumque enim suum* est in Lov. 4. Paullo ante *ferre*, pro *adferre*, habet Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Quam majestatis memor adhibeatur oratio*] *Magestatis* Leid. 1. quomodo alibi sæpe culpa librariorum, vel corrupta temporum orthographia, vel prava verba præeuntium pronunciatione in Mss. exaratum obcurrit. Ea autem scriptura caussa exstitit, cur alii deinceps ulterius corrumperent, et scripserint *magistratus*, quemadmodum præferunt Voss. 2. Harl. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. et fragm. Hav. Præterea *adhibebatur* Voss. 1. a m. pr. et Lipsiens.

§ 8 *Pro fortuna illis animos esse: ubi videant collegas*] *Pro fortuna vel animos esse* Port. *Pro fortuna animos illis esse* Hav. *Per fortunam illis animos esse* Lov. 4. et 5. Tum *ubi videat* Lov. 5. *ubi videantur* Hav. Mox *in eo relictum*, pro *in ea rel.* Gaertn.

§ 9 *Haud gravate adclinaturos se ad caussam senatus*] *Gravare* Harl. 2. Dein *declinaturos* Lov. 2. et Gaertn.

inclinaturos Lov. 4. Sed duplici lectione juncta *adinclinaturos* Lov. 5. Harl. 2. et Port. a m. sec.

Per quam universo ordini cum primoribus se Patrum concilient] Lego *cum universo ordini tum primoribus se Patrum.* T. Faber. Fabri conjectura a nullo codice probatur: quare vulgatum servo. Donjatius etiam Fabri emendationem non omnino necessariam judicat; sed vulgatam lectionem hoc modo exponit, 'accessuros ad partes senatorum, quas' si 'amplexi' fuerint, agentes 'cum primoribus senatorum possint totius senatus favorem sibi comparare.' Verum unde ita supplendi licentiam sibi datam esse probabit? Suadebat Ap. Claudius, ut principes senatus tribunos prensarent, quos tanto facilius se ad caussam senatus adclinaturos ominatur, quod intelligant, ita se universo ordini cum primoribus Patrum, sive non tantum primoribus Patrum, sed etiam universo ordini, conciliari; se conciliari universo ordini senatorio, quo tempore conciliabantur primoribus Patrum. Mox hoc cap. 'Suadendo, monendo, pollicendoque, gratum id singulis privatim, gratum universo senatui fore.' *Prim. Patr. se conc.* alio ordine habet Hav. *prioribus se Patr. conc.* Gaertn. Male. Vide ad III. 36. § 5.

§ 10 *Q. Servilio Prisco, quod non degenerasset ab stirpe Claudia*] *Quintio Servilio* Voss. 2. Vide III. 1. § 1. Tum vox *Prisco* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 1. Hinc *a stirpe* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Denique *Claudiana* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vulgatum *Claudia* præstat. Vide Gronov. ad Livii I. 3. § 7. Mox *collaudato juveni* perperam Gaertn. et Lov. 2. *collaudatim juveni* Lov. 4.

Ad intercessionem perlicerent] *Polliceret* Voss. 1. et Leid. 2. pro *pellicerent*, facili lapsu: *perliceret* fragm. Hav. *ad interc. tribunorum perlicerent*, addita voce ex præcedenti, Lov. 1. Paullo ante *collegiis tribunorum*, pro *collegio trib.* Lov. 5.

§ 11 *Misso senatu prehensantur a principibus tribuni*] Vet. lib. *prensantur.* Sigon. Ita et omnes mei, nisi quod *pensantur* sit in Lov. 1. a m. pr. et in Gaertn. Vide Sigonium ad III. 35. § 2. c. 47. § 2. IV. 6. § 9. c. 58. § 13. c. 60. § 1. et V. 30. § 4. Vide etiam Rhenan. ad II. 61. § 6. et quæ notantur ad I. 47. § 7. III. 58. § 1. et ad XXVIII. 30. § 6. Similiter passim nunc *prendere*, pro *prehendere*, præferunt scripti. Vide ad II. 29. § 4. Hinc *ab principibus* Leid. 1. Port. et fragm. Hav. Neque aliter voluit librarius Harl. 1. qui tamen aberrante calamo scripsit *ad principibus. Ab principibus* servant etiam omnes editi usque ad Modium, a quo procurata ed. Francofurt. *a principibus* prima a. 1588. vulgavit: quare alterum revocavi. Denique Oxon. L. 1. teste Hearnio, et Lipsiens. non agnoscunt vocem *tribuni.* At *tribunis* a m. pr. fuerat in Flor. sed ultima litera postea est erasa.

Suadendo, monendo, pollicendoque] Media vox abest a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. Deinde *publicendoque* præfert Leid. 1. *pellicendoque* Lov. 3.

Gratum id singulis privatim, gratum universo senatui fore] *Gratim* Hav. *gratum a singulis* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. Tum *privatum* Lov. 4. et 5. Mox *gratum universo fore*, omissa voce *senatui*, Voss. 2. *gratum universo senatu fore* Leid. 1. Vide ad XXIV. 19. § 6.

Sex ad intercessionem comparavere] *Se ad inter. comp.* Lov. 4. 5. et Harl. 2. Quasi sensus esset, tribunos, a principibus prensatos, eorum persuasionibus, adhortationibus ac promissis evictos, se parasse, ut legi a collegis promulgatæ intercedant. Simi-

liter 'comparare se ad iter' l. xxviii. c. 33. 'Ad iter se comparare in diem posterum jubet.' Sed reliqui codd. vulgatum probant, unde etiam optimus sensus efficitur, principes fuisse, qui tribunos sex ad intercessionem comparaverunt. Neque obtendi debet, magis convenire, ut verbum *compararere* referatur ad eos, de quibus proxime locutus erat, nempe 'tribunos,' quam ad remotiores 'principes;' quia, si Livii is sensus esset, potius dixisset *comparati sunt*. Id, inquam, lectioni Harl. 2. defendendæ merito obtendi nequit, quum potius in eo figura Livio usitata agnosci debeat, ut recte observavit Jac. Gronovius ad Liv. i. 46. § 9. Quin forte inde potius librarius receptam scripturam mutandi ansam adripuisse videtur, quod stili Liviani indolem ignorarit. Nisi potius dicendum sit, ultimam literam τοῦ *sex* interceptam esse ob ductuum adfinitatem a prima vocis seq. Tanta enim inter literas *X*. et *A*. similitudo est, ut sæpe in scriptis commutentur. Vide ad xl. 59. § 8. Ceterum *comparuere* male Leid. 2.

§ 12 *Posteroque die, quum ex composito relatum ad senatum esset de seditione*] *Postero quoque die* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad v. 27. § 1. *Postero die* Harl. 2. Lov. 5. Gaertn. Hearnii Oxon. B. et edd. ante Aldum. Tum vox *die* deficit in Port. a m. pr. Deinde *quum exposito relatum* Harl. 1. *Ex composito*, id est, quemadmodum convenerat inter senatores et sex tribunos ad intercedendum comparatos. Vide ad i. 9. § 10. Denique *relatum ad senatum deesset*, omissa voce *seditione*, Harl. 2. Videtur librarius scribere voluisse *ad senatum de seditione esset*.

Quam Mæcilius Metiliusque largitione pessimi exempli concitent] Debet esse *larg. pess. ex. concirent*. Rhen. Membranæ Fuldenses *concirent*, longe indubie melius. *Modius*. Si Modius alias edd. consuluisset, omnes eas *concirent* præferre deprehendisset, præter Parm. 1480. in qua *concierent*, et Aldinam, in qua *concient* editur, sed culpa operarum, quum inter errata *concirent* legendum esse monetur, et Paris. 1573. quæ male *concitent* exhibet, sine dubio etiam typograpborum aberratione, quum insecuta postea Francofurtana 1578. *concirent* restituerit. Et ita est in omnibus scriptis, nisi quod Oxon. N. teste Hearnio, utramque lectionem *concitent* et *concirent* exhibeat, et *concitent* legatur in Lipsiens. Lov. 2. 4. 5. et fragm. Hav. *concitaret* in Lov. 3. et *concitarent* in Voss. 2. quomodo alibi etiam peccari solet. Vide ad ix. 37. § 1. De locutione 'concire seditionem' vide ad xli. 8. § 4. Insuper vox *Mæcilius* deest in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. eorum primus etiam et secundus non agnoscunt voculam *que*. Sed *Metilius Metiliusque* præferunt Leid. 2. et Port. *Metilius Meliusque* Harl. 2. *Metilius Messiusque* Gaertn. Hav. et Lov. 2. ac 4. *Metilius Mesiusque* Lov. 5. *Metilius Meciliusque* Lipsiens.

§ 13 *Eæ orationes a primoribus Patrum habitæ sunt*] Præterquam quod plerique codd. vel *hæ*, vel *heæ*, vel *hee orationes* præferant, insuper *et orationes* est in Voss. 2. Lov. 3. et quibusdam excusis antiquioribus: *orationes*, omissa vocula præcedente, in Lov. 2. 4. Tum *ab prim. Patr. sunt habitæ* Hav.

Quisque jam nec consilium sibi subpetere dicerent, nec se ullam opem] *Quisquam* Harl. 2. *jam quisque* Lov. 5. Deinde *jam hæc* vel *hec consilium* aberrante manu scripserunt librarii Leid. 1. et Lov. 1. In quales codices incidisse plures alii videntur, qui manifestum mendum emendaturi dederunt *jam hoc cons.* quæ scriptura superest in Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Similiter *jam h' consilium* dedit Lov. 2. *neque* et hic et mox, pro *nec*, est in Harl. 2. *jam nec*

consulum in Port. a m. sec. Tum τὸ *ullam* exsulat ab Hav. Mox *præt. trib. aux.* sine præpositione *in*, Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. a m. pr. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Sed eam intercepit ultima litera vocis præced. Vide ad x. 13. § 3.

In ejus potestatis fidem circumventam rempublicam, tamquam privatam inopem, confugere] Antiqua lectio, *tamquam privatum inopem confugere.* Subintellige 'civem.' *Rhen. In cujus potestatis fidem* Leid. 2. *fide* Lov. 4. et Port. a m. sec. quorum codicum posterior ita verba seqq. exhibet: *circumvectum* (*circumvectam* fuerat a m. pr.) *Romanum populum, tamq. priv. in urbem confugere. Circumventum Romanum populum* præferunt quoque Lipsiens. et Hearnii Oxon. C. Sæpius librarii ex literis *R. P.* quæ notabant 'respublica,' fecerunt 'Romanus populus.' Vide ad ix. 26. § 8. *Tamquam privatum inopem* etiam omnes reliqui codd. præter Lov. 2.3. et Gaertn. qui *privatam* exhibent: *privatum* similiter edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. *Effugere*, pro *confugere*, habet Flor.

§ 14 *Ipsis potestatique esse, non ad vexandum*] *In ipsis* male Lipsiens. Deinde *potestatique ad vex.* omissis duabus vocibus, Harl. 2. *esse* non adparet in Flor. Tum *plusque in tribunatu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 15 *Quum ex omnibus partibus curiæ tribuni adpellarentur*] *Partibus curia et tribuni* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. et fragm. Hav. *partibus curia tribuni* Harl. 2. *partibus et tribuni* Gaertn. *partibus curiæ et tribuni* Port. Mox *tñ* (id est, *tamen*) *silentio facto* Hav. Vide ad Liv. xxii. 17. § 5.

Quam rogationem a collegis promulgatam] Forsan fuit *quoniam rogat.* Grut. Alibi *quam* et *quoniam* in Mss. confundi solent. Exempla vide ad ii. 40. § 2. etiam ad vii. 34. § 4. et alibi. Hic tamen τὸ *quam* non est mutandum. Vide ad iii. 71. § 8. Deinde *quam rogatiosi est a collegis promulgata* Leid. 1. *quam rogatio si est a collegis promulgata* Lov. 4. et 5. *quum rogatiosi et a collegis promulgata* Lov. 2. *quam rogatione si est a collegis promulgatu* Harl. 2. *quam relatio si est a collegis promulgata* Lipsiens.

Dissolvendæ reipublicæ esse, ei se intercessuros] *Dissolvendo reip. esse* Lov. 2. et Gaertn. *dissolvendi reip. esse* Lipsiens. *dissolvendam reip. esse* Lov. 3. Tum *esse, eis intercessuros* Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. et Gaertn. *esse, eis se intercessuros* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 16 *Proditores plebis commodorum ac servos consularium adpellantes*] *Proditores publicorum commodorum plebis* Lov. 4. a m. pr. in quo vox *publicorum* a m. altera expuncta est. *Commodorum plebis* etiam edd. principes. Aldus primus ordinem invertit; cui consentiunt reliqui scripti. Tum *consulatum* Port. *consularum* Leid. 1. Præterea *appellatis* Port. a m. pr. Paullo ante *a senatu* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. et excusi ante Aldum.

Aliaque truci oratione in collegas invecti actionem deposuere] Voces *in collegas* non comparent in Port. Lipsiens. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Tum *actione deposuere* Gaertn.

Cap. xlix. § 1 *Duo bella insequens annus habuisset*] Video quosdam in Ms. volumine legisse *Ardua bella ins. a. hab.* Rhen. Vett. libri aliquot *Duo assidua bella.* Sigon. *Duo assidua bella ins. a. hab.* sola est scriptura Pal. secundi. Nam reliqui duo omittunt τὸ *assidua.* Andreas edidit *Ardua bella ins. a. hab.* Campan. *Ardua duo bella assidua ins. a. hab.* Gebh. *Ardua bella* præferunt edd. vetustæ, quod in nullo meorum codicum inveni. *Duo bella* primus substituit Aldus, ejus lectionem firmantibus Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. aliisque

codd. *Assidua bella* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *p duo bella* Klockian. Soli minimæ auctoritatis Mss. Lov. 4. 5. Harl. 2. Hav. et Port. a m. sec. *Duo assidua bella.* Doujatius, in Ms. cod. apud Rhenanum esse *Duo ardua bella* notans, se admodum negligenter ejus adnotationes consuluisse ostendit: neque rationem habuit subjungendi, id nequaquam deterius sibi videri, quum ea lectio in nullo vel scripto vel excuso codice inveniatur. Mihi omnino *Duo assidua bella,* quam *Ardua,* vel *Duo ardua bella,* magis placet. *Assidua bella* autem, si ea lectio probatur, eodem sensu accipio, quo 'Assidui et anniversarii hostes ab Etruria fuere Veientes' dixit Florus I. 12. in princ. et ipse Liv. II. 48. 'Veiens hostis assiduus magis, quam gravis.' Diffiteri tamen nequeo, ipsam etiam vocem *assidua* mihi a mala m. additam videri. Id enim optimi codd. eam nescientes, clamant.

P. Cornelius Cossus, C. Valerius Potitus] *P. Cossus Corn.* Leid. 2. et Lov. 1. *A. Corn. Cossus* Harl. 2. Deinde Valerii prænomen omittitur in Hav. ejus vero loco *est* præfert Lov. 3. Tum *Pontius* Lov. 2. et Gaertn. *Poticius* Hav.

Quinctius Cincinnatus] Intercidit prænomen Quinctii culpa librariorum; neque enim probare possum, id ipsum a Livio fuisse omissum, quum reliquorum tribunorum prænomina non prætermiserit. *Sigon.* Utrum prænomen Quinctii sponte a Livio omissum sit, an vero inertia librariorum interciderit, dubium puto; licet Pighius in Ann. ad a. CCCXXXVIII. p. 197. Sigonio consentiens, prius statuere videatur. Alibi sæpe, duobus pluribusve simul memoratis, unius prænomen omittitur. Supra hoc lib. c. 17. 'Legatos Quinctium Capitolinum et M. Fabium Vibulanum sequi se dictator jussit.' VI. 40. 'Hoc portenti non fiat in urbe Romana, ut Sextium atque hunc C. Licinium consules videas.' VIII. 29. 'Consulibus L. Furio Camillo iterum, Junio Bruto Scævæ.' c. 35. 'Haud minus periculo Q. Fabii, quam supplicio miserabili adolescentis Manlii.' XXII. 32. 'M. Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto, Fabii artibus bellum gesserunt.' c. 39. 'Cn. Servilius atque Atilius proximi consules.' c. 40. 'Consulum anni prioris M. Atilium, ætatem excusantem, Romam miserunt; Geminum Servilium in minoribus castris,' &c. XXIV. 12. 'Profecti, P. Cornelius ad exercitum, Otacilius qui maritimæ oræ præesset.' XXVI. 5. 'Ap. Claudius Campanis, Fulvius Hannibali est obpositus.' c. 28. 'Qui in exercitu M. Claudii, M. Valerii, Fulviique fuissent.' XXXIII. 25. 'Acilius Glabrio, C. Lælius eos ludos fecerunt:' et paullo ante eodem cap. 'Ædilibus curulibus Cornelio Scipione et Cn. Manlio Vulsone:' ita enim primæ aliæque eam secutæ edd. XXXVII. 51. 'Quale patrum memoria inter L. Metellum et Postumium Albinum fuerat.' XLI. 6. 'Tribuni plebis Licinius Nerva et C. Papirius Turdus.' c. 15. 'Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt.' XLIII. 2. 'Citerioris Hispaniæ populi M. Catonem et Scipionem; ulterioris L. Paullum et Gallum Sulpicium patronos sumserunt.' XLV. 40. 'Filii duo Maximus et P. Scipio.' Plerisque horum locorum viri docti, alterum prænomine spoliandum non esse, quum alter eodem ornetur, existimantes, partim ex codd. scriptis, sed plerumque ex ingenio ac conjectura, suppleruut, quod librariorum culpa excidisse putabant. Si itaque prænomen et hoc loco culpa librariorum deesse censeatur, ut id etiam ex conjectura restituere tentemus, sciendum est, L. Quinctii Cincinnati memorari quatuor filios: Kæsonem, qui capitis accusatus, quum primus vades publicos dedisset, exsilii caussa

solum vertit, vide Livium III. 11. 12. et 13. et præter Kæsonem tres liberos, quorum nemo Kæsoni cedebat magnitudine animi, c. 19. qui etiam patrem, quum dictator creatus esset, obviam egressi exceperunt, ibid. c. 26. Eorum unus fuit L. Quinctius Cincinnati filius, tribunus militum hoc lib. c. 16. iterum c. 35. et tertium c. 44. alter T. Quinctius, L. F. Cincinnatus, cui et Penuo cognomen additur, consul c. 26. et iterum c. 30. tribunus militum autem c. 31. Tertius is esse putatur, qui hic memoratur. Eum autem vel *Caii* vel *Quinti* prænomen habuisse conjicio: utrumque enim non tantum in gente Quinctia, verum etiam in ejus familia Cincinnatorum obcurrit. 'C. Quinctius Cincinnatus' tribunus consularis memoratur VI. 32. quem Pighius ad a. CCCLXXVII. T. F. L. N. esse existimat. 'Q. Quinctius Cincinnatus' tribunus consularis h. lib. c. 61. qui Pighio ad a. CCCXLVIII. L. F. L. N. vocatur: et alius 'Q. Quinctius Cincinnatus' similiter tribunus militaris VI. 36. eum autem Pighius ad a. CCCLXXXII. Q. F. appellat. Jam vero si prius prænomen restituendum videatur, minima mutatione legi posset *Caii Valerius Potitus, Quinctius Cincinnatus.* Vide ad cap. præc. § 1. Sin alterum excidisse existimetur, id a voce *Quinctius* interceptum erit, quemadmodum etiam factum IV. 61. § 1. Ita prænomen 'Marcus' ante nomen 'Manlius' excidit XL. 34. § 1. Quin et hoc loco *Q. Cincinnatus* legunt Lov. 5. et edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Immo *Q. Quintius Cincinnatus* Flor. optimum exhibere, ejus excerpta docent. Ita igitur edendum duxi.

M. Fabius Vibulanus] Addendum *iterum.* Nam tribunus antea fuit, A. U. C. CCCXXII. *Glar. N. Fabius* ex tabulis Capitolinis legendum est. *Sigon. Marcus* vel *M. Fabius* omnes mei constanter; quod idem etiam de suis monuit Hearne. *Numerii* vero prænomen ipsi tribuendum esse, constat quidem, ut Sigonius ad hunc locum monuit, ex Fastis Capitol. sed non ex hoc anno; ejus enim duo tantum priores tribuni in fragmentis illorum Fastorum supersunt, Fabius vero cum Quinctio interciderunt; sed, ut Sigonius in comment. ad Fastos ad a. CCCXXXVIII. aperte scribit, ex ejus secundo tribunatu, quem octo annis postea gessit. Vide hoc lib. ad c. 58. § 6. et quæ ibi notantur. Præterea Fabii hujus prænomen *Numerium* fuisse, non obscure ex lectione veterum edd. constat, quæ ante Moguntinam præferunt *Gn.* vel *Cn.* vel *C. Martius et M. Fabius.* Ceterum indoctis librariis minus notum hoc prænomen, quod unica litera *N.* olim scriptum fuit, proclivi errore in *M.* mutari potuit, quomodo primi Moguntini ediderunt. Et ita quidam codd. peccarunt hoc lib. c. 57. § 12. aliisque locis. Alibi vero pro eo subposuerunt prænomen *Cn.* Vide ad XLI. 28. § 5. Error autem a Moguntinis commissus novi erroris Glareano caussa exstitit, atque effecit, ut Fabio *iterum* addendum crediderit. Verum, recepta Sigonii emendatione, non jam erit ille Fabius, qui tribunus militum memoratur c. 25. sed qui consulatum gessisse dicitur c. 43. adeoque vox *iterum* addi nequit. Quin etiam, licet idem fuisset, tamen eam non necessariam putassem. Vide ad II. 16. § 7. Præterea *Jubilanus* Leid. 2. Lov. 4. 5. et Hav. *Jubulanus* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. *Mugilanus* Gaertn. Vide ad III. 35. § 11. Mox *fuer̃*, pro *fuerunt*, Harl. 1. *fuerint* Leid. 1. *fuerant* Lov. 4. et vetustæ edd. ante Aldum, qui *fuerunt* vulgavit, concinentibus reliquis exaratis.

§ 2 *Ni Veiens bellum religio principum distulisset*] *Nisi* edd. principes usque ad Aldum, qui ejus loco *ni* recepit. Neque aliter codd. mei, nisi quod *ĩ* præferat Hav. *in* Lipsiens. in

contextu, pro quo a m. sec. in margine emendatur *nisi*. Vide ad XXIII. 1. § 8. Præterea *depulisset* Hav. et Hearnii Oxon. B. Simili errore 'distuli' et 'dispuli' confunduntur hoc lib. c. 33. § 10.

Super ripas effusus, maxime ruinis villarum vastavit] *Effusis maxime ruinis* Hav. *effusus maximis ruinis* Gaertn. *effusus maxime villis villarum* Harl. 2. Vocem *villarum* non agnoscit Voss. 2.

§ 3 *Triennio ante accepta clades*] *Trienni* Harl. 1. *triennium ante* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *trirenium ante* Lipsiens.

Volanis, suæ gentis populo] Quod docui ante de 'Lavicis' ad II. 39. § 4. idem dico de 'Volis.' Nam modo *Bolas*, modo *Volas*, apud auctorem hunc ceterosque scribi invenio. Virgilius illud præterea affert, quod singulari numero hoc nomen prodidit, cum dixit Æn. VI. 776. 'Coramque Bolamque.' Fuerunt autem oppida duo, non admodum, ut videtur, inter se distantia, 'Bolæ' et 'Bovillæ,' quibus in nominandis mirum in modum depravati Græcorum libri sunt, ut Dionysii et Plutarchi. Uterque enim eorum, ille l. VIII. p. 493. 494. et 495. hic in Vit. Coriol. p. 227. in bello Coriolani explicando duo ab eo oppida Latinorum eversa scribit, quorum prius Βωλανῶν πόλιν, alterum Βῶλας vocant, non longe a Lavicis, qui et ipsi capti ab eo sunt. Est autem mendum in voce Βῶλας pro Βοΐλλας: siquidem Stephanus ait, Βοΐλλαι oppidum Latinorum. Gentile nomen est Βοϊλλανὸς, ut tradit Dionys. Rom. Antiq. l. VIII. Quod ipsum in eo libro non est, nisi Βοΐλλας, pro Βῶλας, legamus. Idem mendum est etiam l. V. p. 326. ubi populos nominat Latinos, qui in populum Romanum conjuraverant: inquit enim Ἀρικινῶν, Βοιαλανῶν, pro Βοϊλλανῶν. Quod ex Floro intelligi potest, qui in ejus belli expositione I. 11. ait, 'De Bovillis etiam triumphatum.' Eandem vicinitatem agnoscit etiam Cicero pro Plancio c. 9. cum ait, 'Lavicana aut Bovillana vicinitas.' De 'Bola' autem sic Stephan. Βῶλα πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν, Βωλανός. *Sigon.* *Nolanis* Voss. 2. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. in quorum plerisque ita etiam hoc cap. peccatur. *Novanis* Lipsiens. *Volantus* Harl. 2. Cluverius Ital. Antiq. II. 16. p. 782. censet, Livium scripsisse *Bolanos;* sed posterioris ævi exscriptores grammaticos pro litera *B.* supposuisse confinem literam *V.* Male enim Cellarius Geogr. Antiq. II. 9. p. 496. dubitare Cluverium putat, num ipse Livius *Volas* per *V* scripserit, an permutatio elementi ab exscribentibus sit grammaticis. Subjungit autem, quoniam Livius illo cap. sexies *Volas* aut *Volanos* scripserit, eripere eum vel constantia sua dubitationem. Contra addit Cluverius suæ sententiæ eam rationem, quod Plinius Hist. Nat. III. 5. inter reliqua vocabula, quæ a *B* litera incipiunt, etiam memoraverit populum *Bolanos.* Cui accedit ita et scriptum reperiri VI. 2. § 14. Eamdem itaque orthographiam etiam hic restituendam putavi.

§ 4 *Excursiones inde in confinem agrumLavicanum factæ erant*] Verbum *erant* sententiam lutulat potius, quam illuminat. *Grut.* Τὸ *erant*, quod Grutero displicebat, superest quidem in omnibus scriptis, at exsulat ab edd. ante Aldum. Nam video tamen caussam, cur ea vox sententiam potius lutulare, quam inluminare, dici possit. Præterea *excussiones* Leid. 1. Tum *deinde* Harl. 2. Sed *inde* est a Bolanis, ex urbe Bolis. Alibi voculæ illæ in scriptis commutantur. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Hinc *et confinem agrum* Hav. *in agrum confinem* Harl. 2. Mox *novisque coloniis* idem Harl. 2.] Male. Innuuntur

novi coloni, quos mille et quingentos ab urbe Lavicos missos esse, Livius narravit c. 47. Denique *inlatum bellum* alio vocabulorum ordine Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Quam noxam quum se consensu omnium Æquorum defensuros sperassent*] Videre est, et tutemet forsan altius rimatus mecum sentias, ut non inepte facturus sit aliquis, qui pro *consensu*, quæ dictio inolevit, *contemtu* malit legere. *Sabell.* in Observ. p. 188. Lectio edita sana est, et notat, Bolanos sperasse, se excursiones in agrum Lavicanum inpune habituros, quod omnes Æqui factum suum probaturi essent. Non video quo sensu Sabellicus *contemtu*, pro *consensu*, restitutum malit. Præterea vocula *quum* deficit in Hav. Tum *consensu omni Æquorum* est in Leid. 2. Vide ad v. 9. § 6. Tandem *defensuros superassent* Lipsiens. Vide ad vi. 2. § 12.

Deserti ab suis, ne memorabili quidem bello] *Deferri ab suis* Harl. 2. *deserti a suis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. Tum *nec memorabili quidem* Leid. 2. et Voss. 1. a m. pr. Vide ad i. 10. § 3. *nemo morali quidem bello* Flor. a m. pr. quod deinde emendatum *ne memorali quidem.* Mox alio ordine *pugnam unam* Hav.

Et oppidum et fines amisere] Prius *et* deest in Leid. 2. Lov. 1. et editis ante Aldum; cum quo eam particulam addente stant omnes reliqui mei. *Oppidum in fines* se in cod. suo invenisse notavit Klockius.

§ 6 *Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis, ut rogationem ferret*] *Ab L. Dexio* Voss. uterque Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 1. Lipsiens. et Port. *ab L. Q. Dexio* Klockian. *ab L. Desio* Harl. 2. *a L. Decio* Gaertn. *ab L. Decio* Leid. 2. Lov. 2. Hearnii Oxon. N. et editi ante Aldum. Sed eam lectionem mendosam pronunciat Pighius in Annal. ad a. cccxxxviii. p. 198. Infra hoc cap. etiam ‘ Sextius tribunus plebis ’ memoratur, sed anno sequenti: quare dignitas ei prorogata esse debuit : prorogationis tamen nulla mentio fit. Vide quæ eo loco notantur. Præterea vocula *ut* deest in fragm. Hav. a m. pr. Eadem autem cum duabus seqq. exsulant a Port. sed manu altera ad marginem deinde adscriptæ sunt. *Legationem*, pro *rogationem*, præfert Gaertn. Mox *quo Volas*, pro *qua V.* id est ‘ ut V.’ Hav. sed reliquis adversantibus. *Nolis* habent Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Vide hoc cap. ad § 3.

Nisi ex auctoritate senatus passuros se perferri ostenderunt] *Nisi auctoritate* inpressi vetustiores, omissa vocula *ex*, quam tamen habent omnes scripti, et primum inveni in Mediol. ed. 1505. tum in Aldina, eamque secutis plerisque recentioribus. *Nisi ex auctoritate plebis senatus passuros* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. voce perperam interposita. Hinc *se ferri* Voss. 2. et Lov. 3. *se proferri* Harl. 2. Vide ad v. 4. § 12. *sæpe ferri* Leid. 1. et Lov. 4. ac 5. *sæpe fieri* Gaertn. Lov. 2. et Lipsiens. Alibi etiam *fieri* et *ferri* commutantur. Vide ad v. 54. § 6.

§ 7 *Volis insequente anno receptis Æqui, coloniaque eo deducta, novis viribus oppidum firmarunt*] Vox *Æqui* non suum videtur tenere locum, si plerisque Mss. libris credimus, verum hoc ordine legenda: *Volis ins. anno rec. coloniaque eo ded. Æqui novis, &c.* Sigon. Eumdem, quem Sigonius in plerisque suis, ordinem verborum tantum inveni in Harl. 2. et Hav. qui passim ejus codici interpolato concinere solent. Reliqui omnes trajectioni vocabulorum adversantur. Pighius in Annal. ad a. cccxxxix. p. 198. τῷ *que* deleto, legit *colonia eo deducta.* Et ita etiam Ant. Perizonius in margine Livii conjecerat. Sed particulam illam ἀπρὶξ omnes mei tuentur. Et sane recepta distinc-

tione, quam in contextum admisi, in vulgata scriptura nihil superesse puto, quod offendere possit. *Nolis*, pro *Volis*, habent Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Vide hoc cap. ad § 3. Hinc *sequenti anno* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *insequenti anno* Lov. 4. et 5. Tum *receptis Æquis* Voss. 1. *receptis armis Æquis* Leid. 2. *receptis annis Æquis* Lov. 1. a m. pr. sed *annis* postea inductum est. Hinc *coloniaque eo ducta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tamdem *firmaverunt* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Lipsiens. Port. Hav. et fragm. Hav.

Romæ consulari potestate Cn. Cornelio Cosso, L. Valerio Potito] Vox *Romæ* deficit in Hav. Deinde *cũ cõ Cosso* Lov. 2. *cons̃. Cornelio Cosso* Lipsiens. *consule Cornelio Cosso* Gaertn. *M. Cornelio Cosso* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et Hearnii Oxon. N. *P. Cornelio Cosso* Lov. 4. Port. Hav. et Hearnii B. ac C. Denique *Petito* Voss. 2. Leid. 1. Port. Gaertn. Lov. 3. 5. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. *Potitio* Harl. 2. et Hav.

Q. Fabio Vibulano iterum] Inter tribunos militum consulari potestate hunc antea non invenies, sed consulem a. CCCXXXII. atque inde fortassis error. *Glar.* *q^m. Fabio* Hav. quasi voluisset *L. Valerio Potito quintum, Fabio Vibulano iterum. M. Fabio* fragm. Hav. a m. sec. et apud Hearnium Oxon. B. contra fidem reliquorum codd. et marmorum Capitolinorum. Tum *Jubilano* Leid. 2. Lov. 4. 5. et Hav. *Jubulano* Lov. 2. Harl. 2. et Lipsiens. *Vibilano* Gaertn. Vide ad III. 35. § 11. Vox autem *iterum* in Mss. constanter superest, nisi quod desit in uno Lov. 2. et errore scribæ *item* legatur in Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XIV. Ejus primus quidem tribunatus hodie in Livio non exstat; sed hoc lib. c. 47. § 8. excidisse viri docti monuerunt: ubi vide quæ notantur.

M. Postumio Regillensi] Capitolina monumenta una cum veteribus libris *P. Postumio* edunt. *Sigon.* Nescio, quos veteres libros Sigonius vocet. Certe omnes scripti mei et, quos vidi, excusi uno ore servant *M. Postumio*: quod librariorum errore factum esse existimat Pighius in Annal. ad a. CCCXXXIX. p. 198. *et M. Postumio* habent editi ante Aldum, qui *τὸ et* expunxit. Id autem etiam ab omnibus editis exsulat. Tum *Regiliensi* Flor. Leid. 1. Lov. 2. et Gaertn. unde transpositis literis *Religiensi* datum in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. et Harl. 1. atque inde iterum litera extrita *Religensi* in Voss. 2. et Lipsiens. *Regilensi* habent vetustæ edd. Similiter variant scripti v. 16. § 1. vi. 22. § 5. c. 27. § 4. aliisque locis. Sed 'Regillensis' tum Postumiorum, tum Claudiorum, cognomen passim scribunt Fasti Capitolini.

§ 8 *Huic bellum adversus Æquos permissum est*] *Hinc bellum* Lov. 2. et Hav. passim obvio errore. Vide ad XXV. 40. § 2. Deinde *commissum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et apud Hearnium Oxon. N. quod pro alterius lectionis glossemate habeo. Liv. I. 6. 'Numitori Albana permissa re, Romulum Remumque cupido cepit urbis condendæ.' Cic. pro Font. c. 14. 'Frugi igitur hominem videtis positum in vestra fide ac potestate: atque ita, ut commissus sit fidei, permissus potestati:' ad Q. Frat. II. 9. 'Totum ei negotium permisi, meque in ejus potestate dixi fore.' Vide Oudendorp. ad Lucani VII. 286. Τὸ *est* non exstat in Gaertn.

Pravæ mentis homini, quantum victoria magis, quam bellum, ostendit] Vet. lib. *quam tum* divisis vocibus habent. *Sigon.* Pall. omnes *quam tamen.* Gebh. *Quam tum victoria* ab Sigonio est. Sed excerpta nostra et vett. edd. *quam tamen.* Poterat enim quis præsumere, audito aut lecto

pravæ mentis hominem fuisse, nihil quoque boni bello eum gessisse. Itaque erat ille quidem, inquit, moribus talis; non tamen id bello durante, sed jam parta victoria, nudavit: nam secundæ res acrius, quam dubiæ, hominum animos explorant. *J. F. Gron.* *Qua inde victoriam* Lov. 4. *quam inde victoria* Lov. 5. *quam non victoria* Harl. 2. a m. interpolatrice. Sed *quam tamen* servant reliqui, quibus usus sum, scripti, ut et Neapol. Latinii, ac priscæ edd. pro quo, quum breviter *quam tñ* scriptum fuisset, librarii codicum, quibus Sigonius usus est, facili errore *quam tū*, sive *quam tum*, dederunt. Vide ad Livii XXII. 17. § 5. *Quantum*, scholio Sigonii præscriptum, primum invenio in Froben. 1531. Ita *quam tum* et *quantum* commutantur II. 9. § 8. IV. 13. § 11. VII. 9. § 8. et alibi. Similiter *quod tum* et *quantum* VI. 17. § 3. Ceterum quis credere poterit, Doujatium, qui ad hunc locum notavit, *quam*, non *tum*, ut Sigonius censebat, legendum esse, umquam ad notas Sigonii, quum eas legeret, animum advertisse? Et tamen oportuerat ut meminisset, se Livium interpretatione et notis inlustrare in usum serenissimi Delphini; cui si sedulo inservire voluisset, non modo ne tam latam negligentiam, sed etiam ne longe leviorem culpam committeret, antecessorum Parisiensium primicerius diligentius operam dare debuisset. *Quam tamen victoriam* præfert Leid. 1. et Hav. Verum præterquam quod τοῦ *m* finalis nota in codd. scriptis, et præsertim in Leid. 1. contra mentem Livii pro arbitrio librarii passim vel addi vel omitti soleat, id eo facilius hic evenisse censendum est, quod vox sequens ab eadem litera incipiat. Vide ad XL. 7. § 8. Denique *parvæ mentis homini* Leid. 2. literis perperam transpositis. Vide ad XXIX. 37. § 16.

§ 9 *Ductoque ad Volas, quum levibus prœliis*] *Ductuque* Leid. 1. et Harl. 1. Tum *ad Nolas* Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Vide ad § 3. Hinc *levibus prœliū* Leid. 1. *levibus plus* Voss. 2.

Postremo in oppidum inrupit] *Irrumpit* Voss. 1. et Leid. 1. *postremo oppidum irrupit* Harl. 2. Ita Livius XXVI. 5. 'Minore conatu, quam condensam aciem inrupissent, in castra inrupturos.' Auctor Epit. Liv. lib. XLIX. 'Quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus inrupissent.' Justin. II. 11. 'Sexcenti viri castra quingentorum millium inrumpunt.' Et ita Silius, Livii imitator, aliique poëtæ sæpissime locuti sunt. Vide quæ notavi ad Silii II. 378. et ad IX. 365. Vulgatum tamen, pro quo stant reliqui scripti, præfero, tum ob illorum codicum auctoritatem, tum quod melius consuetudini loquendi Livii convenire videatur, qui in regimine præpositionem, cum qua verbum componitur, repetere solet. Vide ad Præfat. § 11.

Et quum inter obpugnationem prædam militis fore edixisset] Legendum omnino *nam quum*. Est enim ætiologia horum verborum 'ab hostibus in civem certamen vertit.' Quare, o Livi! *Nam quum*. T. Faber. Particula *et* in omnibus meis sine varietate superest. Neque necesse puto, ut ei cum Fabro alteram *nam* substituamus. Illud *nam* enim jam in initio hujus § præcessit, ex quo deinde omnia hæc pendent. Præterea *intra oppugnationem* est in Voss. 2. Vide infra ad V. 27. § 3. Tam *prædam milites fore* aberrans dedit scriba Gaertn. *prædam militibus fore* Hav. De quo errore dicam ad XXII. 8. § 7. *Prædam militum fore* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed neque eo opus. Vide ad VII. 35. § 2. Deinde *fore dixisset* Leid. 2. et Lov. 1. Verum primam literam *e* intercepit ultima præced. vocis *fore:* quod alibi sæpe accidisse,

vidimus ad II. 44. § 6. *Fore eduxisset* Leid. 1. sollemni librariorum lapsu, qui passim verba 'edicere' et 'educere' commutarunt. Vide ad Liv. XXXIX. 15. § 11.

§ 10 *Eam, magis adducor, ut credam iræ caussam exercitui fuisse*] Hearne monet *Eo magis* esse in marg. ed. principis Romanæ. Præterea *adducere* habent Voss. 2. et Lov. 3. Tum *ut cedam* Gaertn. Vide ad III. 21. § 3. Hinc *iram caussam* Harl. 1. Denique *fuisse exercitui* Hav. et Harl. 2. Paullo post τὸ *nova* non adparet in Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Præterea *minus præd. trib. p. fuerit* Harl. ut *tribuni plebis* dare voluisse errans scriba videatur. *Fuit*, pro *fuerit*, Lov. 4. Vide ad XL. 14. § 10. et mox ad § seq.

§ 11 *In Urbem revertit. Audita vox ejus*] J. F. Gronovius in priori ed. notarum monuit, distinctionem hoc modo mutandam esse: *postq. ab coll. arc. propter sed. trib. in Urbem revertit, audita vox ejus.* Et ita fere ab omnibus fuit interpunctum prioribus usque ad Gruterum, qui in postrema ed. majorem distinctionem primus admisit. Quamvis autem in curis secundis ea Gronovii admonitio omissa sit, illam nihilominus veram, et in contextum recipiendam esse judicavi; quod etiam ab Hearnio factum vidi, eumque secuto nupero editore Londinensi. Hinc *ejus* deficit in Hav. Paullo ante *Auxerit*, pro *Auxit*, Lov. 4. Vide ad § præc. Tum *a collegis* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Lipsiens. Port. Gaertn. et Hav.

Qua Sextio tribuno plebis legem agrariam ferenti] Ita primus edidit Aldus. Vetustiores excusi dederant *qua M. Festo*, vel *qua M. Festio*. Verum ea lectio nata videtur ex altera paullatim depravata. Nam pro *Sextio* primo *Sestio*, et ita *Festio* scriptum fuit, quod recte jam damnavit Pighius in Annal. ad a. CCCXXXIX. p. 198. Neque etiam hæc scriptura in ullo cod. obvia fuit. *Qua M. Sextio* præferunt Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. sec. *qua M. Sexto* Gaertn. *quam Sextio* Voss. 1. Leid. 1. Port. a m. pr. Lipsiens. et Klockian. *quam Sexto* Leid. 2. *qua Sexto* Lov. 1. et 2. Reliqui Flor. Lov. 4. 5. Harl. ambo, Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Port. a m. sec. Aldinam lectionem probant, quam etiam veriorem puto. Innuitur enim L. Sextius prioris anni tribunus, hoc cap. memoratus, cui dignitas etiam hoc anno prorogata fuit; quod inde colligendum videtur, quoniam prænomen omittitur. Id enim Livius tum fere solitus est facere, quum jam paullo antea ejusdem meminerit. Vox *plebis* deficit etiam in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Simul Volas quoque ut mitterentur coloni] Primam vocem neglexit librarius Gaertn. Tum *Nolis* Harl. 2. *Nolas* Voss. 2. Lov. 2. 3. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Vide hoc cap. ad § 3.

Dignos enim esse, qui armis cepissent, eorum urbem agrumque Volanum esse] Quid hoc? 'dignos esse Vol. agr. esse illorum?' Quare ne dubita quin legendum sit *dignum*, id est, æquum, ut infra et alibi passim. Sic Græce, ἄξιον γὰρ, εἶναι τούτων τὴν τῶν Βολάνων πόλιν, οἵπερ ἂν καὶ καθέλοιντο. *T. Faber.* Conjecturam Fabri juvat hoc e II. 48. 'Verum esse habere eos' (agrum,) 'quorum sanguine ac sudore partus sit:' et *dignum* pro 'æquo,' 'justo,' I. 14. 'Eam rem minus ægre, quam dignum erat, tulisse Romulum ferunt.' Nec tamen omnino necessaria videtur esse emendatio. *Duk.* Conjecturam Fabri firmant Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. Verum quum tantum in minoris auctoritatis codd. ea lectio supersit, et reliqui optimæ fidei stent a vulgata, eam etiam veriorem esse non dubito. Faber *dignum* hic accipit pro 'æquum.' At vellem, ut hanc τοῦ *dignus* significationem aliis exemplis firmasset.

Eo sensu 'verum' poni, vidimus ad II. 48. § 2. *dignum* autem nondum observavi. Locus hic duplici modo accipi posse videtur. Vel enim hoc modo construendum, 'urbem agrumque Bolanum esse dignos, esse eorum.' Et quidem 'urbem agrumque dignos esse' similiter dictum erit, quemadmodum XXI. 50. 'Rex regiaque classis una profecti.' XLIV. 19. 'Ptolemæum et Cleopatram Romam venturos :' ejusque generis plura alia, non modo apud Livium, verum etiam apud quoscumque scriptores obvia. Vel etiam Fabro fraudi fuit, quod non animadverterit, deesse pronomen demonstrativum, hoc modo: 'Illos, qui armis cepissent, dignos esse, urbem et agrum Volanum esse eorum,' sive ut urbs et ager Volanus sint eorum. Vide ad Livii XXIII. 15. § 4. Ceterum *accepissent* Port. Deinde *Nolanum*, Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide hoc cap. ad § 3.

Malum quidem militibus meis, inquit, nisi quieverint] Mss. *si quieverint*. Lego *si qui iverint*. Klock. Tò *malum* inlustrant, quæ notavit J. F. Gronovius ad Senecæ de Ira I. 16. Tum *militibus ī eis, inquit* Hav. *militibus n̄ris*, id est, *nostris*, Lov. 5. Deinde *si acquieverint* Hav. *nisi acquieverint* Harl. 2. quomodo Gebhardus hic ex omnibus Pall. legendum monuit hoc lib. ad c. 60. § 2. *si quieverint* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. in quo a m. pr. fuerat *si quieverī*, id est, *quieverunt*. Certe *si quieverunt* præferunt Lov. 4. et 5. Sed recepta lectio unice vera est. 'Quiescere' enim obponitur τῷ 'turbare,' 'seditionem movere.' Videnda sunt quæ notantur ad XLV. 37. § 2. Mox *quod auditum non conc. magis, quod Pat. offendit* mendose Harl. 2.

§ 12 *Et tribunus plebis, vir acer nec infacundus*] Prima et quarta vox deerant in edd. ante Aldum, cui eas addenti consentiunt omnes, quibus utor, codices scripti; nisi quod quarta quidem sit in Lipsiens. sed primæ loco idem præferat *quam*. Paullo post *agitando irritandoque* alio dictionum ordine Port. Sed *irritandoque* tantum, omisso *agitando*, Lov. 5. legit.

Sed caussæ atque universo ordini, essent] *Sed eis atque univ. ordini* Lov. 4. *caussæ et univ. ordini* Voss. 2. et Lov. 3. Tò *essent* vero deficit in Harl. 2.

Neminem ex collegio tribunorum militum] Tò *neminem* deficit in Lov. 5. Tum *ex collegis* præfert Gaertn. Male. Vide hoc lib. ad c. 17. § 9. Mox *in disceptionem trahebat* Port. a m. pr. *in disceptatione trahebat* Harl. 2. *in discept. ita habebat* Lov. 5.

§ 13 *Tum vero secundum tam sævum*] *Cum vero* Lov. 5. Hinc *secū tū*, pro *secundum*, Gaertn. Sed librarius non vidit, *secundum* hic poni pro 'post;' de quo vide ad XXIV. 10. § 11.

Sicut servis malum minantem militibus] Vide Dousam Plaut. Explan. I. 1. *Klock*. Vide hoc cap. ad § 11.

§ 14 *Qui sedem senectuti vestræ prospiciunt*] *Senectui vestræ* Leid. 2. *senectuti nostræ* Hav. Ita paullo ante *dignior nobis* pro *dig. vobis*, Voss. 2. Lov. 3. et Lipsiens. Vide ad XXXIV. 2. § 2. et mox ad § 16. Vox *vestræ* deficit in Gaertn. Tum *prosiciunt* Harl. 1. Paullo post *superbos adversarios*, sine copula *que*, fragm. Hav.

§ 15 *Incipite deinde mirari*] Venustior antiqua lectio, *Incipite demum mirari*. Sigon. Sigonius *demum*. Male: particula *deinde* ponitur eleganter, ut significet, 'post talia.' Plinius pro omnibus in Paneg. c. 9. 'Ut vero ad te fortunæ tuæ nuncius venit, malebas quidem hoc esse, quod fueras; sed non erat liberum. An non obsequeris principi civis, legatus imperatori, filius patri? Ubi deinde disciplina? ubi mos a majoribus traditus?' *J. F. Gron. Incipite demum*

solus apud me Hav. *Incipite inde* Lov. 4. 5. et Harl. 2. Reliqui τὸ *deinde* tuentur, quod recte Gronov. exposuit. Vide Torren. ad Valer. Max. III. 2. ex. 10. et VI. 8. ex. 5. Solent autem sæpe voces 'deinde' et 'demum' in membranis vetustis commutari. Vide ad XL. 22. § 1. Mox *cum*, pro *cur*, Lov. 3. Deinde *suscipiunt*, pro *suscipiant*, Lov. 4. et Port. *incipiant* Klockian. Et paullo post *quid aut a vobis*, pro *quid ut a v.* Voss. 2. *quid aut a vobis spernerent* Lov. 3. *qui ut a vobis sperent* Lov. 4. *quid utra vobis sperent* Lov. 5. *quidve a vobis sperent* Port. Ceterum huic oratione fere convenit illa hoc lib. c. 35. 'Desinerent ergo mirari, cur nemo de commodis plebis ageret,' &c.

Quam populi Romani propugnatoribus, datis] *Quam pro pop. Rom. propugn.* Lov. 4. Sed voces *populi Romani*, quæ in omnibus codd. scriptis exstant, tamen desunt in editis ante Aldum. Caussa esse videtur, quod olim per compendium scriptum fuerit *quam P. R. propugn.* et literæ *P. R.* vel *p. r.* sive, ut erat in Ms. Klockii, *pr.* interceptæ sint a primis vocis seq. *propugnatoribus.*

§ 16 *Quid id refert*] Indicat tribunus, nullam plebeiorum principes utilitatem inde percipere, quod, tam sævo atque inhumano tribuni consularis ac patricii dicto audito, cives gemitu indignationem indicaverint. Locutionem aliis exemplis inlustravit N. Heins. ad Nason. Epist. Heroid. VI. 137. *quid id referet* est in Lov. 1. Paulo ante *voce hujusmodi audita* Lov. 4. Sed *hujus*, scilicet Postumii tribuni consularis.

Jam si suffragium detur, hunc, qui malum vobis minatur] *Nam si suffragium* Lov. 2. et Lipsiens. quomodo sæpe variant codd. Vide ad IX. 17. § 5. Tum vocula *si*, in omnibus perstans m. exaratis, deficit in excusis prioribus. Sed a principio vocis seq. absorpta videtur. Primi Moguntini ediderunt *suffragium si detur*, mox Aldus *si suffragium detur:* quo ordine est in scriptis. Hinc *vobis malum minatur* Leid. 2. Lipsiens. 1. Harl. 2. et Hav. Deinde *nobis minatur* Gaertn. Vide hoc cap. § 14.

Qui agros sedesque ac fortunas stabilire volunt] *Sedesque atque fortunas* Lov. 5. et Harl. 2. *sedes atque fortunas* Hav. Tum *stabilire nolunt* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 15. § 11. *Stabilire volvunt* Harl. 1. quod exponi posset, id animo agitant ut stabiliant. Sæpe verba 'volvo' et 'volo' permutantur. Vide ad II. 49. § 5. VI. 28. § 7. et alibi. Sed nihil muto.

CAP. L. § 1 *Multo in castris majorem indignationem movit*] *In castris multo maj.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quasi vero nefas esset, inter voces *multo majorem* aliquid medium interponi. At ita I. 48. 'Multo et ætate et viribus validior:' et alibi sæpe. *Multo in castris indign. maj. movit* Hav.

Etiam malum minitari militibus] Ita primum Francofurti editum vidi a. 1578. Omnes priores præferunt *minari.* Et ita est in Flor. Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. quorum auctoritatem secutus eam lectionem admisi, quamvis alibi sæpe τῷ *minitari* Livius utatur. Vide ad II. 12. § 12. Paullo ante *fundatoremque*, pro *fraudatoremque*, Gaertn.

§ 2 *Quæstor P. Sextius*] *P. Sestius* legendum: est enim patricius, 'Sextii' autem plebeii, ut diximus ad III. 32. *Sigon.* P. Sestii decemviri legum ferendarum fuisse filium puto, quamvis male in plerisque Livii exemplaribus *P. Sextius* appelletur. Nam 'Sextii' plebeii fuere, et nondum ex plebe fieri cœperant tum quæstores. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXXXIX. p. 199. Sigonii et Pighii emendationem probo, licet plerique meorum codi-

cum dissentiant. Sane *P. Sextius* est in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Contra *P. Sestius* est in excusis usque ad Aldum, qui *P. Sextius* primus edidit. Passim utriusque gentis nomina in codd. scriptis commutari dictum est ad III. 32. § 5.

Coërceri putaret seditionem] Ita edidit Aldus. Antea excusum erat *coërcere seditionem putaret*. Aldo consentiunt nostri, nisi quod *coërceri* vel *coherceri seditionem putaret* præferant Lov. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. et quod *τὸ seditionem* deficiat in Port. a m. pr. Lov. 2. et Lipsiens. Mox *quam mota* Lipsiens. Sed ultima litera *τῷ quam* adhæsit ex initio vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8.

Misso ad vociferantem quemdam militem lictore] *Misso avociferante q. mil. lictore* Leid. 1. Ceterum quæstori, cui neque lictorem neque viatorem adparuisse notavit Varro apud Gellium Noct. Att. XIII. 12. hic tamen Livius lictorem diserte tribuit. Verum eum non ut quæstorem hunc lictorem habuisse, sed quod, absente consule, castris præesset, docet Lipsius Elect. I. 23. Contra vero Manut. ad Cic. Orat. pro Planc. c. 41. et Hotom. ad Cic. in Verr. II. 4. existimant, quæstores in Urbe lictores non habuisse, at in provinciis habuisse. Qui autem consules in bellum comitabantur, non tam urbani, quam provinciales fuerunt. Mox *oreretur* Flor. et Leid. 1. Vide quæ notantur ad XXIII. 16. § 7.

§ 4 *Acerbis quæstionibus, crudelibus suppliciis*] *Crudelibusque supp.* Lov. 2. et Gaertn. Paullo ante *excitum*, pro *accitum*, Lov. 2. invitis reliquis codd. Voces autem *Postumius asperiora omnia* desunt in Flor. *Postumius asperiora, &c. modum iræ nullum* in Lipsiens. Etiam § præc. *esset minatus militibus*, mutato ordine, præferunt Leid. 2. et Lov. 1.

Quum modum iræ nullum faceret] *Motum iræ* Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Gaertn. Klockian. et Port. a m. pr. qui error ex prava verba præeuntis pronunciatione ortus videtur. Supra III. 40. 'Quum decemviri nec iræ nec ignoscendi modum reperirent.' Justin. IX. 8. 'Huic, ubi exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat.' Vide ad VII. 16. § 3.

Quos necari sub crate jusserat] Hæc verba Tacitus in opusculo de moribus Germanorum c. 12. exponit: 'Ignavos et imbelles et corpore infames cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt:' et ipse Livius I. 51. 'Dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate superne injecta saxisque congestis, mergeretur.' Plautus in Pœnulo V. 2. 65. 'Sub cratim ut jubeas sese supponi, atque eo Lapides imponi multos, ut sese neces.' Hoc supplicii genus Carthaginiensibus peculiare fuisse, memoriæ a nonnullis proditur. *Brodæus*, Miscell. I. 28. Vide etiam Stewich. ad Veget. III. 4. *Quos necare subito jusserat* est in Lov. 2. et Gaertn. *subito jusserat* etiam in Hearnii Oxon. L. 1. *subite jusserat* Lipsiens. *sub crato* Harl. 1. *sub grate* Klockian. Flor. et fragm. Hav. a m. pr. *sub rate* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Præterea mox *occursu*, pro *concursu*, Lov. 4. Vide ad XXXVI. 24. § 4.

Ad interpellantes pœnam vecors de tribunali decurrit] *Ad interpellandis pœnam* Flor. *ad interpellantis pœnam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. fragm. Hav. et excusi usque ad Gronov. qui a. 1665. *interpellantes* recte substituit. Priores non adverterant, librarios more antiquo *interpellantis* pro *interpellantes* scripsisse; adeoque, quum id passim alibi mutatum esset, etiam hic ambigui vitandi caussa mutari debuisse. *Interpolantis* est in ed. Mediol. 1480.

§ 5 *Ibi quum summoventes passim*

lictores centurionesque vexarent turbam] *Ibi eum summ.* Leid. 2. *Ibi quum moventes* Voss. 2. et Lov. 3. *Ibi quum summonentes* Hav. Deinde *vexarent turbam lictores centurionesque* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *vexaret* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *vexare* Lipsiens.

Eo indignatio erupit, ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur] *Ea indignatio* Gaertn. Tum *irrupit, ut trib. mil. exercitu lap. coop.* Hav. *operiretur* Port. a m. pr. Ita 'coopertus flagitiis' Sallust. Cat. c. 23. 'Q. Curtius natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus:' ubi vide Corte, et ad Jug. c. 14. § 11.

§ 6 *Quod tam atrox facinus postquam est Romam nunciatum*] Vocula *tam* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Romæ nunc.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 5. Male. Vide ad xxv. 22. § 1. *Romam est nunc.* Lov. 4.

Per senatum quæstiones decernentibus] *Quæstionis* Flor. a m. pr. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Lipsiens. et Port. a m. pr. quod eodem modo accipiendum, quo 'interpellantis' modo habuimus § 4. Id tamen minus adsecuti librarii, et aperte mendosum arbitrati in *quæstionem* mutarunt, quomodo præferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Sed vulgatum verius est. Ita mox 'metu quæstionum iraque.' At cap. seq. 'De quæstione Postumianæ cædis:' et iterum 'Plebesque præficeret quæstioni.' Vide ad xxxix. 41. § 6. Voces *per senatum* deficiunt in editis ante Aldum, *decernentibus* in Lov. 4. 5. Lipsiens. Port. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. At Port. margini manus altera *cernentibus*, postremi *decernentibus* adscripsit. *Decernentibus* autem est 'decernendas censentibus.' Vide ad xxvii. 25. § 3.

§ 7 *Quod cura incesserat Patres*] *Intercesserat* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Klockian. Similiter a m. pr. præferunt Port. Voss. 1. et fragm. Hav. in quibus omnibus a m. sec. correctum est *incesserat*, quod recte reliqui servant. Vide ad xxii. 12. § 5. Præterea *quæ cum incesserat* Lov. 4. *quæ cura incesserat* Lov. 5. Paullo ante *in certamine*, pro *ex certamine*, Lov. 4.

Ne metu quæstionum plebs irata] Flor. Rott. Voss. alter *metu quæst. plebs iraque.* Immo quicquid est editionum ante Sigonianam. Nec mutari debuit: nam 'metus' est illorum, qui peccaverant ipsi; 'ira' eorum, qui aut communem causam plebis tuebantur, aut propinquos vel amicos affines culpæ haberent. Est autem genus loquendi frequens Livio, 'ira quæstionis,' id est, ob quæstionem. Sic c. 57. 'Tribuni militum mentione nulla comitiorum consularium habita (credo ob iram dictatoris creati) tribunorum militum comitia edixerunt.' v. 33. 'Arruntem Clusinum ira corruptæ uxoris.' viii. 29. 'Ingenti ardore militum aut vulnerum ira.' Voss. 1. *irata*, sed in locum veteris lectionis erasæ. *J. F. Gron.* Sigonius, in priori ed. Scholiorum testatus, vet. lib. aliquot præferre *ne metu quæstionum plebs irata*, eamdem lectionem in contextum recepit; quam, licet ipsum Scholion postea omissum sit, non modo ipse retinuit, sed et aliis, ut eam reciperent, persuasit. Et sane superest in plerisque scriptis meis. At contra optimi Flor. Leid. 1. et Harl. 1. etiam Lipsiens. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. præferunt *iraque*, quemadmodum etiam in Klockiano fuisse videtur. *Plebs ira* habet Lov. 5. *plebs inita* Lov. 2. Recte autem Gronovius *iraque* probavit, et 'ira quæstionum' exposuit ira ob quæstionem. Liv. xxiv. 30. 'Tanto ardore militum est usus ab ira inter conditiones pacis interfectæ stationis.' xxvii. 28. 'Ab ira, non defectionis modo, sed etiam equitum interfectorum, rati occasionem supplicii peti.' xxxvii. 51. 'Ita provin-

ciæ ereptæ prætorem, magistratu abdicare se conantem, Patres auctoritate sua deterruerunt:' ubi vide etiam. Ceterum edd. Mediol. 1480. et utraque Tarvisina præferunt *ne metu quæstionum plebs itaque.* Et ita se quoque in Romana principe invenisse testis est Hearne, addens ejus in margine aliquem notasse, quædam hic desiderari. Edd. tamen Rom. 1472. et Parm. 1480. servant *iraque.* Mox *tendebatque,* pro *tendebantque,* Voss. 2.

§ 8 *Quum senatusconsultum fieri tribuni plebis non paterentur*] *Quum S̄C̄. fieri* Leid. 1. *Quum secum fieri* Lipsiens. Vide ad xxii. 10. § 1. *Quum senatusconsulto fieri* Lov. 4. *Quum senatusconsulta fieri* Lov. 5. Per notas scriptum fuerat *S. C.* quod quomodo reddendum foret, non intellexerunt librarii. Vide ad xlii. 33. § 4. Tum *fieri* deest in fragm. Hav. a m. pr. *plebis* in Harl. 2. et Hav. *tribunos plebis* præferunt Lov. 1. 4. Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *pateretur* Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1.

Iidem intercederent consularibus comitiis] *Idem intercederent* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Lipsiens. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad xl. 22. § 14. *Et idem intercederent* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *et iidem* Hearnii Oxoniensis N. Mox *redit,* pro *rediit,* Voss. 2. Lov. 3. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad xxxvi. 35. § 2.

Cap. li. § 1 *Q. Fabio Vibulano interrege comitia habente*] *M. Fabio* Lov. 5. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *Jubulano* Leid. 2. Lov. 2. et Harl. 2. et Lipsiens. *Jubilano* Lov. 4. 5. et Hav. Vide ad iii. 35. § 11. Ceterum hæc ita præcedentibus junguntur in vetustioribus edd. *Victoria deinde penes Patres fuit, quod Q. Fabio Vibulano.* Sed illud *quod* hoc loco admodum fatuum. Verbis enim seqq. prioris effati ratio non redditur; nisi quis pro ratione haberet, aut dicentem ferre posset, *Victoria penes Patres fuit, quod vicerunt.* Recte igitur Aldus τὸ *quod* expunxit, quod in nullo etiam scripto notavi, et ex seq. prænomine Q. natum puto.

Consules creati sunt A. Cornelius Cossus et L. Furius Medullinus] Quidam codd. sustulerunt *L.* in sequente consule. Sed hic fit primum consul. Quinto dehinc anno fit iterum consul, quum antea sæpius tribunus militum consulari potestate fuerit. Auli autem numerus omittitur, quod a. cccxviii. dubius consul fuerit, certus autem a. cccxxvii. *Glar. Aulus Cornelius* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. ambo, Lipsiens. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses L. 2. N. et C. *A. Cornelius* Flor. Leid. 1. Lov. 4. Klockian. et Hav. cum edd. usque ad posteriorem Gruteri. Sed *M. Cornelius* vocatur apud Diodor. Sic. lib. xiii. p. 352. et apud Cassiod. in Chron. quos sequitur Pighius in Annal. ad a. cccxl. p. 199. in Livio mendum esse suspicatus; Pighii deinde lectionem *M. Cornelius* Gruterus in postremam ed. recepit, quod deinceps apud omnes recentiores obtinuit. Sententiam autem hoc argumento Pighius firmavit, quia Livius numerum non addidit, et tamen A. Cornelius antea consul fuit. Verum, præterquam quod Pighius hic, æque atque innumeris aliis locis, iterati consulatus notam addere potuisset, et ita prænomen *A.* servare, quanti ponderis hoc argumentum existimari debeat, patet ex illis quæ notantur ad ii. 16. § 7. Alterius consulis prænomen *L.* omittitur in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 1. Lipsiens. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus L. 2. et C. Cujus codex N. ut et ex meis Harl. 2. et Hav. *C. Furius* præferunt. Sed *L. Furius* non tantum Diod. Sic. et Cassiod. verum etiam omnes edd. tuentur. Particula tamen *et,* quæ inter utrius-

que consulis nomina interponitur, et a primo Aldo omissa est, non conspicitur etiam in libris scriptis. Vide ad II. 17. § 1. Denique *Medulinus* Leid. 1. a m. pr. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. *Medullius* Gaertn. Sed Fasti Capit. passim hoc nomen per duplex *ll* MEDVLLINVS scribunt.

§ 2 *His consulibus principio anni senatusconsultum factum est*] *Hiis pr. anni consulibus* Port. Tum *statum consuli*, pro *senatusconsultum*, Voss. 2. *senatusconsulto factum est* Lov. 4. Vide ad XLII. 33. § 4.

De quæstione Postumianæ cædis tribuni] Τὸ *Postumianæ* deficit in Gaertn. *tribuni* in Harl. 2. pro quo *Tarquinius* est in Voss. 2. Vide hoc lib. ad c. 55. § 6. Sed loco *tribuni* Lov. 4. habet *tunc*.

Plebesque præficeret quæstioni, quem vellet] *Plebsque* habent Flor. Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. omnes etiam excusi usque ad Gronov. qui a. 1665. *plebesque* substituit. Et ita præferunt Voss. 1. Leid. 1. Harl. uterque, et Klockian. Vide ad I. 20. § 6. Præterea *quæstioni præficeret* Lov. 4. Tum *quem vellent* Leid. 1. a m. pr.

§ 3 *Quos sibimet ipsis conscisse mortem satis creditum est*] Ita demum inveni in ed. Jac. Gronovii 1679. sed sine dubio operarum errore. Non modo enim ed. ejus, quæ anno præcedenti in forma minori prodiit, verum etiam omnes priores edd. ut et codd. quoscumque vidi, exhibent *sibimet ipsos*, quod iterum restitui. Vide ad II. 19. § 5. Perperam etiam vir doctus ad marginem ed. Curionis forte *sibimetipsis* scribendum conjecerat. Tum *consisse*, pro *conscisse*, Lipsiens. *conscise* Port. *morte*, pro *mortem*, Lov. 3. et *scitis*, pro *satis*, Gaertn. Paullo ante etiam *Ab plebe* Hav. *mandatum*, pro *mandatur*, Lov. 4. *a levitate*, pro *ac lenitate*, Lov. 3. *ac levitate* Lov. 5. Port. et Gaertn. Alibi sæpe error hic in Mss. obvius est. Vide ad XXXVI. 31. § 8. In verbis seqq. *tñ consequi*, pro *tamen cons.* Lov. 5. et Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Nequivere caussam consequi* Lipsiens. Contra *tam̃*, id est *tamen*, pro *cām*, id est *caussam*, datum fuisse vidimus hoc lib. c. 17. § 2. Præterea *ut non* deficit in Flor. pronomen *id* in ed. Parm. 1480. ac tandem *plebis*, pro *plebs*, est in Lov. 3. cujus librarius *plebes* dare voluisse videtur. Sed alii vulgatum servant.

§ 4 *Jacere tamdiu irritas sanctiones, quæ de suis commodis ferrentur*] Scribe *jac. tamd. irr. actiones.* Rhen. Placet magis vox *sanctiones*, quæ reprobata est a Rhenano. Dictum est enim 'ferre sanctionem,' ut 'legem,' non 'actionem.' *Sigon.* Recte Sigonius vulgatum contra Rhenanum tuetur, quod etiam firmant omnes codd. scripti, quibus usus sum; ut et, quos Hearne Oxonii consuluit. Nam, ut observat, recte dici potest 'ferre sanctionem,' quemadmodum 'ferre legem,' non autem 'ferre actionem.' 'Sanctio' autem hic in genere ponitur pro lege; quemadmodum fere apud Cic. pro Balbo c. 14. 'Sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis aut pœnæ.' Deinde *qua de suis commodis* Hav. *quæ de suis modis* Lipsiens. Tum *ferrent* Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad X. 10. § 1.

Quum interim de sanguine et supplicio suo latam legem confestim exerceri] In Ms. est, *de sanguine ac supplicio.* Rhen. *Tamen*, quod in quibusdam erat libris, quidam in *cum* mutarunt. Ego non minus planum sensum existimarim, si neutrum legatur: at si alterum omnino adesse debet, ego *tamen* malim, quam *cum*. Glar. Abesse poterat *quum*. Imo paulo post illud totum *et tantam vim habere*. Frustum mihi videtur non Livii, sed ineptientis pædagogi. *Grut.* Grutero abesse poterat illud *quum:* immo paullo post illud totum, *et tantam vim*

habere, frustum videtur non Livii, sed ineptientis pædagogi. Sane et alibi potuit abesse τὸ *quum*, ubi tamen veteres id abesse debere non judicarunt. Abduxit eum Glareanus, conquestus et ipse, aliquos mutasse *tamen* in *cum* (ego nusquam reperio *tamen*, præterquam apud Ascensium: Andreas Romæ dedit *cum interim*, et similiter Bec. Zan. Tarv. Mog. Juntas) nec minus planum sensum existimavit, si neutrum legatur: at si adesse alterum debet, malit *tamen*, quam *cum*. Sed simillimum est VI. 27. 'Fugere senatum testes, tabulas publicas, census cujusque, &c. quum interim obæratam plebem objectari aliis atque aliis hostibus.' Desumptum ex orationibus finitis, in quibus has duas particulas jungere solent. Eodem lib. c. 11. 'M. Furium tantum jam eminere, quum interim, si quis vere æstimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit, nisi a se prius Capitolium atque arx servata esset.' Sallust. Jug. c. 12. 'Clausa effringere, strepitu et tumultu omnia miscere, cum interim Hiempsal reperitur.' Sed nec alterum illud nihil addit orationi, aut Livio indignum est. Quædam enim exercentur et usurpantur 'vi adempta,' ut ipse locutus I. 17. *J. F. Gron.* *Quum interim* recte Gronovius contra Glareanum et Gruterum vindicavit. Eadem lectio in omnibus meis superest, ut et in Hearnii Oxoniensibus, præterquam in Lov. 2. qui præfert *tum*. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. in fine: et in Gaertn. qui *tamen interim* legit. Et ita præter Ascensium 1513. et 1516. etiam Parisiis editum est 1529. Ea autem lectio ex altera *tum interim* magis corrupta est ob compendiorum *tũ* et *tñ* similitudinem. Vide ad XXII. 17. § 5. *Cum iterum* habet Lov. 5. Vide ad X. 18. § 1. Deinde *sanguine et supplicio*, quod Rhenanus mutavit, revocandum censui, quod ita præferant Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Lipsiens. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Præterea *legem suam confestim exerceri*, addita perperam voce, Lov. 5. obfert. Denique voces *et tantam vim habere*, quas et ipsas adversus Gruterum recte Gronovius vindicavit, perstant in scriptis meis, nisi quod sola vocula *et* deficiat in Port. et contra vocula auctior Harl. 2. legat *et jam tantam vim haberc*. Errore denique librarii *et tum vim habere* præferant Lov. 4. et 5. *tantam viam habere* Flor. *Tantum* et *tum* etiam commutantur VII. 2. § 8. ubi vide. *Vis* autem et *via* XXXII. 9. § 8. ubi alia exempla indicantur ejusdem erroris.

§ 5 *Aptissimum tempus erat*] In Ms. volumine est *Apt. tempus fuerat*. Rhen. Omnes mei conspirant in vulgatum *erat*. Sed mox *vindicantis*, pro *vindicatis*, male est in Lipsiens.

Delinimentum animis Volani agri divisionem objici] Secundus ita solus ex Palatinis. Nam Pall. 1. ac 3. *delenimentum*. Onomasticum *Delinimentum*, Θέλγητρον. Livius XXX. 13. 'Illam Furiam pestemque omnibus delinimentis animum suum avertisse atque alienasse.' XXXIX. 11. 'Hispalæ concubitu carere eum decem noctes non posse. Illius excetræ delinimentis et venenis imbutum nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere.' XL. 11. 'Imbuti illic et infecti Romanis delinimentis redeunt.' Sallustius Oratione Lepidi: 'Simul comparant delenimenta, et differunt vos.' Afranius Vopisco apud Non. Marcell. voce 'Senium:' 'Si possent homines delinimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus. Ætas et corpus tenerum et morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum. Mala ætas nulla delinimenta invenit.' Liv. l. v. c. 24. 'Ea largitio sperni cœpta, quia spei majoris avertendæ solatium objectum censebant.'

Gebh. *Delinilum* Lov. 1. 4. 5. et fragm. Hav. *delenimentum* Flor. Voss. uterque, Leid. 1. et Lov. 3. quod recipiendum duxi. Vide ad v. 31. § 1. Tum *Voloni agri* Port. *Nolani* Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Vide ad c. 49. § 3. Denique *abici* Harl. 1. et Port. a m. sec. Vide ad VI. 14. § 12. *obici* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. sec. Vide ad II. 10. § 9.

Minuissent desiderium agrariæ legis, quæ possesso per injuriam agro publico Patres pellebat] *Imminuissent* Lov. 2. et Hav. *meminissent* Lov. 4. Deinde *quæ possessio* Voss. uterque, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Port. a m. sec. *quæ possessi*, et mox *piallebat*, Flor.

§ 6 *Tunc hæc ipsa indignitas angebat animos*] Quidam *augebat* per *u* legunt, non per *n*. Sed non placet. Est enim *angebat* ab 'ango' tertiæ conjugationis, non ab 'augeo' secundæ. Et sensus non bene attendenti subobscurus videtur, sed fit facilis bene rimanti. *Glar.* Juretus ad Symmachum apud Hearnium *augebat*. Nihil mutandum est. Livius II. 7. 'Hæc dicta vulgo creditaque quum indignitate angerent consulis animum.' Symmachus ipse Epist. v. 64. 'Externos quoque et memorati viri nescios caussæ urit indignitas.' Nam *urit* idem est quod *angit*. Suetonius 'urere' et 'anxius' conjungit in Tiberio c. 66. 'Urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia.' *Duk.* *Tunc hæc ipsa* superest in Flor. Voss. ambobus, Leid. ambobus, Lov. 2. 3. 5. Harl. ambobus, Lipsiens. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. omnibusque editis usque ad Jac. Gronov. qui an. 1678. *Tum hæc ipsa* subposuit, eamdem scripturam retinentibus recentioribus; cujus loco priscam revocavi. Hinc *dignitas* Leid. 2. Tandem *agebat* est in Voss. 1. a m. pr. in Lipsiens. et in Gaertn. a m. pr. Vide ad XXIX. 6. § 7. Postea in utroque codice, sed in priori inter versus, a m. sec. emendatum est *augebat;* quomodo etiam præferunt Voss. 2. Lov. quinque, Port. Hav. fragm. Hav. et editi ante Aldum: quod Jureto placuit ad Symmachi Epist. I. 21. Sed *angebat* verius est, quomodo Aldus reposuit, et præferunt Flor. Leid. ambo, Harl. ambo, et Klockian. Vide quæ notantur ad II. 7. § 7. 'Angere' et 'augere' alibi etiam in scriptis vetustis commutantur. Vide ad III. 6. § 3. et ad VI. 23. § 8. Mox *ut in retinendis*, pro *non in retinendis*, Lipsiens.

Quos vi teneret, pertinacem nobilitatem esse] Placet etiam magis hujus loci prisca lectio *quos ut teneret*. Sigon. *Quos ut teneret* etiam non modo omnes scripti mei, et quos Hearne Oxonii adhibuit, verum etiam excusi omnes usque ad Froben. qui a. 1531. *quos vi teneret* recte reposuit. Neque dubito, quin Sigonius etiam cod. sui lectionem sprevisset, si ad verba præcedd. animum adtendisset, quæ efficiunt, ne *quos ut teneret* ullo modo defendi possit. Nam quemadmodum ferri potest 'nobilitas pertinax est, ut agros teneat;' ita nemini placebit, 'nobilitas pertinax est in retinendis agris, ut eos teneat,' sed recte, 'nobilitas pertinax est in retinendis agris, quos vi tenet,' id est, possidet. Passim alibi voculæ *ui* et *ut* in Mss. antiquis commutari solent. Vide ad I. 4. § 2. ad XXV. 24. § 3. XXXIX. 32. § 13. Sigonium ad Livium XXVI. 41. § 6. et Burmann. ad Phædri Fab. I. 2. 12. ad Valer. Flacc. I. 671. ad Nemes. Cyneg. vs. 71. et ad Calpurn. Ecl. III. 73.

Agrum, nuper ex hostibus captum, plebi dividere: mox paucis, ut cetera, futurum prædæ] Vocula *ex* non adparet in Harl. 1. Deinde *divideret* Gaertn. Lov. 2. et Hav. Tum *inter cetera* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. et fragm.

Hav. Vide ad XXXVIII. 57. § 6.

§ 7 *Populantes Hernicorum fines legiones ductæ a Furio consule*] *Hernicorum sedens* Harl. 1. ut librarius *Hernicorum sedes* dare voluisse videatur. Vulgatum tamen, ob reliquorum codd. consensum, alteri huic lectioni præferendum esse puto. Tum *ductæ a F. cons. leg.* Lov. 3. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *ductæ ab F. cons. leg.* Lov. 4. et Hav. *Ductæ legiones a F. cons.* Lov. 2. 5. et Lipsiens. Mox *cum magna mult. Volsc.* Leid. 2. *quo magna multitudine Vols.* Harl. 1.

§ 8 *Oppidum reliquerunt*] Lege *reliquerant* ex vet. lib. *Sigon.* *Reliquerant* etiam Harl. 2. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. Neque multum abit Flor. qui *relinquerant* præfert. At *reliquere* est in Gaertn. In verbis præcedd. *sublatis opibus*, pro *sub. rebus*, Lov. 4.

Hernicis ipse ager dono datus] *Hernicus ipse ager* Hav. *Hernicis ipse agerque* Flor. Deinde *dono datur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Hav. Paullo ante *postremo die*, pro *postero die*, Lov. 2. Vide ad III. 55. § 4.

CAP. LII. § 1 *Excepit tribunus plebis Licinius Q. Fabio Ambusto, C. Furio Petilio consulibus*] Quidam *Lucilius* legunt. Ego *Licinium* malim, quod statim subjungat, 'Is cum principio statim anni, velut pensum nominis familiæque, seditiones agrariis legibus promulgandis cieret.' Fuere enim Licinii maxime Patribus adversarii, ut sequentibus patet libris. Quidam *L. Icilium* legunt, quod maxime placet. Et horum etiam consulum prioris prænomen *Q.* posterioris cognomen *Pætilius*, suspecta. *Glar.* *Pacilo*, ut dixi. *Sigon.* In quibusdam codd. hic plane lectionum monstra exhibentur. *Trib. pleb. Lucius Quintius Fabio Ambusto cum Furio Pattilo* Voss. 1. præfert, et similiter fere Leid. 2. et Lov. 1. nisi quod eorum prior habeat *Furio Pancilo*, posterior *Furio Paticilo.* Alibi etiam pronomen *C.* sive *Caius*, in *cum* librariorum culpa mutatur. Vide mox hoc cap. ad § 4. *Tribunus plebis Lutilius q̃. a Fabio Ambusto est Furio factis consulibus* Lov. 3. *tribunis plebis Lucilio Q. Fabio Ambusto C. Furio Petilio consule* Lov. 4. *tribunus plebis Lucilio Q. Fabio Ambusto C. Furio Petilio consulibus* Lov. 5. *tribunus plebis Lucilius Quintius Fabio Ambusto C. Furio Pactilo consulibus* Klockian. *tribunus plebis Lucilius Tiberius Romulus Publius Lucilius que a Fabio Ambusto est Furio factis consulibus* Voss. 2. sed τῷ *Lucilius* priori loco notis adjectis, quibus librarius eam vocem perperam scriptam ac delendam esse indicavit. Qua deleta, voces *Tiberius Romulus Publius* effictæ sunt ex vocibus præcedentibus *tribunus plebis*, sive earum notis *TR. PL.* quas non intellectas simili modo librarii corrumpere soliti fuerunt. Vide ad XXXI. 6. § 4. Quum itaque librarius duplicem lectionem *tr. pl.* et *Tiberius Romulus Publius*, alteram in contextu, alteram in margine invenisset, utramque conjunxit. In tribuni nomine variant etiam alii codd. *Ancilius* vocatur in Lov. 2. et Lipsiens. *Lucilius* in Flor. Leid. 1. Harl. utroque, Gaertn. fragm. Hav. ed. Aldina, et nonnullis sequentibus. *Lucinius* in Port. *Icilius* in Hav. *Licinius* in edd. Aldina antiquioribus. Frobenius deinde *L. Icilius* a. 1531. restituit; quod etiam probavit Pighius in Annal. ad a. CCCXLI. p. 200. Hearne, etiam testatus ita in optimis codd. legi, addit in aliis (ut in ed. Romana principe et Oxon. B. atque L. 2.) *Licinius* vel *Lucilius* legi. *L. Icilius* recte etiam probat Donjatius, qui enumeratis Iciliis supra memoratis subjungit etiam locum ex Liv. hoc lib. c. 54. 'Auctores fuisse tam liberi populo suffragii Icilios accipio, ex familia infestissima Patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos.' Cur autem Fabii prænomen *Q.* Glareano suspectum fuerit, nullam ra-

tionem video. In eo servando consentiunt non modo Diod. Sic. l. XIII. pag. 359. et Cassiod. in Chron. ut Pighius d. l. monuit, sed et plerique codd. scripti Liviani; reliquorum autem vestigia, quæ jam modo recensui, manifeste eo nos ducunt. Vide Sigonium hoc lib. ad c. 58. § 6. At meliori jure alterius consulis cognomen *Pætilius*, vel *Petilius*, ei displicuit, quod etiam in solis tantum Flor. Harl. 2. et Hav. obvium fuit. Sed pro eo *Pactilo* præferunt Leid. 1. Lov. 2. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. *Pactilio* Gaertn. Port. et fragm. Hav. a m. sec. *Paculo* Harl. 1. *Pacilio* Frobenius a. 1531. eumque secuti recentiores usque ad Basileenses, qui a. 1554. *Pacilo* recte substituerunt. Et id Furiorum cognomen fuisse, non modo Sigonius hoc loco, verum etiam jam monuit hoc lib. ad c. 12. § 1. Vide etiam Pighium in Annal. loco laud. Ceterum initialia hujus capitis verba corrupte ita exhibet Lipsiens. *Anno modestia tribunorum equitum excepit.*

§ 2 *Is tum principio statim anni*] Ita primi ediderunt Francofurtenses 1578. sed, ut videtur, operarum errore, quem tamen recentiores editores, præter Hearnium et nuperos Londinenses, emendare neglexerunt, quamquam aperte sensum vitiaret. Omnes priores excusi et quidquid est codicum recte præferunt *Is cum*, vel *quum pr. stat. a.* quod etiam in contextum recepi. Similiter etiam legendum esse in margine Livii monuit Ant. Perizon.

Pensum nominis familiæque, seditiones ... cieret] *Pessum nominis* librarii errore est in Flor. optimo: in qualem codicem etiam incidisse videtur librarius Lov. 4. qui id quasi ex ingenio emendaturus *pessimi nominis* inepte dedit. Tum copula *que* non adparet in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *seditionis* habent Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. At tota vox illa exsulat a Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tandem *sciret* Voss. 1. et Lov. 3. litera prima voci huic adhærente ex fine præcedentis. Vide ad XXXVII. 29. § 8.

§ 3 *A foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum avertit*] Tolle glossema *nutriendorum*. T. Faber. Est hic aliquid scabrum. Quare enim *ad domum?* Tum divertunt scripti. Flor. *ad domumque curamque.* Helm. *ad domum cura corporum.* Censeo scribas *domum ad curam.* De verbo 'nutrire,' ut medicorum proprium est, diximus ad VII. 4. *J. F. Gron.* *Ab foro* Haverk. *foro,* omissa præpositione, Flor. *curamque nutr. corp.* idem Hav. *curamque corp. nutriendum* Klockian. *curamque corp. muniendorum* Leid. 2. Sed *nutriendorum*, licet pro glossemate Faber habuerit, verius est; quod recte etiam per 'fovere,' 'curare' hoc loco exponendum esse vidit Turneb. Advers. XXVIII. 34. Denique *advertit* Lov. 1. et Leid. 2. quomodo sæpissime variant librarii in codd. scriptis. Vide ad VI. 23. § 8. Paullo ante *minacior tamen perniciosior*, sine *τῷ quam*, Lipsiens.

§ 4 *Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus*] Recte sibi displicere Doujatius testatus est expositionem, quam ex Budæi adnotationibus prioribus Godelevæus ad hunc locum dedit, quasi sensus Livii dicentis *defuncta civitate plurimorum morbis,* esset, 'cum civitas a morbis liberata esset.' Si tamen ipsum Budæum, ad l. 11. § 12. ff. de Act. Emti, inspicere voluisset, non ab eo, sed a solo Godelevæo errorem hunc commissum esse deprehendisset. Budæus enim loc. laud. late quidem de verbo 'defungi' agit, variaque Livii loca, ubi id obvium est, exponit; hunc tamen non adtigit. Sed contra alia quædam protulit, ubi id eodem, quo hic, sensu accipi de-

bet, et recte etiam accepit. Talia sunt x. 29. 'Vicisse Romanos, defunctos consulis fato.' Quod ita Budæus interpretatur, consulis sese devoventis spontanea morte ab inminentibus periculis liberatos et exemtos: et II. 35. 'Adeo coorta erat infensa plebs, ut unius pœna defungendum esset Patribus:' quorum verborum hunc sensum constituit; ut M. Coriolani damnatione ab illa populari consternatione liberandus esset. Similiter ergo hoc loco sensus erit, plurimorum morbis, perpaucis funeribus liberata civitate a turbis, quæ ex seditione a L. Icilio mota inminebant. *Civitateque* perperam præfert Lipsiens. *morbus* Lov. 3.

Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, (ut plerumque fit,) accepit] Repone *excepit*. Rhen. *Accepit* quidem superest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. sed melius *excepit*, ut Rhenanus emendat, obferunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 61. § 1. Præterea *pestil. in. annum frugum*, perperam turbato vocabulorum ordine, Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *pestil. inop. annum*, neglecta voce *frugum*, Lov. 4. Tum *ut plerumque*, omisso *τῷ fit*, Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. Lipsiens. et Port. Verbum illud commode subintelligi posse, non diffiteor, hic tamen ob reliquorum codicum consensum delere non audeo, præsertim quum apud Livium frequens sit illa formula 'ut fit.' Supra III. 1. 'Fecit statim, ut fit, fastidium copia.' c. 26. 'Crevit ex metu alieno, ut fit, audaeia.' v. 19. 'Omnia ibi summa ratione consilioque acta fortuna etiam, ut fit, secuta est.' c. 32. 'Id, ut fit, propter auctoris humilitatem spretum.' VI. 3. 'Soluta omnia rebus, ut fit, secundis invenit.' IX. 24. 'Saxa erant, et temere jacentia, ut fit, in aspretis.' c. 26. 'Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat, quæstio per clara nomina reorum viguit.' c. 38. 'Dulcedine, ut fit, prædæ longius progressi.' XXIII. 27. 'Quam ubi negligentiam ex re, ut fit, bene gesta oriri senserat Hasdrubal.' Et sæpe alibi. Similiter 'ut plerumque solet' VI. 34. 'Parva, ut plerumque solet, rem ingentem moliundi caussa intervenit:' ubi alia vide. Pro eo quoque simpliciter 'ut solet' dixit Livius IX. 38. 'Ob hæc etiam aucta fama, ut solet, ingens terror Patres invasit.'

P. Atratino, C. Nautio Rutilio consulibus] Pro *P. Atratino* alii *M. Papirium Atratinum* reposuerunt; alii, quod cognomen 'Atratinus' Postumiorum sit, non Papiriorum, *Mugillanum* addiderunt, quod incertum relinquimus, donec feliciores nacti fuerimus codd. *Glar*. Legendum est *M. Papirio, C. Nautio Rutilo*. Diodorus enim in hunc annum l. XIII. p. 367. Μάρκον Παπίριον, Cassiodorus *M. Papirium* edit. Quod autem cognomen *Atratino* delendum sit, intelligi potest partim ex eo, quod 'Atratinus' non Papiriorum, sed Semproniorum cognomen est; partim ex eo, quod in veteribus libris *P. Atratinus*, pro *M. Papirio*, legitur: vitiose. Fuit autem hæc causa vitii. Qui enim *M. Papirius* erat scripturus, *M. Patratinus* scripsit, quomodo apud Dionysium est etiam l. XI. p. 736. Πατρίκιος, pro Παπίριος. Quem errorem cum alii tollere vellent, *M. P. Atratinus* scripserunt. Ne autem duo prænomina uni tribuerentur, demum *P. Atratinus* mansit. Fuisse autem hujus consulis cognomen 'Mugillanum,' non 'Atratinum,' ostendit etiam tabula quædam antiqua, in qua bini consules in singulos annos suis tantum cognominibus nominati sunt: cujus sæpe testimonium profert Cuspinianus. Ea enim ita hos consules edit, *Mugillano et Rutilio*. Quorum illud est Papirii, hoc Nautii consulis.

M. autem *Papirius Mugillanus* ante tribunus militum fuit. *Sigon.* Edd. principes præferunt *P. Atratino*, vel *P. Atracino* usque ad Aldum, qui primus ei substituit *M. Papyrio Atracino.* Et ita fere codd. scripti, nisi quod omisso prænomine *inde Papirio Atratino*, vel *Atracinio*, præferant Lov. 4. 5. et fragm. Hav. sollemni errore librariorum, qui *inde Flavoleius* similiter dederunt, pro *M. Flavoleius*, II. 45. § 13. *inde Volscium*, pro *M. Volscium*, III. 24. § 3. Vide etiam ad IV. 21. § 1. hoc lib. ad c. seq. § 2. ad VI. 34. § 5. VII. 3. § 8. et aliis locis. Contra sæpe etiam *iñ*, id est *inde*, ut per compendium scribi solet, abiit in literam *m*, sive prænomen *Marcus*. Vide ad II. 11. § 7. et c. 15. § 1. Hinc factum est etiam, ut *inde annus*, sive *iñ ānus*, coalescentibus vocibus et neglectis notis, abierit in *manus* II. 61. § 1. Utramque lectionem *inde M. Papirio Attracino* præfert Hav. *Papirio M. Atratino* Gaertn. *M. Papirio Attracinio* Harl. 2. *M. Papirio Atractino* Lov. 1. Sed cognomen delendum conjicienti Sigonio fidem habeo, quamvis codicum meorum nullus eam conjecturam probet. Deinde *Cornelio Nautio* Voss. 2. *cum Nautio* Lov. 5. Harl. 2. et Hav. Similiter etiam Lov. 4. a m. pr. verum additis notis librarius indicavit, τὸ *cum* delendum esse. Interdum *C.* sive prænomen *Caius*, inperitia scribarum abiit in *cum*. Exempla hoc ipso cap. § 1. VII. 38. § 8. aliisque locis obcurrunt. Tum *Rutilio* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *Rutulio* Port. Lipsiens. et Hav. Sed *Rutilus* Nautiorum cognomen esse, pro quo passim *Rutilius* scriptum fuit, jam supra monitum est. Vide hoc lib. ad c. 35. § 4. c. 47. § 8. c. 61. § 4. et alibi sæpe.

§ 5 *Pestilentia tristior erat, ni, dimissis*] *Tristicior erat* Harl. 1. Ita etiam peccatur VII. 25. § 10. c. 28. § 9. VIII. 35. § 11. IX. 6. § 3. Plura vide ad II. 15. § 6. *Tristior fuit* Port. Tum *n*[i] *dimissis*, id est *nisi dimissis*, idem Port. Vide ad XXIII. 1. § 8. *in dimissis* Hav. literis transpositis. Vide ad XXXVIII. 50. § 1. *in dimissi* Lipsiens. *iñ missis* Lov. 4. *inde missis* Lov. 5. *ne dimissis* Flor. *ni missis* Hearnii Oxon. C. Ita quidem hoc lib. c. 12. 'Quum multis circa finitimos populos legationibus terra marique nequidquam missis nullum momentum annonæ fecisset.' Vulgatum tamen, pro quo stant reliqui codd. præfero. Et ita *dimissis* est quaqua versus, in varias partes missis. Supra II. 34. 'Ni consules providissent, dimissis passim ad frumentum coemendum.' XLII. 51. 'Literisque circa præfectos dimissis, Citium copias omnes contrahit.' Et eo sensu illa vox accipienda etiam est XXXVIII. 13. 'Dimisso tribuno edixit, ne Romani milites acciperent, priusquam Attali auxilia accepissent:' ubi etiam multi codices *misso tribuno.* Paullo post *annona foret*, pro *annonæ for.* Harl. 2. Lov. 2. et Lipsiens.

§ 6 *Superbe ab Samnitibus legati prohibiti*] *Ad Samn.* Flor. a m. pr. in quo τὸ *d* a m. altera expunctum est. *Ac Samn.* Lipsiens. *a Samn.* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et editi ante Aldum. Deinde *prohibitique* Hav.

Contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adjuti] *Contra eos* Klockian. cujus librarius non intellexit elegantiam τῶν *contra ea* pro 'e contrario,' 'contra.' Vide ad III. 57. § 1. et ad XLI. 24. § 8. Præterea *a Siculorum tyrannis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Mox *devexerat*, pro *devexit*, Leid. 2. *devexat* Lov. 1. *divexit* Lov. 2. et Lipsiens. Ceterum verba *contra ea benigne, &c. experti consules sunt* omittuntur in Gaertn. Cui errori caussa exstitit repetita vox *sunt.*

§ 7 *Quum in legationes non plus singulis senatoribus inventis*] Pro *inventis*

alii *invenientes* legunt: sed utraque lectio obscurum habet sensum. Verum, quia intelligitur, nolim esse anxius. *Glar.* Veteres aliquot libri, *non plus sing. sen. missis invenientes.* Recte: nam paulo ante dixit, ‘Dimissis circa omnes populos legatis.’ *Sigon.* Miror ubi habuerit mentem atque animum Sigonius, cum ex suo nihili libro infulcit *singulis senatoribus missis:* quæ vocula et in Pal. 2. adsuta est, tam necessaria, quam Livio Sigonii præpostera credulitas. Reliqui Mss. corrupti sunt; quippe Pall. 1. 3. et Campan. ed. *in Veientes.* Andreæ recensio, *non plus sing. sen. inventis.* Gebh. Illud *missis,* quod sibi in aliquot libris inventum fuisse Sigonius testatur, apud me tantum superfuit in Harl. 2. Hav. et a m. pr. in fragm. Hav. In reliquis omnibus nullum ejus vocis vestigium adparet. Et recte. Non enim bini equites missis senatoribus, sed priusquam adhuc ab domo proficiscerentur, adjecti sunt. Insuper Hearne auctor est, ed. Romanam Aleriensis episcopi *senat. inventis invenientes* præferre, ex quo eodem Gebhard. tantum laudat *senatoribus inventis.* Nescio utrum ed. Romana 1472. illa sit, qua Hearnius usus fuerit; quæ tamen mihi ad manus est, et præfert, ut Gebhardus se invenisse testatur. Similiter etiam habent omnes reliqui antiquitus excusi usque ad Aldum, qui primus *invenientes* substituit. Id autem verius puto, quod in eam lectionem consentiant plerique codd. mei; aliorum autem, *in Veientes* legentium, quales sunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. vestigia eo manifeste ducant. Nam alibi sæpe voces ‘Veientes’ et ‘venientes’ ab inperitis scribis commutatæ sunt. Exempla videri possunt I. 15. § 3. II. 46. § 4. c. 48. § 5. c. 54. § 1. III. 16. § 1. hoc lib. c. 1. § 4. c. 2. § 13. c. 7. § 2. c. 17. § 1. infra V. 13. § 13. c. 51. § 6. et variis aliis locis. Editores autem prisci substituerunt *inventis* propter sequens verbum ‘adjicere;’ quasi foret ‘adjicere inventis non plus singulis senatoribus.’ At non viderunt aliter etiam sensum constare: nam ‘invenientes non plus singulis senatoribus coacti sunt adjicere binos equites,’ nempe singulis illis senatoribus, quos tantum invenerant. Similem ellipsin sive verborum præcedentium repetitionem inlustrat Gronov. ad X. 7. § 9. Et ea forte ratio, quod hanc locutionem non intelligeret, caussa exstitit, cur lectionem illam obscurum sensum habere crediderit Glareanus. At cur idem vitium etiam alteri, quæ in edd. priscis exstat, lectioni insidere crediderit, nondum adsequor: nisi forte ei vox *plus* negotium exhibuerit. At eam inlustramus ad XXII. 23. § 6. Præterea *in civit. ægr.* Flor. *in civitate ergu* Lov. 5. Denique *tum in legationes,* pro *cum,* vel *quum in leg.* præfert Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. in fine. *Cum inlegiones* Gaertn. Vide ad VII. 30. § 14.

Coacti sunt binos equites adjicere] *Sunt coacti* Port. Deinde *bonos equites* Lov. 3. Tum *adicere* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Lipsiens. Gaertn. et Port. quemadmodum hæc et similia verba in optimis Mss. exarari solita fuisse, dictum est ad II. 10. § 9. Inde tamen inperitiores Lov. 2. et 5. librarii *addicere* effinxerunt, et *adducere* in Hav.

§ 8 *Præterquam ub morbo annonaque nihil eo biennio*] *A morbo* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Præt. ab morbo namque nihil* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *Præt. ab morbo annonu numque adnihil* Lipsiens. *Præt. a morbo annonæque nihil eo biennio* Lov. 4. *Præt. a morbo annonæque nihil enim eo biennio* Lov. 5.

Ubi hæ sollicitudines discessere] Lege *decessere:* ut IX. 29. ‘Priusquam ea cura decederet Patribus Romanis.’ Sallustius Jug. c. 41. ‘Ubi illa formido mentibus decessit.’ Quod ta-

men mutavere nuper. At ego contra mutandum existimo apud Cæsarem Gall. II. 7. 'Et Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit, et hostibus eadem de caussa spes potiundi oppidi decessit:' ubi editur *discessit*. J. F. Gron. Conjecturam Gronovii rejicere videntur Joseph. Wasse et Gotti. Cortius ad laud. Sall. locum. Contra eamdem probavit non modo et in contextum recepit J. Davies. ad d. l. Cæsar. sed etiam vulgata lectione longe elegantiorem esse docuit Burmann. ad Quinctil. Declam. VI. 6. ubi eam aliis tum Livii, tum Horatii locis firmavit. Adde Livium II. 31. 'De domesticarum rerum eventu nec Patribus nec plebi cura decesserat.' XXXIII. 31. 'Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho decessisset.' Curt. VIII. 2. 'Postquam ira mente decesserat.' Justin. in Præfat. 'Sufficit enim mihi in hoc tempore judicium tuum, apud posteros, cum obtrectationis invidia decesserit, industriæ testimonium habituro.' Et hoc modo 'decessus morbi' Gellius IV. 2. 'Quod vitium perpetuum, morbus cum accessu decessuque sit:' ita Gronov. in duobus Mss. invenit, quem ibi vide. Quum tamen omnes codd. etiam mei constanter *discessere* servent, alterum in contextum recipere, quamvis verius videatur, ausus non sum. Præterea *solitudines* Leid. 2. Gaertn. et Hav. Vide quæ notantur ad I. 11. § 1. Pari errore 'solitus' et 'sollicitus' commutata sunt. Vide ad V. 22. § 5. Forte librarii ita dederunt, quod perperam sibi persuaderent, respici ad 'solitudinem in civitate,' cujus § præc. meminit. Verum 'hæ solicitudines' intelliguntur natæ ex morbo et annona artiore.

CAP. LIII. § 1 *M. Æmilio, C. Valerio Potito consulibus*] Scribe *M'. Æmilio*, ex Capitolinis tabulis et Diodoro l. XIII. p. 371. qui Μάνιον Αἰμίλιον nominat. *Sigon.* Diod. Sicul. duplici eum prænomine Γάϊον Μάνιον Αἰμίλιον vocat: ubi Rhodomann. prius expungendum monuit; quod etiam ex hoc loco firmatur. Quamvis enim in scriptis constanter *M. Æmilio* legatur, in editis autem vetustis *Martio Æmilio*, ex ejus tamen lectionis vestigiis non Μάνιον, sed Γάϊον, inducendum satis patet. Deinde Μάνιον Diodori, quam Livii *M.* præferendum inde colligo, quod aut raro aut numquam notissimum prænomen 'Marcus' in minus cognitum 'Manius' mutatum sit, at contra sæpissime. Vide ad XXVII. 25. § 2. Pro emendatione sua laudat quidem Sigonius etiam tabulas Capitolinas; verum consules hujus anni in illis hodie periere. Ad illas tamen provocando respexit Sigonius ad hujus Æmilii primum tribunatum consularem, quem quinque, et ad tertium, quem octo annis postea gessit, quemadmodum Comment. in Fast. testatur. Vide etiam Pighium in Annal. ad ann. CCCXLIII. p. 202. Ceterum quamvis Sigonius *M'. Æmilio* in contextum receperit, altera tamen lectio *M. Æmilio*, quam primus Aldus pro *Martio Æmilio* substituit, a recentioribus servata est usque ad Gruterum, qui in postrema ed. turpiter lapsus est; nisi potius error alteri adscribi debeat, cui contextus emendationem aut curam editionis commiserat. Sigonii enim ac Pighii lectionem, quicumque demum fuerat, expressurus, sed non unica, verum omnibus literis, prænomen scripturus, pro *Manio*, nobis dedit *Mamerco:* quem hujus hominis errorem nimis patienter omnes Gruterum sequuti tulerunt. Eum itaque emendavi. Alterius consulis prænomen omittitur in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. et fragm. Hav. Sed *L. Valerio* legunt Harl. 2. et Hav. *Cos. Valerio* Lipsiens. et Port. voculæ tamen *Cos.* adjectis notis, quibus eam delendam esse vulgo librarii indicare solent: utraque lec-

tione juncta *consule L. Valerio* habet Lov. 5. *Cosso Valerio* Lov. 2. et Gaertn. *ĉsul Valerio* Leid. 1. *P. Valerio* typis descripti usque ad Aldum, qui *C. Valerio* emendavit. Et recte. Ita enim præferunt Flor. Voss. 2. Diodor. Sic. loc. laud. et Cassiod. in Chron. Eodem etiam prænomine tribunus consularis in Fastis Capit. quinquennio antea, et tribunus tertium sexennio post memoratur. Præterea *Petito* male Flor. Mox *in publico*, pro *non publico*, Port.

§ 2 *Jam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum*] *Transderat* Flor. a m. pr. sed literæ *cen* omissæ postea suprascriptæ sunt: *transcenderant* primus edidit Aldus, consentientibus reliquis scriptis meis; quum priores dedissent *descenderant*. Præterea præpositionem *in* omittit Hav. quam ab ultima litera vocis præced. elisam puto. Vide ad x. 13. § 3. Ut autem ita sentiam, permovet hinc auctoritas reliquorum codicum, qui in ea servanda conspirant, inde Livii consuetudo, qui alibi sæpe ita loqui solitus est. Supra III. 8. 'Nunciantibus Hernicis, in fines suos transcendisse hostes, inpigre promissum auxilium:' ubi vide quæ notantur. XLIII. 23. 'Interim Clevas, adsumto Philostrato, in agrum Antigonensem transcendit.' Mox *dilectum*, pro *delectum*, Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. Port. Lipsiens. et Klockian. Ita etiam mox § 5. 6. 7. Vide ad XXXVII. 51. § 1.

Consulem M. Menenius tribunus plebis legis agrariæ lator quum inpediret] Scribe *M. Mænius*. Gens enim 'Menenia' patricia est, 'Mænia' plebeia. Infra autem apertius ostendam, pro *Mænio Menenium* in plebeio dictatore esse mendosum. Hæc cum ita emendassem, inspexi librum etiam veterem ita habentem. *Sigon. Inde* pro tribuni prænomine *M.* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad cap. præc. § 4. *Martius* inpressi ante Aldum. Tum *Menenius* legunt Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. etiam Voss. 1. a m. sec. *Mennius* Flor. Voss. 2. et Lov. 3. *Meneius* Leid. 2. et Lov. 1. Sed recte *Mænius*, sive *Menius*, legunt Voss. 1. a m. pr. Leid. 1. Harl. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. Infra tamen toto hoc capite tantum non omnes, qui hic veræ scripturæ adhærent, aliique *Menenium* male eum vocarunt. Sigonio subscribit Pighius Annal. ad a. CCCXLIII. p. 202. eodem argumento usus. Alibi sæpe nomina hæc *Mænius* et *Menenius* in Mss. commutantur. Vide ad VIII. 13. § 1. Ceterum *Mænii* dictatoris plebeii meminit Livius IX. 26. ubi tamen Sigonius id, quod hoc loco promiserat, non præstitit.

Nemo invitus sacramento diceret] *Invictus* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad Epitom. Liv. lib. III. *Injuratus sacr. dicerent* Hav. *nemo juratus sacr. nemo diceret* Lipsiens.

§ 3 *Arcem Carventanam ab hostibus occupatam esse*] Steph. Καρουέντος πόλις Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν, Καρουεντανός. *Sigon. Carmentanam* Harl. 2. et Hav. *Carnentanam* Lov. 2. Lipsiens. et Gaertn. *Carventinam* Lov. 4. *Carventaneam* Lov. 5. Vide hoc cap. ad § 9. ad c. 55. § 4. et ad c. 56. § 4.

§ 4 *Quum apud Patres invidiæ Mænio fuit*] In Mss. fuit *tum*. Rhen. *Tum* etiam Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Lipsiens. et fragm. Hav. Vide ad VI. 23. § 3. Sed totam vocem omisit Hav. Tum *ad Patres* Leid. 2. et Hav. quod, si certiores codd. accederent, verum esse putarem. Ita enim sæpe alibi Livius loqui solitus est. Vide ad VII. 7. § 4. et ad XXXVIII. 55. § 4. Præterea *Menenio* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Mennio* Lov. 1. Vide hoc cap. § 4. Mox *tunc ceteris*, pro *tum cet.* Leid. 1. Vide ad

II. 12. § 15. *Cum ceteris* Harl. 2. et Lov. 2. ac 5.

Præbuit justiorem caussam] *Justiciorem* Gaertn. Vide ad VII. 15. § 8. Sed tota illa vox deest in Flor. qui paullo ante *legatis*, pro *legis*, exhibet.

§ 5 *Itaque quum res diu ducta per altercationem*] Vox prima exsulat ab Flor. quam alii omnes constanter servant. Tum *quum resudui dicta* sine sensu Lipsiens. Deinde *per alterationem* Flor. a m. pr. et Harl. 2. *per altricationem* Leid. 2. Lov. 5. et Gaertn. Vide hoc lib. c. 6. § 1.

Culpam penes Mænium fore, qui delectum inpediret] *Apud*, pro *penes*, Gaertn. Tum *Menenium*, et mox *Menenio* tantum non omnes codd. mei, nisi quod *Mæninium* sit in Flor. a m. pr. *Mænenium* a m. sec. Vide hoc cap. ad § 2. Deinde *quod delectum* Lov. 4. et Harl. 2. Vide ad XXXVII. 35. § 4. *dilectum* Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. fragm. Hav. Klockian. et Port. a m. pr. Vide hoc cap. ad § 2.

§ 6 *Mænio contra vociferante, si injusti domini*] Vocem *contra*, quæ a prioribus edd. aberat, primus adoptavit Aldus, eamque omnes scripti agnoscunt. Tum *contra vociferantes* Lov. 5. et fragm. Hav. litera finali *s* repetita ex prima vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. 'Contra vociferari' est vicissim vociferari, ut 'contra intueri.' De quo vide ad I. 16. § 6. Insuper *vidisti*, pro *injusti*, Leid. 2. et Lov. 1. Mox iterum *dilectui* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lipsiens. Port. et Klockian. Vide hoc cap. ad § 2. Tum *de certo*, transpositis literis, pro *decreto*, Lipsiens.

§ 7 *C. Valerio consuli se damnum aliamque coërcitionem*] In Mss. fuit *damnum aliamque coërtionem*. Rhen. Quid sibi velit hæc tribunorum promissio præter auxilium, non hercule intelligo. Quidam *coërtionem*, quidam *coërcitionem* legunt. Mihi posterius placet. *Glar.* Pal. 3. habet *tortionem*. Campani ed. *coërcitionem*. Gebh. *Correctionem* Voss. 2. quod ex glossemate atque interpretatione natum videtur. *Coërcionem* Flor. Lipsiens. Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *coërtionem* Leid. 2. Harl. 2. et Port. Vide ad XXVI. 36. § 12. Contrarius hic error illi est, quo *amicitior*, pro *amicior*, et similia alia supra scribæ dederunt, de quibus vide ad II. 15. § 6. *tortionem* Lov. 3. *cohortationem* Lov. 5. Insuper *Lucio Valerio consuli* Voss. 2. cui pro varia lectione adscriptum est *M. Valerio. T. Valerio consuli* Flor. Sed vide hoc cap. ad § 1. *C. Valerio consule damnum* Leid. 2. *C. Valerio consule se damnum* Gaertn.

Delectus caussa detrectantibus militiam inhibenti] Illud *inhibenti* facessit negotium non parvum lectori. Est autem obscurus sensus. *Glar.* Pro *inhibenti*, quidam libri habent *ferenti*: et recte. Verba autem sic ordinantur. Novem tribuni ex collegii sententia pronunciaverunt, se auxilio futuros adversus intercessionem collegæ C. Valerio consuli damnum aliamque coërcitionem ferenti detrectantibus delectus caussa militiam. *Sigon.* 'Damnum et coërcitionem inhibere' eo modo dictum est, quo III. 38. 'Privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum inminutis, neque ad speciem honoris insignibus, prodeunt:' et c. 50. 'Imperium si quis inhiberet, et viros, et armatos se esse, respondetur.' *Klock.* Placuit Sigonio reponere glossarium loci, ejecta voce genuina, *ferenti.* Quippe 'inhibere' notat exercere. De qua re ad Plautum Gulielmius noster Quæstion. in Bacchid. c. 2. *Grut.* Quidquid pravum illegitimumque sciolorum scævitas atque impudentissima ruditas Livio adfricuit, continuo laudatorem ac defensorem repperit Sigonium; qui, ne hic locus integer exstaret, pro virili est adnisus. Verum, rogo te, Sigoni, per Musas, qui sint isti libri veteres?

An codex tuus, Pal. secundo Ms. recentissimi ac juxta pravissimi commatis libro quam simillimus? Deinde quis dixit ' coërcitionem ferre?' Audi me: probissimæ Latinitatis auctoribus, qualis est Livius, 'inhibere' peculiari et vulgatæ contraria significatione adhibetur. Sic Plautus dixit ' inhibere imperium' Bacchid. III. 3. 43. ' Isthoccine hic pacto potest Inhibere imperium magister, si ipsus primus vapulet?' Idem Casina II. 6. 57. ' siquidem me vivo mea uxor imperium inhibet.' Livius III. 50. 'Imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse, respondetur;' pro 'adhibere imperium.' Hic autem 'inhibere damnum coërcitionemque' est infligere damnum et adhibere coërcitionem. Ceterum cur ab omnibus melioribus membranis et priscis edd. desciscerem, fascinatus deteriore libro? *Gebh.* *Ferenti*, pro *inhibenti*, apud me in nullo exstat cod. nisi in Hav. et in margine Harl. 2. apud Hearnium autem in Oxon. B. et N. Quorum posteriori etiam altera lectio *inhibenti* adscripta est. Vel autem, qui eam mutarunt, elegantiam verbi non intellexerunt, vel *ferenti* primum, tamquam eruditiori sensu usurpatæ vocis expositio, margini adscripta est, unde deinde in contextum inrepsit. Locutionem pluribus inlustrat Gronovius ad III. 59. § 1. Ceterum *inhibentibus* habent Leid. 2. et Lov. 1. *inhibendo* Gaertn. Præterea *dilectus* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Port. Lipsiens. fragm. Hav. et Klockian. Vide hoc cap. § 2. Tum *caussam* Leid. 2. et Lov. 1. *eam* Gaertn. Scriptum fuerat per compendium *cā*, id est, *caussa;* qui eorum errorum inperitis librariis fons exstitit. Vide ad XXXVIII. 58. § 11. Denique *detractantibus* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 15. § 9.

§ 8 *Cum paucis adpellantibus tribunum collum torsisset*] Magistratus, si quem aliquando parum obedientem viderent imperio suo, manum ei ipsi injiciebant, in collumque invadebant, ac torquebant, quod tamquam genus pœnæ et coërcitionis erat. Aurel. Vict. in libro de Viris Illustribus c. 66. 'Consuli legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret e naribus.' Non tamen hæc legitima pœna erat; et in Druso, qui id fecit, ut injuria maxima scribitur, cum ita vis maxima adhiberi videretur. Cicero Act. in Verr. VI. 10. ' Quem obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi jussit:' pro Cluent. c. 21. 'Ut illum obtorto collo ad subsellia reduceret:' quod est, per vim. *Turnebus*, Advers. XXVIII. 34. Vide Valer. Max. IX. 5. ex. 2. leg. 7. D. ad l. Jul. de vi publ. ibique Gothofr. et Cujac. Observ. XI. 22. *Klock.* Vulgaris nobis ac familiaris dicendi modus *ti torcerò il collo*, quum alicui mortem minamur; quamobrem prima statim lectione arbitratus sum, consulem nomina dare nolentibus mortem ministrasse. At, re intimius perspecta, veriorem interpretationem nactus sum, lucem præferente doctissimo Turnebo; siquidem antiquis mos dicendi fuit, 'collum obstringere,' vel 'obtorquere,' pro vim inferre, nam rei collo constricto inviti in jus tendebantur. Ita D. Hieronymus inquit, 'Obtorto collo me in jus trahit.' Et Plautus in Curcul. V. 3. 15. et 29. 'Collum obstringe:' et in Rudent. III. 6. 15. 'Rapi obtorto collo.' Cic. in Verr. VI. cap. 10. Et in Orat. pro Cluent. c. 21. In Viris Illustribus c. 66. Sic itaque interpretandum, consulem detrectantibus militiam collum torsisse, id est, manum injecisse, ac vi facere quæ sponte renuebant coëgisse. Quo pacto et eleganter dictum a classicis auctoribus observamus 'torquere ju-

ra,' hoc est, pervertere, illisque vim inferre. Cic. in Orat. pro A. Cæcina c. 27. 'Verbo ac litera jus omne torquere.' Hinc et 'legum tortores' eodem in sensu apud eosdem. *M. Donatus.* Vide Lipsium de Milit. Rom. I. 4. At Gothofred. et Cujac. quos videndos monuerat Klockius, huc vix pertinent. Ceterum *paucis appellantibus, tribuni collum torsisset* perperam Lov. 2. 3. 5. et Gaertn. quorum posterior etiam mox τὸ *metu* omittit.

§ 9 *Quamquam invisus infestusque consuli erat*] Nota *invisus* hic active sumi de eo qui invidet, qui odit. Ita etiam v. 8. 'Virginius privatim Sergio invisus infestusque.' Curtius x. 7. 'Quem Meleager infestus invisusque Perdiccæ strenue perducit in regiam.' Tacit. Histor. IV. 70. 'Invisus avunculo infensusque:' ubi tamen propria significatione, et forte rectius, sumi potest. De aliis adjectivis eodem sensu acceptis vide quæ olim notavi ad Silii II. 98. Præterea *erat consuli* fragm. Hav. Paullo ante *Carretanam arcem* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *Carmentanam arcem* Harl. 2. et Hav. *Carnentanam* Lov. 2. et Lipsiens. Vide hoc cap. ad § 3.

Erat, inpigre primo statim inpetu, dejectis, qui in præsidio] Exsulant hæc verba ab Gaertn. Cui negligentiæ caussa fuit repetitio vocum *erat, erant.* Vide § 13. et ad IX. 11. § 11. At *inpigro primo statim inpetu* Lov. 2. et fragm. Hav. præferunt. *Primo* non adparet in Harl. 1.

Arcem recepit] In Ms. fuit *arcem recipit.* Rhen. *Arcem recipit* obferunt etiam Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Gaertn. quorum auctoritate in contextum adscivi. Mox *neglegentiam* Flor. Vide ad II. 11. § 4. Deinde *aparuere,* pro *aperuere,* idem Flor. *apparuere* Lipsiens. et ed. Parm. 1480. *aperiere* Lov. 4.

§ 10 *Venditum sub hasta consul in ærarium redigere quæstores jussit*] Pall. 1. ac 3. *in ær. redire ad quæst. jussit.* Gebh. Recte se habet vulgatum. Sed quia duo Mss. *ad quæstores,* suspicio mihi mota fieri posse, ut τὰ *in ærarium* sint ab interprete, scripseritque Livius, *venditum sub hasta consul redigere ad quæstores jussit.* Ut v. 19. 'Ingentique præda est potitus, cujus pars maxima ad quæstores redacta est, haud ita multum militi datum.' Et iterum c. 26. 'Castra capta, præda ad quæstorem redacta, magna militum ira.' Fortassis et malles, *Prædam (ex assiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliquantum) venditam:* ut XXVIII. 1. vel *quod omnis in locum tutum congesta erat.* J. F. Gron. *Rediere,* una litera omissa, Klockian. *redie͞re,* id est *rediere,* Port. *redire* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. a m. pr. Lipsiens. et Gaertn. in quales codd. quum etiam librarii duorum Pall. incidissent, eamque lectionem aperte mendosam esse animadvertissent, quasi emendaturi magis corruperunt, substituentes, addita præpositione, *redire ad quæstores.* Hinc jam nata Gronovio conjectura, quam primo loco proposuit, ut, duabus primo vocibus ejectis, deinde partim deserta eorum codicum lectione, ex vulgato servaret *redigere,* partim iterum codd. illis adhærens, addita vocula, legeret *ad quæstores.* Sed eam probare nequeo, non modo quoniam voces *in ærarium* supersint in omnibus omnino scriptis, nisi quod *in ærium* habeat Harl. 1. sed etiam optimi codd. alii constanter τὸ *ad* excludant, quod ex meis unus tantum adscivit Lov. 3. Dionys. Halic. Antiq. Rom. VII. p. 468. Ἴστε δή που πάντες, ὅτι ὁ ταμίας, αὐτὰ (scil. τὰ ἐκ τῶν πολεμίων λάφυρα) παραλαβὼν, ἀπεμπολεῖ, καὶ εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρει τὰ χρήματα. *Omnes profecto scitis, quæstorem prædam acceptam vendere, et pecuniam in ærarium redigere.* Sed nec alterutram posteriorum conjec-

turarum necessariam judico, quamvis *Prædam*, pro *Prædæ*, præferat Lov. 3. Eas autem proposuisse videtur, ut omnis Livii oratio magis cohæreat, et unico ambitu contineatur. Sed vide quæ notantur ad XXI. 36. § 4. Ad hæc *Prædæ aliquantum* vere Livianum videtur. Infra ipse Gronov. restituendum recte conjecit XXVII. 1. *Præda* (*et aliquantum ejus fuit*) *militi concessa*. Alia vide ad XXI. 28. § 11. Insuper *sub hastam* perperam Flor. Leid. 1. et Lipsiens. *consules*, pro *quæstores*, Leid. 2. In verbis autem præcedd. *quæ omnia in locum tutum congesta* Lov. 3. *quod omnia in tutum locum congesta* Lov. 2. et 5. *in locum tutum gesta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Tum prædicans participem prædæ fore exercitum, quum militiam non abnuisset] *Cum prædicans* Port. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *non participem prædæ*, fragm. Hav. At contra, neglecta negatione, *militiam abnuisset* Leid. 2. et Lov. 1. *militiam non abuisset* Harl. 1.

§ 11 *Urbem ovans introiret, alternis inconditi versus militari licentia jactati*] *Urbem ovans intraret* Lov. 4. invitis reliquis codd. quare ex glossa natum puto. Solent hæ voces et alibi commutari. Vide ad VII. 39. § 14. 'Introire in urbem' dixit Livius XLII. 22. ubi vide Gronovium. Præterea *alterum inconditi versus* sine sensu Lipsiens. *alteri inconditi versus* Lov. 5. a m. sec. *alterni inconditi versus* Leid. 2. et Hav. Quod ferri posset, si aliorum codicum consensus accederet. Virg. Ecl. VII. 18. 'Alternis igitur contendere versibus ambo Cœpere:' ubi 'alterni versus' sunt qui per vices canuntur. Vide Emmen. ad Virgil. Ecl. III. 59. Ceteroquin 'alterni versus,' 'alterna carmina' sunt elegiaca. Vide Ciofan. ad Nason. Epist. Heroid. XV. 5. Unde elegia dicitur 'facere alternum pedem' apud Statium Silv. I. 2. 9. ubi vide Markland. et Gronov. in Diatr. Stat. c. 8. *Altius inconditi versus* fragm. Hav. Primo scriptum fuerat *alt'nis*, quod ab indocto librario ob ductuum similitudinem mutatum est in *alt'ius*, id est *alterius*, quomodo hoc loco præferunt Lov. 4. et 5. a m. pr. ac librarii alibi sæpe peccarunt. Vide ad II. 2. § 9. hoc lib. ad c. 57. § 2. VII. 1. § 6. c. 2. § 7. Bentlei. ad Horat. Epist. II. 2. 176. et Cortium ad Plinii Epist. II. 17. § 16. qua eadem ratione commutantur 'interius' et 'internis.' Vide Nic. Heins. ad Claud. Bell. Getic. vs. 50. Inde tandem, omissa, quæ addi debebat, nota, factum *altius*. Vide ad XXI. 28. § 5. Verum vulgatum præstare certum est. *Alternis*, ut II. 2. 'Agere varie, rogando alternis suadendoque, cœpit.' Indicat ergo, non omnes milites simul, sed vicissim, per vices, modo hos modo illos, versus jactasse. Præterca *increditi versus* Port. a m. pr. *incondicti versus* Lov. 5. Livius hoc lib. c. 20. 'In eum milites carmina incondita, æquantes eum Romulo, canere.' V. 49. 'Triumphans in Urbem redit: interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ adpellatur.' VII. 10. 'Inter carminum prope modum incondita quædam militariter joculantes Torquati cognomen auditum.' c. 38. 'Quum incondito militari joco haud minus tribuni celebre nomen, quam consulum, esset.' Tum *militari scientia* Voss. 2. Sed altera lectio inter versus adscripta est. Deinde *jactari* Klockian. Paullo ante *in consule iræ*, pro *in consulem iræ*, Flor. et Harl. 1. et *senatusconsultu* Port. hic etiam altera lectione inter versus adjecta. Vide ad V. 13. § 5.

§ 12 *Quibus consul increpitus Mœnii celebre nomen fuit*] *Increpatus* Lov. 5. Harl. 2. et Hav. Sed non necesse vulgatum mutari. Vide hoc lib. ad c. 32. § 1. ad XXIV. 17. § 7. et ad XXVII. 13. § 10. Præterea *Meneni* vel

Menenii omnes codd. manu exarati. Vide hoc cap. § 2. Deinde τὸ *fuit* exsulat a Leid. 2.

Plausuque et adsensu cum vocibus militum certaret] Prima vox non conspicitur in Port. *plausu et assensu* habet Lov. 4. Male. Vide plura ad v. 49. § 1. Hinc *cum voce militum* Harl. 2. *cum vocibus multum certuret* Lov. 4. Postea *cessuret*, pro *certaret*, Gaertn.

§ 13 *Plusque ea res, quam prope sollemnis militum*] *Plusque ea re prope* Hav. Tum *sollemnius* Gaertn. Deinde *militum sollemnis* Lov. 1. et Voss. 1. quorum hic in margine exhibet *militum insolens*, quid ipsum est in Leid. 2. Verum lascivia hæc militum in pompa triumphi non 'insolens' ac nova, sed 'prope sollemnis' atque usitata erat. Vide loca supra laudata hoc cap. § 11. Ceterum omnia hæc verba cum præcedenti etiam *certaret* deerant in Voss. 2. et Lov. 3. culpa scribarum, quibus peccandi caussa fuit iterata vox *militum.* Vide hoc cap. § 9.

Haud dubius inter tribunos militum honos Mænii] Τὸ *haud* deficit in Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. et Gaertn. Deficit etiam in Port. sed manus sec. postea margini adscripsit. *Aut dubius* est in Leid. 1. Vide ad XXVIII. 2. § 11. *intra tribunos* Voss. 2. Vide ad v. 27. § 3. *in tribunos* Lov. 4. et Harl. 2. Verum ibi ultima syllaba τοῦ *inter* elisa est a prima vocis seq. Vel etiam librarii confuderunt *int'*, id est *inter*, et *in*, ut sæpe alibi fecerunt. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Tum *Menenii* omnes scripti præter Gaertn. qui præfert *Meneniū*. In verbis seqq. *consulibus*, pro *consularibus*, Leid. 2. et Lov. 1. Et ita in contextu ostentat Voss. 1. Verum ejus margo alteram lectionem servat. *Comitiis etiam exclusus* Lipsiens. Sed verba *si peteret, cons. com. est excl.* desunt in Lov. 3.

CAP. LIV. § 1 *Cn. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus iterum*] *M. Cornelius Cossus* vocatur in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 1. et N. *P. Cornelius Cossus* in Voss. 2. *Pub. Cornelius Cossus* in Lov. 3. Verum *Cn. Cornelius* etiam appellatur Cassiodoro in Chronico, et in idem prænomen consentit etiam Diodor. Sicul. l. XIII. p. 367. licet in ipso nomine erratum sit. Vide Pighium in Annal. ad a. CCCXLIV. p. 203. Tum *et L. Furius* antiquitus typis descripti. Sed copulam, quæ etiam constanter ab omnibus scriptis abest, primus Aldus expunxit. Vide ad II. 17. § 1. Hinc *Medulinus* cum vetustioribus edd. codd. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Port. et Hav. *Medullinus*. *Item non alias* fragm. Hav. 'Item' et 'iterum' passim commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. XIV.

§ 2 *Ægrius plebs tulit, tribunicia sibi comitia non commissu*] Τὸ *plebs* deest in fragm. Hav. Eamdem vocem omisit etiam Lov. 3. at ejus loco *ægrius pertulit* dedit. *Tulit plebs* habent Lov. 4. et vetustiores excusi ante Aldum. Deinde *tribunicia comitia sibi non commissa* omnes scripti; nisi quod vox *comitia* desit in Lipsiens. Ordinem forte editores immutarunt, quod vitare voluerint vocum *tribunitia comitia* similiter desinentium conjunctionem; a quo tamen non semper religiose Livium abstinuisse, videbimus ad XXVI. 46. § 6.

Eum dolorem quæstoriis comitiis simul ostendit, et ulta est] *Ea dolorem* Harl. 2. Deinde *quæstori* Gaertn. *quæstoribus* Port. Tum *ostendit* omittitur in fragm. Hav. Tandem *ultra est* Hav. *ultæ*, omisso τῷ *est*, Lipsiens. *ulta* Lov. 2.

Tunc primum plebeiis quæstoribus creatis] *Tum primum* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Lipsiens. et Hav. *cum primum* Port. Insuper *plebis quæstoribus* Leid. ambo, Lov.

1. 2. 3. Harl. 2. Lipsiens. Port. a m. sec. Gaertn. et fragm. Hav. *plebis quæstori* Hav. *plebes quæstoribus* Harl. 1. *plebs quæstoribus* Lov. 5.

§ 3 *Uni patricio C. Fabio Ambusto relinqueretur locus*] Ex Capitolino hujus tribunatu *N. Fabio* est scribendum. *Sigon.* Tantum non omnes codd. scripti priscam lectionem servant, nisi quod *Gn. Fabio* sit in fragm. Hav. *Cornelio Fabio* in Voss. 2. Sigonio adsentire Dodwellum in Tabb. ad Dissert. de Cyclis, Hearne testatur. Vereor tamen, ne erraverit, et *N. Fabii quæstoris* Dodw. ibi non meminerit, sed tantum tribuni consularis, quem memorat p. 895. ad annum CCCXLVIII. Contra Pighius in Annal. ad a. CCCXLIV. p. 204. existimat *K. Fabio* restituendum, eumque esse, qui annis quinque, octo, et quatuordecim postea ter tribunus consularis obcurret. Ex ejus autem sententia ea lectio deinceps in ultimæ ed. Gruterianæ contextum recepta est, quam etiam omnes postea recentiores retinuerunt. Et sane prænomen *N.* sive *Numerius*, potius in *M.* sive *Marcus*, commutare soliti fuerunt librarii, vel in *Cn.* sive *Cnæus*. Vide hoc lib. ad c. 49. § 1. Contra *K.* sive *Kæso*, abiit in *C.* sive *Caius*, quomodo plerique codd. servant. Similiter erratur hoc lib. c. 61. § 4. v. 10. § 1. et alibi. Quare Pighii, quam Sigonii, sententiam veriorem esse puto.

Q. Silius, P. Ælius, P. Pupius] *Q. Fabius, P. Pipius*, medio omisso, Lov. 2. et Lipsiens. *Q. Silvius, P. Pipius*, Lov. 4. et Gaertn. *Q. Sileius et P. Pipius* Harl. 2. et Hav. *Q. Silius, P. Pipius*, Leid. 1. Lov. 3. 5. fragm. Hav. et Port. in quo *P. Papius* a m. sec. emendatur. *Q. Silius Postumius, P. Pipius* Voss. 2. *Q. Silius, P. Ælius Pipius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *C. Silius, P. Ælius, P. Papius* Harl. 1. *Quintius Silius, P. Ælius, et P. Pipius* edd. vetustiores usque ad Aldum, qui substituit *Q. Silius, P. Ælius, P. Pipius;* idque obtinuit usque ad ultimam Gruteri, in quam receptum est *P. Pupius* ex sententia Pighii, qui ita eum adpellaverat in Annal. ad a. CCCXLIV. p. 204. Et sane nulla Romæ gens exstitit, 'Pipiæ' nomine nota; contra 'Pupia' ibi notissima fuit, cujus mentio non modo fit apud Liv. Cic. aliosque scriptores, sed etiam passim in marmoribus literatis. Mox *perferrentur*, pro *præferrentur*, Leid. uterque, Lov. 2. et Lipsiens. Contrario errore *prælatus*, pro *perlatus*, a librariis datum esse, videbimus ad XXXVIII. 28. § 8.

§ 4 *Tribunos plebis creatos, multarum magnarumque rerum molem*] Castiga *Hi multarum magnarumque rerum molem*. Rhen. Aut oratio inconsequens est, aut tollenda est vox *Hi*, quæ non est in quibusdam libris. *Sigon.* Ab Rhenano est τὸ *Hi:* et habent sane et scripti et editi quidam veteres. Vere tamen Sigonius statuit tollendum, dummodo mutetur distinctio hoc modo: *ex fam. inf. Patr. tres in eum annum trib. plebis cr. mult. magn. rerum molem avid. adeo populo ostentantes: cum affirmassent nihil se moturos.* In vulgato ἀνανταπόδοτον est inexcusabile. *J. F. Gron.* Τὸ *Hi* a Rhenano additum, vel ejus loco *Hii*, ut tempore barbaro scribebant librarii, superest in Flor. Voss. utroque, Lov. quinque, Harl. utroque, Leid. utroque, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. Neapol. Latinii, omnibusque excusis, usque ad Frobenium, qui a. 1531. proxime ante Rhenanum ejecerat. Quamvis autem Rhenanus deinde id pronomen restituendum censuerit, non tamen in contextum revocatum est, nisi a Basileensibus 1555. unde id iterum ejiciendum monuit Sigonius; quod tamen neque ipse neque aliquis sequentium fecit ante Gronovium, qui tandem a. 1665. vocem expunxit. Id autem recte factum existimo, licet

Gebhardus ad § seq. adversctur. Paullo ante *Cilios*, pro *Icilios*, Flor. sed primam literam intercepit ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6.

Avidissimo adeo populo ostentantes] Grævius Sylloges Epistol. Burmanni, tom. IV. 520. *avidissimo ad ea populo* eleganti conjectura. Nec obstat diversitas generis. Terentius Heaut. V. 1. 3. 'In me quidvis harum rerum convenit, quæ sunt dicta in stultum.' Vide ad c. 39. Rivium ad Terent. Hecyr. III. 1. 20. et Broekhus. ad Prop. El. I. 18. 23. Sed nihil invitis libris scriptis tentandum est, et *adeo* hic elegantiam suam habere potest. *Duk.* *Avidissimo ad ea populo* scribendum conjicit Grævius in epistola ad Nic. Heinsium, quam edidit Burmann. in Syllog. Epistol. tom. IV. p. 573. Et ita editum video Mediolani annis 1495. et 1505. et Venetiis 1498. Similiter peccabatur in uno cod. III. 11. § 6. Infra VI. 15. § 7. et alibi. 'Avidus ad ea,' ut apud Terent. in Eunucho I. 2. 51. 'Ejus frater aliquantum ad rem est avidior.' 'Avidus in aliquid' dixit Livius XXII. 21. 'Ipsorum Hispanorum inquieta avidaque in novas res sunt ingenia.' Præterea *magn. rer. ad ea*, pro *mag. rer. ad eas*, ut III. 10. 'Auget gloriam adveniens, exposita omni in campo Martio præda, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret. Reliqua vendita, quibus domini non exstitere.' Infra V. 16. 'Biduum ad recognoscendas res datum dominis: tertio incognita (erant autem ea pleraque hostium ipsorum) sub hasta veniere.' Vide ad II. 5. § 4.

§ 5 *Quum adfirmassent, nihil se moturos*] Huc revocanda sunt superiora, 'hi multarum magnarumque rerum molem,' &c. et non accedendum Sigonio, expungenti provocabulum *hi* contra omnes libros. Porro pro *moturos* Pall. 1. ac 3. referunt *inituros*. Gebh. *Quum adfirmantes* Lov. 4. et 5. sine sensu. Tum *nil se moturos* Lov. 4. 5. et Harl. 2. *nihil se inituros* Voss. 2. et Lov. 3. *nihil se mortuos*, literis transpositis, Hav.

Si ne quæstoriis quidem comitiis, quæ sola, &c.] Ita, si Rom. ed. a. 1472. excipias, primum exhibuit Frob. ed. a. 1531. Priores reliquæ ita legebant ac distinguebant: *nihil se moturos sine quæstoriis quidem comitiis.* Et ita præferunt etiam Gaertn. et fragm. Hav. *se*, pro *si ne*, est in Hav.

Reliquisset senatus, satis animi populo esset ad id] *Reliquissent senatus* Lov. 1. Leid. 2. et Gaertn. Ita quidem τῷ *senatus* tamquam collectivo jungi numerum pluralem, videbimus hoc lib. ad c. 58. § 4. Hic tamen cum reliquis codd. nihil muto. Tum *satis jam populo esset* Lov. 2. *satis cum populo esset* Lov. 4. 5. *satis animi esset populo* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Denique *esset et ad id* Lov. 2. Port. et Hav. *esse ad id* ed. Mog. et paucæ aliæ. Paullo ante *plebei*, pro *plebi*, Flor.

§ 6 *Quæsturamque non honoris ipsius finem æstimabant*] Castiga *quæst. eam non honoris ipsius finem æst.* Rhen. Melior antiqua lectio *quæsturam namque non honoris.* Sigon. Pall. 1. et 3. ac Campani ed. *quæsturamque eam non honoris.* At Pal. 2. ut et Sigonii *quæsturam namque.* Voluit aliquis adjuvare orationem, ne durius currat. Gebh. Incassum Sigonius *quæsturam namque.* Bene Rhenanus *eam* addit; quod et Mss. nostri faciunt, et Campanus. Sed et litera tollenda una *quæsturamque eam non honoris ipsius fine æst.* Id est, supra, quam erat, taxabant, ultra illum modum dignitatis et finem, quem habebat, æstimando extendebant et producebant. 'Finis' sæpe ponitur pro certo modo ac mensura. De quo alibi. Sensus Livii est: non tanti modo æstimabant quæsturam plebeiis mandatam, quanti erat ipse quæsturæ honos, sed etiam quanti via ad consulatus et triumphos sui ordinis ho-

minibus aperta poterat æstimari. *J. F. Gron.* *Quæstura namque eam* Lov. 2. et 4. *Questus namque eam* Lipsiens. *quæsturam namque eam* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *quæsturam namque,* omissa voce *eam,* se in Oxon. B. vidisse, testis est Hearne. Reliqui mei omnes *quæsturamque eam;* quod recte Rhenanus et Gronovius probarunt, quorum posterior etiam voculam *namque* additam existimavit ab homine, qui se ita optime orationem Livii suffulcire posse arbitrabatur. Vide quæ notavit ad Livii XXXVII. 20. § 7. Quum itaque, paucissimis, iisque minimæ fidei, codd. exceptis, omnes alii servent voculam *eam,* non audiendum censeo Donjatium, cui non magis necessarium videtur pronomen *eam,* quam particula *namque.* Aliud Livio, quam Donjatio, visum fuisse, conspirantium optimorum codicum consensus docet. Præterea Gronovio optime reponenti *honoris ipsius fine* consentiunt Hearnii Oxon. B. omnesque mei, præter Voss. 2. Lov. 3. Port. et Hav. qui *finem* servant. Bene etiam *fine* exposuit 'modo,' 'mensura.' Cic. de Orat. I. 34. 'Oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere.' Eo sensu sæpe 'finis et modus' junguntur. Apud Cic. de Offic. I. 29. 'Qui adpetitus longius evagantur, hi sine dubio finem et modum transeunt.' Lucan. II. 380. 'Hi mores, hæc duri inmota Catonis Secta fuit, servare modum, finemque tenere:' ubi vide Oudend. Præterea *extimabant* Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et Port. a m. pr. qui a m. sec. præfert *existimabant,* quomodo etiam est in Leid. 2. In verbis præcedd. *adfuit plebi,* vel *affuit plebi,* pro *id fuit plebi,* legunt Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Lipsiens.

Patefactus ad consulatum ac triumphos locus novis hominibus videbatur] *Ad consulatus* Port. a m. pr. quasi Livius, quia sequitur *triumphos,* eodem numero etiam *consulatus* dicere debuerit. At aliud sæpe Livio placuisse, videbimus ad XXXV. 40. § 6. Præterea Gutherius de Vet. Jure Pontif. Urb. Romæ I. 14. emendandum existimat *novis honoribus.* Quod forte hoc sensu accepit, plebeios existimasse, *novis honoribus,* id est, per novos honores, per communicatam secum quæsturam, aditum sibi datum esse ad consulatum ac triumphos. Verum quum receptam lectionem servent omnes libri scripti, eaque optimum sensum efficiat, cur ab ea discedendum sit, nihil caussæ esse arbitror. 'Novi homines' apud Romanos dicuntur, vel qui magistratum gerunt, quem antea non gesserunt; vel etiam, quo sensu hic sumitur, quorum majores, vel certe patres et avi, nullos honores curules gesserant; et tum 'novi homines' obponuntur 'nobilibus.' Liv. hoc lib. c. 48. 'Facile homines novos auctoritate principum de sententia deduci, si temporum interdum potius, quam majestatis memor adhibeatur oratio.' Infra VII. 1. 'Annus hic erit insignis novi hominis consulatu.' XXII. 34. 'Nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebeium, id est, hominem novum fecissent; nam plebeios nobiles jam iisdem initiatos esse sacris.' XXXIX. 41. 'Coierantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum; non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur, novum hominem censorem videre; sed etiam quod tristem censuram exspectarent.' Sallust. in Cat. c. 23. 'Nobilitas invidia æstuabat, et quasi pollui consulatum credebat, si eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret.' Ad quem locum videndi sunt viri docti, præsertim vero Wasse et Cortius. Cic. in Verr. V. 71. 'Videmus, quanta sit in invidia, quantoque in odio apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus et

industria.' Ascon. ad Fragm. Orat. Cic. pro Scauro: 'Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum ætatibus jacuerit domus ejus fortuna. Nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut puto, propter tenues opes et nullam vitæ industriam, honores adepti sunt. Itaque Scauro æque ac novo homini laborandum fuit.' Ita Cicero, qui majoribus præluxit, et primus suæ gentis Romæ ad honores provectus est, passim se 'novum hominem' fuisse fatetur. Ita Orat. Agrar. II. 1. 'Me perlongo intervallo prope memoriæ temporumque nostrorum primum hominem novum consulem fecistis, &c. sed ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, novus ante me nemo:' et ad Famil. I. 7. 'Video, non, ut antehac putabam, novitati esse invisum meæ: in te enim homine omnium nobilissimo similia invidorum vitia perspexi:' ubi videndus est Manut. Id etiam Catilinam Ciceroni objecisse, testatur Appian. Bell. Civil. l. II. p. 428. *Κατιλῖνας δ' αὐτὸν (Κικέρωνα) ἐς ὕβριν τῶν ἑλομένων ἐπέσκωπτεν, ἐς μὲν ἀγνωσίαν γένους καινὸν ὀνομάζων (καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων, γνωρίμους) ἐς δὲ ξενίαν τῆς πόλεως Ἰγκουϊλῖνον.*

§ 7 *Patres contra non pro communicatis, sed pro amissis honoribus fremere*] *Patres esse, non pro* Voss. 2. et Lov. 3. *Patres contra pro non comm. si pro am. hon.* Hav. *sed a promissis honoribus* Harl. 1.

Pulsi majorum loco, cernentesque alios in possessione] *Pulsi majorum locorum* Hav. Vide ad c. 47. § 3. Tum vocula *que* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante, addita conjunctione, *tollendosque esse* Klockiau.

Salii Flaminesque] Cur hos potius nominant patricii, quam pontifices et augures, quum horum quoque sacerdotia tum nondum cum plebe communicata essent? Videtur hic idem accidisse Livio, quod XXXIV. 5. ubi Origines Catonis memorat, observarunt docti, ut hæc non tam e ratione præsentis temporis scripserit, quo hæc dicta fuisse narrat, quam posterioris, quo, quum plebs ad alia sacerdotia admissa fuisset, rex sacrorum Salii et Flamines e solis patriciis creabantur, ut auctor est Cicero pro Domo c. 14. Sic paullo post c. 58. et III. 68. 'stipendia' per prolepsin dicit: nam tum nondum institutum erat stipendium. *Duk.* *Soli flaminesque* male Lov. 4. et 5. *salii flamineque* Lipsiens.

Nusquam alio . . . sine imperiis] *Nūquam* Gaertn. Vide ad XXXVI. 17. § 10. Tum *sine imperio* Port.

§ 8 *Quum et spiritus plebes sumsisset*] *Spem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Cujus erroris caussa fuit scribendi compendium. Certe *sp̄m* erat in fragm. Hav. *sp̄s* in Gaertn. et Hav. Vide ad II. 35. § 6. ad VI. 18. § 4. VII. 40. § 8. et alibi. Tum *plebis* Lov. 1. *plebs* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *plebi* Voss. 2. Vide ad I. 20. § 6. In verbis seqq. vir doctus ad marginem edit. Curionis legendum putabat, *et res ad popularem*, pro *et tres ad pop.* Sed male. Modo enim hoc cap. præcessit, 'Ex familia infestissima Patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos:' et cap. seq. 'Tres erant, et omnes acerrimi viri, generosi jam, ut inter plebeios.'

Omnia quæstoriis comitiis, ubi utrumque plebi liceret, similia fore] Τὸ *omnia* in multis edd. vett. deerat, ut in Rom. 1472. Parm. 1480. Mediol. anni ejusdem, Tarvis. utraque, Venet. annorum 1459. et 1506. Prima, quæ τὸ *omnia* exhibuit, erat Mediol. 1495. et inde reliquæ. Superest etiam in omnibus scriptis. Deinde *quæst. com.* Lov. 5. Vide ad XXXII. 6. § 6. Tum *nisi utrumque* Voss. 2. et Lov. 2. Hinc

similima fore Hav.

§ 9 *Icilii contra tribunos militum creandos dicere*] Andreæ ed. consensu Pall. primi ac tertii *Icilii cum tribunos militum creandos dicerent.* Gebh. Eadem superest lectio in Voss. 2. Lov. 3. et ed. Rom. 1472. *Icilii contra tribunos militum creandos dicerent* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et reliqui editi ante Aldum, qui recte *Icilii contra dicere;* præcessit enim 'Patres tendere ad consulum comitia.' Dubium non est, *Icilii contra dicerent,* et corruptius *Icilii cum dicerent* scripsisse librarios, quod locutionem per infinitivum conceptam non adsequerentur. Vide ad I. 50. § 5. Mox *inpertiendos,* pro *inpartiendos,* Flor. et Leid. 1. cum multis edd. vett. quæ orthographia politiori sæculo adscribitur apud Dausqueium in Orthogr. part. sec. ea voce. Vide ad XXXVIII. 36. § 8.

CAP. LV. § 1 *Sed nulla erat consularis actio, quam inpediendo id, quod petebant, exprimerent*] *Consularem actionem* vocat, ut delectum, bellum, et similia, quæ consules absque plebis auxilio perficere nequibant. Quidam libri habent *quæ,* pro *quam;* sed non placet. *Glar.* Pal. 2. ad marginem *eximerent.* Gebh. *Quæ inped. id, quod pet., exprimeret* Harl. 2. et Hav. *exprimeret* etiam Port. a m. sec. quum antea scriptum fuisset *exprimeretur. Quæ imped. id, quod pet., exprimeretur* Lov. 2. 4. 5. *quam imp., id quod petebat, exprimeretur* Lipsiens. Vide ad II. 26. § 4. Sed, rectum esse vulgatum, bene agnovit Glareanus. *Eximerent* autem in nullo meorum inveni. Supra III. 28. 'Ut exprimatur tandem confessio, subactam domitamque esse gentem.' c. 30. 'Expressit hoc necessitas Patribus.' XLII. 46. 'Quibus expressum invitis existimabatur, ut, relicta regia societate, Romanis adjungerentur.' c. 47. 'Cui confessio expressa sit, se neque arte neque casu superatum.'

§ 2 *Ubi ex senatusconsulto consules delectum habere occipiunt*] *Ex senatusconsultu* Port. altera lectione inter versus adscripta. Vide ad V. 13. § 5. *ex senatoribus consilium* Voss. 2. Sed passim inperitos librarios in hac voce, quæ plerumque *Sen. Cons.* vel aliis compendiis scribi solebat, errasse videbimus ad XXII. 10. § 1. Vox *consules* aberat a Leid. 2. Lov. 5. et fragm. Hav. ejus loco *omnes* habet Lov. 4. Tum *dilectum* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Port. Lipsiens. fragm. Hav. et Klockian. Vide mox § 4. 7. et ad XXXVII. 51. § 7. Hinc vocem *habere* omittit Harl. 2. pro qua *haberet* præfert Lov. 2. Denique *incipiunt* male in Pal. 2. interpolatum esse, Gebhardus monuit ad I. 7. § 6. quomodo etiam sibi in Oxon. L. 2. et C. obvium fuisse, Hearne testatus est. Eamdem lectionem inveni in Lov. 2. 4. 5. *accipiunt* in Gaertn. Passim hoc verbum, librariis minus notum, quo tamen Livius sæpius uti gavisus est, pari modo inmutatum fuisse, vide ad XXXI. 50. § 6.

Obstare tunc enixe tribuni] *Obstare tunc ex tribuni* Voss. 1. a m. pr. *obnixe* Lov. 2. Harl. 2. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 24. § 12. *exnixe* Lov. 5. et Lipsiens. *enixissime* Lov. 4. et Lipsiens.

§ 3 *Generosique etiam, ut inter plebeios, duo singuli singulos*] Aldus primus dedit *generosique et jam.* Hunc secuti vulgatum fecere. Priores *generosique jam, ut inter plebeios.* Et ita scripti omnes. Eoque contenti esse debuerunt. Sic XXII. 35. 'Duobus nobilibus jam, familiarum plebei, C. Atilio Serrano, Q. Ælio Pæto.' *J. F. Gron. Generosique jam* Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. *generosique, ut inter plebeios:* tota voce omissa, Leid. 1. quæ etiam, si plures codd. accine-

rent, omitti posset. Vide ad XXXII. 33. § 9. *Ut inter duos plebeios, singuli singulos* Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1. *ut inter plebeios duos, singuli singulos* Harl. 1.

Sibi consules adservandos assidua opera desumunt] *Ad fervandos* Harl. 1. *ac servandos* Leid. 2. in quo inter versus *ad servandos* adscriptum est. *servandos* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Sed in composito, quod in reliquis codd. superest, emphasis esse videtur; quamquam etiam 'servare,' pro 'observare,' alibi non raro obcurrat. Vide Nic. Heins. ad Silii Ital. III. 380. *Adservandos sibi*, addita voce, Lov. 2. et Port. *sibi* etiam agnoscunt Lov. 4. et 5. quum tamen jam præcesserit. Verba *adservandos assidua, &c.* *Nec delectum consules* desunt in Gaertn. quibus omittendis repetitio vocis *consules* ansam dedit. Vide ad IX. 11. § 11. *Desinunt*, pro *desumunt*, præferunt Lov. 3. 4. et 5.

Uni concionibus data nunc detinenda nunc concienda plebs] *Uni condicionibus* Port. a m. pr. Vide ad IV. 12. § 7. *viri concionibus* Lipsiens. ita 'virum' et 'unum' commutantur alibi. Vide ad VII. 26. § 1. Deinde *continenda plebs*, pro *concienda plebs*, Hav. *certienda plebs* Lipsiens.

§ 4 *Inclinante deinde fortuna ad caussam plebis*] Ita primus edidit Curio. In edd. antiquissimis editum fuerat *inclinante se deinde fortuna*, quod etiam servant Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Aldus deinde mutato ordine substituit *inclinante deinde se fortuna*; quomodo præferunt Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. L. 2. et N. Utrumque genus loquendi Livio usitatum est. 'Inclinare se' est IX. 32. 'Prius sol meridie se inclinavit.' Ita 'inclinare rem' Liv. VI. 39. 'P. Manlius deinde dictator rem in caussam plebis inclinavit:' 'inclinare animos' VIII. 21. 'In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos.' XL. 5. 'Ad quæ jam sponte animum inclinasset.' At 'inclinare' absolute sine casu positum inlustravi ad III. 61. § 4. Et quidem Gebhardus ad II. 52. § 8. vulgatum malebat. Quum tamen scripti et editi antiqui pertinaciter pronomen *se* interponant, eorum auctoritati ac consensui fidem habendam existimans lectionem illam contextui restitui. Paullo ante *dilectum*, pro *delectum*, Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Lipsiens. et Port. Vide hoc cap. ad § 2. Paullo post *arcem Cavertinam* Leid. 2. et Lov. 1. *arcem Carmertanam* Harl. 1. *arcem Carmentanam* Harl. 2. *arcem Carnentanam* Lov. 2. Vide hoc lib. c. 53. § 3. et hoc cap. ad § 8. Mox *in præsidiis*, pro *in præsidio*, Lov. 4.

Interfectis paucis custodibus arcis] Ant. Perizonius ad Livii oram adscripsit, vocem *arcis* abesse posse; forte ea ipsi displicuit, quoniam modo sequatur 'alios recurrentes in arcem,' et præcesserit etiam 'arcem Carventanam.' Sed vide quæ notavi ad I. 3. § 9. In omnibus meis constanter vox illa superest. Mox *in agros*, pro *in agris*, Gaertn.

§ 5 *Ea adversa civitati res*] Castiga *Ea adversa civitatis res.* Rhen. *Civitatis* præferunt etiam Flor. Leid. 1. Lov. 5. Harl. uterque, et Voss. 1. in quo posteriore tamen signum ultimæ literæ *s* subjectum indicat, librarium eam delendam existimasse. Port. etiam eamdem scripturam probare videtur, in quo errantis librarii negligentia datum erat *Ea adversa civitis res.* At *Ea adversa civitas tres* Lov. 4. *tres*, pro *res*, etiam est in Lov. 2.

Nequidquam enim tentati, ut tum denique] *Nequiquam* Flor. et Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Hinc *ut cum denique* Voss. 1. Lov. 5. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. *ut quom denique* Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *utrum denique* Lov. 2.

Non cessere nec publicæ tempestati] *Publicæ intempestati* Leid. 1. Lov. 2. 4. et Lipsiens. Ejus vocis exemplum laudarunt nobis lexicorum compilatores ex Plinii XVIII. 6. 'Malum patremfamilias, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cœli.' Verum ibi optimæ edd. nuper procuratæ præferunt divisis vocibus *in tempestate cœli.* Vereor itaque ne vox 'intempestas' simili errore obtrudatur, qua nuper nobis laudare conati sunt verbum 'recommendare' ex Phædri Prolog. II. 7. 'Recommendatur, non auctoris nomine:' ubi hodie constanter *Re commendatur* editum prostat. Vide quæ Burmann. ad eum locum notavit. Attamen sive vox 'intempestas' admittenda, sive proscribenda sit, eam certe, omnibus reliquis scriptis et editis libris adversantibus, hic minime admittendam censeo. Alibi Livius 'tempestatis' vocabulo bellum indicavit. Infra XLIII. 18. 'Quum pars scalas muris, ignem portis inferrent, sustinebant tamen eam tempestatem.' XXXI. 10. 'Tempestatem illam Punici belli subterfugissent.' Vide quæ Duker. notavit ad Flori II. 6. § 9.

Pervincunt, ut senatusconsultum fiat] *Permittunt* Lipsiens. quod est ex glossa: utroque juncto *pervincunt ac permittunt* præfert Gaertn. Id autem in hoc codice frequens est, ut genuinæ lectioni ejus interpretatio, sive vera, sive, ut hoc loco, falsa, interposita copula, jungatur, et utraque simul in contextu exprimatur. Ita habet I. 25. in princ. 'Fœdere icto ac inito.' c. 26. § 14. 'Quo loco perierat ac corruerat.' c. 39. § 5. 'Tantus illi honos allatus ac habitus.' c. 44. § 5. 'Mœnia processura ac protensura erant.' c. 45. § 2. 'Dianæ Ephesiæ templum ac fanum.' c. 50. § 7. 'Opes domi nactus ac adeptus.' c. 51. § 2. 'Vim magnam armorum ac gladiorum.' c. 52. § 3. 'Fortuna Romana ac populi Romani.' II. 23. § 4. 'Promissa seu prolixa barba et capilli efferaverant speciem oris.' c. 33. § 4. 'Ad id feriendum ac firmandum.' c. 35. § 1. 'Fame se jam sicut hostes pati (pro *peti*) ac affligi.' c. 40. § 13. 'Prœlium et bellum ortum.' c. 50. § 6. 'Sparsi palatique.' c. 51. § 6. 'Fusi magna clade ac cæde.' § 7. 'Hesterna felicitate pugnæ et audacia ferox.' c. 58. § 8. 'Acerbitate promta ac mota.' III. 11. 'Non consilio regenda ac gerenda.' c. 17. 'Otium suppetat ac superet.' c. 30. 'Interempto ac interfecto.' c. 39. 'Quanto fortior ferociorque dolor.' c. 52. 'Redigi ac redire in concordiam.' v. 10. 'Seniores etiam coacti ac constricti nomina dare.' c. 49. 'Injussu suo ab inferioris juris gradus magistratu facta esset.' Eodem cap. 'Arma parare ac aptare.' VI. 23. 'Quod ad exercitum attingat vel attineat.' c. 27. 'In armis tentant ac teneant plebem.' c. 36. § 12. 'Repleri vinctis nobiles ac nobilium domos.' VII. 25. 'Priusquam intrent ac inirent novi consules magistratum.' c. 34. 'Viam ac itinera patefacere:' et ita sæpe alibi. 'Pervincere' autem hic non est permittere, sed obtinere, extorquere. Vide ad XLII. 45. § 4. Præterea *ut senatusconsultus fiat* Voss. 2. Lov. 3. et Port. a m. pr. et ita etiam Lov. a m. sec. quum *senatusconsulatus* sit a m. pr. Vide ad v. 13. § 5. Ordine mutato *ut senatusconsultum de trib. mil. cr. fiat* fuit in Lov. 5.

§ 6 *Neve quis reficeretur in annum tribunus plebis*] Vet. aliquot lib. *refic. in annum sequentem.* Sigon. Sigonius hic intulit pessimum insicium, *neve quis refic. in annum sequentem,* quod respuunt Pall. meliores scripti et vetulæ edd. *Gebh.* Nec boni libri est indicium immittere *τὸ sequentem:* nec res ipsa hoc indiget adminiculo. Sic v. 25. 'Tribunos plebis in annum eosdem reficiunt:' ubi, ne dissentiret ab se, Sigonianus idem *in eum annum.*

Quoties apud Livium 'prorogatum in annum imperium est?' nec intelligitur alius, quam sequens. Lib. XXVII. c. 6. 'Magistratibus in annum creatis, Q. Fulvius dictatura se abdicavit.' XLI. 14. 'Creatisque in annum magistratibus, in provinciam redire.' *J. F. Gron.* Codicibus Sigonii favent ex meis Harl. 2. et Hav. ex Hearnii autem Oxon. unus B. Ita locutus est Livius III. 14. 'Nec cetera modo tribuni tranquille peregere, sed refecti quoque in insequentem annum.' Hoc lib. c. 30. 'Iræ adversus Veientes in insequentem annum dilatæ sunt.' Id tamen hic illam lectionem suspectam reddit, quod ea non nisi in pejoris notæ codd. supersit. Censeo igitur, recte Gebhardum et Gronovium a Sigonio in alia omnia discessisse, præsertim quum et altera locutio apud Livium frequens esse evincunt quæ Gronovius notavit. Adde Livium XLII. 18. 'Quum Macedonicum bellum in annum dilatum esset.' XLIV. 17. 'In sermonibus homines habebant, quos in annum consules ad finiendum tandem id bellum crearent.' Paullo ante, *Tarquinius plebeius esset,* pro *tribunus plebis esset,* Voss. 2. quomodo etiam ejusdem codicis librarius erravit hoc lib. c. 51. § 2. Pari modo *plebis tribunus,* pro *P. Tarquinius,* restituendum docuerunt viri docti apud Jul. Obseq. de Prodig. c. 114. Τὸ *esset* deerat in Lov. 3.

§ 7 *Haud dubie Icilios denotante senatu*] *Cicilios* Harl. 1. Tum *denotando senatu* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *denotantes senatu* Lov. 4. *donante senatu* Port. *damnante* Lov. 2. et Lipsiens.

Quos mercedem seditiosi tribunatus petere consulatum insimulabant] *Quod merc. seditioni trib.* Lov. 5. *quos mercede seditiosi trib.* Voss. 2. Lov. 3. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Insuper *insimulabat* interpolatum est a m. sec. in Port. quasi vero aliter referri non posset ad præcedens 'senatu.' Sed Livium sæpe eam vocem tamquam collectivam cum plurali construxisse, videbimus hoc lib. ad c. 58. § 4.

Tum delectus haberi, bellumque . . . cœptum] *Tunc delectus* Harl. 1. Vide ad II. 12. § 15. *Tum dilectus* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. Vide hoc cap. ad § 2. Vox *cœptum* deficit in Lov. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 8 *Consules an ambo profecti sint ad arcem Carventanam, an alter*] Lectio vetus, *consules ambo profecti sint ad arcem Carventanam, an alter.* Rhen. Vet. libri quidam *Ceterum consulum ambo.* Sigon. *Ceterum consules an ambo* Lov. 5. Harl. 2. et Hav. *Ceterum an consules ambo* Lov. 4. *Consules tum ambo* Lov. 2. et Port. *Ceterum consules tum ambo* fragm. Hav. *Consules tamen ambo* Lipsiens. *Ceterum consules ambo* Hearnii Oxon. B. et L. 2. Vocem *Ceterum* additam esse ab homine, qui orationem Livianam minus cohærere existimabat, jam olim docuit Gronov. ad Livii XXXVII. 20. § 7. Quum tamen multi eorum codicum illam præferant, qui vocem præcedentem *cœptum* omittunt, ex ea etiam nata esse potest, quod ductus vocum *ceptum* et *cet'um* parum distent. Particulam autem *an,* quam etiam principes edd. omiserunt, et Aldus demum addidit, recte Rhenanus iterum ejecit. Sufficit enim voculam dubitandi semel poni. Infra V. 28. 'Ut in incerto fuerit, vicissent, victine essent.' VII. 36. 'Ignari, cives an hostes essent, præsidium erumperet, an consul castra cepisset.' Idem restituendum puto Valer. Max. III. 2. ex. 8. 'Prœlium nocte dirimente, victores, an victi discederent, incerti abierunt.' Ita præfert Traject. 1. et unus Brandenb. apud Vorstium. Vulgo editur *victoresne, an victi.* Vide quæ dicta sunt ad II. 8. § 8. et adde Cortium ad Plin. Ep. VI. 16. § 15.

Mox *provecti sint* Lov. 5. qui error ex inperita verba præeuntis pronunciatione natus esse potest. Τὸ *sint* deficit in Leid. 2. Port. et edd. quas vidi, ante Aldinam: sed pro eo *sunt* præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *Carventina* Leid. 2. *Carmentana* Harl. 2. *Carnentana* Lov. 2. Vide hoc cap. ad § 4. et mox ad verba seqq.

Illa pro certo habenda] *Illa pro certa habenda* Lov. 5. et fragm. Hav. *illa pro certis habenda* Voss. 2. et Lov. 3. Infra XXXVII. 11. 'Hæc ne pro veris audirentur, animus errore et spe vana præoccupatus fecit.' Verum, unius et alterius, eorumque nec optimorum codicum auctoritatem, reliquis invitis, sequi, nimis temerarium foret. Vide ad I. 3. § 2. Paullo ante *diversi ordines*, pro *diversi auctores*, Port. Verum ejus scribæ menti ex § præc. 'omnium ordinum' adhuc obversatum fuisse puto. Mox *ab arce Carventina* Leid. 1. *ab arce Carmentana* Harl. 2. *ab arce Carnentana* Lov. 2. *ab arce Caruenda* Lov. 3. Vide modo ad verba præcedd.

Quum diu nequidquam obpugnata esset] Τὸ *diu* non visitur in Lov. 2. Tum *nequiquam* præfert Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Deinde *oppugnatum* Port. a m. pr.

Verruginem in Volscis eodem exercitu receptam] Hæc ab initio hujus libri cap. 1. a Romanis munita dicitur. Sed quando capta ex hostibus, non dixerat uspiam auctor. Rursus hoc loco dicitur recepta a Romanis, cum non dixerit ubi a Volscis expugnata, ut recipi a Romanis potuerit. Præterea hanc urbem aliquando Volscorum, nonnumquam Æquorum facit. *Glar.* *Verrugo* Volscorum arx, *Carventana* Æquorum fuit. Cæterum non apparet, quando amissa 'Verrugo' sit, cum receptam esse eam hoc anno scribat. Valerius Maximus III. 2. ex. 2. C. Sempronium consulem male rem gessisse in Volscis apud 'Verruginem' scribit, de qua clade etiam loquitur Livius c. 37. *Sigon.* Verum est, alibi Livium dedita opera non memorare, quando Romani vel *Verruginem* Volscis ademerint, vel Volsci receperint. Verum hujus generis multa in Livio passim obcurrunt, quæ suis locis monere neglexit, et postea demum data occasione aperuit. Vide Perizon. in Animadv. Histor. cap. 4. Ceterum *Veruginem* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Lipsiens. *Virginem* Hav. Mox *populationes et prædas* Hav. idem: *populationesque prædas* Harl. 2. *populationesque ad prædas* ed. Parm. 1480. Tum *prædas cum Æquis et in Volsco* Port. *prædas in Æquis et in Volscis* editi ante Aldum.

CAP. LVI. § 1 *Romæ sicut plebis victoria fuit in eo, ut, quæ mallent, comitia haberent*] *Roma* Harl. 1. Tum *victoria in eo fuit* Harl. 2. Mox, *ut, qui mallent* Lov. 2. Deinde *comitia haberentur* Hav.

Ita eventu comitiorum Patres vicere] Pal. 2. iterum *evicere*, sicut et Campani ed. V. 5. 'Agrum non coluit, et culta evastata sunt bello.' *Gebh.* *Patres evicere* etiam Flor. Ita X. 18. 'Evicit omnia adsuetus prædæ miles.' Reliqui omnes tamen, quos consului, uno ore *vicere*. Contra *itaque eventu* Gaertn. quæ voces passim confundi solent. Vide ad XXI. 53. § 7.

§ 2 *Namque tribuni militum consulari potestate contra spem omnium*] *Nam tr. mil. cons. pot. contra spes omn.* primæ edd. usque ad Aldum, qui vulgatam lectionem substituit. Aldo consentiunt codd. scripti, nisi quod *nam tribuni* etiam habeat Lov. 2. Vide VII. 28. § 7. præterea quod *esse spem*, pro *contra spem*, præferat Leid. 2. *contra spe* Harl. 1.

C. Julius Tullus] *Julius Julus*, ut dixi ad IV. 35. § 4. *Sigon.* *C. Julius Tullus* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Lip-

siens. et Hav. *C. Julius Tulius* fragm. Hav. *Servilius Tullius* Gaertn. *C. Julius*, cognomine omisso, Harl. 2. Sed recte Sigonius ei cognomen *Julus* vindicat, quod marmora Capitolina probant. Quamvis enim nomina tribunorum militum hujus anni maximam partem in iis perierint, supersunt tamen omnium trium cognomina, et illud quidem Julii est IVLVS. Solent autem voces *Julus* et *Tullus*, *Julius* et *Tullius* passim in Mss. commutari. Vide ad I. 30. § 2.

Cn. Cornelius Cossus] Libri omnes veteres, præterea Diodorus l. XIII. p. 387. *P. Cornelium* edunt, non *Cn. Cornelium*. Sigon. Cornelii Cossi prænomen mire in exemplaribus Livianis variatur. In aliquibus enim *Cn. Cornelius* legitur, ut videatur idem cum superioris anni consule; in aliis *Marcus*. In pluribus tamen, ut etiam in Diodoro, *P. Cornelius* appellatur. Videtur itaque Cn. Cornelii consulis frater fuisse. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXLV. pag. 204. Omnes editi, quos vidi, in prænomen *Cn. Cornelius* conspirant, nisi quod in edd. Gryphii 1548. et 1554. vocetur *C. Cornelius*. Contra omnes codd. scripti præferunt *P. Cornelius*. Nondum vero codicem vel typis vel calamo descriptum inveni, in quo, quemadmodum Pighius tradit, *M. Cornelius* adpellatur.

C. Servilius Ahala] Hic jam scripti mei omnes in nomen *Ahala* consentiunt, exceptis Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. qui *Hala* exhibent. Vide quæ notantur ad Epit. hujus libri.

§ 3 *Cujus eos Icilii tum quoque insimulabant*] Pall. 1. ac 3. *cujus eo Icilii cetum quoque insim.* Gebh. Idem monstrum lectionis superest in Voss. 2. et Lov. 3. Sed *cujus eo Icilii citum quoque insim.* habent Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et Gaertn. *cujus eo Icilisci tum quoque insim.* Harl. 1. *cujus eo Icilii scitum quoque insim.* fragm. Hav. *cujus eos Icilii citum quoque insim.* Flor. et Port. in quorum posteriore tamen postea duabus prioribus literis τοῦ *citum* subscripta signa, eas delendas esse, indicant. *Cujus eos Icilii et tum quoque insim.* Lipsiens. *cujus concilii ritum quoque insim.* Lov. 5. *cum Icilii consulatum quoque insim.* Lov. 2. et 4. In verbis præcedd. *Artem habitam* exhibet Leid. 1. *Arcem adhibitam* Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. 2. et Hav. Alibi sæpe hæ voces ab indoctis librariis commutatæ sunt. Vide mox ad § seq. ad III. 45. § 8. Nic. Heinsium ad Claudian. de Laud. Stilic. III. 124. Oudendorp. ad Lucani IV. 800. et quæ olim notavi ad Silii XIII. 770. Mox *ut turbam indignorum*, pro *quod turbam indign.* Gaertn.

Tædio sordium in quibusdam insignium populum a plebeiis avertissent] Alii libri ita habent: alii, pro *insignium*, habent *inscium*. Ego autem utramque vocem retinendam esse puto, ut legatur, *tædio sord. in quib. insig. inscium pop. a pleb. av.* Sigon. Coco aut popa natum patre crediderim Sigonium, quod ita passim superfluis farciat Livium. Et hic intulit pessimum insicium, *tædio sord. in quib. insign. inscium pop. a pleb. av.* quod respuunt Pall. meliores scripti et vetulæ edd. *Gebh.* *Inscium*, pro *insignium*, in solis meorum Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. a m. sec. et Hav. quorum levior fides, quam ut iis præeuntibus credere velim. Tum *ab plebis avertissent* Hav. *ad plebeis avertissent* Flor. qui voluisse videtur *ab plebeiis avertissent.*

§ 4 *Volscos deinde et Æquos, seu Carventana arx retenta in spem, seu Verrugine amissum præsidium ad iram cum inpulisset, fama adfertur, summa vi ad bellum coortos*] Mss. *compulisset*, una voce pro duabus. Lege igitur, *ad iram compulisse fama affertur: summa vi ad bellum coortos, &c.* Memineris τὸ *fama* accipere ablativo casu. Sic I. 42. 'Ut Servium, conditorem om-

nis in civitate discriminis, &c. posteri fama ferrent.' XXXIV. 36. 'Has conditiones quamquam ipse in secreto volutaverat cum amicis, vulgo tamen omnes fama ferebant.' *J. F. Gron.* Est perfectus et absolutus hic sermo, *Volscos,... ad iram compulisset;* quem optime, ut recte me submonebat meus Perizonius, sic constituunt Mss. in quo nihil prorsus est mutandum. Alterum enim horum caussam belli fama ferebat. Et, eodem adnotante, solent veteres his particulis ita uti, siquidem caussa rei, quam narrant, duplex reddi possit. Lib. V. c. 9. 'Primores Patrum, sive culpa, sive infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere,' &c. Deest hic iterum *quod*, aliis locis sæpe non neglectum. Cæsar Bell. Gall. I. 23. 'Helvetii, seu quod timore perterritos discedere existimarent, sive quod re frumentaria intercludi posse confiderent, nostros insequi ac lacessere cœperunt.' *Jac. Gron.* Vellem viri docti distinctius monuissent, quinam codd. forent, qui *compulisset*, pro *cum impulisset*, præferant, ut intelligi posset, quorum auctoritate ea lectio niteretur. Certe apud me tantum superest in suspectæ fidei libris Harl. 2. et Hav. apud Hearnium autem in Oxon. N. et B. Contra *cum inpulisset* expresse præferunt Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 3. 5. Harl. 1. Klockian. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Eodem etiam ducunt reliquorum meorum vestigia: nam *eum impulisset* est in Voss. 2. sollemni errore. Vide hoc lib. ad c. 19. § 2. *tum impulisset* in Lov. 1. 2. Lipsiens. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem: *cum compulisset* in Lov. 4. Aqua igitur mihi hæret, utrum *cum inpulisset* servandum sit, an vero existimandum, eam lectionem inde natam esse, quod librarius duplicem lectionem *compulisset* et *impulisset*, exprimere voluerit, scribendo *com, inpulisset;* unde deinde factum sit *cum inpulisset.* Equidem τὸ *cum* ejectum mallem. Si quis tamen priscam scripturam servandam putet, non adversabor. Nam et illa commode ferri potest. Ceterum utrum eorum præferas, τὸ *fama* vel cum Gronovio sexto, vel primo casu capi potest. Nam 'adfertur,' 'adlatum est,' sæpe absolute Livius usurpavit. Vide ad XXII. 14. § 11. Contra 'fama adfertur' est XLII. 67. 'Eo fama adfertur, Atlesbim regulum Thraciæ in Cottyis fines inpetum fecisse.' Et ita 'fama adfert,' si cod. Moguntino credimus, Livius dixit XXXIX. 6. 'Disciplinam militarem, severe ab eo conservatam, successor ipse omni genere licentiæ corrupisse fama adtulerat.' 'Fama fert' II. 7. 'Regnum eum adfectare fama ferebat:' ubi vide alia exempla. Præterea *Æquos deinde et Volscos*, alio ordine, Harl. 2. Voces *et Æquos* omittit Gaertn. quas tamen necessarias esse docent verba § seq. 'utriusque gentis populos.' Tum *Carventa* Leid. 1. *Arventana* Harl. 1. *Carmentana* Harl. 2. et Hav. *Carnentana* Lov. 2. et Lipsiens. *Carvetana* Flor. Vide ad cap. 53. § 3. Hinc *ars recepta* fragm. Hav. Vide ad § præc. *arx re certa* Lov. 4. Deinde *Verugine* Leid. 2. et Lov. 1. 4. ac 5. *Verruginem* Lipsiens. Denique *admissum præsidium* Lov. 5.

§ 5 *Populabundos in agris vagari Romanos*] *Popul. in agros* Voss. 1. Gaertn. et ed. Parm. 1480. *in agris vagare Romanis* Hav. Utriusque erroris originem indicavi hoc lib. c. 44. § 5. *Vagare* autem etiam est in Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. quod quoque membranas Pall. habere, Gebhardus testatur ad III. 5. § 13. Sed vide quæ ad eumdem locum notantur. Paullo ante *circuisse* Lov. 2. et 5. Vide ad III. 6. § 9. Hinc *castigantesque ignaviam* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port.

Gaertn. Hav. fragm. Hav. et editi priores usque ad Frobenium, qui τὸ *que* a. 1531. expunxit. Tum *additi intra muros*, pro *abditi in mur.* Lov. 4. et 5. Verba hæc etiam alibi commutari solent. Vide quæ notavi ad Silii Ital. II. 595. *adhibiti intra muros* ed. Parm. 1480. Paullo post *priori anno*, pro *priore a.* Lov. 2. et *essent passi*, trajectis vocibus, Port. Lov. 2. et Lipsiens.

§ 6 *Jam non exercitus modo armatos, sed colonias etiam in suos fines mitti*] *Jam vero exer. non modo arm.* Hav. Tum *sed colonias et in suos fines mitti* Voss. 2. Vide ad verba seqq. Vocem *etiam* omittunt principes excusi. Τὸ *sed*, pro 'sed etiam,' inlustratur II. 6. § 1. Quum tamen eamdem vocem, quam primus Aldus recepit, tueantur reliqui scripti, eam etiam servandam puto.

Nec ipsos modo Romanos sua divisa habere] Potest utcumque tolerari: sed si Livium loquentem ore suo volumus, scribamus *sua divisui habere*. Sic XXXIII. 46. 'Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ ac divisui principibus quibusdam et magistratibus erant.' XLV. 30. 'Quanta Macedonia esset, quam divisui facilis.' A. Gellius XX. 1. 'Neque pejus ullum facinus existimatum est, quam si cui probaretur, clientem divisui habuisse.' Sed et Livii I. 54. 'Absentium bona juxta et interemptorum divisa fuere.' Non sine suspicione sum, scriptum auctori *divisui fuere*. J. F. Gron. *Divisui habere*, quomodo Gronovius hic ex conjectura legebat, ab Adr. Turneb. Advers. XXIV. 43. exponitur 'quæstui habere,' 'cum altero dividere.' Sed scripti in vulgatum conspirant, nisi quod *hoc ipsos modo Romanos* præferat Port. *nec ipsos non Romanos* Hav. Scriptum fuerat *mō*, pro *modo*; quod dein minima mutatione mutatum est in *nō*, id est, *non*. Vide Burmann. ad Rutilii Itiner. I. 125. et infra ad V. 27. § 10. Mox *Ferentinum et de se captum* Port. Vide ad XXII. 47. § 9. et modo ad verba præcedd.

§ 7 *Ut ad quosque ventum erat, numerus juniorum conscribebatur*] *Ut ad quosdam ventum erat* antiquitus excusi; pro quo jam Venetiis 1495. *quosque* emendatum video. Et ita codd. mei omnes, exceptis Lov. 5. et Harl. 2. qui præferunt *ad quoscumque*. Vide ad I. 32. § 6. Deinde *num. jun. conscribebantur* Harl. 2. fragm. Hav. et Lov. 1. a m. pr. Paullo ante *Ad hoc quum inflammarentur* Lov. 4. Vide ad XXI. 52. § 10. *Ad hæc tum inflammarentur* Lipsiens. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem.

Ibi castris positis hostem opperiebantur] *Juventus opperiebantur*, quemadmodum 'juventus obsistebant' XXII. 7. 'Juventus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur, ibi vi majore obsistebant:' ubi alia vide. Non audiendi itaque Voss. 2. Lov. 3. et Harl. 2. qui *opperiebatur* obferunt. *Opperiebant* Lov. 4. de quo errore vide ad X. 10. § 1. Ceterum tota hæc periodus *Ita omnium populorum, &c. opperiebantur* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Vox *ibi* sola non adparet in Harl. 1.

§ 8 *Senatus extemplo, &c. dictatorem dici jussit*] *Ex senatu* Voss. 1. a m. pr. sed vox *senatus* exsulabat a Leid. 2. Deinde *dictatorem dicere* Port. Lov. 2. 4. 5. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. L. 1. N. et C. sed male. Paullo ante *quam erat res* transpositis dictionibus Lov. 5.

§ 9 *Quam rem ægre passos Julium Corneliumque ferunt*] *Ægre passos tribunos militum J. Cornel. ferunt* Neapol. Latinii. Sed additæ voces, quæ in aliis constanter desunt, ex margine in contextum inrepsisse videntur. *J. Cornelium*, omisso τῷ *que*, Port. Deinde *J. Cornelium fert̄*, id est *fertur*, Lov. 5. Sed vide quæ notantur ad I. 31. § 8. et ad VII. 6. § 3.

Certamine animorum rem actum] *Rem*

auctam Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXI. 61. § 4. *rem actam esse* habent verbo auctiores Hav. et Harl. 2.

§ 10 *Et consulis quoque ab ea potestate vim super tali re inhibitam referrent*] Codex Vormaciensis habet abbreviatam lectionem *et coss.* ut legi possit *et consulum.* Rhen. De Quintio loqui videtur. Vide ad A. U. C. CCCXXIV. supra hoc lib. c. 26. *Glar.* Glareanus existimat Quinctium indigitari. Pall. 1. ac 3. *consules quæque ab ea potestate jura super tali re inhibita referrent.* Pal. 2. *consulibus quoque ea potestate.* Gebh. *Et consules quoque ab ea potestate* Leid. 1. Lov. 2. 4. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. *et consules quæque ab ea potestate* Lov. 3. 5. *et cons. quæque ea potestate* fragm. Hav. a m. pr. in quo deinceps a m. sec. emendatum *ab ea potestate.* Reliqui omnes et mei et Hearnii codd. vel per compendium *et coss. quoque ab ea potestate,* vel omnibus literis scriptum præferunt *et consulibus quoque ab ea potestate,* quod recte probat, et explicat Gronovius ad III. 59. § 1. Erroris, qui olim in editis exstitit, illa caussa fuit, quod nesciverint librarii, quemadmodum compendiaria scriptura efferri deberet: in qua re sæpissime lapsi sunt. Vide ad X. 10. § 2. Et hinc factum est, ut postea in margine Voss. 1. pro varia lectione adscriptum sit *et consilium quoque:* quo eodem modo etiam scribæ alibi peccarunt. Vide ad XXXVI. 35. § 8. Tum *jura super tali re inhibita* Lov. 3. Verba autem *tribunos plebei adpellarent, &c. inhibitam referrent* desunt in Voss. 2. ob τῶν *tribunos plebei, tribuni plebei* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. una vox *referrent* deficit in fragm. Hav. Paullo ante *nequiquam conquesti* Flor. et Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Tum *tribunos plebis,* et postea *tribuni plebis* Gaertn. Vide ad II. 33. § 2. *tribunos plebis* etiam Lov. 3. et 2. in margine, qui in contextu habebat *tribunos ppli,* id est *populi.* Is autem error ex compendii similitudine natus est; quamvis et alibi *plebs* et *populus* commutentur. Vide ad V. 11. § 4. Ambigue *tribunos pl.* Lov. 1. 4. et 5. Mox vero *tribuni,* omissa voce *plebei,* Lov. quinque.

§ 11 *Nihil esse in his auxilii dicerent, qui non civium, non denique hominum numero essent*] Vide num *dicere* magis quadret. *Glar.* E Fulvii et Cujacii libris notaverat Puteanus *quibus non civium.* Videntur voluisse et superius legi, *nihil esse in se his.* Sed vulgatæ sententia eadem est: Patribus nihil auxilii in his, qui eorum studio ac fastidio non civium, immo ne hominum quidem numero essent, vel haberentur. *J. F. Gron.* Tò *dicerent* omnes mei tuentur. Tum *quum nihil esse* habent vetustiores excusi. Voculam autem *quum,* quam etiam Mss. ignorant, primus expunxit Aldus. *Nihil in his auxilium* Lov. 1. *nihil esse et in his auxilii* Lipsiens. Voces *esse in his auxilii* deficiunt in Leid. 2. Deinde *quibus non civium* præferunt Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Harl. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. C. Mox *non hominum numero essent* Leid. 2. *non denique hominum essent* Gaertn. *non denique numero hominum essent* Harl. 2. et Lipsiens.

§ 12 *Si quando promiscui honores, communicata respublica esset*] *Promisci honores* Flor. et Leid. 1. quomodo sæpe ea vox in his codd. exarata obcurrit. Vide ad Liv. III. 47. § 7. *promisci* etiam est in Harl. 1. et Klockian. Deinde *honores, comm. republica, essent* Voss. 2. et Lov. 3. *honores, communicata res esset publica* Leid. 2. *honores, conjuncta respublica esset* Harl. 2. Ceterum omnia hæc verba, quæ constanter supersunt in Mss. meis, deerant in prioribus edd. Ea deinde primum addita inveni in Mediol. ed. 1505. ita tamen, ut ibi datum sit *sed*

quando: quomodo in uno ex meis Gaertn. obvium fuit. Nullæ vero sequentium eam audiverunt ante Aldum, qui jam dedit *si quando*: quomodo etiam præferunt scripti reliqui; nisi quod vocula *si* exsulet ab Harl. 1.

Tum se animadversuros] Ita primus edidit Aldus. Priores præferunt *tantum* vel *tm̃ se animadversuros*: sed *tum* etiam est in omnibus scriptis meis, nisi quod ejus loco *tn̄*, id est *tamen*, præferat Lipsiens. Deinde *se ad animad.* Flor. a m. pr. Lov. 5. et Port. *se enim animad.* Leid. 1. *id se animad.* Neapol. Latinii.

Ne qua superbia magistratuum irrita senatusconsulta essent] *Neq; superbia* Lipsiens. *ne quæ* fragm. Hav. quod ex margine in contextum inrepsisse puto. Margini autem a grammatico adscriptum erat, ut doceret, non 'qua superbia,' sed 'ne qua senatusconsulta' jungi debere. Liv. III. 5. 'Metu substitit, ne qua, ex parte altera, in castra vis fieret.' Præterea *inrita senatusconsulto* Flor. *inita senatusconsultus* Lov. 3. *inita senatusconsulta* Voss. 2. qui error profluxit ex similitudine ductuum, quibus literæ *rr* et *n* in scriptura Longobardica exarari solent. Vide hoc lib. ad c. 10. § 1. *irritata senatusconsulta* Port. Eadem varietas etiam est in Mss. v. 12. § 6. Contrario errore *irritatus* cum τῷ *irritus* confunditur XXXII. 3. § 2. Denique *irrita essent senatusconsulta*, mutato ordine dictionum, fragm. Hav. a m. pr. *irrita sint senatusconsulta essent* Lov. 1. additis notis, quæ docent, τὸ *sint* perperam scriptum ac delendum esse.

§ 13 *Per se quoque tribuniciam potestatem agerent*] *Tribunitum potest.* Harl. 1. An voluit *tribunorum potestatem?* fragm. Hav. habet *tribuniciam potestatemque.* Lov. 5. autem *tribuni eciam potestatem:* qui idem stulte *vecordia*, pro *verecundia*, præfert. De voce *verecundia* vide ad hujus lib. c. 45. § 8. *Magistratuque verecundia* Flor.

CAP. LVII. § 1 *Quum tantum belli in manibus esset, occupaverat cogitationes hominum*] Vox *tantum* deficit in Lov. 5. *cur tantum bellum in manibus esset* Voss. 2. Male. Infra XXXIV. 27. 'Quum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum:' ubi plura vide. Tum *occup. occupationes hom.* Voss. 2. *occup. cogitiones hom.* Port.

§ 2 *Donec ubi diu alternis Julius Corneliusque*] Voculam *ubi* negligunt Harl. 2. et Hav. Tum *alterius* Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 53. § 11.

Non esse æquum, mandatum sibi a populo eripi honorem] Τὸ *esse* deficit in Lipsiens. et Voss. 2. Gebhardo vero adsentiri nequeo, qui ad II. 48. § 2. existimat, *non esse verum* legendum esse. Quamvis enim *verum* pro æquum sæpe, etiam apud Livium, occurrat, non tamen ubique Livius, invitis libris, in eamdem formulam adigendus est. Insuper *ab populo* Hav.

§ 3 *Tacuisse se tamdiu, ait*] Gronovius ad Liv. XL. 42. § 3. voculam *se* ex auctoritate codicum Fulviani, Cujaciani, et Voss. 2. delendam monet, pluribusque exemplis in medium adductis docet, sæpe eam omissam subintelligi debere. Deest autem etiam hoc loco in Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Vide etiam quæ notantur ad Liv. I. 23. § 5. Fatendum tamen est, eam existimari posse hoc loco excidisse ob ultimam syllabam vocis præced. Vide ad XXXIV. 11. § 7. Paullo ante *tum vero Hala*, addita media voce, edd. vett. quam primus expunxit Aldus. Neque in ullo etiam codice obvia fuit. Mox verbis seqq. alio ordine *non quia sententiæ incertus sit* Leid. 2. *non quia sententiæ incertus fuerit* Lov. 1.

Secernere sua a publicis consilia] Prima vox deficit in Hav. qui idem co-

dex etiam præfert *sua ab pub. cons.* Sed vox *sua* deficit in Lov. 3.

Quia maluerit collegas sua sponte cedere auctoritati senatus] *Mal. collega sua sponte cedere* Flor. a m. pr. Leid. 1. et Gaertn. Sed ultima litera τοῦ *collegas* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Tum *cedere auctoritate senatus* Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. a m. pr. et ed. Mediol. 1480. ac Tarvisina utraque. Male. Vide ad III. 34. § 8.

§ 4 *Quum belli necessitates non exspectent humana consilia*] *Quum belli necessitate non expeditioni humana consilia* Lipsiens. *non expetent* Hav. Alibi sæpe ita variant codd. scripti. Vide ad X. 7. § 12. *belli necessitas non exspectet* Harl. 2. et Port. a m. pr. quos non audiendos censeo. Infra XXVIII. 22. 'Extra necessitates belli, præcipuum in Romanos gerebant odium.' XLIV. 27. 'Contraxisse eum necessitates ratus ad bellum utique cum Romanis.' In verbis præcedd. *adacturum tempus*, pro *daturum temp.* Lov. 5. et Harl. 2. *se addacturum tempus* Lov. 4. *iis tempus fuisse* excusi Aldo priores.

Potiorem sibi collegarum gratia rempublicam fore] *Rempublicam tn fore*, id est *tamen fore*, Harl. 1. Quam vocem nulli alii codd. agnoscunt. Præterea *reipublicæ fore* Flor. Similis sententia apud Cæsarem Bell. Civil. I. 8. 'Velle Pompeium se Cæsari purgatum, ne ea, quæ reipublicæ caussa egerit, in suam contumeliam vertat: semper se reipublicæ commoda privatis necessitatibus habuisse potiora.'

§ 5 *Et si maneat in sententia senatus*] *Et si maneant* Port. a m. sec. quomodo Livius sæpe alibi loqui solitus est. Vide ad cap. seq. § 4. Aliis tamen omnibus libris vulgatum servantibus, ei controversiam non movendam puto. Mox *proxima nocte*, trajectis dictionibus, Lov. 4.

Ac, si quis intercedat, senatusconsulti auctoritate se fore contentum] Obscure hoc dictum, et haud scio, quam facile explicatu. Credo, vult dicere, si quis ex suo collegio intercedat, se tamen contentum fore senatusconsulti auctoritate, nec advocaturum tribunorum plebis auxilium. *Glar.* Nescio an locus alius aut pulchrior sit, aut obscurior; cujus quæ sit sententia, jure se ignorare Glareanus profitetur. ['Glareanus fatendo ingenue, quod ignorabat, bene fecit, ac Sigonio cogitandi occasionem dedit: quare humanius cum eo agendum erat.'] Quis enim sensus ex tam mendosis et male interpunctis verbis elici posset? Sic igitur lege: *at, si quis intercedat senatusconsulto, auct. se fore cont.* Particulam *at* habent veteres libri: reliqua Romani moris observatione sunt comparata. Nam inter 'senatusconsultum' et 'senatus auctoritatem' illud interesse comperio; quod 'consultum' decretum sit ratum magis, quam 'auctoritas.' Nam si forte senatores omnes, qui vocati erant, non convenissent, habebatur senatus ille quidem, et, quod decretum erat, scribebatur, at scitum tamen id pro imperfecto, nec rato habebatur. Verum auctoritas scribebatur tantummodo, ut senatorum voluntas atque judicium de re exstaret. Quoties autem nec legitimo in loco, nec die idoneo, nec edicto legitimo, sed ambitiose convocatus senatus esset, aut tribunus plebis interdixisset, tum vero 'consultum senatus' non poterat fieri, sed ea 'auctoritas' dicebatur. Quæ vero dico, ea ex Dionis sententia dico, l. LV. p. 550. Εἰ δὲ οὖν ποτε ἐκ συντυχίας τινὸς μὴ συλλεχθεῖεν, ὅσους ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἥγε γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλ' αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλευμα ᾖ· τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος δηλοῖ, ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστιν· τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο καὶ εἴποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ

καὶ ἔξω νομίμου παραγγέλματος ὑπὸ σπουδῆς ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων· τὸ μὲν δόγμα οὐκ ἠδυνήθη γενέσθαι, τὴν δὲ δὴ γνώμην σφῶν οὐχ ὑπέμενον ἀποκρυφθῆναι, ἐνομίζετο, καὶ αὕτη μετὰ ταῦτα ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτρια ἐπηγάγετο, καὶ ἡ ἐπίκλησις τοῦ δόγματος ἐπεφέρετο. Hic idem mos explicatur etiam in epistola Cœlii apud Cic. ad Fam. VIII. 8. 'Quod M. Marcellus V. F. de provinciis, D. E. R. I. C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de republica quam primum ad senatum referri, S. Q. C. fieri possit. Qui impedierit, eum senatum existimare contra rempublicam fecisse. Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere, auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri.' De senatus autem consulto faciendo idem ait, 'Senatusconsultum factum est, auctoritatesque perscriptæ prid. Kal. Octob. in æde Apollinis: scribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, C. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio.' Et ad Lentulum Cicero I. 2. 'De his rebus senatus auctoritas gravissima intercesserat. Cui cum Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta.' Hinc legimus etiam apud Livium, dictatorem modo factum ex senatusconsulto, modo ex auctoritate senatus: cum tamen non sit idem. His verbis satis et Livii locum emendatum, et quid sit 'senatus' cum 'auctoritas,' tum 'consultum,' declaratum puto. *Sigon.* Locum hunc optime integritati restituit, atque exposuit Sigonius. *At si quis intercedat* præferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Hearnii Oxon. B. et edd. Mediolan. annorum 1495. et 1505. ac Veneta 1498. Sæpius hæ voculæ in Mss. vetustis socordia scribarum perperam commutantur. Videnda sunt quæ notantur ad III. 61. § 4. Præterea *senatusconsulti auctoritate* tantum apud me superest in Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Hav. et Port. a m. sec. qui a m. pr. præfert 'si quis intercedat senatus consultus:' quemadmodum etiam erat in Lov. 3. Contra *si quis intercedat, senatusconsultum auctoritate fore contentum* habet Gaertn. Reliqui codd. vel *senatusconsulto* legunt, vel per epitomen aut *S. C.* aut, ut est in Klockian. *S°. C.* Patet caussam, cur errantes librarii *senatusconsulti auctoritatè* dederint, eam fuisse, quod adsecuti non sint, quemadmodum notæ illæ reddi debuerint. Vide ad XXXVIII. 60. § 1. De 'auctoritate senatus,' et quemadmodum a 'senatusconsulto' differebat, videndi etiam sunt Manutius ad Cic. ad Fam. Ep. I. 2. et Brisson. de Formulis l. II. p. 192. Denique *contemptum* Flor. librarii lapsu. Vide ad XXV. 38. § 20.

§ 6 *Quo facto quum haud inmeritam laudem gratiamque apud omnes tulisset*] *Quod factum haud inm. laudem, &c. tulit* Lov. 4. *Quo facto haud inm. laudem, &c. tulit* Lov. 5. Harl. 2. Hav. et Port. a m. sec. qui a m. pr. *tulisset* habuerat. *Quo facto haud immeritum laudem, &c. tulisset* Lipsiens.

Magister equitum creatus est. Exemplo fuit collegis eumque intuentibus] Legendum, ut est in omnibus libris Mss. *mag. eq. creatus exemplo fuit.* Gebh. Τὸ *est* Mss. omnibus ignorabile. Distingue et emenda: *ipse, ab eo mag. eq. creatus, exemplo fuit collegas eumque int.* Non enim ipsis 'collegis' haud dubie malignis: sed illis, qui remoti a causa utrosque compararent, et ex utrorumque facto documentum caperent. XXII. 39. 'Nunc et collegam tuum et te talem virum intuenti mihi tecum omnis oratio est.' Hoc quum notassem, accepi ab Rubenio, in Chiflet. quoque legi *collegas.* J. F. Gron. Recte τὸ *est*, quod etiam deficit in Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Hav. Voss. 2. et

Hearnii Oxoniensibus L. 1. 2. C. et N. delendum docuerunt Gebhardus et Gronovius, quamvis adhuc in multis meorum, sed varia ratione, superest. Nam *creatus est: exemplo fuit* habent Neapol. Latinii, Flor. Lov. 2. Lipsiens. Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. *creatus est exemplo, τῷ fuit* omisso, Port. quæ eadem vox non modo, sed et, ut dixi, præcedens *est* exsulant a Voss. 2. *dictus est: exemplo fuit* præfert Hearnii Oxoniensis B. *creatus est: exemplum fuit* fragm. Hav. Ita *exemplum esse* VIII. 35. ‘In oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui castris præerat.’ Ovid. Art. Am. III. 686. ‘Exemplum vobis non leve Procris erit.’ Vide ad XXIV. 8. § 20. Præferendum tamen *exemplo fuit*, quod reliqui defendunt. Vide ad V. 54. § 5. Præterea *collegis eum intuentibus* vetustiores excusi; pro quo Aldus substituit *collegas eumque intuentibus*. Eam autem lectionem deinde Frobenius eumque secuti recentiores servarunt usque ad Feyerabendios, qui a. 1578. Francofurti dederunt *collegis eumque intuentibus*. Et ita exhibent Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 4. Harl. uterque, Port. a m. sec. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. *collegis eum qui intuentibus* Gaertn. *collegis cumque intuentibus* Lov. 3. Sed recte Gronovius revocavit lectionem Aldi *collegas eumque intuentibus*, quæ etiam superest in Leid. 1. Port. a m. pr. et, nisi Hearnius hic dormitavit, in Oxoniensibus L. 2. C. et B. Paullo ante voces *P. Cornelio* omittebantur in Lov. 4. et 5.

Quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus] Omnia hæc verba deerant culpa librarii in Harl. 1. Caussa erat, quod ultimum horum verborum, ut et vox quæ proxime præcedebat, finirent syllabis *entibus*. Præterea *ꝙ gratia*, id est *quod gratia*, Lov. 3. Vide ad V. 51. § 7. Tum *opportuniores* habent Voss. 2. et Lov. 3. quomodo fere XXI. 50. ‘Rex regiaque classis una profecti.’ Sed reliqui stant pro vulgato, et recte. Ejusdem enim generis est XXXV. 21. ‘Formiis portam murumque de cœlo tacta.’ XL. 14. ‘Miseria hæc et metus crapulam excusserunt; quæ si non intervenissent, insidiatores nos sopiti jaceremus.’ XLI. 16. ‘Graviscis murum portamque de cœlo tacta.’ XLIV. 24. ‘Natura inimica inter se esse liberam civitatem et regem.’ Vide Jac. Gronov. ad XXIII. 12. § 5.

§ 7 *Castellum ad lacum Fucinum vi expugnatum*] Hujus lacus aliquoties meminit Plinius. Virgilius VII. 759. ‘vitrea te Fucinus unda.’ Plinius III. 12. in Marsis, Livius in Volscis ponit. Sed haud scio, potueruntne hi duo populi alicubi esse confines. *Glar.* Confines fuisse Volscos et Marsos, constat ex tabulis geographorum. *Lacum Facinum* Lov. 4. 5. et Port. Tum *vi* deficit in Harl. 2. ejus loco *inexpugnatum* habet Lov. 3. Vide ad VII. 33. § 8. *vi oppugnatum* præfert Port. a m. pr. Sed alibi sæpe ita peccarunt librarii. Vide ad XXI. 57. § 6.

In eo tria millia hominum capta, ceteris Volscis, &c.] Præpositio *in* non adparet in Harl. 2. *in ea* male præfert Hav. *ceterum Volscis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Harl. 1. Lipsiens. Port. et Gaertn. *ceterum Volscis intra mœnia compulsus* Lov. 2. a m. pr. pro quo *compulsis* emendatum erat a m. sec.

§ 8 *Ut tantum non defuisse fortunæ videretur*] *Ut tñ non*, id est *ut tamen non*, Lov. 2. sollemni errore scribarum. Vide ad XXII. 17. § 5. sed vocula *non* perperam deest non modo in Mediol. ed. 1480. sed etiam in Voss. 2. et Lov. 3. qui iidem scripti post *videretur* addunt *ait*, nullo sensu. Ceterum *tantum non* hic capi non debet ea significatione, qua particulæ illæ expositæ sunt hoc lib. ad c. 2.

§ 12. pro 'parum abest quin,' 'propemodum;' sed pro 'tantummodo non,' 'solum non.' Dictator tantum videbatur non defuisse fortunæ; adeoque felicius, quam fortius, bellum gessisse; omni hoc bello, propter ignaviam hostium, qui uno eoque facili prœlio victi sunt, nulla fortitudinis ac prudentiæ indicia edendi occasionem habuisse: et hinc etiam, ut Livius addit, 'felicitate quam gloria major in Urbem rediit.'

Felicitate, quam gloria, major in Urbem rediit] Vet. lib. *felicitate, quam gloria, majore.* Quæ locutio venusta est, et bonis scriptoribus usitata. *Sigon.* Ex codd. meis non alii lectionem a Sigonio probatam tuentur, quam Harl. 2. et Hav. qui perpetui codicum ejus adseclæ esse solent. Quamvis autem Doujatius etiam Sigonii emendationem probarit, ego tamen vulgatum, quod firmant reliqui codd. mei, et, ut videtur, Hearnii Oxonienses, qui ex illis post memoratam Sigonii emendationem nihil tamen monuit, præferendum puto. Nam 'felicitate majore in Urbem rediit,' quod recte de eo diceretur cujus felicitati adscribendum esset quod in Urbem rediisset, hic convenire non posse existimo de eo, qui post hostes felicius, quam fortius, subactos revertitur. Ceterum *in urbe redit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *in urbem redit* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Cui lectioni non potest obstare, quod mox subjungatur *abdicavit.* Frequenter enim diversa, et quidem hæc ipsa, tempora jungi dictum est ad III. 46. § 9. Quo minus tamen eam probare audeam, illud efficit, quod passim librarii duplex *i* uno majusculo exprimere soliti sint, et quidem in ipsa hac voce *rediit.* Vide ad XXXVI. 35. § 2. Denique omnia hæc verba deficiebant in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 9 *Tribunorum militum comitia edixerunt*] Duas priores voces non adparere in Oxoniensibus L. 1. 2. et C. Hearne testatur. *Tribuni mil. com. edix.* præferunt Leid. 2. Gaertn. et Port. a m. pr. quod aperte mendosum videns librarius Neapol. Latinii, pro eo *tribunis militum* scripsit. 'Comitia rogandis consulibus,' 'creandis regibus,' ac similia apud Livium passim obcurrunt. Verum 'comitia consulibus, tribunis edicere' eo sensu nondum notavi, sed 'consulum, tribunorum.' Vulgatum ergo servandum. Error autem codicum *tribuni* vel *tribunis* præferentium ortus erit ex compendio scribendi *tr. mil.* vel *trib. mil.* quomodo etiam hoc ipso loco in nonnullis Mss. superest. Ex eadem caussa *tribunum militarem,* pro *tribunum militum* dederunt VI. 6. § 3. Vide Torrent. ad Sueton. Cæsar. c. 5. Similia alia exempla videri possunt ad X. 10. § 2. *Tr. inde mil. com.* habet Lov. 3. Insuper *edixere* Harl. 1. *eduxerunt* Hav. Vide ad XXXIX. 15. § 11.

§ 10 *Quum prodi caussam ab suis cernerent*] *A suis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. Tum *cerneret* Leid. 1. et Flor.

§ 11 *Per indignissimos ex plebeiis candidatis omnium etiam dignorum tædium fecerant*] *Per dignissimos* Gaertn. Tum *ex plebis cand.* Lov. 2. Deinde *digniorum* Lov. 1. *indigniorum* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Paullo ante vocula *sicut* omittebatur in Lov. 5. a m. pr. Mox autem in verbis seqq. *cum primoribus,* pro *tum prim.* Lov. 2. et 4. *tũ primoribus* Lipsiens. *tum de primoribus,* addita præpositione, Gaertn. Tandem *favore gratia* sine addita conjunctione Lov. 3.

Præparatis omnia loca obtinuere, ne cui plebeio aditus esset] *Imperatis* Hav. Deinde *summa loca* Voss. 1. cujus margini tamen *omnia* adscriptum exstat. Hinc *nec cui plebeio* Harl. 1. litera initiali *c* perperam repetita in fine vocis præced. quomodo etiam

peccatum erat III. 2. § 5. c. 36. § 9. et alibi. Vide ad XL. 7. § 8. *ne tum cui plebeio* Gaertn. Denique *additus* Leid. 2. ac Lov. 1. et 5. quomodo etiam in quibusdam Mss. peccabatur II. 10. § 5. III. 36. § 2. c. 60. § 10. Infra v. 26. § 5. VII. 20. § 3. c. 22. § 11. et aliis locis pluribus. Ita ctiam *additi*, pro *aditi*, quidam codd. male exhibent III. 10. § 7. *addimus*, pro *adimus*, v. 5. § 8.

§ 12 *Omnes jam functi eo honore, L. Furius Medullinus*] Attamen L. Medullinus non antea tribunus militum fuerat, quod monstrat fragmentum Capitolinum, sed bis antea consul. Quapropter illi non est addendus numerus *II.* nam filius est L. Furii Medullini, qui ter tribunus militum fuit. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXLVI. p. 205. An ergo legendum *omnes jam functi honore*, vocula *eo* expuncta, ut habent Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsieus. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. cum edd. vetustis ante Aldum. Potius tamen est, ut agnoscamus, in hoc L. Furio Medullino, quo nomine varii his annis tribunatu militari functi sunt, non convenire inter Livium et Fastos Capitolinos, ut Sigonius docuit hoc lib. ad c. 44. § 1. *Medulinus* est in Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Hav. et quibusdam edd. antiquioribus. *Medulius* in Lipsiens.

Cn. Fabius Vibulanus] Legendum puto *Q. Fabius*, pro *Cn. Fabius*. Nam Q. Fabius etiam fuit tribunus militum A. U. C. CCCXLI. IV. 49. § 7. Cn. autem Fabius nusquam: at consul fuit a. CCCXXXIV. hoc lib. c. 43. *Glar.* Lege *N. Fabius Vibulanus* ex monumentis Capitolinis et ex Diodoro lib. XIV. p. 396. qui Νουμέριον Φάβιον edit. *Sigon.* *Numerii* prænomen tribuunt Fabio Capitolina fragmenta et Diodorus lib. XIV. principio. Incorrecte igitur *Cn. Fabius* legitur in Livio. *Pighius* in Annal. ad a. CCCXLVI. pag. 205. *M. Fabius* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. *C. Fabius* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Lipsiens. et Gaertn. *Cn. Fabius* Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. Harl. 1. Port. ct fragm. Hav. Sed recte Sigonius et Pighius *Numerii* prænomen habuisse docuerunt. Id vero librariis minus notum, et unica litera *N.* scribi solitum, passim abiit vel in literam *M.* (vide ad Livii XLI. 28. § 5.) vel in literas *Cn.* aut *Gn.* (vide ad Livii IV. 43. § 1.) Sigonii emendationem firmare codd. Oxon. L. 1. 2. B. et C. et ed. Romanam principem, testatur Hearne. *Q. Fabius*, quomodo hic Glareanus reponendum censuit, et quem primum tribunum militarem a. CCCXLI. fuisse existimat, eo anno ‘iterum’ illam dignitatem gessisse dicitur apud Liv. c. 49. At N. Fabius primum hoc honore perfunctus est a. CCCXL. apud Liv. eod. loc. sed ibi male tempore Glareani *M. Fabius* edebatur. Tum *Jubilanus* Lov. 4. 5. et Hav. *Jubulanus* Lov. 1. 2. Harl. 2. et Lipsiens. *Vibilanus* Leid. 2. Vide ad III. 35. § 11.

C. Servilius Ahala] *Hala* Lov. 4. 5. Harl. 2. Hav. et editi antiqui. Vide ad Epit. hujus lib.

Refectus continuato honore, quum ob alias virtutes, tum] Hoc loco, cur Servilio Halæ continuatus fuerit honos, ratio assignatur, cum de Cn. Cosso non fuerit data priore anno cap. 56. *Glar.* *Refertus* Lov. 4. *defectus* Gaertn. Alibi sæpe literæ *D* et *R* commutantur. Vide ad IX. 10. § 6. *Refectus* est ‘iterum creatus.’ v. 18. ‘Omnesque deinceps ex collegio ejusdem anni refici adparebat.’ Eodem cap. ‘Si collegas eosdem reficitis etiam usu meliores factos.’ c. 25. ‘Tribunos plebis latores legis in annum eosdem reficiunt.’ Et mox ‘Ita tribuni plebis magna ex parte iidem refecti.’ VI. 36. ‘Præter Sextium Liciniumque latores legum, jam octavum tribunos plebis refectos.’ c. 39. ‘Esse, quod eosdem reficerent tribunos plebis.’ Vide Gebhard. ad Liv. III. 14. § 6. Præterea *quo ob alias virtutes*

Gaertn. Verum quum in eo cod. plerumque *quom* scribatur, librarius dare voluisse videtur *quō*, sed lineam ultimæ literæ addere oblitus est. *Tum ob alias virtutes* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Vide ad vi. 23. § 3. In fine *moderatioue Patrum*, transpositis literis, pro *mod. partum*, Leid. 2. et Port. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 60. § 3.

Cap. lviii. § 1 *Quia tempus induciarum cum Veienti populo exierat*] *Qui ante tempus* Hearnii Oxon. B. C. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. pr. qui a m. sec. præfert *quia ante tempus*, quomodo etiam est in Lov. 2. et Harl. 2. *quod ante tempus* in Hav. Deinde *cum Veiente populo* Flor. et Harl. 2. Vide ad v. 52. § 9. Mox *legatos feciales*, pro *legatos fecialesque*, idem Harl. 2. reliquis omnibus dissentientibus, quorum etiam nullus concinit Lov. 4. *res peti* exhibenti. Alio ordine *repeti res* habet Lipsiens.

Venientibus ad finem legatio Veientium obviam fuit] Alius dixisset *ad fines*. Sed Noster sæpe altero numero usus, ut x. 35. xxxv. 27. &c. quod et observatum Gifanio nostro. *Grut. Convenientibus* habent Lov. 5. et Port. a m. sec. *Veientibus* Lov. 3. Deinde *ad fidem* Harl. 1. Alibi similiter peccasse librarios, observabimus ad viii. 24. § 15. *ad fines* Gaertn. Et ita vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum conjecerat. Sed recte Gruterus monuit, sæpe Livium eo sensu hanc vocem numero singulari adhibuisse. Vide ad xxxviii. 15. § 10. Hinc *obvia fuit* Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad i. 26. § 2. et ad xxvi. 25. § 15. Optimi tamen stant pro vulgato. Et ita x. 12. 'Fecialibus obviam missi ab Samnitibus, qui denunciarent.' Et alibi sæpe.

§ 2 *Quam ipsi senatum Romanum adissent*] *Adiissent* Gaertn. et Hav. Vide ad xxxvi. 42. § 3. Præterea *ipsis senatum* Hav. prima vocis seq. litera perperam repetita in fine præcedentis. Quod in litera *s* frequentissime evenisse, videbimus ad xxviii. 25. § 2.

Ne res ab iis repeterentur] Voces *ab iis* exsulant a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sed earum prior tantum deficit in Harl. 1. Tum *repetentur* Lipsiens. in contextu a m. pr. Vide ad ii. 56. § 7.

Tantum abfuit, ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur] Vox *tantum* perperam non comparet in Leid. 1. qui idem codex cum Flor. et Harl. 2. præferunt *afuit*, quod recepi. *Affuit* erat in Lov. 4. et 5. *adfuit* in Lipsiens. Vide hoc lib. ad c. 12. § 6. Tum *alienos sua occasio*, iterum litera *s* male repetita in fine vocis ex initio sequentis. Vide modo ad h. §. Hinc *repeteretur* Leid. 2. *sua occasione petiretur* dormitans scriba Voss. 2. dedit. Ceterum quod Livius hic dicit, ita exprimit Terent. in Andr. iv. 1. 3. 'Ut malis gaudeant, atque ex incommodis Alienis sua ut comparent commoda.'

§ 3 *Et in Volscis accepta clades, amisso Verrugine præsidio*] *Accepta clades et amisso* Hav. *accepta clade et amisso* Harl. 2. et Lov. 4. *accepta clade, amisso Verugine et præsidio* Lov. 5. Mox *ubi in tempore fuit momento* Flor. *ubi tantum in tempore fuit momentum* Lov. 5. a m. pr. pro quo a manu altera recte emendatum est *tantum momenti*. Vide ad xxxiv. 27. § 1.

Qui ibi a Volscis obsidebantur, succurri, si maturatum esset, potuisset] *Ab Volscis* Hav. Tum *succurri his, si* Neapol. Latin. *succurris si*, prima litera τοῦ *si* repetita in fine vocis præced. Flor. Vide modo ante ad § 2. Deinde *si matutum esset* Leid. 2. Præterea *potuissent* Lipsiens. *potuisse* Flor. Paullo ante *prec. mil. opem* alio ordine editi usque ad Aldum. Is autem dedit, ut nunc vulgatur; et ita habent codd. scripti.

Ad id venerit exercitus subsidio mis-

sus, ut ab recenti cæde palati ad prædandam] *Ad id veniret ex.* Hav. Inde *a recenti cæde* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Hinc *palantes* quædam ex vetustis excusis, pro quo Aldus *palati* substituit. Et ita antea editum inveni in ed. Rom. 1472. ac Parm. 1480. neque aliter habent omnes codd. mei. Vide ad I. 11. § 1. Denique *ad prendendum* Leid. 2. *ad precàndum* Lipsiens.

§ 4 *Tarditatis caussa in senatu magis fuit, quam in tribunis*] Repone *quam tribunis:* nam mox præcessit *in. Tarditatis caussa in senatu magis fuit.* Rhen. Vet. lib. *quam in tribunis.* Sigon. Unus est Voss. 1. qui vet. lib. Sigonii consentit; reliqui omnes cum Rhenano habent *quam tribunis.* Et ita se in codd. suis reperisse etiam Hearne auctor est. Si res mei arbitrii foret, mallem *quam in tribunis.* Facillime enim τὸ *in* intercipi potuit ab ultima litera vocis præced. *quam.* Vide ad X. 13. § 3. Et præterea sæpissime in his similibusque locutionibus 'minus, quam;' 'magis, quam;' 'plus, quam' præpositionem repetere Livius solitus est. Supra I. 23. 'Quæ nihilo minus ad rem Romanam, quam ad Albanam pertineant.' II. 43. 'Fabio aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hostibus fuit.' III. 61. 'Turpe esse, contra cives plus animi habuisse, quam contra hostes.' IV. 34. 'Nec minor cædes in urbe, quam in prœlio fuit.' VI. 5. 'Multo eum infestiorem agrum ab nobilitate esse, quam a Volscis fuerit.' VII. 4. 'Sævitiam non magis in alienis, quam in proximis et sanguine ipse suo exerceret:' c. 22. 'Cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoque gesserunt bella.' c. 25. 'Latinos pro sua libertate potius, quam pro alieno imperio, laturos arma.' c. 37. 'Pluribus hostium in tentoriis suis, quam in portis valloque, cæsis:' ubi etiam unus codex præpositionem posteriori loco omittit. XXVII. 25. 'Pestilentia gravis incidit in urbem agrosque, quæ tamen magis in longos morbos, quam in perniciales evasit.' XXXIII. 22. 'Ut non magis de triumpho ejus, quam de honore Diis immortalibus habendo, dubitari posset.' XXXVII. 1. 'Ætoli, ut quibus plus in misericordia senatus, quam in caussa, spei esset, suppliciter egerunt:' et alibi sæpe. Similiter etiam Phædr. Fab. IV. 4. 1. 'Plus esse in uno sæpe, quam in turba, boni, Narratione posteris tradam brevi:' ubi id recte contra Scheffer. posteriori loco præpositionem expungentem, defendit Burmann. Quin et, in aliis locutionibus sæpe præpositionem iterari, videbimus ad VI. 28. § 6. Quum tamen hoc loco omnes codd. mei, uno excepto, τὸ *in* secundo loco omittant, eorum conspirationi adversari nolo, præsertim quum interdum pro arbitrio scribentis præpositio modo in priori, modo in sequenti membro negligi soleat, ut Burmann. dicto loco monuit. Attamen ex contextu ejicere non sustinui, quod nec ipsum Sigonius facere ausus est, licet is quoque eam delendam censeret.

Qui quia summa vi resistere nunciabantur] Est in codice Vormaciensi *summa vi restare nunciabantur.* Rhen. Ita sola Campani ed. Reliqui Pall. tres Mss. et Andreæ ed. *summa vi restare.* Lib. XXVI. c. 3. 'Quid autem solum se restantem prodesse reipublicæ potuisse?' VI. 30. 'Ibi dum iniquo loco sola virtute militum restantes cæduntur, cæduntque.' In Pall. duobus τὸ *cæduntque* perperam omissum est: in Campani vero edit. inversum *cædunt cæduntur que.* c. 32. 'Longa societate militiam Romanam edoctæ restabant.' XXIII. 45. 'Nunc paucis plures vix restatis.' Ita Pal. 1. Propertius Eleg. III. 7. 31. 'Dum pugnant Danai, dum restat barbarus Hector.' Lucilius lib. XXVIII. 'Cæde ostium, gnave

urge; restant, perimus.' *Gebh.* Duplex hic mendum. *Qui* non potest respicere nisi τὸ *tribuni:* at *cogitaverunt* respicit *senatum* seu *Patres,* non *tribunos,* qui ab hac culpa excusantur. Cancellandum igitur; quippe sine illo oratio constat, nihilque habet ambigui. Deinde tres Pall. et Rhenani codex et Romana ed. Andreæ *restare,* non *resistere,* quod ex Campano omnes adoptarunt. Sic VI. 30. 'Ibi dum iniquo loco sola virtute militum restantes cæduntur, cæduntque.' Ibidem c. 32. 'Æqua virtute fortunaque Latinæ maxime legiones, longa societate militiam Romanam edoctæ, restabant.' VIII. 39. 'Pedes restantes circumventos cecidit, ab equite fugientium strages est facta.' XXIII. 45. 'Qui pauci plures vincere soliti estis, nunc paucis plures vix restatis.' Vera igitur Livii manus hæc fuit: *Tarditatis caussa in senatu magis fuit, quam tribunis. Quia summa vi restare nunciabantur* (milites, qui Verrugine in præsidio erant), *parum cogitaverunt* (Patres), *nulla virtute superari humanarum virium modum.* Conceptum similiter XXXVIII. 28. 'Samæi desciverunt. Quia opportuno loco urbs posita esset, timuisse se aicbant, ne demigrare cogerentur.' *J. F. Gron.* Gronovii τὸ *qui* delentis conjecturam firmant Leid. 2. et Lov. 1. Quum tamen reliqui pronomen hoc servent, potius id ob similitudinem seq. vocis *quia* intercidisse existimo. Certe simili ratione *quia* propter præcedens *qui* periit in quibusdam Mss. in Epit. Liv. lib. XLVI. in princ. Neque exemplo caret, relativum aliaque pronomina non ad nomen propinquius, sed interdum etiam ad remotius, referri; præsertim, ut hoc loco, si sensus scriptoris ex ipsis verbis aperte colligi queat. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 18. § 9. et quos laudavit, ubi inprimis huic similem locum Flori produxit ex III. 5. 'Fiduciam oppidanis resistendi nuncius fecit, docens adventare Lucullum, qui per medias hostium naves utre suspensus evaserat.' Neque multum differt, quod figuram Livio usitatam esse, ut posterius verbum non ad eos, de quibus loquitur proxime, referatur, sed ad remotiores, agnoscat Jac. Gronov. ad I. 46. § 9. Præterea recte viri docti *restare* ex scriptis et prima ed. revocarunt: neque aliter præferunt omnes mei (solo Harl. 2. excepto) et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et N. Infra XXXIV. 14. 'Et jam a dextra parte, unde terror et fuga cœperat, ægre Romanus restabat.' cap. 15. 'Consul omnia oculis perlustrat, ut, qua minima vi restatur, ea parte irrumpat.' Ita ex Mss. restitui, ubi vulgo etiam *resistitur,* vel *resistatur* editum fuerat. Priori autem loco id Gronov. revocavit ex codd. manu exaratis; quem etiam vide ad XXVI. 6. § 4. Similiter Ovidius Fastor. II. 749. 'Postmodo victa cades: melioribus, Ardea, restas, Inproba; quæ nostros cogis abesse viros.' Tacit. Annal. l. III. c. 46. 'Paullum moræ adtulere ferrati, restantibus laminis adversum pila et gladios.' Et eo sensu 'restitare' Livius utitur X. 19. 'Prope restitantes consules in concionem pertraxerunt.' Vide Gulielm. Quæst. Plautin. ad Amphitr. c. 5. Broekhus. ad Propertii Eleg. III. 6. 31. et Cortium ad Sall. Fragm. Histor. l. I. p. 995. Præterea *quia cum summa restare* Lov. 4. *quia cum summa vi restare* Lov. 2. 5. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Quod eodem modo dictum esse accipi potest, quo 'cum haud dubia expugnandi spe succedere ad castra' VII. 7. 'accipiunt eo majore cum gaudio,' de quo vide ad I. 25. § 13. 'cum gratulatione et favore reducere,' de quo vide ad IV. 24. § 7. 'cum tanto clamore ad arma discursum est,' de quo vide ad XXIV. 31. § 10. 'cum cura

coacto agmine procedere,' de quo vide ad XXXVIII. 18. § 7. Ejus loco *quia caussa summa vi restare* præferunt Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. Lipsiens. et margo Voss. 1. *quia caussa summa vires stare*, insuper inperite in voces distinctis literis olim perpetua serie scriptis, Lov. 3. *quia caussæ summa vi restare* fragm. Hav. a m. pr. et Neapol. Latinii. Alibi autem ' caussa,' sive, ut breviter scribi solet, ' cã ' et ' cum ' sive ' cū ' confundi solent. Vide hoc lib. ad c. 44. § 10. Quum tamen optimi codd. vocula illa omissa, *quia summa vi* exhibeant, quemadmodum etiam vulgo constanter excusum exstat, id omnino præferendum. Ita ' sola virtute militum restantes ' VI. 30. quem locum Gebhard. et Gronov. laudarunt : ' minima vi restatur ' XXXIV. 15. et passim aliis locis.

Parum cogitaverunt] J. Clericus, postquam Gronovii conjecturam memorasset, addit forte *cogitaverunt* in *cogitavit* mutandum esse. Verum non adtendit vir doctus ad syllepsin Livio familiarissimam ' in senatu, qui parum cogitaverunt.' Supra hoc lib. c. 55. ' Icilios denotante senatu, quos mercedem seditiosi tribunatus petere consulatum insimulabant.' V. 30. ' Senatum vero incitare adversus legem haud desistebat, ne aliter descenderent in forum.' VI. 21. ' Ita placide ab senatu responsum est, ut minus credi de criminibus, quia nollent ea vera esse, adpareret.' c. 27. ' Fugere senatum testes, tabulas publicas census cujusque, quia nolint conspici summam æris alieni.' VIII. 14. ' Senatus inde abductus, jussique trans Tiberim habitare.' c. 19. ' Senatus Fundanorum obcurrit, negant se pro Vitruvio sectamque ejus secutis precatum venisse.' Eodem cap. ' Eam deditionem ab senatu non acceptam, quod egentium atque humilium pœna defungi velle Fundanum populum censerent.' XXVI. 14. ' Senatum Campanum ire in castra ad imperatorem Romanum jussit : quo quum venissent,' &c. ubi male Sigon. ex vet. lib. substituendum docet *venisset*. XXVII. 5. ' Ita movere senatum, ut non exspectanda comitia consuli censerent.' XXXI. 49. ' Ita triumphum decrevisse senatum, ut nullius, nisi ejus, qui triumphaturus esset, verba audirent :' ita nonnulli codices pro *audiret*, ut vulgo editur. XXXVIII. 42. ' Retulit ad senatum consul. Decreverunt duas Romæ juris dicendi caussa.' c. 48. ' Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum his senatus decreverat, et populus jusserat. Sed simul, ut opinor, cum his decreverant, jusserantque,' &c. XXXIX. 24. ' Maxime moverat senatum, quod jam Æni et Maroneæ adfectari possessionem audierant ; minus Thessalos curabant.' c. 39. ' Dimissis comitiis senatum vocavit. Censuerunt frequentes, quoniam Flaccum,' &c. c. 54. ' Senatus ita responderi jussit, se cum iis legatos ad consulem missuros.' XLII. 19. ' Ea regis legatio grata senatui fuit. Decreverunt, ut Cn. Sicinius,' &c. XLIII. 1. ' Enimvero senatus indignari, &c. Decernunt frequentes, ut C. Sulpicius,' &c. c. 4. ' Indigna senatui visa : decreveruntque eadem de Abderitis, quæ de Coronæis decreverant priore anno.' c. 8. ' Senatus jussu Chalcidensibus Q. Mænius prætor respondit, &c. literas se ad L. Hortensium prætorem daturos esse.' XLIV. 19. ' Orabant senatum, ut opem regno regibusque amicis imperio ferrent :' ita enim, pro *ferret*, ex editis vetustis restituendum ibi docebo. Vide quæ eo loco notantur, et ad XXXII. 36. § 8. XXXV. 20. § 15. XXXIX. 47. § 10. ad Epitom. Liv. lib. XXVI. Gronov. ad Liv. XXXIX. 14. § 6. et Cortium ad Sall. Jug. c. 15. § 1. c. 28. § 2. c. 84. § 3. et alibi.

Nulla non virtute superari humanarum virium modum] Hic non erat

opus infulcire negationem, quæ non est in exemplari Vormaciensi. Nam sic scripsit indubie Livius : *parum cogitaverunt, nulla virtute superari.* Expone, quantumlibet egregia virtus adsit, esse tamen suum modum humanis viribus, ultra quem nemo eniti possit. *Rhen.* *Nulla virtute superari* Pall. tres et edd. priscæ. Sigonii Modiique edd. interseruerant *non*, quæ etiam in mediæ ætatis exemplaribus apparet : sed explosa deinde jure a Rhenano; cujus interpretatione nihil verius. *Grut.* Lego *nimiarum virium.* T. Faber. Fabri conjecturam refellit Doujatius observando, quod 'nimium' est, 'modum' non habere. *Nulla non virtute* mihi primum obvium fuit in Mogunt. ed. inde apud Cervicornum, Ascensium 1530. Frobenium 1531. quod quidem vitiosum, et τὸ *non* ejiciendum esse a. 1535. Rhenanus monuit, nullum tamen recentiorum editorum, præter Vascosanum, obsequentem habuit usque ad Gruterum; a quo lectio ab Rhenano probata in postrema ed. recepta, et ab aliis recte servata est; ita enim omnes codd. mei, ut et Neapol. Latinii. Pro *nulla virtute* Clericus libenter legeret *multitudine superari.* Verum quid adtinet lectionem, omnium scriptorum vetustarumque edd. consensu firmatam, et cui optime sensus constat, ut Rhenanus docuit, tentare? Mihi sententia, quam Rhenanus indagavit, longe elegantior esse videtur, quam quæ ex Clerici emendatione recepta emergit.

§ 5 *Non tamen nec vivi nec post mortem inulti fuere*] *Non tum* sollemni scribarum errore Lipsiens. Vide ad XXII. 17. § 5. Sed vocula *non* deficit in Lov. 2. sine qua sensus quidem constat : negatio enim, quæ sequitur, *nec vivi, nec post mortem,* sufficere potest: attamen unum hunc testem non audiendum esse, reliquorum omnium in vocula *non* servanda consensus palam evincit : præsertim quum passim Livius hoc modo negationem iterare solitus fuerit. Ita I. 26. 'Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum.' XXVIII. 32. 'Non enim eos neque natos in eadem terra, neque ulla secum societate junctos esse.' Alia vide hoc lib. ad c. 7. § 5. Deinde *nec vi* Leid. 2. Klockian. Lov. 1. et in contextu Port. ut adpareat librarios neglexisse easdem literas in voce *vivi* repetere. Aliter vero distinctis vocibus *ne cui* præferunt Lov. 2. 4. et 5. Tum τὸ *nec* secundo loco omittitur in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 3. Gaertn. Port. a m. pr. et fragm. Hav. Præterea *multi fuerunt* Lov. 3. *multi fuere* Lov. 4. 5. Port. a m. pr. Hav. et edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. *ml'ti fuere* Lipsiens. per compendium. Passim vocabula 'multus' et 'inultus' ob ductuum similitudinem in Mss. antiquis commutari solent. Vide ad III. 38. § 3.

§ 6 *Insequenti anno P. et Cn. Corneliis Cossis*] *P. et Cn. Cornelius Coss̃* Flor. *P. et Cn. Cornelius Cossus* Voss. ambo, Lov. 3. Port. Lipsiens. Gaertn. et vetustæ edd. usque ad Moguntinam. *P. et M. Cornelius Cossus* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. *P. Caius Cornelius Cossus* Lov. 2. et 4. *P. et Cn. Cornelio Cosso* Hav. et fragm. Hav. *M. Caio Cornelio Cosso* Harl. 2. *P. et Cn. Cornelio consularibus* Harl. 1. *P. et M. Corneliis Cossis* apud Hearnium Oxon. N. et L. 1. Præterea *In sequenti anno* tribus vocibus primæ edd. pro quo recte Ascensius a. 1516. *Insequenti anno* substituit. Vide hoc lib. c. 61. § 3. De voce 'insequens' vide hoc lib. ad c. 30. § 12.

C. Fabio Ambusto L. Valerio Potito tribunis militum consulari potestate, Veiens bellum] Scribe item *N. Fabio Ambusto,* secutus et marmora Capitolina et Diodorum l. XIV. p. 401. Vixerunt autem hoc tempore duo Numerii Fabii, alter Vibulanus Q.

F. alter Ambustus M. F. Quod ut omnes ita esse intelligant, Fabiorum stemma subjungam ex Livii, Dionysii, Diodori, auctorumque Capitolinorum sententia usque ad Q. Fabium Maximum Rullianum.

K. Fabius Vibulanus.

- K. Fabius K. F. Vibulan. Cos. 268. 271. 273.
- M. Fabius K. F. Vibulan. Cos. 269. 272.
  - Q. Fabius M. F. K. N. Vibulan. qui puer ad Cremeram superfuit a. cccvi. Fabiis interfectis. Cos. 285. 287. 294. Decemvir 302. 303.
    - Q. Fabius Q. F. M. N. Vibulan. Cos. 331. Trib. milit. 339. 341.
    - M. Fabius Vibulanus Cos. 312. Tribun. mil. 321.
      - M. Fabius Ambustus, de quo nihil.
        - Q. Fabius cum duobus fratribus M. Ambusti F. legati ad Gallos. Trib. mil. 365.
      - Q. Fabius Ambustus Cos. 343.
      - N. Fabius M. F. Q. N. Ambustus Quæst. 346. Trib. mil. 349.
        - M. Fabius N. F. M. N. Ambustus Cos. 395. 399. 401. Dict. 405.
          - Q. Fabius M. F. N. N. Maximus Rullianus Cos. 432.
      - K. Fabius M. F. Q. N. Ambustus Trib. mil. 351. 354. 360.
        - M. Fabius K. F. M. N. Ambustus Trib. mil. 375. 386. Pont. Max. socer Stolonis.
          - M. Fabius Ambustus Mag. equit. 432.
    - N. Fabius Q. F. M. N. Vibulan. Cos. 333. Tribun. milit. 340. 348.
- Q. Fabius K. F. Vibulan. Cos. 267. 270.

Sigon.

G. Fabio Ambusto fragm. Hav. *Cn. Fabio Ambusto* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Lipsiens. Harl. 1. Port. et Hav. *cum Fabio Ambusto* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. 2. Gaertn. et editi antiqui usque ad Moguntinos, qui *Claudio Fabio Ambusto* dederunt, pro quo Aldus *Cn. Fabio Ambusto*, Frobenius 1531. et reliqui usque ad Sigonium *C. Fabio Ambusto* substituerunt. *M. Fabio Ambusto* quam proxime veram scripturam est in Lov. 5. et Hearnii Oxon. N. Alibi sæpe prænomen *N.* in prænomina *M.* vel *Gn.*

corruptum esse dictum est ad cap. præc. § 12. Tum *et L. Valerio* Hav. Hinc *Fotito* Harl. 2. *Petito* Gaertn. et Lov. 3. Totum prænomen exsulat a Lov. 2. Lipsiens. et Port. Tandem *tribuni militum consulari potestate. Veiens bellum* Gaertn. et Mediolan. ed. 1505.

Bellum motum ob superbum responsum Veientis senatus, qui legatis] *Bellum novum* Lov. 2. in contextu, Lov. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *responsum Veientium, qui legatis* Hearnii Oxon. B. qui mox etiam propterea *jusserunt*, pro *jussit*, præfert. *Responsum Veientis, qui legatis senatus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *responsum Veientis, qui senatus legatis* Lov. 1. Neque aliter Leid. 2. nisi quod ab eo exsulet vox *legatis*. Sed nihil muto. 'Veiens senatus,' quemadmodum 'Veiens bellum' modo hoc §. et 'Veientes induciæ' hoc lib. c. 43. § 7. ubi plura vide.

§ 7 *Repetentibus res, ni facesserent propere urbe finibusque*] Voces *res* et *finibusque* deficiunt in Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *prope*, pro *propere*, Lov. 2. 5. Lipsiens. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 31. § 4. Denique *urbem* Lov. 2.

Daturos pœnas, quas Larti Tolumnio dedissent, responderi jussit] Locus hic misere est interpolatus. Nam accusativus *pœnas* superadditus est, et, pro *Lars Tolumnius*, *Larti Tolumnio*, pro *dedisset*, *dedissent* scriptum. Restituemus tamen ex veteri codice germanam lectionem, qui sic habet: *daturos, quos Lars Tolumnius dedisset, responderi jussit.* Lego *daturos, quod Lars Tolumnius dedisset:* hoc est, mortem. Nam Fidenates C. Fulginium, Clœlium Tullum, Sp. Antium, L. Roscium legatos Romanos, causam defectionis ad Veientes exquirentes, jussu Tolumnii interfecerunt, ut ante dixit Livius hoc ipso libro c. 17. Porro *daturos* refertur ad participium 'repetentibus.' Siquidem qui repetit, petit aliquid sibi dari. Vides igitur totam sententiæ elegantiam fuisse corruptam. *Rhen.* Ita quidam hunc locum legunt, *quod Lars Tolumnius dedisset*, ut per *quod* mortem intelligant: *pœnas* autem adjectum putant verbum. Sed alii legunt, *quas Larti Tolumnio dedissent:* et utrumque intelligitur: ad legatos enim, a Fidenatibus jussu Tolumnii cæsos, refertur hoc dictum, de quibus A. U. C. CCCXVII. hoc lib. c. 17. *Glar.* *Lar Tolumnius* est in veteribus libris, atque ita scribendum esse ex Charisii, Prisciani, et Servii, nobilium grammaticorum, auctoritate docui in Prænominibus. *Sigon.* *Lars Toluminus* Leid. 2. et Lov. 1. *Lars Columinus* Gaertn. *Lars Columnius* Lov. 4. *Lartes Tolumnius* Harl. 2. *Lartius Tolumnius* Neapol. Latinii. *L. Arstolupnius* Lipsiens. *L. Aristolum tuus* Lov. 2. *Licteras Tolunnius* Lov. 3. Reliqui *Lars Tolumnius* præferunt, nisi quod *Lar* sit in Hav. De dissensu autem doctorum, utrum *Lar* an *Lars* prænomen hoc scribendum sit, vide Duker. ad Flor. I. 12. § 9. Præterea *daturos quod, &c. dedisset*, ut Rhenanus emendavit, est in Flor. Voss. 1. Lov. 1. 2. 3. 5. Klockian. Port. Harl. 2. et Hav. Neque aliter legitur in Lov. 4. nisi quod in eo omittitur τὸ *dedisset.* Reliquorum vestigia eodem ducunt. Nam *daturos equos, &c. dedisset* Lipsiens. in contextu, pro quo *daturos penes quos, &c. dedisset* præfert margo a m. sec. *daturos, quos, &c. dedisset* Leid. uterque et Harl. 1. *daturos, quas, &c. dedisset* Voss. 2. Gaertn. Neapol. Latinii, et fragm. Hav. in contextu, cujus margo exhibet *pœnas daturos, quas, &c. dedisset.* Lectio illa, quam misere interpolatam esse Rhenanus recte adfirmat, demum obvia fuit in edit. Mogunt. et hinc in Colon. 1525. tum apud Cervicornum, in Ascensiana

1530. et in Frobeniana 1531. Antiquiores habent *daturos pœnas, quas Lar Tolumnius dedisset:* nisi quod *Lartius* sit in Rom. 1472. et Parm. 1480. Sed illud *pœnas* ex interpretis glossa adscitum esse, margo fragm. Hav. docet. Ea autem voce recepta, τὸ *quod,* ut illi conveniret, mutandum erat in *quas.* Ex hacdeinde lectione ansam adripuerunt Moguntini verbis ultimis *Lar Tolumnius dedisset* substituendi *Larti Tolumnio dedissent.* Putasse enim videntur, vocabulum *daturos* referendum esse ad τὸ *legatis,* quasi foret 'eos legatos daturos.' Jam autem sponte videbant,verba 'legatos daturos, quod,' vel 'daturos pœnam quam' historiæ superius hoc lib. c. 17. memoratæ adversari. Non enim Lartem Tolumnium pœnam dedisse, sed pœna affecisse legatos Romanos, ideoque, *Lars Tolumnius dedisset,* mutarunt in *Larti Tolumnio dedissent.* Verum ab ea mutatione abstinuissent, si animadvertissent τὸ *daturos* respicere præcedens 'Veientis senatus.' Id autem ne animadvertere potuerint, duplex obstitit caussa: primo quod non viderint ad vocem *daturos* intelligendum pronomen, *se daturos;* de qua ellipsi vide ad I. 23. § 5. deinde, ut illud viderint, obstitit etiam, quod crediderint, eam hic locum habere non posse, quia putabant non convenire 'se senatum Veientem daturos.' Eam tamen locutionem apud Livium frequentissime obcurrere, ipso hoc cap. supra docui ad § 4.

§ 8 *Primo quoque die ad populum ferrent*] *Primo quoque tempore* Neapol. Latinii. Ea formula alibi sæpe obvia est; ut constat ex iis quæ dicentur ad XLII. 8. § 8. Hic tamen, cum alterum servent reliqui libri, qua scripti, qua editi, id ex interpretatione marginali in contextum inrepsisse censeri debet; quemadmodum contra eamdem ob caussam *primo quoque die,* pro *primo quoque tempore,* datum est in uno codice VI. 3. § 2. Ceterum *primo quoque die* apud Livium etiam non semel obcurrit. Infra XLII. 20. 'Ludos per decem dies Jovi Optimo Maximo primo quoque die faciendos.' c. 30. 'Centuriatis comitiis primo quoque die ferre ad populum consules jusserunt.' c. 48. 'Denunciatum, ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum:' et alibi. Paullo ante *decreverunt* vetustiores edd. usque ad Aldum, qui substituit *decrevere.* Id deinde recentiores omnes probarunt, et superest in codd. meis.

§ 9 *Modo duo præsidia occidione occisa cum periculo retineri*] Scribe *modo duo præs. occidione occisa et cum per. ret.* Rhen. Copula *et,* quam Rhenanus addidit, abest a Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Klockian. Præterea *duo modo præsidia* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Tum *occisione occisa* Flor. Vide ad III. 10. § 11. Deinde *retineri domum,* addita ultima voce, Lov. 5. Paullo ante ordine mutato *nondum cum Volscis debell. esse* præfert Port.

§ 10 *Nullum annum esse, quo non prœlio dimicetur*] *Nullum animum esse* Leid. 1. solito errore. Vide ad XXXII. 5. § 2. Vox *annum* deficit in Lov. 5. Præterea *dimiceretur* Hav.

Novum bellum cum finitimo populo et potentissimo parari] *Bellum novum* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *cum finitimo bello* Harl. 2. Tum *quæ omnem Etr.* Leid. 2. *qui omnium Etr.* Hav. Denique *excitaturus,* pro *concitaturus,* Lov. 2. et 4.

§ 11 *Hæc sua sponte agitata: insuper tribuni plebis accendunt*] Vox *insuper* deficit in Voss. 2. Idem etiam codex male præfert *accedunt.* Eum errorem in Mss. frequentem esse, dicam ad XXIII. 46. § 2. Præterea mutavi distinctionem, quæ post vocem *agitata* in plerisque edd. vel minor erat, vel plane omittebatur. At *tri-*

bunos plebis est in Lov. 4.

Maximum bellum Patribus cum plebe esse dictitant] *Dictant* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad III. 20. § 8. Voces *cum plebe esse dictitant: eam* desunt in Flor.

Eam de industria vexandam militia trucidandamque hostibus objici] *Et eum de industria* addita vocula Hav. *eam de industria vex. militiam* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *ea industria vex. militia* Lipsiens. *eadem industria vex. militiam* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. *eadem industria vex. militia* Harl. 1. Simili errore scribas *eodem*, pro *eo de*, dedisse, videbimus ad VI. 35. § 4. *Ea de industria vex. militia* Leid. 1. *ea de industria vexandum militia trucidandumque* Klockian.

§ 12 *Eum procul urbe haberi atque ablegari*] *Procul urbe atque haberi atque abl.* Flor. *procul haberi urbe* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Insuper *alligari* Gaertn. *allegari* Lov. 5. et fragm. Hav. Vide ad V. 2. § 4. VI. 39. § 7. Solent autem passim verba ex præpositionibus *ad* et *ab* composita confundi in Mss. Ita peccabatur I. 35. § 2. VII. 39. § 2. Vide et quæ notantur ad XL. 55. § 2. *oblegari* Lov. 3. Vide ad VII. 13. § 8. Mox etiam vocula *ne* deficit in Gaertn.

Per otium memor libertatis coloniarumque, aut agri publici aut suffragii libere ferendi consilia agitet] *Otium memor lib. &c. agitet*, omissa præpositione *per*, Lov. 4. De locutione 'agitare otia' vide ad Silii Ital. XV. 423. Reliqui tamen recte *per otium* tuentur. Infra XXI. 28. 'Ceteris copiis per otium trajectis.' c. 23. 'Nec per otium modo, sed prope silentio mox omnes traducti.' c. 55. 'Cibo per otium capto alacer animis corporibusque arma capit.' Alibi sæpe præpositio *per* cum addito casu circumscribendo adverbio inservit. Eo sensu 'per scelus,' 'per crimen,' 'per facinus' obcurrunt. Ovid. Epist. Her. X. 6. 'Per facinus somnis insidiate meis:' ubi vide Heins. ac Burmann. Tum, alio ordine, *libertatis memor* Leid. 2. Deinde *coloniarum aut agri publici* nonnullæ ex primis edd. Aldus postea vulgari curavit *libertatis coloniarumque*. Et ita omnes codd. quibus utor. Nec aliter edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. *coloniarumque, agri publici aut suffragii* Gaertn. Præterea *agitaret* jam omnes antiquitus excusi: quod iterum Aldus mutavit, substituens *agitet*. Is autem hic quoque codd. meos omnes adsentientes habet, nisi quod solus Port. præferat *agitat*.

§ 13 *Prehensantesque veteranos, stipendia cujusque et vulnera ac cicatrices numerabant*] Vet. lib. *prensantesque*. Sigon. *Pensantesque* Harl. 1. Gaertn. Lipsiens. et Hav. Reliqui omnes *prensantesque*, nisi quod in Port. *prensantes* sit, sine τῷ *que*. Contra vero *et prensantesque* in Florentini excerptis. Vide hoc lib. ad c. 48. § 11. Deinde *et volnera* Flor. Vide ad XXXIX. 53. § 2. *et vulnera et cicatrices* Harl. 2. et principes edd. ante Aldinam, cum qua reliqui scripti servant *ac cicatrices*.

Quid jam integri esse in corpore loci ad nova vulnera accipienda] *Quid jam integri in corpore esse loci* Hav. *quid jam integri esse loci in corpore* Harl. 2. *quid jam integri esset in corpore loci* Lov. 3. *quid jam esse integri in corpore loci* edd. Aldina vetustiores. *Qui*, pro *quid*, præfert Lipsiens. At vox *loci* non adparet in Lov. 2. Hinc *ad vulnera nova acc.* Gaertn.

Quid superesse sanguinis, qui dari pro republica posset] Liber vetustus tantum habet *quid super sang.* intelligendum vel 'superare,' vel 'superesse.' *Rhen.* Ut Rhenani, sic et Flor. Voss. 1. Rott. Gud. *quid super sanguinis*. Quare id reddere Livio non metuam. Virgilius Æneid. III. 489. 'O mihi sola mei super Astyanactis imago.' Hoc tamen mollius, quia in vicinia τὸ *esse* apparet. *J. F. Gron.* *Qui su-*

per sanguinis Lov. 4. *qui super sanguis* Lov. 5. *quid superesset sanguinis* Voss. 2. et Lov. 3. *quid superesset sanguis* Hav. *qui superesset sanguis* Harl. 2. *quid supersit sanguinis* Lov. 2. Lipsiens. et Hearnii Oxon. N. et C. *quid superesse sanguinis* fragm. Hav. a m. pr. *quid insuper sanguinis* Port. a m. pr. Reliqui mei, ut, præter Flor. et Voss. 1. Gronovio memoratos, Leid. uterque, Harl. 1. Gaertn. Port. a m. pr. fragm. Hav. a m. pr. Klockian. ut et apud Hearnium Oxon. L. 1. 2. et B. habent *quid super sanguinis*, quod recte Rhenanus et Gronovius probarunt. Ita Valer. Flacc. VIII. 157. 'Vellus habe, et, nostris si quid super, accipe, templis:' ubi videndus est Schottus. Hinc *quid dari pro republica posset* Leid. 2. Lov. 1. Klockian. et Harl. 1. *quid dari pro rep. posse* fragm. Hav. *qui pro rep. dari posset* Harl. 2. et Hav. Τὸ *dari* deficit in Lov. 4. et 5.

§ 14 *Hæc quum in sermonibus concionibusque interdum agitantes avertissent plebem ab suscipiendo bello*] Præpositio *in* deficit in Lov. 4. Harl. 2. et Hav. Male. Cic. pro Cluent. c. 1. 'Negem illam rem agitatam in concionibus, jactatam in judiciis, commemoratam in senatu?' Pro Domo c. 4. 'Sententiam dixi, quæ erat superioribus diebus agitata in senatu.' Τὸ *in* absorptum fuerat a proximæ vocis ultima litera *m*. Vide ad X. 13. § 3. Præterea conjunctio *que* et vox *agitantes* perperam omittuntur in Lov. 2. Port. et Lipsiens. Tandem *a suscipiendo bello* Voss. ambo, Leid. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ab suspiciendo bello*, transpositis literis, Flor. et Klockian. Vide quæ notantur ad XXVIII. 6. § 12. In eadem etiam locutione *suspicere bella*, pro *suscipere bella*, in Voss. 1. peccabatur apud Curtium VI. 3. § 18.

Profertur tempus ferendæ legis, quod, si subjecta invidiæ esset] Pro *quod* alii *quam* legunt. Si clarum esset qua de lege loqueretur, agrariane, an de consule ex plebe creando, clarior utique esset et sensus. Subjectam autem invidiæ esse, quis dubitat? Ego locum suspectum puto. *Glar.* Legem intelligit, non de consule ex plebe creando, quæ post tribunos militum creatos refrixit, relata postea a L. Sextio et C. Licinio tribunis plebis, verum legem de bello Veientibus indicendo. *Sigon.* Nam decreta de bellis indicendis dicuntur quoque 'leges.' Justinus II. 7. 'Capital esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de vindicanda insula tulisset.' *J. F. Gron.* Scholion hoc Sigonii est ex ejus secunda ed. In priori enim aliam sententiam amplexus erat, et 'legem' accipiebat de lege agraria, quam L. Sextius a. CCCXL. sine effectu promulgarat. Eam autem legem, quia tribunorum plebis concionibus in Patres habitis subjectam invidiæ antiquari adparebat, tribunos in aliud tempus ferendam distulisse putat. Hac priori Scholiorum ejus ed. usus Gronovius, quum auctas annotationes a. 1665. ederet, recte Sigonii illam sententiam falsam esse, et non legem agrariam, sed, quod in repetita ed. Sigonius etiam verius esse viderat, legem de bello Veientibus indicendo indicari monuit, eamque 'legem' vocari docuerat ex illis quæ sequuntur hoc lib. c. 60. 'Lege perlata de indicendo Veientibus bello.' Postea Jac. Gronov. novam Livii ed. a. 1679. parans, quum ex adposito Sigonii Scholio ex secunda ed. petito vidisset eum sententiam emendasse, partem illam adnotationis paternæ, qua Glareani et Sigonii priorem opinionem erroris convincebat, resecuit, idque, quod edidi, reliquum fecit. Ab his latius enarrandis abstinuissem, nisi ejus rei notitiam necessariam judicassem ad refellendam calumniam Doujatii; qui, ubique spoliis Gronovianis, inhonesto latrocinio sive plagio relatis, superbiens, nunc obji-

cere non dubitavit, Gronovium Sigonii sententiam sibi vindicasse, qui tantum inprudens eodem modo verba Livii accipienda docuit, quomodo Sigonius ea acceperat in iterata ed. quam Gronovius a priori, quum eam refelleret, dissentire ignorabat. Ceterum *tempus ferundæ legis* Flor. Leid. 1. atque omnes typis excusi, quos vidi, usque ad ultimam Gruteri ed. quæ *ferendæ* substituit. Proxime etiam hanc lectionem accedit Harl. 1. præferens *servandæ*. Hanc igitur scripturam revocavi. Vide ad XXVI. 36. § 11. Hinc *quæ si subjecta invidiæ* Lov. 1. et Harl. 2. *quæ nisi subj. inv.* Lov. 4. *quam, si subj. inv. esset* Gaertn. a m. pr. Sed voces *quam si* deficiunt in Lov. 5. lacuna tamen ac spatio vacuo relicto. *Antiquaria apparabat* Lov. 5. *antiquari præparabat* Lov. 2. *antiquaria præparabat* Lov. 4.

CAP. LIX. § 1 *Interim tribunos militum in Volscum agrum ducere exercitum placuit*] Ita primus Frobenius 1535. vulgari curavit, quam scripturam plerique codd. firmant. Priores dederant *tribunis militum placuit*, quomodo præferunt Lov. 4. Harl. 2. et Hearnii Oxon. C. *tribuni militum* habet Gaertn. et, ut conjicio, Lov. 2. per compendium enim *tR̷i* in eo scriptum exstat. *Tribunus militum* Hav. *tribuno militum* Voss. 2. Sed accipiendum 'placuit' (nempe Patribus) 'tribunos militum in Volscum agrum ducere exercitum.' Deinde *ducere ex. in Volscum agrum* trajectis vocibus Lov. 4.

Cn. Cornelius unus Romæ relictus] *M. Cornelius* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Hav. quorum prior quidem eo prænomine unum tribunorum hujus anni adpellarat, alter vero reliquis adsentiens eum *Cnæum* dixerat cap. præc. *Cossus Cornelius* Lov. 2. et Gaertn. Sed præfero vulgatum partim ob aliorum codicum auctoritatem, partim quod duo fuerint tribuni militum hujus anni *Cornelii Cossi* dicti, unde, omisso prænomine, incertum foret, quis eorum innueretur.

§ 2 *Nullo loco castra Volscorum esse, nec commissuros se prælio*] *Nullo agro* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. Verum vox *agro* menti librariorum obversata est ex præcedenti *in agrum Volscum.* Deinde *commissuros esse prælio* vetustiores excusi: pro quo tamen jam Tarvisina utraque, mox Venetæ 1495. et 1505. hinc Ascensius, aliique recentiores *commissuros se prælio* exhibuerunt; quod etiam omnes scripti præferunt.

Tripartito ad devastandos fines discessere] *Tripertito* Flor. et Leid. 1. cum edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. quæ etymologia tempori Liviano convenire nequit, sed corrupto ævo librariorum accepta referenda est. Vide Dausquei. Orthogr. part. sec. in voce 'Bipartitus.' *Tripartitos* habet Voss. 1. Tum *ad levastandos* Harl. 1. ut videri possit legendum esse *evastandos*, ac primam literam ex ultima vocis præced. repetitam esse. Sæpe quidem 'evastare,' sed passim etiam 'devastare,' apud Livium occurrit; quare nihil mutandum reor, præsertim reliquis codd. in vulgatum consentientibus; nisi quod *devastando fines* præferat Leid. 1. ubi ultima litera excidit ob similitudinem primæ in voce seq. Vide hoc lib. ad c. 33. § 11. et *devastandas fines* Flor. Eo genere vocem 'finis' pro termino regionis Latinis usurpatam fuisse, docet locus ex cenotaphio Pisano laudatus hoc lib. ad c. 2. § 4. unius tamen cod. testimonio nescio an credendum sit. Insuper *discessere* non adparet in Gaertn. Quasi hæc cum seqq. conjungenda essent, sublata vel mutata distinctione, *trip. ad devast. fines, Valerius Antium petit, Cornelius, &c.* Sed reliqui codd. eam vocem tuentur.

§ 3 *Valerius Antium petit, Cornelius Ecetras: quacumque incessere*] Omnia hæc desunt in Port. et Lipsiens.

sed culpa scribarum, quibus errandi ansam dedit similitudo vocum *discessere* et *incessere*. Vide ad IX. 11. § 11. *Valerius Antium pergit* legit Leid. 2. Sed illud *pergit*, in nullo præterea cod. obvium, natum videtur ex interpretis expositione. Tum *Fabius*, pro *Cornelius*, habent Lov. 2. et Gaertn. At Fabii expeditionem et res gestas mox demum Livius narrabit. In loco, quem Cornelius petierit, mire variant libri scripti. *Gitras* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. *Giras* Hav. *et Giras* Leid. 1. *et Gitras* fragm. Hav. *et Girus* Harl. 1. *et Caius* Lov. 2. 4. 5. et Harl. 2. *et C.* Gaertn. *Ægritas* Lov. 3. *Egitrans* Flor. *Egritas* Voss. 2. et edd. pleræque antiquiores, quædam earum *Egitras*. Frobenius demum *Ecetras* substituit, quemadmodum etiam erat in Port. Vide ad II. 25. § 6.

Ut distinerent Volscos] Non displicet hoc verbum, non minus elegans, quam hoc loco conveniens. Sic lib. seq. c. 20. 'Duæ senatum,' inquit, 'distinebant sententiæ.' Sed, quia Borbetomagense volumen habet in ipso contextu *desternerent*, in margine *distinerent*, cogitandum an Livius scripserit *ut externarent Volscos*, id est, percellerent Volscos, mentem et consilium adimentes. Quod verbi reposuimus etiam apud Ciceronem in libello de Senectute. *Rhen.* Alii *distenderent*. Vet. lib. Borbetomagensis habet *ut desternerent Volscos*. Forte *ut disterminarent*: quamquam τὸ *desternerent* probum verbum esse existimem. Vide Festum in 'Consternatio.' *Klock.* Lectio hæc in nullo vetusto, neque scripto, neque excuso, libro mihi obvia fuit, sed demum in Moguntina ed. obcurrit. Gebhardus tamen se jam in ed. Campani, invenisse auctor fuit ad III. 23. § 1. *Destinerent* habet Flor. *detinerent* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. *deterrerent* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Hav. Neapol. Latinii, et Pall. tres apud Gebhard. l. laud. *decernerent* Lov. 2. et Gaertn. *desternerent* Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et Port. Totum verbum deficit in tribus Mediolan. edd. annorum 1480. 1495. 1505. et Veneta 1498. *discernerent* præferunt Rom. 1472. Parm. 1480. et Tarvis. utraque. *Disternerent* Venetæ annorum 1495. et 1506. et Ascensianæ tres annorum 1510. 1513. et 1516. Non placet alterutra Klockii conjectura: non *disterminarent*, quoniam a vulgato longius discedit; præterquam quod non modo Livium, sed ne alios quidem ejus ætatis scriptores eodem verbo usos esse recorder. Errant enim lexicographi, qui, id apud Lucretium inveniri, nobis persuadere conantur. Verba enim quæ laudant, exstant apud Lucan. l. I. vers. 215. Non placet etiam altera *desternerent*, quod me alibi id verbum reperire non meminerim. Quod enim Festum laudet, is unice de verbo 'Consternare' ibidem egit. Neque probare possum *ditererent*, quod Gebhardo loco supra laud. in mentem venit; nam neque hoc verbum alibi observavi. Nulla etiam lectionum in Mss. vel edd. vetustis exstantium admitti posse videtur. *Exsternarent*, quod Rhenanus reponendum credidit, proxime accedit ad scripturam eorum, qui *desternerent*, *disternerent*, vel *discernerent* præferunt. Cur tamen recipiendum non existimem, dicam ad XXXVII. 24. § 7. Nihil itaque verius esse puto, quam, quod vulgo exstat, *distinerent*; quo nos ducunt vestigia codicum, in quibus est *destinerent* et *detinerent*. Ideo, exercitu tripartito diviso, Valerius Antium, Cornelius Ecetras petentes late tecta agrosque populati sunt, ut, Volscis distractis, atque ad se avocatis, Volscis exercitum dividentibus, et partim in Valerium, partim in Cornelium, late tecta agrosque populantes, aversis, Fabius incautus Anxur obpugnandi commodam oc-

casionem haberet. Verbum autem 'distinere' Livio familiare ac frequens est. Vide ad v. 20. § 4.

Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxur obpugnandum] Nec hoc satis clarum est: 'Fabius petebat, Anxur petebatur.' Sed quare *maxime petebatur?* an quia locupletius oppidum, et plus ibi prædæ sperandum? *Glar.* Glareanus non adtendit hoc loco ad verba Livii. Non enim dicit 'Fabium petisse Anxur, quod petebatur;' sed eum 'accessisse ad Anxur.' Ideo vero additur *quod maxime petebatur,* ut constaret non ideo præcipue duces Romanos tripartito discessisse, ut Valerius et Cornelius prædas in agro Volsco agerent, sed ut Volscos deprædatione hac distinerent, donec Fabius Anxur expugnasset. Ceterum *Axur*, an *Anxur*, scribendum sit, disceptant viri docti. Vide Cluverium Italiæ Antiq. III. 7. p. 1010. et Dausquei. in Orthogr. parte sec. in voce 'Axur.' Omnes autem codd. Liviani hic literam *n* servant, nisi quod ejus loco *u* sit in Lov. 1. et Hav. *Aucxur* vel *Auxur*, facili errore ob ductuum similitudinem. Sed præterea *Ancxur* scribunt Leid. 1. et Voss. 1. *Ancxyr* Flor. Harl. 1. et Klockian. *Anxar* Voss. 2. et Lov. 3. *Anxir* Lov. 4. et fragm. Hav. a m. sec. *Anexir* Lipsiens. quæ eædem diversitates etiam mox in iisdem codd. reperiuntur. Vide etiam ad v. 8. § 2. c. 12. § 6. c. 13. § 1. c. 16. § 2. VII. 39. § 6. et alibi. Deinde *sine ulla adpellatione* Lipsiens. in contextu, quod recte in margine a m. sec. postea emendatum est.

§ 4 *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt*] V. C. habet *Terracenæ*, ut in antiqua etiam inscriptione habetur, quæ ibi reperta est. Et ita habet Porphyrionis liber, qui est apud me vetustissimus, in quo ita scriptum est ad Horat. Satyr. I. 5. 26. 'Olim Anxur dicebatur, ubi Jovem Anxurum colebant, cujus et Virgilius meminit, cum ait, 'Jupiter Anxurus arvis Præsidet,' &c. 'Merito autem reperimus,' inquit Horatius, et, 'impositum saxis,' quoniam illis temporibus Terracenensis urbs in altissimo monte erat, unde postea in æquiorem locum deposita est, ut non solum sint adhuc vestigia ædificiorum in monte, sed et murorum,' &c. IOVIS autem antiqui, pro IVPITER, et AXVR, non AVXVRVS, in argenteis denariis Vibiæ familiæ signatum est. *Ursin.* *Tar'cinæ* Klockian. *Turritinæ* Voss. 1. in cujus margine emendatur *Terracinæ*, quod posterius servant etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. *Terracenæ* autem, atque inde formatum *Terracenensis* scribendum, etiam Ursin. contendit ad Sall. Cat. c. 46. quem refellit Cluverius Ital. Ant. III. 7. p. 1009. Et recte. Ex inscriptione enim ab Ursino laudata, et a Grutero edita in Corpore Inscr. p. CLII. num. 8. quæ tempore Theodorici regis Gothorum posita est, nihil aliud colligi potest, quam ejus tempore vitiosam hanc orthographiam in usu fuisse: quemadmodum ex alia apud eumdem Gruter. p. CCCLXXXI. num. 1. TARRICINENSIS tempore Imp. Alexandri Severi scriptum fuisse. Vide etiam Dausquei. de Orthogr. part. II. voc. 'Taracina:' et Cortium ad Sall. eumdem locum. Præterea *fuit* in Leid. 2. et Lov. 1. *sunt* autem in Harl. 2. deficiunt.

Urbs prona in paludes] *Urbs parva in paludes* Gaertn. *urbs parva in palude* Lov. 4. *in palude* etiam Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Lipsiens. et Port. *in paludem* Lov. 5. Harl. 2. et Hav. Ovidio Metam. XV. 717. vocatur 'Trachas obsessa palude:' qui locus ferme persuadet, ut, aliorum codicum lectionem secutus, aliorum vero vestigiis insistens, legendum censeam *in paludem.* Sed et vulgatum commode servari potest. Mox, *ab ea parte qua Fabius* in Oxon. L. 1. se invenisse,

testatur Hearne.

§ 5 *Quum inminentem urbi collem cepissent; ex loco altiore*] *Inm. collem urbi* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *loco altiori* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Ceterum eadem ratione, qua nunc Fabius, Vitelliani etiam Tarracinas ceperunt apud Tacit. Histor. III. 77. Paullo ante *circumiuisse*, pro *circummissæ*, Lipsiens. ob similitudinem literarum *m* et *iu* in scriptura Longobardica. In verbis seqq. *quia nullum erat præsidium* præferunt edd. antiquæ usque ad Aldinam, quæ prima *qua nullum* substituit. Et ita legunt etiam omnes scripti. Alibi sæpe hæ voculæ in Mss. confundi solent. Vide ad XL. 29. § 8.

§ 6 *Obstupefacti, qui adversus Fabium urbem infimam tuebantur*] *Stupefacti* Lov. 2. et Lipsiens. Sed reliqui codd. receptam lectionem defendunt. Deinde *urbem infirmam* Flor. Sed vulgatum verum esse, narratio Livii docet; qui refert Ahalam, inminente urbi colle capto, ex loco superiore inpetum fecisse; Fabium autem eam partem urbis, quæ prona erat in paludes, id est infimam urbem, invasisse.

Et in muris diu cædes] Emenda, *et immitis diu cædes.* Sic Flor. Rott. Helm. Vossiani duo, Mureti codd. *inmitis* scilicet, vel *immitis.* Sine misericordia aut parcendi discrimine. Sic restituimus nuper Plauto Bacchid. III. 4. 1. ' Immitiorem nunc utrum credam magis Sodalemne esse, an Bacchidem, incertum admodum est.' *J. F. Gron.* Eamdem lectionem, quam ex suis produxit ac probavit Gronovius, etiam apud me superest in Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. ac C. et in Neapol. Latinii. Illud *in muris* tantum erat in Harl. 2. Port. et Hav. Insuper *diu pariter cædes*, transpositis vocabulis, Hav. Tum *et inermium*, pro *atque inermium*, Port. Lov. 2. et Lipsiens. Denique *fuit* deficit in Lov. 2.

§ 7 *Cogebautur itaque victi, quia cedentibus spei nihil erat*] *Cogebantur itaque cuncti* Voss. 1. Lov. 1. et apud Hearnium Oxon. N. in quo tamen mutatum est in *victi.* Tum *nihil spei* Lov. 4. Harl. 2. et Hav. *spei nil erat* Flor.

Quum pronunciatum repente, ne quis præter armatos violaretur] *Tum pronunciatum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. et Hav. Vide ad Epit. Livian. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *præter armatus* Flor. Leid. 1. Harl. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Lipsiens. et Hav. ut *præter* ponatur pro ' præterquam ;' de quo plura vide ad V. 52. § 13. Locutionem, qua participia neutra, ut hoc loco *pronunciatum*, pro substantivis ponuntur, inlustravi ad I. 53. § 1. Mox *omnium multitudinem*, pro *omnem mult.* Hav. Male. Vide ad VI. 22. § 6.

Quorum ad duo millia et quingenti vivi capiuntur] Legendum *ad duo millia et quingentos, vivi capiuntur.* T. Faber. Pessime ita Faber conjicit, quum omnes nostri stent pro recepta lectione. Neque felicius hic versatus est bonus ille Doujatius, titulis quam eruditione conspectior, qui Fabrum quidem, *ad duo millia et quingentos vivi capiuntur* legendum putantem, grammaticæ regulis inhærere notat, sed nihil vetare quo minus *quingenti* ad nomen sequens *vivi* referatur; quasi dicas *ad duo millia, et præterea quingenti vivi.* Pudet, viros doctos, qui Livium inlustrare et cum notis edere voluerunt, ignorare potuisse, familiare ipsi esse, *ad* numero additum pro ' circiter ' sine casu ponere. Vide plura ad X. 17. § 8. Ceterum *viri capiuntur*, pro *vivi cap.* Lov. 5. et fragm. Hav. quomodo in uno codice etiam peccabatur III. 18. § 10. Errori autem caussam præbuit similitudo literarum *v* et *r* in scriptura Longobardica: de quo vide ad

XLV. 39. § 15. Sed vox *vivi* exsulabat a Lov. 4.

§ 8 *A cetera præda Fabius militem abstinuit*] *Ad cetera præda* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr. quorum librarii dare voluisse videntur *ab cetera præda*, quemadmodum præfert Hav. Præpositio vero abest a Lov. 5. Sæpius Livium, præter casum quartum, etiam sextum sine præpositione verbo 'abstinere' addere solitum fuisse, videbimus ad v. 43. § 8. Sed nec insolens Livio est, eidem etiam præpositionem addere. Supra II. 45. 'Clades Latinos ne ab legatis quidem violandis abstinuit.' XXXIV. 35. 'Seque ipse suosque ab his abstineret.' Quum itaque, uno minoris auctoritatis codice excepto, reliqui omnes vulgatum servent, illud etiam præferendum esse, non dubito. Deinde *militem Fab. abst.* alio ordine, Leid. 2.

§ 9 *Qui ceteros Volscos a præsidio*] *Ceteros Volscorum* Harl. 2. et Hav. Tum *ab præs.* Haverk. *a prædio* Harl. 2.

§ 10 *Plebem Patribus conciliavit*] *Patribus plebem conc.* Gaertn. *reconciliavit* Hearnii Oxon. N. quod ex interpretis expositione natum videtur.

§ 11 *Additum deinde omnium maxime tempestive præcipuum in multitudinem munus*] Reponenda antiqua lectio, quæ habet, *maxime tempestivo principum in multitudine munere*. Scribe tamen *in multitudinem*. Expone, 'Additum deinde omnium maxime tempestivo,' (id est, summe tempestivo,) 'munere,' (id est, per munus,) 'principum,' (hoc est, istorum ducum sive imperatorum,) 'in multitudinem.' q. d. Nullum umquam munus ab ullis principibus magis tempestive collatum est multitudini; nam populo sæpe sunt exhibita munera. *Rhen.* Ita, *maxime tempestivo in multitudinem munere* legendum putavit Rhenanus, cum antea legeretur, *maxime tempestive præcipuum in multitudinem munus*. Quæ utraque lectio non satis probatur. Probatur autem ea, quæ est in libris vett. quos ipse inspexi: *maxime tempestive principium in multitudinem munerum*. Principium autem donaudæ multitudinis stipendium fuisse ait, tum primum de publico militibus datum. *Sigon.* Ad hunc locum recte et constituendum et intelligendum mire faciunt quæ tradit Lipsius in lectissimis suis electis I. 2. *Modius.* Quod ait Sigonius lectum ante Rhenanum, *tempestive præcipuum in multitudinem munus*, id non nisi apud Moguntinos et Frobenium reperio. Andreas et Juntas *principium muneris*. A quo duabus literis distat, quod ille ex suis veteribus probat: *maxime tempestive principium in multitudinem munerum*. At minime omnium id probat mihi. Quis, quæso, mortalium, præter ipsum, interpretetur 'principium munerum in multitudinem' stipendium tum primum de publico datum? Nam extra illud, falsum est nullam ante in multitudinem esse liberalitatem exercitam. Quo illa blandimenta plebi post reges exactos data? toties levata annona? toties agri divisi? toties et cum maxime præda concessa? Perpulchra sane oratio, 'Additum est principium munerum in multitudinem,' hoc est, præter illa, quæ dicta sunt, factum est initium stipendiorum. Sic scribere Livium? Et hæc posse probare quemquam contra scripturam tam Latinam, tam apertam et planam, tam aptam, *tempestivo principum in multitudinem munere*: quam non modo Mss. sed Becharius, sed Veneta Zanensis, sed Tarvisina Vercellensis, sed Ascensii et Saveterii Parisiensis dudum prodiderunt? Non enim fuit 'principum munus,' qui ultro decreverunt ex ærario? qui ut censum habebant maximum, ita plurimum contulerunt; qui aliis conferendi pigritiam excusserunt. Non fuit 'omnium maxime tempestivam?' instante gravissimo bello, tergiver-

sante et fremente juventute, tribunis incendentibus plebem, erogatum, quo, præter hos solos, omnes homines, non tantum omnes ordines, Patribus sunt mire conciliati. Vir præstantissimus præter solitum hic dormitavit. *J. F. Gron.* Quam maxime in hujus loci scriptura variant codd. calamo exarati. *Addit tum deinde*, pro *Additum deinde*, est in Leid. 2. *Aditum deinde* in Lipsiens. Præterea Sigonii libris vett. ex Oxoniensibus suis consentire B. et N. Hearne testatur. Inde unica tantum litera distat Hav. *tempestive principium in multitudine munerum* exhibens. *Tempestive principium in multitudinem munus* præfert Gaertn. *tempestive principium in multitudine munus* Lov. 3. et 5. *tempestive principum in multitudine munus* Harl. 2. *tempestive principium in multitudinem munere* Oxon. L. 1. 2. et C. apud Hearnium. *tempestive principium in multitudine munere* Leid. uterque et Lov. 1. *tempestive principium in multitudine nimius* Lov. 4. *tempestivo principium in multitudinem munere* Klockian. *tempestive principum in multitudine munere* Voss. 1. *tempestive principum in multitudinem munere* Port. et Lipsiens. *tempestivo principum in multitudine munere* Flor. Harl. 1. et fragm. Hav. *Additum deinde omnium maxime tempestivo principium in multitudinem muneri* invenio in Venetis edd. 1495. et 1505. *tempestive præcipuum in multitudinem munus* præter edd. Gronovio memoratas habent etiam Ald. Cervicorni, Colon. 1525. et Ascensiana 1530. Reliquæ omnes, quas vidi, servant, ut nunc editur. Patet, ex codd. vestigiis legendum esse, vel *Additum deinde omnium maxime tempestive principum in multitudinem munus;* vel potius, ut Rhenanus et Gronovius voluerunt, ac Voss. 2. et Lov. 3. firmarunt, *Additum deinde omnium maxime tempestivo principum in multitudinem munere.* Multi codd. *tempestive*, pro *tempestivo*, dederunt propter præcedens *maxime*, ut hæc vox ei conveniret. De simili errore dictum ad IV. 44. § 5. Qui autem præferunt *principium*, non eam vocem casu recto acceperunt, sed casu patrio numero multitudinis a recto 'princeps.' Vide ad II. 27. § 12. Denique in multis exstat *in multitudine*, quia ultimam literam *m* intercepit prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *munere in multitudinem*, ut v. 3. 'Munere Patrum in plebem tribunos plebis offensos ac concitatos esse.'

Ut ante mentionem ullam plebis tribunorumve decerneret senatus] Est in veteri libro *plebis tribunorumque*. Rhen. In hanc lectionem conspirant excusi. At in diversa abierunt scripti. *Tribunorumque*, ut Rhenanus in suo invenit, præfert Flor. *ut ante mentionem plebis tribunorumve decerneret et senatus* habent Lipsiens. et fragm. Hav. Verum illud *et*, quod etiam in aliis codd. superest, ex ultimis literis vocis præced. perperam repetitis natum videtur. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Ut ante ment. ullam plebis tribunorum vel decerneret senatus* Gaertn. *ut ante ment. plebis tribunorum ut decerneret et senatus* Lov. 4. et 5. a m. pr. qui *ut ante ullam ment.* obfert a m. sec. *ut ante ment. ullam plebis tribunorum ut decerneret et senatus* Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. (in quo a m. sec. τὰ *ut* atque *et* expunguntur) Lov. 3. et Port. a m. sec. a quo a m. pr. τὸ *ullam* exsulabat, et *decernerent*, pro *decerneret*, exaratum erat. *Ut ante ment. plebis tribunorum ut decerneret senatus* Lov. 2. *ut ante mensionem ullam plebis tribunorum decerneret et senatus* Leid. 2. *ante ment. ullam plebis tribunorum ut decerneret senatus*, τῷ *ut* in principio neglecto, Harl. 2. et Hav. *ut ante ment. ullam plebis tribunorum decerneret senatus* Voss. 2. Et hæc lectio vera esse videri posset. *Plebis tribuni*, inverso ordine vocabulorum, quemadmodum 'plebis ædiles' apud Ovid. Fast. v. 287. 'Plebis ad ædiles

delata licentia talis.' Ne quis vero id poëtæ, non historico, permissum excipiat, ita 'curulis ædilitas' et 'curules ædiles' ipse Livius vii. 1. 'Annus hic erit insignis novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus, prætura et curuli ædilitate.' xxiv. 43. 'Ludos scenicos per quatriduum eo anno primum factos ab curulibus ædilibus, memoriæ proditur.' Similiter 'plebis tribuno' verosimili admodum conjectura Julio Obseq. viri docti restituerunt c. 114. 'Livio Druso plebis tribuno leges ferente, quum bellum Italicum consurgeret, prodigia multa adparuerunt urbi.' Et ita vulgo editur apud Colum. i. 3. 'Liciniana illa septena jugera, quæ plebis tribunus viritim diviserat, majores quæstus antiquis retulere, quam nunc nobis præbent amplissima vervacta:' ubi tamen forte legendum est *quæ plebi tribunus viritim diviserat:* ut innuat, plebem viritim hæc septena jugera a Licinio tribuno accepisse. Infra denique apud Livium ita editur vi. 38. 'Plebis tribunos eosdem, duos utique, qui legum latores erant, plebes reficiebat:' ubi variant quidem codd. ut videbimus; eam tamen lectionem, quæ vulgo exstat, veriorem puto. Non aliter etiam Plinius xviii. 3. 'Farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit, undecimus plebei tribunus.' Præstat tamen hic apud Livium nihil mutare, quum pro vulgato stent Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. nisi is forte *tribunusque* legat. Ita Liv. cap. seq. hanc munificentiam Patrum in plebem 'non a tribunis plebis umquam agitatam, non suis' (nempe plebis) 'sermonibus efflagitatam' fuisse ait.

Quum ante id tempus de suo quisque] Duæ priores voces desunt in Gaertn. *quum ante ad id tempus* præfert fragm. Hav. *quum ante tempus* Voss. 2.

Cap. lx. § 1 *Prensatasque exeuntium manus et Patres vere adpellatos*] Ita primus Sigonius edidit, neque aliter plerique codd. scripti, Voss. uterque, Leid. 1. Harl. uterque, Klockian. et fragm. Hav. Priores excusi præferunt *prehensatasque,* quod in solo superest Hav. *pensatasque* habent Port. et Gaertn. *presentasque* Lov. 1. *prentatasque* Leid. 2. Vide ad c. 58. § 13. et ad c. 48. § 11. Tum vocula *et* omittitur in Voss. 2. et Lov. 3. *vero* autem, pro *vere*, idem codex exhibet. Infra x. 23. 'Nec se viri honorumve ejus ac rerum gestarum pœnitere vero gloriaretur:' ubi vide. Unius tamen auctoritas contra omnium aliorum consensum levior est. In verbis præcedd. *ab plebe*, pro *a plebe*, habet Hav.

Pro tam munifica patria, donec quidquam virium superesset] *Pro tam munifica patria* Harl. 1. Vide mox etiam ad § 3. *pro tam magnifica* Lov. 5. a m. pr. quod recte a m. altera mutatum est. 'Munificus' enim est liberalis, qui multa munera dat: 'munifice largiri' Livius dixit i. 54. 'munifice et propenso animo facere' xxxvii. 54. Deinde *τὸ quidquam* deest in Leid. 2. Sed *virium quicquam* trajectis vocabulis præferunt Lov. 2. et Lipsiens.

§ 2 *Quum commoditas juvaret rem familiarem, saltem acquiescere eo tempore*] Et hic videtur aliquid nævi. Sed alii distinguunt ante *rem familiarem:* ut *acquiescere* compositum nihilo plus significet, quam simplex 'quiescere.' *Glar.* Suspectum habet verbum *acquiescere* Glareanus, quasi vero non v. 23. ita locutus sit Livius: 'Ut fessa diutino bello acquiesceret civitas:' id est, quiesceret. ['Quid dicis, Sigoni? Non exponit etiam Glareanus *acquiescere*, pro 'quiescere?' imo vero facit.'] *Sigon.* Emendo *cum commoda ita juvaret: rem familiarem saltem accrescere eo tempore, quo.* Lipsius Elect. i. 2. Ms. *familiarem.* id est, *familiarem enim.* Lego: *parceret. Cum comm. juvaret, (rem*

fam. enim saltem acquiescere eo tempore, quo corpus add. atque oper. reip. esset,) tum quod ultro sibi obl. esset, non a trib. pl. umq. ag., non suis serm. efflag., id vero effic. mult. gaud. &c. Juvaret, pro 'delectaret.' Mallem tamen *juvabat*. Klock. Trigam horum verborum *quum commoditas juvaret* censeo esse librarii alicujus prolem. Lipsius Elect. I. 2. emendatione aptat rei propositæ. Sed an dextere? *Grut.* Bene *saltem acq. co tempore* Pall. omnes. Supra quoque ex iisdem ita legendum c. 49. 'Malum quidem militibus meis, inquit, nisi acquieverint.' Lipsius Elect. I. 2. legit 'Cum commoda ita juvaret, rem familiarem saltem accrescere eo tempore.' *Gebh.* Lipsius hic legit, *cum commoda ita juvaret, rem famil. saltem accrescere.* Et cubat haud dubie in vitio locus, et de commodis militaribus hic agi perspicuum est. Sed non placet illud 'commoda juvare.' Non enim juvabant commoda jam data, neque, si hoc vellet, sic loqueretur Livius. Sed commodis juvabant militem, et rem familiarem ejus sublevabant, commoda dabant. Legendum itaque arbitror *Quum commodis juvaret*, vel potius *commodis datis* (eo enim vox corrupta *commoditas* nos ducit) *juvet. rem familiarem, &c.* Notum illud ingeniosissimi poëtæ, Ovidii Art. Am. I. 131. 'Romule, militibus scisti dare commoda solus.' R. H. Schelius de Stipend. Milit. Lego, *cum commodis suis ita servirent, ut res familiaris saltem acquiesceret.* T. Faber. Jam dudum hoc pro desperato. Lipsius, *cum commoda ita juvaret : rem familiarem saltem accrescere.* Equidem τὸ *accrescere* nequam puto, vel ob id, quod sequitur, *operatum :* nam ante data stipendia non modo manus et corpora, sed et patrimonium militantium reipublicæ serviebat et fatigabatur : quod acquievit, nec perinde attritum est, ex quo æra meruerunt. Alterum non placet magno viro, etsi cubare locum in mendo fateatur: non enim juvabant, inquit, commoda jam data : nec, hoc si vellet, sic loqueretur Livius. Quid ni ille? Quum Suetonius Calig. c. 41. 'Quasi adjuvantium Cæsaris reditus.' Nam quod ait *jam data*, hæc captio est. *Commoda* sunt militum; sed non solorum sunt *commoda* militum. Sunt uniuscujusque fructus, reditus, vectigalia, salaria, honoraria, propter quæ vivit facilius. Sic 'sacerdotum commoda auxisse' dicitur Augustus c. 31. et Claudius 'magna commoda constituisse naves fabricantibus' c. 18. Sic igitur civium 'commoda,' quas quisque rationes haberet commode vivendi, decreto stipendio, 'juvisse' belle patria vel Patres dicerentur. Mavult ille *Cum commodis juvaret :* vel, *Quum commodis datis juvet : rem familiarem saltem :* et, quum Lipsius hanc faciat partem membri præcedentis, ille sequenti adjudicat. Quorum ego facile optionem cuivis relinquo, si modo satis acceptum habeat, vitium subesse, de quo incipio dubitare. Video enim duas ponere causas Livium, quæ huic muneri mirificum lenocinium addiderunt : alteram ipsius rei fructum, quæ molesta quemque impensa levabat, quo tempore minime attendere domesticis rationibus possent; alteram promptam largientium voluntatem, quæ ante cujusquam spem aut desiderium munifica fuerat. Sic Justinus de Alexandro solvente militum æs alienum, XII. 11. 'Insignis hæc munificentia non summa tantum, verum etiam titulo muneris fuit.' Fausta omina et laudes, quas donati congerunt in donantes, finiuntur cum periodo illa in verbo *parceret*. 'Quum commoditas' (pergit hinc auctor suo, non tenuium civium, ore) id est, utilitas, opportunitasque hujus muneris, in eo sita, quod permittebatur, 'rem familiarem' cujusque 'saltem acquiescere eo tempore, quo corpus ad-

dictum atque operatum reipublicæ esset;' ista igitur quum commoditas 'juvaret,' delectaret accipientes, grata accideret accipientibus: 'tum quod ultro oblatum,' &c. 'Commoditas' sic Ciceroni de Offic. II. 4. 'Qui ex bestiis fructus, quæ commoditas percipi posset?' Malles forte *juvabat*: sed sic quoque III. 34. 'Quum promptum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his summi infimique ferrent; tum legibus condendis opera dabatur.' VIII. 21. 'Quum ipsa per se res anceps esset, prout cujusque ingenium erat, atrocius mitiusve suadentibus; tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit.' *J. F. Gron.* E. Puteanus de Stipend. Milit. c. 4. priorem partem emendationis Lipsianæ *quum commoda ita juvaret* admittit. Verum *accrescere* non substituendum putat τῷ *acquiescere*: ei enim Livium statim *operatum* obponere: *acquiescere* autem exponit 'non deteri,' 'non consumi;' et rem familiarem *acquiescere* docet, cui gravis inpensa non est. Cœtierius in margine Livii emendat *quum commodis ita juvaret.* Sed verissime totius loci sensum pervidit, ac docuit vir summus J. F. Gronov. monendo duplicem proponi causam gaudii plebeiorum, primo commoditas juvabat rem familiarem, &c. secundo id multipliciter gaudium augebat, quod sponte datum foret. *Commoditas*, ut fere est apud Terent. in Andr. III. 3. 37. 'At si corrigitur, quot commoditates vide: Principio amico filium restitueris: Tibi generum firmum, et filiæ invenias virum.' Cicer. de Amicit. c. 7. 'Quumque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quod bona spe prælucet in posterum.' *Juvaret*, id est, delectaret. Justin. XXXI. 8. 'Juvabat Ilienses, nepotes suos, occidente et Africa domita, Asiam ut avitum regnum vindicare.' Ovid. Epist. Her. III. 116. 'Pugna nocet: citharæ, voxque, Venusque juvant.' Et infinitis aliis locis. Neque, ut recte monuit idem Gronov. *quum juvaret* mutandum est in *quum juvabat*, quia mox sequitur *tum efficiebat*. Similiter enim VI. 38. 'Adversus ea quum contemtim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent, tum percitus ira Camillus lictores misit.' Cic. ad Fam. X. 10. 'Quum rebus enim ipsis essent et studiis beneficiisque in rempublicam gratissimæ, tum erant gravissimis verbis et sententiis.' XVI. 21. 'Nam quum maximam cepissem lætitiam ex humanissimi et carissimi patris epistola, tum vero jucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii adtulerunt:' et de Amic. cap. 7. loc. laud. *Acquiescere* denique est 'quiescere.' Vide ad v. 23. § 12. In vulgatam hanc lectionem omnes codd. conspirant, nisi quod *incommoditas* sit in Lov. 2. et Lipsiens. *incommodā* in Lov. 4. et 5. deinde quod *juvarebat* sit in Flor. quasi duplicem lectionem *juvaret* et *juvabat* dare voluerit; denique quod *acquiesceret* præferant Harl. 2. et Lov. 4. ac 5.

Corpus addictum atque operatum reipublicæ esset] *Adictum* Port. *additum* Lov. 4. 5. fragm. Hav. et ed. Parm. 1480. Vide ad VI. 15. § 9. *adjectum* Hav. Ita 'adjicere' et 'addicere' in Mss. commutari, vidimus ad IV. 8. § 5. Verbum autem *esset* non adparet in Voss. 2. nec in Lov. 3.

Tum quod ultro sibi oblatum esset, non a tribunis plebis] *Cumque ultro* Voss. 2. et Lov. 3. sed errore librariorum, qui non modo voculas *tum* et *cum*, sed etiam *que* et *quod* passim in Mss. commutarunt. De priori vide ad Epitom. Liv. lib. XLVIII. circa fin. de posteriore ad II. 41. § 8. Præterea *non a tribuno* Lov. 2. et Lipsiens. *non ab tribunis* Hav. *non tribunis plebis umquam agitatum* Leid. 1. omissa præpositione *a*. *Numquam*, pro

umquam, et *aflagitatum*, pro *efflagitatum*, est in Lipsiens. Ceterum, quamquam non a tribunis plebis hoc umquam agitatum fuerit, ejus rei tamen a plebeiis, tribunatus consularis candidatis, populo antea spem factam fuisse, ipse Livius retulit hoc lib. c. 36. 'Incitavere quosdam ad petendum tribunatum militum, alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu profitentem, &c. ostentatæ spes, vectigali possessoribus agrorum inposito, in stipendium militum erogandi æris.'

Id efficiebat multiplex gaudium, cumulatioremque gratiam rei] Hoc in primo video Junta. Voss. Rott. et Helm. Ms. Andreas, Tarvis. Beccar. Ven. utraque, Ascens. Mogunt. et post Juntam etiam Saveter. ignorant vocabulum *rei.* Tollaturque: nemo enim tam fatuus, qui non facile id intelligat: certe multo facilius, quam supra in τῷ 'commoditas:' ubi si additum fuisset, nulla istius loci summos viros percepisset obscuritas: et tamen Livio addere non placuit. *J. F. Gron.* Non primus Junta est qui *gratiam rei*, addita ultima voce, ediderit; sed ita ante eum jam vulgarat Aldus. Quamvis autem ex meis τὸ *rei* ignorent Voss. 1. a Gronovio etiam laudatus, Leid. 2. et Lov. 1. id tamen superest in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. utroque, Lipsiens. et fragm. Hav. Superfuisse etiam videtur in plerisque Oxoniensibus. Hearne enim monens Gronov. veterum codd. auctoritate τὸ *rei* delere, ejus vero loco in C. legi *reip.* de reliquis quatuor silet, tacite indicans eos receptæ lectioni favere. *Reip.* autem, pro *rei*, etiam est in Lov. 2. 4. 5. Gaertn. Port. et Hav. Alibi autem *res* et *resp.* sive *respublica* in vetustis membranis sæpe commutantur. Vide ad VIII. 31. § 2. Ceterum *id vero efficiebat*, adjecta media voce, præfert Klockian. *id aficiebat* Lipsiens.

§ 3 *Tribuni plebis communis ordinum lætitiæ concordiæque soli expertes*] *Communis omnium lætitiæ* Neapol. Latinii; quod in contextum ex margine inrepsisse videtur. Ibi vero primo adscriptum fuerat, ut indicaretur innui concordiam lætitiamque omnium ordinum, patriciorum et plebeiorum. Supra III. 58. 'Virtute libertatem recuperatam esse, clementia concordiam ordinum stabiliri posse:' ubi male etiam unus *hominum*, pro *ordinum*, exhibet. c. 63. 'Ita demum liberam civitatem fore, ita æquatas leges, si sua quisque jura ordo, suam majestatem teneat.' c. 65. 'Alter semper ordo gravis alterius modestiæ erat: quiescenti plebi ab junioribus Patrum injuriæ fieri cœptæ.' c. 67. 'Discordia ordinum est venenum urbis hujus.' c. 68. 'In concordia ordinum nullos se usquam esse vident.' Infra v. 3. 'Quid illos aliud aut tum timuisse creditis, aut hodie turbare velle, nisi concordiam ordinum?' c. 7. 'Accepta calamitas apud Veios et superiorem Appium in caussa, et concordiam ordinum majorem fecit.' c. 12. 'Alii' credunt, 'orationem ipsum tempestivam de concordia ordinum, Patribus plebique gratam, habuisse.' VI. 42. 'Ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus.' VII. 27. 'Quum et foris pax et domi concordia ordinum otium esset.' IX. 34. 'Summaque invidia omnium ordinum solus censuram gessit.' Et alibi. Insuper *lætitiæque concordiæque* Leid. 1. *concordiæ lætitiæque* Lov. 1. *lætitia concordiæ quæ* Flor.

Negare, tam id lætum partibus universis, nec prosperum fore, quam ipsi crederent] Est in vet. lib. *Patribus universis.* Rhen. *Negare tam̃ id lætum* Harl. 1. ubi *tam̃* pro *tamen* dedisse librarius videtur, quomodo et peccarat hoc cap. § 1. Vide ad XXII. 59. § 13. *Negare id tam lætum* Hav. Tum *Patribus universis* etiam omnes mei manu

exarati. Passim voces 'partes' et 'Patres,' literis duabus transpositis, confunduntur. Vide Bynkersh. in prætermissis ad l. 2. § 11. ff. de Or. Jur. p. 33. et Burmann. ad Valer. Flacc. I. 72. Adde quæ notantur ad III. 10. § 10. c. 38. § 9. ad XXXIX. 39. § 6. et alibi. Simili errore 'partium' et 'patrium' commutantur hoc lib. c. 9. § 5. 'partum' et 'patrum' c. 57. § 12. 'partis' et 'Patris,' a recto 'Patræ,' XXXVIII. 7. § 2. Præterea Hearne, monens Doujatium malle *aut prosperum fore*, non satis ad verba ejus animum adtendit. Doujatius enim rogat quidem, nonne ita melius foret? et caussam subjungit, cur melius videri posset, quod particula *nec* adjungitur nomini *prosperum*, quum similis particula priori *lætum* nequaquam addita fuerit. Sed deinde reddit rationem, cur ea lectio placere nequeat: negationem nempe, quæ adjuncta non fuerat τῷ *lætum*, includi verbo præcedenti *negare*. Idem enim esse ac si scripsisset 'dicere, non tam id lætum.' Deinde *qm̃ ipsi crederent*, id est *quoniam i. e.* habet Leid. 2. sed recte in margine emendatur *quam*. Vox *ipsi* tandem exsulat ab Harl. 2. et Hav. quam meliores omnes servant.

Consilium specie prima melius fuisse, quam usu adparituram] *Spem*, pro *specie*, habent Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. qui error natus est ex compendio scribendi *spē*. Simillimus error occurrit XXXV. 31. § 12. 'Spes' autem et 'species' eam ob caussam passim commiscentur. Vide ad III. 9. § 13. Deinde *propria*, pro *prima*, Voss. 2. et Lov. 3. Similiter etiam nonnumquam scribæ aliis locis in codd. exaratis turbarunt. Vide N. Heins. ad Claud. in Rufin. II. 96. Denique *aperiturum* multæ ex antiquioribus, quas vidi, edd. pro quo Veneta 1495. jam recte *appariturum* substituit; quemadmodum etiam habuerant Rom. 1472. et Parm. 1480. Et ita habent libri Mss. nisi quod aberrantes librarii dederint *apparitum* in Leid. 2. et Lov. 1. *apparitorum* in fragm. Hav.

§ 4 *Unde enim eam pecuniam confici posse, nisi tributo populo inposito*] Abest a tribus Pall. vox *populo*, quæ rectius subintelligitur. *Gebh.* Eadem vox etiam abest a Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et C. Sed meorum optimi Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. eam servant. Præterea *Unde ei eam pec.* Gaertn. *Unde enim tam pec.* Hav. Vox *enim* deficit in Lipsiens.

Ex alieno igitur aliis largitos] *Ex alieno igitur aliis largitiones* Lov. 4. *ex alieno igitur ære aliis largituros* Harl. 2. Hav. et Port. in margine, qui in contextu habet *ex alieno igitur aliis largituros*: quemadmodum præfert quoque Lov. 5. Illud *ære* interpretis glossema est, qui ea voce locutionem ellipticam supplendam docuit. Similiter locutus est Livius III. 1. 'Principem civitatis largiendo de alieno popularem fieri querentes.' V. 5. 'Necessitate inposita ex alieno prædandi, quum sua amiserint.' Plinius Epist. IV. 13. 'Qui fortasse de alieno negligentes, certe de suo diligentes erant.' Terent. Adelph. I. 2. 37. 'Obsonat, potat, olet unguenta de meo.' Et ita Cuperus accipiendum existimat locum VIII. 34. 'Senes faciles de alieno, imperio spreto, tamquam rei parvæ, disciplinæ militaris eversæ juventuti gratiam facere.' Alibi autem librarios locutiones quas elliptice proferre optimi scriptores soliti fuerunt, additis vocibus omissis supplere conatos fuisse, pluribus exemplis probabo ad XXXVII. 18. § 1.

Neque id etiam si ceteri ferant, passuros eos] Vet. lib. *Neque enim id.* Quod placet. *Sigon.* Τὸ *id* omittitur in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et fragm.

Hav. Præterea *enim*, pro *etiam*, habent Harl. 2. et fragm. Hav. quæ voces et alibi confunduntur. Vide ad xxxvi. 41. § 3. *Neque enim id*, ut Sigonius in suis invenit, habet etiam Klockian. Id autem male Sigonius probabat. Nam τῷ *enim* hic locus non est: et præterea mox etiam præcessit. Distingue *neque, id etiamsi ceteri ferant, passuros eos.* Mox *conditione meliore alios militare*, transpositis dictionibus, Gaertn. Præterea *fecissent*, pro *fecisse*, Lov. 4.

§ 5 *Indicto jam tributo, edixerunt etiam tribuni, auxilio se futuros*] *Jam indicto tributo* Hav. Tum *edixerunt tribuni etiam* Leid. 2. *edixerunt et tribuni, auxilio sese futuros* Voss. 2. *et* atque *etiam* sæpe commutantur. Vide ad xxii. 47. § 9. In verbis præcedd. *moverunt plebem*, pro *partem plebis*, habebat Oxon. L. 1. teste Hearnio. In verbis seqq. *non contulissent*, pro *non contulisset*, Flor. Sed ita etiam scribendum foret *si qui in mil. stip. trib. non contulissent.*

§ 6 *Bene cœptam rem perseveranter tueri: conferre ipsi primi*] *Bene gestam rem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in margine. *Pene cœptam rem* Lipsiens. qui error ex verba præeuntis inperita pronunciatione ortus videtur. Tum *rem perseverant tueri* Lipsiens. Scriptum fuisse puto *perseverant'*, pro *perseveranter*. Sed postea signum compendiariæ scripturæ oculos librarii effugit: qua ratione sæpe *ut* datum est, pro *uter*. Vide ad xxvi. 48. § 8. *Rem perseverantem tueri* fragm. Hav. *rem perseverantes tueri* Gaertn. Hinc *conferre itaque ipsi* Voss. 2. Additæ tamen notæ τῷ *itaque*, quibus librarii indicare solent, vocem perperam scriptam esse. *Primum*, pro *primi*, Harl. 2. et Hav.

Quia nondum argentum signatum erat, æs grave] *Quia nondum signatum erat arg.* Leid. 2. et *grave æs* Port. Mox *quiddam*, pro *quidam*, Hav.

Æs grave plaustris quidam ad ærarium convehentes, &c.] Quod 'æs grave' diceretur antiquis Romanis, nullus hactenus, quod sciam, recte, et quantum satis sit, judicio meo explicavit. Budæus (quem tamen semper honoris gratia nomino) in Annot. ad Pandectas, et de Asse i. et v. ex hoc loco 'æs grave' interpretatus est non signatum. Eandem interpretationem recepit Alex. ab Alex. Genial. iv. 15. At præclarissimos viros deceptos manifeste colligimus ex Festo, ubi de denario loquitur his verbis: 'Grave æs dictum, quia deni asses (singuli pondo libræ) efficiebant denarium, ab hoc ipso dictum denarium.' Et ex Plinii xxxiii. 3. 'Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis, unde etiam libella dicitur, et dipondius appendebatur assis. Quare æris gravis pœna dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia et pondera. Quin et militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ, pensatores libripendes dicuntur: qua consuetudine in iis emptionibus, quæ mancupi sunt, etiam nunc libra interponitur. Servius rex primus signavit æs, antea rudi usos Romæ.' Ex his colligimus duo; scilicet Romanus non usos ære rudi et informi, nisi ante Servium regem; et signatum æs in solutionibus pendi consuevisse, et ob id 'grave' dictum. Quamobrem manifestum fit, Livii dicta de 'ære gravi' minime intelligenda esse de rudi et informi, quum tunc temporis signato ære uterentur Romani. Sed 'æs grave' appellatum, quia penderetur, non numeraretur, in solutionibus. Namque si parva summa erat solvenda, numerabantur nummi ærei; si magna, appendebantur. Quod enim tam penso, quam numero, olim fierent solutiones, clare docet Cassiodorus Variar. Epist. vii. 32. Prioris exstat exemplum apud eundem Livium xxxiv. 46. ubi

scribit, M. Catonem militibus divisisse ex præda 'in singulos ducentos septuaginta æris,' hoc est, asses, nummos scilicet æreos 270. qui numero dati, non pondere, et ideo non adjecta particula illa 'gravis,' sed tantum dixit simpliciter 'æris.' Exempla secundi apud eundem Livium plura observamus. Nam IV. 41. tradit, Postúmium ob rem male gestam in Veios 'decem millibus æris gravis' damnatum. Idem V. 12. 'His orationibus incitata plebs denis millibus æris gravis condemnavit.' Et paullo post c. 29. 'Et pessimo exemplo innoxii denis millibus æris gravis condemnati sunt.' Audiamus et Gellium X. 6. ita scribentem: tempore primi belli Punici, Claudiæ Cæci filiæ ob dictum quodpiam petulantius 'mulctam æris gravis viginti quinque millia' dictam. Livius iterum V. 32. ubi de M. Furio Camillo ait, 'Absens quindecim millibus gravis æris damnatur.' Item l. X. sub finem c. 46. ubi de triumpho Papirii de Samnitibus: 'Æris gravis magna vis transvecta, vicies centies millies et quingenta triginta millia.' Et paullo post, 'Æris gravis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia.' Et XXXII. 26. 'Egregia,' inquit, 'duorûm opera servorum indicum et unius liberi fuit. Ei centum millia gravis æris dari Patres jusserunt.' Et XXII. 33. 'Indici data libertas et æris gravis viginti millia.' Quibus omnibus in locis intelligendum millibus assium æris gravis, auctoritate Varronis Ling. Lat. l. VIII. p. 118. scribentis 'æs' pro assibus accipi antiquis, unde et 'mille æris legasse' eos dixisse ait, id est, mille asses. Assem enim libralem fuisse, præter Plin. loco citato, docet Cornutus in Persium; unde et 'libram' pro asse usurpatam tradidit Priscianus. Hinc emptiones per æs et libram, quando æs ponderabatur, non numerabatur. Horat. Ep. II. 2. 158. 'Si proprium est, quod quis libra mercatur et ære.' Livius VI. 14. 'Inde rem creditori palam populo solvit, libraque et ære liberatum emittit:' hoc est, pecuniam Manlii [leg. *Manlius*] nexi nomine fœneratori exsolvit, adhibito libripende, qui æra penderet. Sic in Aug. Suet. c. 64. inquit, 'Caium et Lucium adoptavit domi per æs et libram emtos a patre Agrippa:' non enim *per as et libram* legendum puto, quod nonnulli habent textus. Inde fluxit et appellatio 'testamenti per æs et libram,' quum familiæ emptor adhibebatur, cui testator rem suam dicis causa mancipio vendebat, de quo Gellius XV. 27. et Ulpian. Instit. c. 20. Itaque concludendum 'æs grave' dictum, quod pendebatur; ita et 'pœna gravis æris.' Possumus quoque dicere, a mulctæ gravitate pœnam æris gravis dictam, ex Gellio scribente XX. 1. de legibus XII. tabularum: 'Sed enim ipsum vide, quod injurias factas quinque et viginti assibus sanxerunt: non omnino omnes, mi Phavorine, injurias ære isto pauco diluerunt, tametsi hæc ipsa paucitas assium grave æris pondus fuit. Nam librariis assibus in ea tempestate populus usus est.' Illud tamen firmiter statutum sit, 'grave æs' eo quod libraretur statera dictum, idque persolvi solitum in majoribus solutionibus, quamvis et id quoque in minoribus observatum quandoque non negaverim. Magnitudinem sane æris, quod Patres contribuebant, significare volens Livius, 'æs grave' plaustris in ærarium convectum scribit, quum nondum argentum Romæ signatum esset. Ex quo elicimus, æs illud signatum fuisse: namque ab argenti contributione abstinuere, eo quod nondum signatum esset. Alioquin si æs illud rude exstitisset, et minori molestia profecto et rude informeque argentum in ærarium contulissent, et minore labore saltem decupla proportione: quod

alias ostendemus factum, quum posterioribus temporibus argentea moneta frequenti esset in usu, raro admodum, ne dicam nunquam, 'æris gravis' ulla fiat a scriptoribus mentio: nam hæc numerabatur; illud vero ut plurimum pendebatur, præsertim si quantitas persolvenda non esset exigua, sed magna. Quod potissimum colligimus ex Seneca de Consolatione ad Albinum (ad Helviam c. 12.): 'Beatioresne istos putas, quorum pantomimæ decies sestertio nubant, quam Scipionem, cujus liberi a senatu tutore suo in dotem æs grave acceperunt?' Nec post cusum argentum (quod in Epit. Flori XVI. sub a. CCCCLXXXIV. factum legimus, et ex Plinio devicto Pyrrho rege,) umquam a Livio 'æris gravis' mentionem factam observamus. Nec profecto F. Hottom. lib. de Re Nummaria, sententia recipienda, dum ait, 'Quum primus assis æris vetustissimis temporibus libralis esset, dicta æris gravis ad differentiam assis levioris, quæ postea fuit in usu.' Nam quomodo antiquiores hac de causa 'æs grave,' eo quod assis ærea libralis esset, dicere potuerint, non video quam levissimi, qui successit posterioribus temporibus nullam cognitionem habere potuerint. Ad hæc, quæ ex Gellio adducit de Veratio, qui pro delectamento habebat, obvii cujusque liberi hominis os verberare, servumque præsto habere, qui crumenam assium plenam gestaret, ut cuicumque, quem depalmaverat, asses secundum legem viginti quinque numeraret, nihil ad rem facit; constat enim ex eodem Gellio ibidem, tunc temporis asses librales fuisse, non leviores, ut ipse probare profitetur. Unde nec tam vasta crumena et immane marsupium imaginandum, ad eos asses continendos, quales librales essent, ut ipse imaginatur: nam non multos quotidie palma verberasse Veratium existimandum, atque etiam semel ea exhausta iterum repleri potuisse. At quoquo modo se res habeat, palam est, Gellium hæc addere, eodem in libro et capite paullo infra: 'Nam librariis assibus in ea tempestate usus est populus Romanus.' Postremo et e Livii verbis demendus scrupus; namque ait nondum cusum argentum, et ideo æs grave in ærarium delatum. Cujus contrarium alibi affirmasse videtur: namque I. 53. tradit, Suessa Pometia vi capta, prædaque divendita 'quadraginta argenti aurique talenta' redacta: ex quibus videtur innuere, argentum signatum tunc fuisse. Respondemus, talentum duplex fuisse, numarium unum, ponderale alterum, et talentum ponderale accepisse Livium, non numarium; hoc autem septuaginta librarum fuisse, quam sæpissime tradit Servius auctoritate Plauti, Æneid. l. v. vs. 112. eo loco, 'auri argentique talenta:' et l. IX. vs. 265. ibi: 'auri duo magna talenta.' Africanus talentum omne pondo sexaginta tradit. Numarium talentum Hebræorum tetradrachmam fuisse, scribit Budæus de asse lib. IV. Sed de re hac alibi plura, quum multiplicia reperiantur apud scriptores talenti gravia pondera, et valore inter se, uti et nomine, valde differentia. *M. Donatus.* Pleraque, quæ Donatus ad hunc locum notavit, hausit ex F. Hotomanno de Re Numm. c. 7. et 8. quibus agit 'de ære gravi et de assibus levioribus;' adeo ut ne quidem manifesta vitia sive aberrantis Hotomanni, sive operarum, emendarit; quale est, quod 'Manlii nexi nomine' pecuniam solutam dixerit, et Senec. 'De Consolatione ad Albinum' laudarit, pro *ad Albinam:* ita enim hic liber olim a quibusdam inscribebatur. Ex ejus itaque scriptis quum tantum in hac re profecerit, laudari nequit, quod tamen ipsum accusaverit, quasi crediderit, asses, quo tempore adhuc librales essent,

'æs grave' dictos fuisse; quem errorem, a Salmasio commissum, refellit Gronov. de Pecun. Vet. III. 15. Ea autem an etiam Hotom. sententia fuerit, mihi non constat. Verba enim, quæ Donatus ex eo laudavit, quæsita invenire non potui. Posset quidem simile quid colligi ex illis c. 7. 'Æs grave permansit, usque ad id tempus, quo unciales et semunciales asses facti sunt.' Verum his verbis tantum indicat, post Servium regem omnes asses fuisse librales, (qui deinceps 'gravis æris' nomine indicati sunt) usque dum unciales et semunciales fierent. Aliam sententiam Hotom. fuisse patet ex cap. seq. 'Locis omnibus ejusmodi gravium assium mentio fit, quasi de re antiqua et obsoleta, atque ita gravium appellatione adjecta, ut eo tamquam signo a levioribus distinguerentur:' ubi ideo 'gravium' appellationem adjectam scribens, ut a levioribus distinguerentur, satis indicat, tum demum ita dictos esse, quum jam leviores, a quibus distinguendi erant priores, cudi cœpti essent. Quod etiam ad factum Veratii a Gellio memoratum adtinet, utrum ibi nummi librales intelligantur, incertum est; mihi tamen Hotom. sententia magis probatur. Verba enim Gellii 'librariis assibus in ea tempestate populus usus est' referenda sunt ad tempus, quo leges duodecim tabularum latæ sunt. Non addit autem ad idem tempus factum Veratii pertinere; immo 'prætorum,' pœnam duodecim tabularum ob factum illud Veratii mutantium, subjuncta mentio ostendit, Veratium hunc alio tempore vixisse; fortasse igitur vixit, postquam jam asses unciales vel semunciales facti essent. Ceterum, quid per 'æs grave' intelgendum sit, haud levis nostro tempore lis enata est inter Lud. Kusterum, et Perizonium. Quorum ille in Diatrib. Antigronov. p. 61. J. F. Gronovii sententiam, loco laud. propositam, refellens, per 'æs grave' intelligebat quoscumque nummos æreos, cum argento et auro signato comparatos; ea enim metalla, si pretii et æstimationis ratio habeatur, pondere æri longe cedere. Id probare conatur ex hoc loco, ubi 'æs grave,' tum quidem adhuc asses librales, non tamen quatenus erant librales, sed quatenus erant ærei, comparantur cum 'argento signato.' Hic vero in Dissert. de Ære Gravi Gronovii sententiam defendit, docens, postquam asses sextantarii, unciales et denique semunciales signari cœpti sunt, 'æris gravis' adpellationem invaluisse, eoque nomine indicatos fuisse asses librales, ut distinguerentur ab assibus alterius ac levioris ponderis. Hoc loco autem apud Livium nullum usum habere posse vocem 'gravis,' si id notaret, quod Kusterus voluit; certe non opus fuisse, lectorem isto epitheto monere, 'æs' illud de ipso ære, non argento, signato intelligendum, quum diserte dicatur 'nondum fuisse' tunc 'argentum signatum.' Cujus etiam sententia longe verior videtur. Præterea *nondum signatum erat argentum* alio ordine legit Lov. 1. etiam *es gravis*, pro *æs grave*, Lipsiens. qui insuper *ad eranum*, pro *ad ærarium*, præfert literis *ri* male in *n* coalescentibus. Vide ad III. 30. § 3.

§ 7 *Ex composito conferre incipiunt*] *Ex composito ferre* Leid. 2. Lov. 4. et Hav. Vide ad v. 20. § 5. In verbis præcedd. *fide summa*, trajectis vocibus, Harl. 2.

§ 8 *Quum et a Patribus collaudari, et a militari ætate*] *Quum et Patr. coll.* Voss. 2. et Lov. 3. *quum ex Patr. coll.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quum a Patr. coll.* Lov. 2. et Lipsiens. *quum ab pluribus coll.* Hav. Deinde *et militari ætate* Lov. 3. et Harl. 2. *et ab militari ætate* Hav. Mox in verbis seqq. *vulgus humanum*, pro *v. hominum*, præfert Harl. 1.

Spreto tribunicio auxilio certamen

conferendi est ortum] *Sumto tribun. aux.* Port. et Lipsiens. quod tamen in margine utriusque cod. emendatum est, altera lectione *spreto* ei adscripta. *Spreto aux. trib.* Lov. 3. Tum *conferendi certamen* Port.

§ 9 *Exercitum magna ex parte voluntarium novi tribuni*] *Magis ex parte* Voss. 2. Vide ad II. 48. § 1. Tum *ne vi tribuni* Leid. 2. Paullo ante *at lege perlata*, pro *et lege perl.* Hav. solito errore. Vide ad XXXVI. 35. § 7. *et in lege perlata* Lov. 3.

CAP. LXI. § 1 *Fuere autem tribuni*] Et hic sarcinatorum cento est meo quidem judicio. Dederat Livius, 'novi tribuni militum consulari potestate Veios duxere, T. Quinctius Capitolinus,' &c. *J. F. Gronov.* Ita Livium loqui potuisse, certum est; an vero ita scriptum reliquerit, admodum dubito. Vide ad III. 22. § 3.

P. Quinctius Cincinnatus] Ita primus Curio edidit. Omnes priores habent *Q. Quintius*, vel *Qu. Quintius.* Et ita etiam præferunt Port. et Klockian. *Quintus Quintius* vel *Quinctus Quinctius* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. et Harl. 1. *Quintus* vel *Q. Cincinatus*, nomine gentili, quod a prænomine interceptum est, omisso, Lov. 5. et Hav. quemadmodum contra prænomen *Quintus*, a gentilitio *Quinctius* interceptum, deerat in Flor. Lov. 2. 4. Lipsiens. Harl. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Vide ad IV. 49. § 1. *T. Quintius Capitolinus quinto*, *Quintius Cincinnatus* habet fragm. Hav. *Quinti* itaque prænomen, quo eum etiam adpellat Pighius in Annal. ad a. CCCXLVIII. p. 307. recepi in contextum. Certe *Publii* prænomen in gente Quinctia rarissime, in ejus autem familia Cincinnatorum numquam obcurrit.

C. Julius Tullus iterum] *Julius Julus*, ut dixi ad IV. 35. § 4. *Sigon.* Prænomen deest in Harl. 2. et Hav. *Cn. Julius* vocatur in fragm. Hav. *Claudius Julius* in edd. vetustis usque ad Moguntinos, qui *Caii* prænomen restituerunt. *Tullius* ejus cognomen scribitur in Voss. 2. Lov. 3. Lipsiens. et Hav. *Tullus* in Flor. Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. utroque, Port. Gaertn. fragm. Hav. et edd. ante Sigonium. Voces *Tullus* et *Julus* passim commutari vidimus ad II. 30. § 2. IVLVS autem diserte in fragm. Fastor. Capitolin. vocatur.

A. Manilius] *A. Manlius* ex tribunatu hujus Capitolino: præterea 'Manilii' plebeii: hic patricium quærimus. Item *Aulus* prænomen 'Manliorum,' non 'Maniliorum.' *Sigon. A. Manilius* ex meis tantum præferunt Voss. 2. Lov. 3. 4. et Gaertn. *A. Mallius* priscæ edd. pro quo Tarvis. 1485. *A. Manlius* substituit; Aldus *A. Manilius.* Sed recte Sigonius *A. Manlius* revocavit, quod servant reliqui scripti. Vide ad XXXIV. 53. § 2.

L. Furius Medullinus tertium] A. U. C. CCCLVII. rursus tertium fit hic Lucius tribunus mil. cons. potestate V. 14. Quare necesse est, ut alterutro in loco *Sex. Furius* legatur: neque enim idem bis potest 'tertium' fuisse tribunus. Eadem de caussa a. CCCLV. V. 12. 'Sextum Furium Medullinum quartum' legam. Omnino in his prænominibus tantus est error, et tam nulla propemodum via ad veritatem, ut de eis desperarim. Furium enim Medullinum ab a. CCCXXIII. ad a. CCCLXIV. decies ter habebis in magistratibus. In chronologia nostra hæc magna cura digessimus, ideoque hic obiter ea annotamus. Lector ipse despiciat. *Glar.* Pighius in Annal. ad a. CCCXLVIII. p. 207. auctoritatem Fastorum Capitolin. secutus, L. Furium hoc anno secundum tribunatum obtinuisse existimat, ideoque τὸ *tertium* ex errore forsan librariorum natum esse. Ejus præeuntis vestigiis institit postea Gruterus, qui in postrema ed. *iterum*, pro *tertium*, in contextum recepit; quod recen-

tiores omnes retinuerunt, sed invitis, quoscumque consului, codd. scriptis. Nam *tertium* est in Flor. Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *tercium* in Leid. utroque, et Port. *tertio* in Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. et Hav. *III.* in Hearnii Oxon. B. et N. in quorum posteriori etiam exstabat *IIII.* Omnino *tertium* legendum esse evincunt quæ notantur ad Liv. IV. 44. § 1. ubi monitum est, inter Livium et Fastos Capitolinos dissensum in hac re esse. Quum autem idem dissensus in iisdem *L. Furiis* etiam in aliis locis occurrat, in quibus Gruterus Fastos illos secutus non est; eos uno hoc loco probare, et ita capiti humano cervicem equinam jungere, non debuerat. Ex iisdem, quæ loc. laud. dicta sunt, etiam patet, Glareani, prænomen Furii mutantis, conjecturam admitti non posse. Id enim non modo in scriptis et editis, sed in Fastis Capitolinis etiam constanter est *Lucius*. Ceterum quum Lugdunenses 1553. per errorem operarum *Purius*, pro *Furius*, edidissent, eumdemque errorem Parisini a. 1573. iterassent, proximi editores pro eo dederunt *Spurius;* quod recentiores secuti sunt usque ad Gronovium, qui recte mutavit a. 1665. revocans *Furius.*

M. Æmylius Mamercus] *M'. Æmilius Mamercinus* ex tribunatu hujus Capitolino. *Sigon.* C. *Æmilius* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 1. 2. et C. *Cn. Æmilius* fragm. Hav. *M. Æmilius* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. et editi ante Sigonium; cum quo, *M'. Æmilium* restituente, faciunt Voss. 1. et Harl. 1. In hoc prænomine sæpissime a librariis peccatum est, qui plerumque pro *Manio,* quod minus notum erat, dederunt *Marcus.* Vide ad XXVII. 25. § 2. *Mamercus,* pro quo Sigonius recte emendavit *Mamercinus,* superest in plurimis scriptis. Alibi etiam similiter peccatur. Vide ad VIII. 12. § 4.

§ 2 *Quum Etruscorum concilium ad fanum Vulturnæ frequenter habitum esset*] Codex antiquus habet *ad fanum Voltumnæ.* Sic VI. 2. 'Hinc,' inquit, 'Hetruriæ principum ex omnibus populis conjurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam mercatores afferebant.' *Rhen. Etruscorum consilium* Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Lipsiens. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et multi ex editis ante Aldum, qui *concilium* substituit; quod similiter exstiterat in edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. Et recte, siquidem communis conjunctorum populorum respublica non *consilium,* sed *concilium,* vocetur teste Gronovio ad Livii XLIV. 2. § 5. Et ita servant optimi codd. Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. Klockian. et cum iis Harl. 2. Pari modo in quibusdam codd. peccatur V. 1. § 8. Tum *Vultumnæ* Voss. 2. et Lov. 3. *Voltumie* Leid. 2. *Volturnæ* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et excusi antiquiores. Sed *Voltumnæ* non modo præferunt reliqui scripti, sed et ex edd. Rom. 1472. Parm. 1480. Tarvis. utraque, Venetæ 1495. et 1506. Ascensianæ 1510. 1513. 1516. 1530. Mogunt. Cervicorni, et Paris. 1529. *Vultumnæ* Froben. prior. Vide ad IV. 23. § 5. Præterea A. Perizonius in marg. Livii conjecit scribendum *frequens habitum,* ut sensus esset, plurimorum populorum legatos convenisse. Vide ad II. 45. § 6. Sed et vulgatum ferri potest, indicans legatos populorum Etruriæ non semel convenisse, sed plura concilia habita fuisse, quo sensu 'omnia concilia' Etruriæ memorantur V. 1. et 5. 'Periculi, quod differendo bello adimus, num oblivisci nos hæc tam crebra Etruriæ concilia de mittendis Veios auxiliis patiuntur?' Vel etiam *frequenter* eodem sensu, quo 'frequens' accipi potest, in concilio magnam legato-

rum multitudinem adfuisse: ut I. 11. 'Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum.' In verbis præcedd. *subsidionis*, pro *obsidionis*, habet Gaertn.

Bellone publico gentis universæ tuendi Veientes essent] Hæc verba a m. pr. desunt in Port. Postea tamen a m. sec. margini adscripta sunt. Tum *universi tuendi Veientes* Gaertn. et Flor. a m. pr. contra *gentis universæ tuendæ* Lov. 5. Deinde *venientes essent* Lov. 1. Vide ad cap. 52. § 7. Paullo ante *constituit*, pro *constitit*, Lov. 4. et 5.

§ 3 *Parte tribunorum exercitusque ad Volscum advocata bellum*] Codex antiquus habet *avocata*. Rhen. *Advocata* quidem in plerisque codd. superest, *avocata* tamen præferunt Harl. 1. Gaertn. Klockian. et edd. principes, pro quo Moguntini demum *advocata* subposuerunt. Verba hæc sæpe commutantur. Vide ad I. 6. § 1. et Cortium ad Plin. Epist. I. 24. *avocata ad Volscum bellum*, nempe ab obpugnatione Veiorum. Infra XXXVII. 9. 'Inter hæc Phocææ seditio orta, quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus:' ubi etiam male *advocantibus* Voss. Vide plura similia ad I. 57. § 8. *ad Volscum advocatum bellum* Lov. 4. 5. et Lipsiens. Cujus erroris fontem vide hoc lib. c. 44. § 5. Paullo ante *in sequenti anno*, divisis vocibus, pro *insequenti*, primæ edd. Ita et in edd. vetustis peccatum erat hoc lib. cap. 58. § 6.

§ 4 *C. Valerium Potitum tertium*] *Cn. Valerium* fragm. Hav. invitis Fastis Capitolinis et Diod. Sicul. l. XIV. pag. 405. *Claudium Valerium* vetusti impressi usque ad Mogunt. Tum *Pontum*, pro *Potitum*, librarii aberratione, Leid. 2. *Potutum* Lipsiens. Præterea *tert.* Leid. 1. *tertio* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. uterque, Port. Hav. et fragm. Hav. Paullo ante *his annis*, pro *is annus*, Lipsiens.

M. Sergium Fidenatem] Scribe *M'. Sergium* ex tribunatu ejus Capitolino et ex Diodoro lib. XIV. pag. 405. qui Μάνιον Σέργιον hunc vocat: præterea ex veteribus libris, qui *Manlium Sergium* habent. Fuisse autem Sergiorum prænomen *Manius*, argentei nummi indicant, qui multi cum apud alios, tum apud clarissimum patrem tuum sunt, cum his literis M' SERGI. SILUS. *Sigon.* *M'. Sergium* scribendum etiam Pighius opinatur in Annal. ad an. CCCXLIX. p. 208. Ejus loco *M. Sergium* est in Flor. Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. et edd. vett. solito errore. Vide hoc cap. ad § 1. Proxime ad veram scripturam accedunt Lov. 2. 5. Harl. et Port. qui *Manlium Sergium* exhibent: ut et Lipsiens. in quo est *Malium Sergium*. Ex eo factum est *Manilium Sergium* in Voss. 2. Lov. 4. Gaertn. et Hav. *Mamilium Sergium* in Lov. 3. *Mallium Sergium* in fragm. Hav. Solus Harl. 1. recte *Manium Sergium* præfert; cui suos consonare monuit Hearne.

P. Cornelium Maluginensem, Cn. Cornelium Cossum] *P. Corn. Coss.* reliquis omissis Leid. 2. *Fidenatem nelium Cossum* Harl. 1. Repetita vox *Cornelium* librariorum negligentiæ occasionem dedit. Vide ad IX. 11. § 11. *P. Cornelium Cossum*, *P. Corn. Malug.* in Oxon. N. legi, testis est Hearne. Maluginensis Cornelii prænomen *P.* omittitur in Lov. 1.

Cn. Cornelium Cossum, C. Fabium Ambustum, Sp. Nautium Rutilum iterum] Et horum tribunorum nomina mire variant codd. Cornelius sæpe ante fuit, sæpius et Fabii Ambusti. Itaque *Cn. Cornelium Cossum IIII.* legam, et *C. Fabium Ambustum iterum.* Porro Sp. Nautius Rutilius a. CCCXXXIX. tertium fuit tribunus militum consular. potest. Quare, si modo non est alius, hic *quartum* adjiciendum: nisi quis dicat codd. er-

rare, ut certe sæpiuscule. Sequente etiam libro c. 10. a. CCCLIV. pro *C. Cornelio* quidam *Cn. Cornelium* reposuerunt, cum eo tamen in loco *iterum* dicatur, qui tum *quintum* fuerat. *Glar.* Diodorus l. XIV. p. 405. hunc C. Fabium Ambustum Καίσωνα Φάβιον vocat, id est *Cæsonem Fabium*, itemque Capitolini scriptores, apud quos est hoc anno K. FABIVS. Quare ita legendum est. *Sigon.* *M. Cornelium* est in Voss. 1. et Lov. 1. *T. Cornelium* in Harl. 2. et Hav. *P. Cornelium* in Lov. 5. *C. Cornelium* in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Lipsiens. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Sed *Cn.* vel *Gn. Cornelium* cum edd. præferunt Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Deinde Cosso notam iterati tribunatus addunt Fasti Capitolini. Et quidem duo alii Cn. Cornelii Cossi ante hunc annum tribuni militum consulares memorantur: unus, qui eam dignitatem gessit ante decem annos c. 49. alter, qui biennio ante c. 58. Quin et alius adhuc *Cn. Cornelius Cossus iterum* tribunus militum consulari potestate obcurrit v. 10. Forte igitur, qui nunc eo munere fungitur, idem est atque ille, qui priori loco Livii memorabatur, quem Pighius in Annal. ad a. CCCXXXIX. *Marci filium Marci nepotem* vocat; hic vero patris et avi prænomina omittit. Forte etiam, qui v. 10. refertur, is est, qui c. 58. obcurrit. Certe Pighius utrumque illum *Auli filium Marci nepotem* adpellat. Licet itaque revera Cn. Cornelius Cossus hoc anno iterum tribunus militum consulari potestate fuerit, non tamen propterea etiam contextui Liviano iteratæ dignitatis nota inserenda est. Vide ad II. 16. § 7. Præter modo memoratos nulli alii Cn. Cornelii Cossi eo munere functi obcurrunt. Ex his itaque patet, perperam Glareanum legendum credidisse *Cn. Cornelium Cossum IIII.* Neque felicius rem gessit conjiciendo *C. Fabium Ambustum iterum* scribendum esse. Alibi enim C. Fabius Ambustus, qui tribunatu consulari usus est, ante hunc annum non invenitur. Ei autem *Caii* prænomen tribuunt Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Prænomen omittitur in Port. Sed editi antiquiores *Claudium Fabium* vocant. Recte vero Sigonius *Kæsonem Fabium* emendat. Vide quæ notantur ad IV. 58. § 6. Prænomina *Caius* et *Kæso* sæpissime commutantur. Vide hoc lib. ad c. 54. § 3. Denique *Rutilium* perperam non modo edd. priscæ, sed et omnes codd. scripti, nisi quod *Rutullium* sit in Hav. Vide hoc lib. ad c. 52. § 4. Eum 'tertium' illam dignitatem hoc anno adeptum esse, statuunt Fasti Capitolini, quorum sententiam probat Pighius in Annal. ad a. CCCXLIX. p. 208. Contra Glareani sententiam probari a quodam Von Trewen in Fastis Livianis auctor est Hearne. Ter jam antea quidam Sp. Nautius Rutilus a Livio memoratus est tribunus consularis hoc lib. c. 35. c. 44. et c. 47. Verum non unum eumdemque Nautium fuisse, qui, ut Glareanus credidit, omnibus illis annis hanc dignitatem gessit, constat tum ex Livio, qui posteriori loco memoratum tantum 'iterum' eo anno tribunum fuisse testatur, tum ex Livii hoc loco, qui nunc memoratum Nautium similiter 'iterum,' et ex Fastis Capitolinis, qui eum 'tertium' illa dignitate functum tradunt. His autem invitis quo colore 'quartum' substituendum esse, viri docti contendere velint, non adsequor: præsertim quum controversiam non moverint loco c. 47. § 8. ubi 'iterum' tribunus militum consulari potestate dicitur. Ceterum *iterum* pertinaciter hoc loco servant libri scripti et editi. An ergo dissensus inter Livium et Fastos Capitolinos statuendus? qui in eo consentiunt, quod quatuor illorum annorum tribunatus militares a duobus Rutiliis administratos tra-

dant; verum in eo in diversa abeunt, quod illorum Rutiliorum secundum Fastos alter semel, alter ter; secundum Livium uterque bis magistratum illum adeptus sit. Et forte quidem, qui c. 35. memoratur, hanc dignitatem iterum gessit c. 47. qui vero refertur c. 44. hoc loco secunda vice ad eam dignitatem subvehitur.

§ 5 *Inter Ferentinum atque Ecetram*] *Intra* Voss. 2. errore admodum frequenti. Vide mox § seq. et ad v. 27. § 3. Tum *Ferentium* Lov 5. *Feretinum* Harl. 2. Vide ad VII. 9. § 1. Hinc *e cetere* Leid. 1. *Eceteram* Flor. Voss. 1. Lov. 1. 2. Harl. 1. et fragm. Hav. *Eteteram* Leid. 2. et Lov. 5. *Ecoteram* Gaertn. *Ecoteriam* Lov. 4. *Aceteram* Harl. 2. *Acæterā* Hav. *Af̃enam* Port. *Ceretam* Voss. 2. *ceteram* Lipsiens. *Cecetam* Lov. 3. Vide ad II. 25. § 6.

Romanis secunda fortuna pugnæ fuit] *Secunda fortuna pugna fuit* Lov. 2. 4. 5. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *secunda fortunæ fuit* Harl. 2. *secunda fortuna fuit* Hearnii Oxon. B.

§ 6 *Artena inde Volscorum oppidum ab tribunis obsideri cœpta*] *Arteria* Leid. 2. litera *n* in *ri* dissoluta. Ut etiam mox § 9. et 10. Vide ad III. 30. § 3. *Arcena* Lov. 2. *Arteua* Lov. 5. Hinc *a tribunis* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Lov. 1. 4. et Lipsiens. Tum *cœpta obsideri* Lov. 2.

Inde inter eruptionem tentatam, compulso in urbem hoste] *Intra eruptionem* Voss. 2. Vide modo ad § præc. *inter eruptionem tentatum* Hav. et Lov. 4. Ex quibus prior etiam *comp. in urbe hoste* præfert. Verba autem *inde inter eruptionem tentatam, &c. cetera capta* deerant in Leid. 2. Cui errori caussam dedit similitudo vocum *cœpta* et *capta*.

Præterque arcem cetera capta] Ita Froben. primus edidit 1531. Priores edd. non modo, sed etiam scripti *præterquam arcem* exhibent. Tum *cetera capta* Lipsiens. Paullo ante *Romanis irrumpendo*, pro *R. irrumpendi*, Lipsiens. *irrumpendis* Flor. a m. pr. Qui error unde profluxerit vide ad c. 44. § 5.

In arcem munitam] Valde molestum est, sexies tam propinquis locis *arcem* nominari: nec fecisse Livium puto. Quis enim hæsitaret, si sic legeretur? *præterque arcem cætera capta: in eam munitam natura globus armatorum concessit. Infra arcem cæsi captique multi mortales. Ipsa deinde obsidebatur, &c. tædioque recessum inde foret, ni servus prodidisset.* Sed quia scripti nihil mutant, feramus oportet. *J. F. Gron.* Vide ad I. 3. § 9. Supra hoc lib. c. 55. ' Nuncii veniunt, arcem Carventanam, dilapsis ad prædam militibus, qui in præsidio erant, Æquos, interfectis paucis custodibus arcis, invasisse: alios recurrentes in arcem, alios palantes in agris cæsos.'

§ 7 *Infra arcem cæsi captique multi mortales*] *Intra arcem* apud Hearnium Oxon. B. Vide ad XXXIV. 50. § 2. *Infra arcem cæsi captioque loci satis præsidii habebat,* reliquis omissis, Gaertn.

Nec aut vi capi poterat, quia pro spatio loci satis præsidii habebat] *Nec aut vi capti poterat* Lov. 1. *necavit vi capi* Harl. 2. qui idem etiam *pro spatioso loci satis præsidium habebat* præfert. Tò *quia* exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Mox *loci et satis præsidii habebat,* voce perperam adscita, Lov. 4. *dabatur,* pro *dabat,* Harl. 2. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Tum *aut spem dabat* perperam deest in Flor. Erroris caussa fuit similitudo syllabæ finalis vocum *habebat* et *dabat*.

Omni publico frumento, &c. in arcem convecto] *Omnia* Harl. 2. Deinde *publico strumento* Voss. 2. *publico instrumento* Lov. 3. Tandem *in arcem convento* Leid. 1. *in arcem convectæ* Harl. 1. *in arcem convectos* Harl. 2.

§ 8 *Ni servus arcem Romanis prodidisset*] *Nisi* priscæ edd. Primus Al-

dus vulgari curavit *ni servus*. Et ita omnes scripti. Vide ad XXIII. 1. § 8. Hinc *Romanis arcem prodidisset* Voss. 2. Vox *arcem* non comparet in Lipsiens.

Per locum arduum accepti cepere: a quibus] *Accipi* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *capere: ab quibus* Hav. *ceperet: a quibus* Harl. 2. Mox *repentino favore* Lov. 1. Vide ad III. 33. § 7. *repentino clamore* editi usque ad Aldum, qui reposuit *pavore*, consentientibus reliquis libris exaratis. Alibi 'clamor' et 'pavor' commutantur. Vide ad VII. 36. § 3. Postea *inde dicationem*, pro *in deditionem*, Leid. 1.

§ 9 *Diruta et arce et urbe Artena*] *Dirupta* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Lipsiens. et Hav. solito errore. Vide ad IX. 45. § 17. Præterea *Arcena* Port. et Lov. 2. *Arteria* Leid. 2. Vide ad § 6. et mox ad § 10.

Vis Romana Veios conversa est] *Veios versa est* Hav. *Veios commissa est* Voss. 1. Sed in margine deinde emendatum erat *conversa est*.

§ 10 *Proditori, præter libertatem, duarum familiarum bona in præmium data*] *Proditori autem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Lipsiens. Port. et Hav. Sed reliqui additam vocem non agnoscunt. Vide ad XXI. 40. § 11. Tum *propter libertatem* Leid. 1. et fragm. Hav. Alibi pari modo variare librarii soliti fuerunt. Ita III. 40. § 5. VI. 18. § 9. c. 29. § 6. c. 35. § 1. IX. 2. § 6. Vide Burmann. ad Nason. Metam. V. 159. VIII. 458. et ad XIII. 713. Tum *duarum familiarum bonorum* Leid. 1. *duarum familiarium bona* Gaertn.

Servius Romanus vocitatus] Vet. lib. *servus*. Sigon. *Servus* etiam Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Pariter *servus* et *Servius* commutantur I. 40. § 3. At omnia hæc tria vocabula deficere in Oxon. C. auctor est Hearne.

Sunt qui Artenam Veientium, non Volscorum, fuisse credant] Vellem Livium et in aliis tam sollicitum fuisse oppidorum nominibus, nec barbarorum tantum, sed ipsius Italiæ; quod nimis sæpe fortasse querimur, at non absque caussa, ut suis locis ostendimus. *Glar.* *Arcenam* Lov. 2. et Port. *Arteriam* Leid. 1. Vide ad § 9. Tum una voce auctior *Veientium, non Volscorum, urbem fuisse* Oxon. L. 1. apud Hearnium; quod a scriba profectum puto. Mox *sed eam reges Romani delevere, Cæretumque, non Veientium, fuerat.* Deinde *credunt* Voss. 2. Lov. 2. 3. Port. et fragm. Hav. Vide ad XLII. 66. § 9.

§ 11 *Quod ejusdem nominis urbs inter Cære atque Veios*] *Quo* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *ejus nominis urbs inter Cære et Veios* Harl. 2. *inter ceretam atque Veios* Voss. 2. et Lov. 3. Τὸ *fuit* autem in Port. tantum exstat in margine.

Sed eam reges Romani delevere] Vet. lib. *diruere:* ut VII. 27. 'Restitutaque urbs, quam Latini diruerant.' *Sigon.* Significantius hoc verbum *delevere*, quam Sigonii *diruere*, stabilitum consensu Pall. duorum; Pal. 2. autem *diluere* mendose. *Gebh.* *Diluere* etiam Harl. 2. et Hav. quam proxime accedentes ad Sigonii *diruere*. Ita paullo ante hoc cap. 'Diruta et arce et urbe Artena.' I. 29. 'Legiones inde ductæ ad diruendam urbem:' XLII. 63. 'Urbs diruta a fundamentis.' Et alibi sæpe. Hic tamen reliquis Mss. adhæreo, qui constanter *delevere* præferunt. Infra V. 21. 'Tuoque numine instinctus pergo ad delendam urbem Veios.' c. 42. 'Non omnibus delendæ urbis libido erat.' Justin. II. 12. 'An ideo mœnia vestra condidimus, ut essent, qui nostra delerent?' Florus II. 15. 'Quanta urbs deleta sit, vel ignium mora probari potest.' Ovid. Met. XIII. 219. 'Non sinat hoc Ajax: delendaque Pergama poscat.' Et vs. 320. 'Quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt.' Silius XV. 558. 'Serus de-

letæ post auxiliabere Romæ:' ubi videnda quæ ab Heinsio et a me notata sunt.

Cæterumque non Veientium fuerat] *Delevere Cere: tumque non* edd. Rom. 1472. et Parm. 1480. cum cod. Lipsiens. Ei postea in paullo recentioribus edd. substitutum est *Ceterum quæ non.* Et ita præferunt Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et Neapol. Latinii. Pro illo deinde Aldus reposuit quod nunc vulgo exstat. Et ita est in reliquis scriptis, nisi quod *Ceretamque,* aberrante calamo, habeat Voss. 2. *Ceretaque* Lov. 3. *Ceretorumque* Lov. 2. *Ceretiumque* Gaertn. *ceterumque* Lov. 4. et 5. *Cæretumque* legendum esse, monuit etiam Cluverius Ital. Antiq. II. 3. p. 522. Ita 'agrum Cæretem' memorat v. 16. 'Per agrum Cæretem obliquis tramitibus egressi.'

Altera hæc nomine eodem in Volsco agro fuit] *Arcena hæc nomine eodem* Lov. 2. *Artena hæc nomine eodem* Lov. 4. et 5. *Artena hæc nomina eodem* Harl. 2. *Artena hoc nomine eodem* Gaertn. *Altera hujus nomine eodem* Leid. 2. et Lov. 1. *Altera hoc nomine eodem* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *Altera erat hoc nomine eodem* Lipsiens. *Altera erat hæc nomine eodem* Port. et Hearnii Oxon. C. Mox *exscidium,* pro *excidium,* edidit Clericus, invitis omnibus scriptis et editis. Vide ad v. 15. § 9.